

2 400 40 Safta MADE IN SPAIN

2. a. 5.
- 4 -

Me Colleg. de la Compa de Jesus de Granada Alu. Domiciano.
R-6668

D. IOANNIS RVSBROCHII

SVMMI ATQVE SANCTISS. VIRI, QVEM insignis quidam Theologus alterum Dionysium Areopagitam appellat,

OPERA OMNIA:

Nunc demùm post annos fermè ducentos è Brabantiæ Germanico idiomate reddita Latinè per F. Laurentium Surium, Carthusiæ Coloniensis alumnum.

OPERVM CATALOGVM VERSA PAGINA OFFENDES.

PSAL. XCIII.
Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.

COLONIÆ
Ex Officina Hæredum Ioannis Quentel, mense Martio, M. D. LII.
CVM Gratia & Priuilegio Imperiali ad Quinquennium.

CONTENTORVM IN HOC OPERE ELENCHVS.

1 D.Ioannis Rusbrochij vita insignis.
2 Summa totius vitæ spiritalis.
3 Speculum salutis æternæ.
4 In Tabernaculum Mosis & ad id pertinentia, Cõmentaria, vbi multa etiam Exodi, Leuitici, Numerorum Mysteria diuino spiritu explicantur.
5 Tractatus de præcipuis quibusdam virtutibus.
6 De Fide & Iudicio libellus.
7 De Quatuor Tentationibus.
8 De septem Custodijs Opusculum longè pijssimum.
9 De septem Gradibus Amoris.
10 De Nuptijs spiritalibus Libri Tres.
11 De perfectione filiorum DEI.
12 Regnum amantium Deum.
13 De vera contemplatione Opus præclarum.
14 Epistolæ septem vtilissimæ.
15 Cantiones duæ admodùm spiritales.
16 Samuel, qui aliâs De alta Contemplatione dicitur, veriùs autem Apologia quorundam sancti huius viri dictorum sublimium inscribi possit.
17 Oratio perbreuis, sed pia valdè.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI MAIORIS CARTHVSIAE PRIORI DIGNISSIMO, AC TOTIVS ORDINIS CARTHVSIANI MODERATORI VIGILANTISSIMO, F. Gerardus ab Hamont, Prior Carthusianorum apud Coloniam Agrippinam, Obedientiam cum Reuerentia.

MVLTIS hodiè mundus abũdat libris, & videntur ea iam esse tẽpora Reuerende Pater, de quibus longè antè prædixit Daniel vir desideriorum, repletus spiritu Dei: Multiplex erit scientia. Atqui ô si q̃ est librorũ ingẽs multitudo, tanta etiam esset & vtilitas. Iam verò quando longè plures edũtur nedũ vani ac futiles, sed etiã perniciosi, atq; execrãdis referti dogmatibus, q̃ qui ad reformãdos in melius hominum mores, & ad verã pietatẽ spectent, infelicia potiùs q̃ felicia hæc dicenda sunt tẽpora, vt quæ multò plus lolij ac veneni, q̃ bonæ frugis ac remedij pariãt. Qua in re meritò pij omnes vigilare, & quibus possent modis eniti deberẽt, sicut & faciunt multi, vt q̃ sunt impij ac stolidi homines ad euulgãdas suas vel nugas, vel blasphemias impigri ac seduli: tam etiã ipsi, immò verò longè ampliùs ad edẽda ac disseminanda pia quęq; & salutaria tum sua, tum aliorũ pro Dei Opt. Max. honore, & animarum quotidiè grãdi nimis proh dolor numero in horrendum Tartarorum chaos ruentiũ salute, studiosi incumberent. Multùm em commẽdat nos Deo zelus animarũ, & semp ferè optimus quisq; etiã lucrandis animabus præcipuã nauauit operam. Nec hodiè quicquã tam deesse videtur populo Christiano miserãdum in modum varijs hæresum opinionibus dilacerato, aut inexplicabilibus aliorum vitiorũ nexibus irretito, q̃ homines docti iuxtà ac pij, quos & pietas instiget vt velint, & eruditio suffulciat, vt possint auxilio & cõsilio esse miseris, excæcatos ad veritatis reuocare lucem, euersos erigere, nutantes firmare, per deuios vitiorum anfractus noctes atq; dies properãtes ad tartara, suis exẽplis, suis monitis, suisq; precibus ad verã Christianæ religionis pietatẽ, & ad plana iucundaq; virtutũ itinera, quibus pergant in patriam, reducere. Res in aperto est, nec vllis eget argumentis. Quæ cùm ita se habeant, nos pro nostra exiguitate in cõmune omnibus cõsulere cupiẽtes, sicut & ex fraternæ charitatis debito obligamur, (vnicuiq; enim mãdauit Deus de proximo suo) iam aliquot annis studiosè operã dedimus diuersis, ijsq; nõ contẽnendis, euulgãdis authoribus: inter quos ante hos aliquot annos etiam D. Ioannis Thauleri insignis Theologi opera Latinè cõuersa, & ex vetustis Germanicis codicibus diligẽter castigata edidimus, vt haberent pij omnes, maximè qui ad perfectiora & vitæ contemplatiuæ studia adspirãt, quibus q̃ optimè instituerentur, ad eaq; sectanda instructi & expediti redderẽtur. Nam tametsi abundè multi extarent codices, ex quibus ea quæ ad cõponendos mores, vitia extirpanda, virtutesq; obtinendas ptinerent, satisq; superq; petere liceret: at tamen qui de vitę internæ & contemplatiuæ studijs, de mentis vnione cum Deo, atq; id genus alijs raris & minimè vulgaribus exercitijs, & de ratione eò pertingendi agerẽt, pauci sanè erãt: atq; ij ipsi partìm ita obscurè & inuolutè ea ipsa tractan

tes, vt indè potiùs deterrere, q̃ ad ea inuitare ac inflãmare Lectoris, pſert ìm rudis ac impfecti, animũ poſſent. Sed Thaulerus noſter non ſolũ multa lectiõe, verũ etiã propria expientia doctus, ſparſim ita dilucidè & aptè res eiuſcemodi tradit, vt qui aliqua eſt bona p̃ditus volũtate, p ſeſe indè haurire poſſit modos optimos atq; facilimos ad ſupremã vſq; pfectionẽ ptingendi. Quòd ſi nec ille oñibus facit ſatìs, poſſunt eñ fateor & in illo quædã deſiderari, iam aliũ damus nihilo Thaulero inferiorem, immò verò in multis etiã lõgè ſupiorem, nempe eximiũ, adeoq; diuinũ (ſic eñ ſępè eum Dionyſius noſter Carthuſianus appellat) D. Ioãnem Rusbrochiũ, D. Thauleri contemporaneũ, & in ſpiritalibus etiã magiſtrũ ac inſtitutorem, ſicut eius vita teſtatur. cuius ſcripta quãti facienda ſint, is demũ probabit, qui à capite ad calcem vſq; ea diligenter ac reuerẽter pſcrutatus erit. De quo viro admirabili pauca nobis hoc loco dicenda veniũt propter quoſdã, qui eius librum tertiũ de Nuptijs ſpiritalib. tanq̃ de errore ſuſpectũ, reijciẽdum putãrũt: in quibus primũ tenet locum venerabilis ille & p̃clarus Theologus D. Ioãnes Gerſon, cuius hodieq; ſcripta extãt, quibus ſpeciatìm eũ quem cõmemorauimus librũ tertiũ nõnihil reph̃endit: cuius deindè ſententiã ſecutus Abbas Tritthemius Spãheimeñ, virũ oñi laude dignũ, abſq; vllo illius demerito, parùm dignè cõmemorat. Itaq; quod ad Gerſonẽ attinet, primò quidem id veriſſimè dici poteſt, eũ in talẽ incidiſſe verſionẽ ſiue interpretationẽ, quæ multa omiſerit, multa adiecerit, quę nuſquã in exemplaribus Germanicis habeãtur: quod certè parùm decuit illũ, quiſquis tandem fuit, qui interpretẽ, veriùs paraphraſten, illius libri agere voluit. Qui tamẽ nec his cõtentus, etiã liminarẽ opi epiſtolã tanq̃ ipſius Authoris noĩe p̃figere nõ eſt veritus, vt quiſquis in illorũ triũ librorũ lectionẽ inciderit, D. Ioannẽ Rusbrochiũ illos è Germanico cõuertiſſe ſentire cogat: atq; ita quicquid illa habet verſio, totũ eſſe Authoris ipſius nõ poſſit quiſquã ambigere, cùm tñ, vt diximus, multa ibì paſſim admixta ſint, quæ vt bona ſint, tãto tñ viro vix digna ſunt. Quod ſi cui dubiũ videtur, vel cũ correcto Germanico, vel cũ hoc noſtro Latino exẽplari cõferat eandẽ ipſam interpretationẽ, & reipſa verũ nos dixiſſe, pbabit. Deindè ſi qs hac excuſatiõe cõtentus eſſe nolit, ſed cũ Gerſone authorẽ minùs cautè quædã ſcripſiſſe, mentẽq; ſuã meliùs explicare debuiſſe cõtendat, poſſet id fortaſſe cõcedi, ſi nõ alijs multis locis ab authore id eſſet abundè p̃ſtitũ, ita vt etiã propriã ſcripſerit dictorũ quorundã ſuorũ apologiã, quã Samuelis titulo p̃notauit, vbi aptiſſimè mentem explicat ſuã, quẽadmodũ ea intelligi velit, quæ D. Ioãnes Gerſon nõ ſatìs eſſe declarata fatetur. Nec hoc ſolo libello, ſed pluribus etiã alijs, maxìè in vltimis aliquot capitibus libri illius, cuius titulus eſt, Speculũ ſalutis æternæ, vſq; adeò oĩbus ſeſe purgatũ reddit, vt nemo niſi improbus aut maleuolus in erroris ſuſpicionẽ eius poſſit ſcripta vocare. Erãt quidẽ ea tẽpeſtate, qua ipſe floruit, impudentiſſimi ac amẽtiſſ. quidã hæretici, q liberorũ ſpirituũ noĩe tum vocabantur, quorũ opiniões quędã cũ huius ſanctiſſ. viri, immò & cũ qbuſdã ipſius Chriſti ſentẽtijs nõnihil cõſentire viderent. ſed eoſ ipſos hęreticos in tantũ

in

in oĩbus penè libris ſuis inſectat & cõfutat, vt penè cõtinuũ cũ eis bellũ ei fuiſſe, vel indè colligi poſſit. Hæc pauca Gerſoni reſpõdiſſe ſufficiat: cui tñ epiſtolã ſi qs diligẽter euoluat, nihil eũ definire cõperiet, ſed tãtùm meliorẽ quorundã hoc tertio ſpiritaliũ nuptiarũ libro dũtaxat dictorũ declarationẽ reqrere. Abbati Spãheimeñ reſpõdere nihil eſt op, quãdoquidẽ is ſua habet ex Gerſone, cui nos putam eſſe ſatisfactũ. Et ſi ille, Gerſonẽ loquor, maximè in ea eſſet ſentẽtia, authorẽ hũc à vera & catholica fide aberraſſe, quod nefas ſit dicere vel credere, nos illi cõfidẽter noſtrũ Dionyſiũ carthuſianũ opponerem, nihil illo neq; eruditiõe, neq; vitę ſanctimõia inferiorẽ, ĩmò verò diuinis aſſuetũ raptib, atq; Ecſtaticũ cõtẽplatorẽ, q tñ ſæpi ei honorificè meminit, eũq; nõ dubitat alterũ dicere Dionyſiũ Areopagitã, ob ſcriptorũ eximiã pietatẽ ac excellẽtiã. Quę quidẽ ſi qs oĩa diligẽter pcurrat, ſi ĩ eis verborũ & ſentẽtiarũ põdera benè trutinet, ſi ſcripturę myſteria exponẽdi & ĩternę vitæ abditiſſima q̃q; in lucẽ pferẽdi gratiã ſingularẽ in ipſo authore æquo ppendat iudicio, niſi tot cæc ac ſtupidus, vel nimiũ carnalis & aĩalis ſit, & pptereà nõ ſit idone pcipe ea q̃ ſunt ſpirit Dei, velit nolit, oĩnò fateri & exclamare cogẽt, q̃cunq; ferè hui ſunt viri, nõ ingenio hũano, ſed ſpũ diuino elaborata atq; cõfecta eſſe. quod & reuerà ita ſe habet. Nã etſi mediocriter doctus fuit, vt potè ſacerdos & prior canonicorũ Regulariũ, magnæ tñ literaturæ vel ſciẽtiæ nõ fuit, ſi de hũana q̃ inflat, ſciẽtia loq̃ris. Totus eñ dedit Deo & ſtudijs vitæ internæ, noluit animũ ſuũ literarũ ſtudijs, aut lectiõe multa, q̃ ferè diſtrahere ſolet mentẽ poti q̃ colligere, admodũ occupare, ſed cũ Pſalmiſta neſciẽs literaturã, introiuit ĩ potẽtias Dñi, & de plenitudĩe ſpũs tã ſublimia, tãq; pfunda interìm eructat, vt nemo dubitare poſſit, introductũ eũ in cellã ſpõſi vinariã, eiusq; vino prſus inebriatũ. Quod vtinã multi hui ſęculi ſapiẽtes, grãdes ĩ oculis ſuis, parui & fortaſſe nulli ĩ oculis Dei, imitari vellẽt, vt nõ totos ſe ĩ inexplebilẽ legẽdi ac ſciẽdi curioſitatẽ effunderẽt, ſed eniterent etiã ingredi in ſecretũ mẽtis ſuæ, & inibì haurire ex ſpũ Dei, & micantib ſupnæ gratiæ fulgorib verã ſapiẽtiã, qua diſcerẽt nõ alta ſape, ſed humilib cõſentire, mori vitijs, ſtudere virtutib, viuere Deo, ſpreto mũdo terrenisq; honorib ac voluptatib, verã beatitudinis gloriã ſuſpirare, & humilẽ Chriſtũ p hũilitatis, charitatis, manſuetudinis, cęterarũq; virtutũ placidiſſima ſeq itinera. Hæc eñ ſola vera ac ſalutaris ſapiẽtia eſt, quã q negligũt, quo ſe putãt eſſe ſapiẽtiores, eo ſunt reuerà amẽtiores: nec eſſe poteſt in illo hoĩe vel minima Chriſtianæ & religioſæ ſapiẽtię particula, q ipſam æternã & increatã ſapiẽtiã Dñm noſtrũ Iesvm Chriſtũ ſeq cõtẽnit. Sed qd nos iſta cõmemorare attinet? Redeamus ad id vndè noſtra parũpèr aberrauit oratio. Poſſem qdẽ hìc etiã ex venerabilis illi Gerardi Magni vita, cui author eſt D. Thomas Kẽpis religioſiſſ. ac piẽtiſſ. Pater, idẽq; ppè contẽporane Rusbrochij noſtri, cõmemorare teſtimõiũ, quo etiã ſpũ pphetię idẽ ipſe noſter Rusbrochi claruiſſe ſcribit, & ipſum Ger. Magnũ, virũ alioq doctiſſ. atq; ſanctiſſ. multa ex eo didiciſſe, & ei ſapiẽtiã ſtupuiſſe: atq; etiã quorundã aliorũ, ex qb vn vitæ excellẽtiſſimæ ſummis Seraphim eũ cõparat, & oẽm ei gloriã in cælis vidiſſe ſe ſcribit. Alter eũ ab vno dũtaxat Gerſone culpari, ſed à turba mul-

ta ſanctorũ virorũ defendi teſtat. Sed ne epiſtolæ modũ excedamꝰ, ĩ aliũ locũ iſta reijcere placuit quanq̃ ipſe ſe Author p̃claris diuinisq; ſcriptis ſuis ita cõmẽdet, vt alios adhibere laudatores, ꝓpè ſupfluũ ſit. Quòd aũt hæc pauca hîc cõmemorare voluimus, eo potiſſimũ conſilio factũ eſt, vt ſi qua cuiuſquã animo praua ſuſpicio ſederet, hãc penitꝰ à ſe excluderet, nihilq; poſthàc indignũ de tanto ſentiret viro, quẽ reuerà nemo vnquã dignè laudare poſſit. Quem tamẽ ſi qs benè intelligere, ac de eo verã ferre ſentẽtiã velit, totũ priùs plegat neceſſe eſt, & tũ demũ poterit, quod eſt æquũ, ſtatuere ac iudicare. Nã in qbuſdã locis ſub obſcurꝰ eſt, ſed alibi eadẽ aptè ac dilucidè explanat, ita vt diuerſa q̃uis ſcripſerit opuſcula, & in plurib⁹ eadẽ quãdoq; tractet, ita tamẽ abſtineat à repetitione, p̃ſertìm oneroſa, eorũ quæ aliâs dixit, vt miro quodã modo quæ in alijs omiſſa ſunt, in alijs explicẽtur, & diuerſa licèt ſcripta, optimè inter ſeſe qbuſdã in locis cohæreãt. Animaduertere id poterit, quiſquis totũ ſtudioſè plegerit. Multã quidẽ hactenùs, & eã ſanè nõ immeritã, laudẽ apud omnes veræ ſapiẽtiæ ſtudioſos obtinuit venerabilis ille & ſublimis contẽplator ac Theologus D. Henricus Harphius, ita vt etiã quidã nõ vulgaris authoritatis, eum inter excellentiſſimos referre Contẽplatores non dubitârit: verũ ſi ex libris eius, quos de vita contẽplatiua ſcripſit, qui ſunt ſecũdus ac tertius Theologiæ myſticę, ea quæ ex huius Authoris diuerſis monumẽtis etiã ad verbũ deſcripſit ac mutuatꝰ eſt, eradas aut auferas, penè nudũ ac vacuũ eum relinques: quod nos non in illius tanti tãq; ſuſpiciẽdi patris derogationẽ, ſed in noſtri Rusbrochij laudẽ dũtaxat hîc inſerere voluimꝰ. Cur aũt D. Hẽricus Harphius eius nomẽ omnino ſubticuerit, nec expreſſerit vſquã, nihil noſtra intereſt: id vnũ certiſſimum eſt, optima & præclariſſima quæq; ſecundi & tertij Myſticę Theologię librorũ, Rusbrochio potiùs optimo iure, vt cuius reuerà ſunt, q̃ Harphio, qui ea non pro ſua captãda laude, ſed pro multorum vtilitate ab eo mutuatus eſt, aſſcribi & aſſignari poſſe ac debere. Atq; ea re cõſultum ſanè fuerit, vt ſi quis de huius tanti viri ſcriptis minùs benè ſentiat, vel ea minùs capiat, Præfationẽ venerabilis patris D. Petri Leydenſis, quòndã noſtri Cœnobij prioris digniſſimi, in ſecũdum Myſticę Theologię eiuſdem Harphij librum, perlegat, quippe quæ non tam Harphio, quàm noſtro Rusbrochio ſcripta eſt, ex quo Harphius mutuatus eſt ea, quę in illa p̃fatione partìm explicãtur, partìm defendũtur. Verũ vt his omiſsis, ad te tãdem Reuerẽde Pater reuertar, hac potiſsimũ mente tuę Paternitati huius venerãdi Patris ſcripta nuncupare voluimus, q̃ illi ordini à Deo p̃fectus ſis, quem Author ipſe ſpecialiter cõmendat, quiq; vnus p̃cipuè ex Monaſticis Ordinibus vitę contẽplatiuę, quã hic Author excellentiſſimè deſcribit, addictus eſt: hoc interìm ſummopè obſecrãtes, vt gregem tuũ tuę fidei & ſolicitudini cõmiſſum, ad huius ſancti viri tum legenda, tum imitãda ſcripta adhortari nõ graueris, ne quod abſit, tãtis cõmodis, tantaq; ad internam excolẽdam vitam oportunitate aut abutãtur, aut parùm dignè vtanẽ. Commendamus autem R. P. Tuam Chriſti Opt. Max. benignitati, quæ eã in multos annos, ꝓ noſtri potiſſimũ Carthuſiani inſtituti cõſeruatione incolumem in vtroq; hoie tueri dignet. Dat. Colonię in noſtro cœnobio Carthuſ.

F. LAV-

F. LAVRENTIVS SVRIVS CARTHVSIANVS HVIVS OPERIS INTERPRES, CANDIDO LECTORI S. P.

EN habes hic, Chriſtiane Lector, authorem grauem, ſanctum, doctum à Deo, & quidem excellenter, denique talem, ut meritò inter præcipuos Eccleſiæ Doctores numerandus ſit. In cuius libris nihil niſi piũ, nihil niſi ſalutare ineſt: cuius omnes ſentẽtiæ diuinũ quiddã ac cæleſte ſpirant, ut uel hoc ſolo argumẽto ſatis cõſtare queat, non tam humano ſtudio uel ingenio, quàm diuino ſpiritu, quicquid hic cernis operum, confectum ac elaboratum eſſe. Quæ propterea libẽtius commemorare uoluimus, ut te ad huius authoris lectionem inuitaremus, nihil in hoc quærentes aut ſpectantes aliud, niſi ſalutem tuam: cui ſi, ut debes, conſultum uoles, obuijs, quod aiunt, ulnis huius ſcripta Viri excipies, nec unquàm è manibus depones. Nec ambigimus, ſi horum lectione eris delectatus, fructum immenſum breui te cõſecuturum. Nam ſiue etiamnum uitijs implicitus teneris, ſiue relictis uitijs, Vitæ emendationis ſtudium amplexus es, ſiue in dies in Virtutibus ac Dei amore feruenter progrederis, ſiue cunctis animi iam deuictis ac conſopitis perturbatiõibus, dulces diuinæ Cõtemplationis quotidie fructus experiris, paſſim apud hũc reuerà omni laude digniſſimum authorem inuenies, quæ te uel in uitijs iacentẽ excitent, uel bonæ uitæ ſtudia aggreſſum, magis ac magis inflamment, aut in uirtutibus feliciter progredienti ad perfectionem pertingendi cõmodiſſima ac maxime compendiaria demonſtrent itinera, uel certe iam perfectum, quanam ratione magis magisq; ad ſublimiora tendere debeas, abunde edoceant. Neq; enim quiſquam tam poteſt eſſe perditæ uitæ, qui nõ hincinde multa hic inueniat, unde ad proſpiciendum ſuæ ſaluti acriter ſtimuletur: neq; etiam uſq; adeò quiſpiam in ſublime euectus erit, quin plurima hic reperturus ſit, q̃ ipſi poſſint eſſe adminiculo, ut ſeipſo fiat ſublimior. Enumerò in omnibus ſuis Lucubrationibus hunc ferè Noſter hic Author obſeruat modum, ut ſublimibus humilia, & minime uſitatis maximeq; à communi etiam Piorum experientia remotis, communia quædam admiſceat, quo proſit omnibus, & nemo non ex ipſius ſcriptis animæ quandã referat haud uulgarem utilitatem. Nõ eſt igitur, ut quiſquam putet idcircò ſibi ſcriptorum eius lectionem fore ſuperuacaneam, ſiue quòd ſublimia multa & pauciſsimis bene perſpecta cõtineant: habẽt enì multo plura cunctis accommoda, & quæ poſſint uel perditiſsimum quenq; ad meliora incitare, ſiue q̃ uulgaria pleraq; legenti ingerant: nam & ea ipſa non uulgari ratione proponuntur: habent nãq; aculeos quoſdã ſuos, quos in animo lectoris altiùs infixos relinquũt: atq; eiuſcemodi ſunt, ut facile quis poſſit intelligere, ex Dei ſpiritu, nõ humana induſtria, ea p̃ficiſci. Quod ut teſtatũ magis tibi ſit, candide Lector, ſcriptorũq; eius oim uelut ſummam quandam retineas, iam paucis ſingulorum argumenta & materiam tibi explicabimus, breuitati tamen ſemper ſtudẽtes, ne plus oneris quàm cõmodi, tuis rebus ac ſtudijs adferamus. Quod antequã aggrediamur, breuiter, cur in hũc, quẽ cõſpicis, ordinem ea redegerimus, exponemus. Primo loco Summã ſpiritalis uitæ, qua paucis uerbis oim ſequentium librorum inſtitutiones fere cõprehenduntur, in ipſa Operum fronte repoſui-

mus: Subide Speculũ salutis æternæ collocauimus, hac nimirũ ratiõe, q̃ in eius libri extremis aliquot capitib. difficilimas quasdã sentẽtias suas ipsemet dilucide explicet, q̃bus ĩspectis, nemo poterit ambigere, qn Gersonis repræhẽsio meritò sit negligẽda. Secũdo loco cõmẽtaria ĩ tabernaculũ Mosis posuimus, ut lector haberet diuinæ scripturæ loca q̃dã difficilima ꝓspicue ac nõ nisi cælitùs explicata. Deĩde aptissimo (ut speramus) ordĩe multos huius S. Patris tractatus subiũximus, q̃ oĩbus saltem magna ex parte possint in cõmune ꝓdesse. Posteà de spiritalib. nuptijs tres libri subnectũtur, quibus mira dexteritate ab infimis usq̃ ad supremã uitæ ꝓfectionẽ unusq̃libet Deũ amãs, deducitur ac subuehitur. Quibus succedit liber de ꝓfectione filiorũ Dei, oĩ laude supior. Pòst Regnũ amãtiũ Deũ. deinde liber de uera cõtẽplatiõe, cuius ĩ Germanico titulus est De xij. religiosis fœminis. Subide epistolæ vij. subiũguntur, ac duæ cantiũculæ spiritales ualde: q̃bus subtexitur Samuel, q̃ alias De alta cõtemplatiõe inscribitur, quem ea de causa postremo quasi posuimus loco, q̃ uelut Apologia quædã sit sublimiũ S. Patris assertionũ quarundã, ĩ eoq̃ multa optĩe explicẽtur aduersũm calũniatores, atq̃ ipse sese author iudicio Ecclesiæ et Doctorũ catholicorũ submittat: quod etiã in libro de uera cõtẽpl. facit, sed meliùs ĩ hoc Samuele. Deniq̃ extremo loco S. uiri ꝓbreuis precatio collocata est. Sed his carptĩ breuiterq̃ ꝓstrictis, iã singulorũ argumẽta librorũ, & quo ĩ eis utatur ordĩe siue tractãdi modo, succinctim explicemus. In Sũma uitæ spiritalis, mira breuitate præcepta ferme oĩa & exercitia S. uitæ obtinendæ necessaria, eaq̃ nulli nõ cõueniẽtia, pulchre ac ꝓspicue uelut ob oculos ꝓpõit. In speculo salutis æternæ, prĩò simplex est et coĩs oĩbus, deĩde q̃dã sublimiora admiscet, pòst de uenerab. altaris sacramẽto aliquot agit capitib. q̃ reuerà cũctis sint utilissima: deinde sublimia ualde adiũgit, quo satisfaciat etiã ꝓfectis. Oĩbus enĩ se debitorẽ arbitratus est: & q̃ in oĩbus ꝓfectissimus erat, facile oĩbus uiuẽdi modũ præscribere potuit. In cõmentarijs ĩ Mosis tabernac. ubi etiã alia multa ueteris Instrumẽti mysteria edisserũtur, ĩ prĩcipio incipit utcũq̃ hũiliter, deinde aliq̃diu sublimia ꝓtractat: atq̃ illis absolutis, posteà maxĩa illius ꝓlixi opis parte ad oẽs sese accõmodat: & pluria sane toto illo opẽ habentur, q̃ digna sint uel aureis scribi characterib. multa, q̃ cũctis stupori sint & admiratiõi: ꝓplura etiã, q̃ uel saxea possit emollire pectora ad agendã pœnitẽtiã et uitia ꝓpudiandã. Admonẽdus aũt nobis es cãdide lector, ne te offendat, si cũ Bibliorũ textu ĩ hoc uolumĩe nõ semp cõsentire uideatur. ut plurimũ enim seqtur historiã Scholasticã Petri Trecẽsis presb. sicut etiã nos in margine suis locis passim annotauimus. In libro quẽ de præcipuis q̃busdã scripsit uirtutibus, cuius author ipse haud dubiò est, ut certis potest ꝓbari argumentis, totus est aureus, & oĩbus mire utilis et accõmodatus: nec quisquã ambigere potest, qn in hoc cõficiẽdo opusculo singulari sancti spũs gratia et adspiratione sit usus. In tractatulo De fide et iudicio, symbolũ cõcilij Niceni fere totũ exponit, et partẽ symboli apostol. estq̃ ibi uehemẽs, et totus oĩbus, cuiuscũq̃ sint generis, maxĩe accõmodatus. In opusc. de iiij. tẽtatiõib. partĩ coĩs, partim sublimis est, sed tamẽ nulli nõ utilis: ut nemo sit, qui ex eius lectiõe nõ sit aliquod assecuturus emolumentũ. In libello de vij. custodijs (ita enim huius titulũ uertere placuit, q̃ nullũ aliud uocabulũ Germanicæ dictiõi aptiùs occurreret, quanq̃ nec sic satis apposite redditũ est, sicut nec Germanicũ uocabulũ usq̃ quaq̃ satis argumẽto q̃drat) In hoc, inquã, libello spũ lõge dulciss. utitur, & mira breuitate et gratia totius uitæ trãsigẽdæ describit modũ, multis uulgaribus q̃dã sublimia ĩtermiscẽs: quod idẽ fere in sequẽti opusculo de vij. gradibus amoris obseruat, ĩ cuius initijs multa habet, q̃ possit ꝓdesse cũctis, sed deĩde etiã minùs oĩbus cõpta et usitata subiũgit. Vt enĩ ante diximus, et humilimus est et celsiss. Porrò ĩ opẽ quod seqtur, putà de nuptijs spiritalib. oẽm oĩm & laudẽ et admirationẽ uincit, totius spiritalis & ĩchoãdæ & ꝓsequẽdæ et absoluẽdæ uitæ ratiõem mirifice tradẽs: quod opus libẽter ĩ frõte collocassemus, nisi ob certas causas ĩ hunc locũ potiùs differẽdũ ꝓspexissemus. habet enĩ pleraq̃ paucis admodũ cognita: ad q̃ tamẽ ap præhẽdẽda maximũ præstãt adiumentũ ea, q̃ præcedentib. libris et tractatulis cõtinẽtur: attamen nullo usquã libro uel tractatu alio tam absolute spiritalis ac internæ et cõtẽplatiuæ uitæ tũ ĩchoãdæ, tũ ꝓsequẽdæ, tũ ꝓfecte obtinẽdæ uiã explicat, ac uelut ob oculos ꝓpõit. In libello de ꝓfectiõe filiorũ Dei cõscribẽdo, suauissima Sãctiꝓspiritus adspiratiõe usus est: et licet à coĩbus exordiatur, tamẽ sublimia potissimũ tractat, ita tamẽ, ut possint quẽuis ad ea appetenda illicere. In opẽ, cui titulũ fecit, Regnum amantium Deũ, aliquot capitib. ab ĩitio oĩbus sese accõmodat, sed deinde sensim fertur ad altiora, & est sane illo ipso ĩ tractatu admirabilis, planeq̃ singularis, et nescio q̃d miræ ac ĩsolitæ illic lucis reluceat. Huius libri capite octauo graphice depingit causas hæresum & errorũ, & ut q̃sq̃ ĩde possit curari, atq̃ ad sanã redire mentẽ. Videbis hic pie lector, spũm Christi potiùs q̃ authorẽ ipsum loq̃. In uolumine aũt de uera cõtemplatiõe (ita nãq̃ nos iustis de causis titulũ præfiximus, cùm ĩ Germãico de xij. religiosis fœminis parũ apte inscribatur) in pricipio totus est diuinus, et magis aliquẽ ex Seraphicis spiritibus, q̃ hoĩem referre uidetur: posteà tamen ad cõmunem oĩm captũ sese demittit: carpit uitia: tradit uias quasdã cõmunes, q̃bus ꝓtingatur ad Deũ: et ad extremũ, totã Christi Iesu passiõem cursim ꝓstringit, nisi q̃ in Sexta hora paulo diutiùs immoratur. Hoc opus uariũ est, sed plenũ sanctiss. aculeis, et diuini amoris spirãtissimũ: in quo tamẽ, præsertĩ in initio, iteq̃ alijs multis locis, sicut et ĩ alijs plerisq̃ suis lucubratiõib. multos eosq̃ suaues et iucundos admiscet rythmos, q̃ licet in Germanico lectorẽ mire afficiãt, tamẽ rerũ alioq̃ obscurarũ sensum magis reddũt difficilẽ, minusq̃ cõcinnũ ordinẽ & cõsequentiã, quãdo ĩ eiusmodi rythmico cõtextu sæpe minùs ꝓpriæ dictiões ꝓ ꝓprijs adhibentur, ut seruetur cõsonantia: quo factũ est, ut Latĩa ĩterpretatio ĩterdũ minorem habeat gratiã: quãdoq̃dem author ipse ob rhythmos seruandos, sese interim minùs explicat: neq̃ nos tamen q̃quã temere uspiãm ex nostris assuere ausi sumus. Cõfidimus tamen lectorem piũ nusquã nostrã opam, studiũ ac diligentiam desideraturum. Huic opi septem eiusdem sancti patris epistolas subtexuimus, in quarum nõnullis etsi quædam minùs cõmunia inserta sint, tamen magna ex parte cuiuis hominum generi utilissimæ sunt, abundantq̃ mellitissimis institutionibus & stimulis acutissimis, ut tuipse Christiane Lector facilè deprehendes. Cantiones duæ, quæ epistolas sequũtur, sublimes sunt, & nihil nisi diuinum respiũt. Pòst Apologia, id est, Samuel subnectitur, opusculũ uerbis breue,

ſed ſententiarũ põdere ac utilitate nulli ſecundum, quo ſua ſcripta ſublimia author explicat, et aduerſus calũnias quorundã acerrime tuetur, magis tamẽ ueritate, q̃ ingenij fœtus induſtria: ſicut & ubiq; ſemper quæcunq; dicit, ita dicit, ut ſuggeſſit ſpiritus Chriſti, nõ ꝓprij acumen ingenij. Extremũ locum eius oratio breuis occupat, quam in ſuæ ſpiritalis uitæ initijs cõpoſuiſſe uidetur. nam lõge alijs precibus poſteà eum fuiſſe uſum, eius ſcripta declarãt. Tales enĩ uiri Sãctiſpũs nutũ ſemper obſeruant, & ad omnẽ illius uoluntatẽ ac inſtinctũ ſeſe totos, nedũ preces ſuas accommodant, id ante oĩa & in oĩbus ſequẽtes & amplectẽtes, quod illi ſenſerint eſſe gratiſſimum. Habes iam lector humaniſſime, uelut in tabula utcunq; delineatam cunctorum Rusbrochianorũ operũ ſummã, quã idcircò præmittere uoluimus, ut qualẽcũq; ſaltem eorũ, quæ iam recens in lucẽ damus, notitiã habere poſſis. Obſecramus autẽ, ut ſicubi inter legendũ quædã tibi in ipſo authore occurrerint, quæ capenequeas, nõ ſtatim dãnare aut reſpuere uelis, ſed cõmittas ſpũ ſancto, cuius ſingulari beneficio cõſcripta ſunt. cuius rei, ut alios præterea, teſtem habes fide digniſſimũ D. Dionyſiũ Carthuſianũ, uirũ & eximia eruditiõe, & haud uulgari uitæ ſanctimõia celeberrimum, q̃ eius ſcripta aut oĩa, aut certe pleraq; plegit, ut euidẽtiſſime ipſe ſuis aliquot in opibus teſtatur, quibus libros eius nõ paucos noĩatim cõmemorat: cuius etiam de hoc uiro iudiciũ, itẽq; aliorũ quorundã de eodẽ ſententiã collegimus, huicq; opi præfigi curauimus: quæ ubi legeris, tum demũ cognoſces, qualis quãtusq; ſit noſter Ruſbrochius, licet eũ Gerſon nõnihil repræhẽderit, ſed parũ cõſiderate, ſicut et Hubertinũ uirum ſanctũ & ardentiſſimũ Dei ac iuſtitiæ zelatorẽ, cuius utinã ſcripta denuò uſpiàm excudantur, quod pij oẽs optãt, eadẽ fere incõſideratiõe repræhẽdit. Saluà nãq; Gerſonis reuerẽtia, quẽ & nos ita ut decet, ob eius integritatẽ ex aĩo ueneramur, tametſi pitus & ꝓbe exercitatus fuit theologus ſcholaſticus, ſed in myſticæ theologiæ cognitiõe ac expientia ꝓrſus nihil habet ad Rusbrochium: quem licet doleamus ab eo nõnihil repræhẽſum, tamẽ quia ignorãs in uirum ſanctum incurrit, idq; ſuo ut officio ſatisfaceret, nõ damnaret innocentem, nolumus acerbiùs in illum inuehi: certi uidelicet, q̃ ſi Rusbrochij noſtri uitam ꝓſpectã habuiſſet, ſummis eum laudibus celebraſſet. Quòd autẽ Dionyſius noſter tantope eum cõmendat, inde accidit, q̃ eius ſcripta plegit, atq; ea re meliùs de eis ſtatuere potuit, q̃ Gerſon, qui in laſciuam quandã unius tantùm opis eius uerſionem incidit, ubi multa admiſcẽtur, q̃ author ipſe nec ſomniârit unquàm. Sed his paucis pie lector cõtentus eſto. Nõ enĩ admodùm neceſſe eſt, authorẽ hunc multis defendere argumẽtis, qui ipſe ſe facile tueri poteſt. Lege ſecurus, & inuenies theſaurum incõparabilem, inuenies opes, quas Cræſi diuitijs cõmutare nolis. Nec te offendat ſermo ſimplicior, nã ea fere hìc traduntur, quæ ornari nolint, cõtenta doceri. Deniq; hoc nobis monendus es, in transferẽdo nõ ſemp ijſdem, ſed diuerſis nos uſos exemplaribus, ex diuerſis ad nos locis allatis: idq; multũ nobis contulit, ubi unum aliquod exemplar minùs correctum depræhendimus. Et difficile ſane eſt, omninò correcta reperire exemplaria: neq; dubium, quin ea res magnas fuiſſet noſtræ interpretationi tenebras allatura, niſi nos exemplarium copia adiuuiſſet. Bene uale, & pro nobis CHRISTVM exora.

HOC LOCO PONVNTVR SENTENTIAE QVAEDAM, MAXIME

D. Dionyſij Carthuſiani doctiſſ. atq; ſanctiſſ. viri, & quorundam aliorum minimè contemnendorum Patrum, quibus diligenter inſpectis, facilè vnicuiuis conſtare poterit, quid de noſtro D. Ioanne Rusbrochio ſentiendum ſit.

D. Dionyſius Carthuſianus De contemplatione libro II. Articulo IX.

VIR mirabilis atq; diuinitùs vnctus, & magnificè eruditus Ioannes Ruſbrochius, in ſuis codicibus DE contemplatione, multa profunda ſecundum ſuam experientiam conſcripſit.

Deindè toto illo articulo non niſi huius ſancti Patris ſcripta recitat, partimq; elucidat. Et quę idem Dionyſij lib. 3. de Contemplat. Articulo 23. habet de diſtinctione inter mercenarios, ſeruos fideles, & amicos &c, ea noſtri Rusbrochij ſunt. Atq; hanc diſtinctionem idem Dionyſius Tractatu 3. de Donis Spirituſſancti, Artic. 7. præclariſſimam vocat, idq; iure ſanè. Vide etiam Dionyſiũ libro 3. de Contempl. cap. 6. Item Tractatu 3. de donis Spũſſ. art. 27. & multis alijs locis.

Idẽ Dionyſius Carthuſ. in ſermone primo de confeſſore non pontifice, poſtq̃ aliquot ſanctiſſ. viros ſcientiã ſuã magis vitæ ſanctimonia & oratione, q̃ lectione adeptos cõmemorauit, ita ſubiũgit:

DEniq; nónne omnibus his mirabilius ritè cenſemus, quod iam non diu ante nos cõtigit in admirabili illo viro Ioãne Rusbrochio, qui cùm idiota eſſet, & ipſius ꝓpemodùm LATINI ignarus eloquij, nihilo minùs merito ſanctitatis & ſimplicitatis ſuæ, tam ſupnaturales diuinitùs theorias ſortit⁹ eſt, & in ſuo quoq; vulgari idiomate tam ſubtiliſſimas veritates cõſcripſit, vt excellentiſſimi ſacræ THEOLOGIÆ ꝓfeſſores ſpiritũ præ admiratiõe vix habeant, ſeq; nõ poſſe ſentẽtias eius intelligere, palàm ediſſerãt? Emuerò & ego in Chriſtiana ſcientia paup, recens & modicus, hoc liberè fateor, q̃ in nullius ECCLESIASTICORŨ atq; catholicorũ DOCTORŨ voluminibus tantã ſcientiarũ altitudinẽ, mihiq; tam difficilem comperi, vt in libris ipſius, ſolo vno DIONYSIO dempto, cuius tamẽ difficultas ꝓpter ſtyli obſcuritatẽ magna ex parte cõtingit, quod vtiq; in libris huius admirabilis viri locum non habet.

Idem tractatu 2. de Donis Spirituſſancti, Articulo XIII.

VIR aũt mirabilis D. Ioãnes Rusbrochi⁹, quẽ qualiter dignè appellẽ, ignoro, niſi vt quẽadmodũ venerab. ille Hugo de S. Victore, ꝓpter eminentẽ ſuã ſcientiã vocat⁹ eſt alter Auguſtin⁹, ſic Ioãnes iſte mirabilis ꝓpter excellentiſſimã ſuã ſapientiã noĩetur alter Dionyſi⁹. puto enĩ quia ſi libri eius in tali eſſent ſtylo trãſlati, vt libri MAGNI Dionyſij, nõ eſſent faciliores ſtudenti, q̃ libri Dionyſij. Quoniã igit̃ vir hic tantæ ſapiẽtiæ fuit, meritò eũ appello Doctorẽ diuinũ: quia inſtructorẽ nõ habuit niſi Spũſanctum: erat enĩ aliâs illiteratus ac idiota, (id eſt, nõ admodũ doctus, ſi ad humanã ſpectes ſapiẽtiam) eo vtiq; modo, quo Petrus & Ioãnes archiapoſtoli à Luca in Actibus APOSTOLORŨ illiterati fuiſſe narrant. Vndè & libros ſuos in vulgari cõſcripſit, quorũ tã ꝓfunditatẽ atq; ſententiã nemo ad plenũ mirari iam valet. Qm̃ itaq; certus ſum, virũ iſtũ à Spũſancto inſtructũ, ꝓptereà magna eſt eius authoritas apud me.

Idem Dionyſius Carthuſ. lib. 3. de contemplatione, Cap. extremo, viri huius ſanctiſſimi ſcripta cõtra Gerſonem egregiè defendit multis verbis, quæ hìc libuit paulo ſuſiùs aſſcribere eo ordine & modo, quo apud Dionyſium habentur, vt tanto meliùs intelligat Lector, quàm immeritò Gerſon hunc Authorem repræhenderit: atque etiam, vt huius viri dicta quædam ſublimia rectiùs intelligantur. Ait ergo Dionyſius noſter:

ITaq; cordialis cõplacentia, qua DEUS complacet menti humanæ, & fruitio qua ipſa fruit DEO ſupaltiſſimo, ipſam vehemẽter deificãt, & DEO præamabilem amplexabilẽq; efficiũt, intantũ vt in mutuo ſupdelicioſiſſimæ, ſupeſſentialis & ſupſimplicis Trinitatis cõplexu inueniat & ipſa feliciter amplexata ab il-

illa. Sic Deo ſupamando & ſupdigniſſimo adherere, vniri, conformari, infigi, eſt deiformiter ſimplificari, excellentiſſimè ſanctificari, ſupnaturaliter ſtabiliri, in ſyncériſſimũ bonitatis affectũ transferri, ſup ſe erigi, à ſeipſo deficere atq; defluere, Deo immergi, in ipſo expirare & mori, in eũ abſorberi, vnum ſeu idẽ cũ ipſo fieri, vitã Deificantẽ ipſum viuentẽ, & Deificatã p gratioſiſſimã imitationẽ habere ac ducere. quod totũ intelligendũ eſt nõ p creati Eſſe conſumptionẽ, deſitionẽ, vel eiº in Eſſe diuinũ ac ideale trãſlationem vel pmutationẽ, ſed modi eſſendi melioratione, p qualitatis ĩmutationẽ, p eximiã atq; pcipuã imitationẽ. Vnũquodq; eũ illi potiſſimè cõformat, eiusq; nomẽ ſortit, cuius opatiões magìs ſectat, ſicut voraces dicimº lupos. Res quoq; intellectualis cũ illo dicit maxìè fieri vnũ, cui pleniori nectit charitate. Charitas qppe amantẽ in amatũ trãſformat, & amborũ volũtatẽ facit cõformitate quadã volẽdi atq; nolẽdi eandẽ. Vndè amicº dicit alter ego. Deniq; dũ qs cõnaturales ac pprias opatiões exercere, ſeipſum quoq; aduertere deſinit, & altioris vel ſaltẽ alterius naturæ opatiõibº magìs inſiſtit, dicit à ſeipſo deficere, ĩ aliud verti, neq; quod
Gal.2. Prou.12. fuit manere, quẽadmodũ ait Apoſtolº, Viuo aũt iã nõ ego: & Salomon, Verte impios, & nõ erũt. Sic nãq; iubemur etiã mortificare noſipſos. Iuxta hũc modũ loquẽdi Ioãnes RVSBROCHIº ait frequẽter fieri nos idẽ cũ Deo, vnã vitã, vnã felicitatẽ, ita q quidã verborũ eiº ſupficiẽ magìs q mẽtis intẽtionem attendẽs,
Gerſon hic notatur. ſcribit eũ voluiſſe renouare errorẽ, dicẽtiũ rationalẽ creaturã p eleuationẽ ſuã ad Deũ, redire ac verti in Eſſe ideale & increatũ: quod fuit rudiſſimº atq; ſtultiſſimº error: neq; putãdum q pfatº Ioãnes Rusbrochiº vnquã intẽderit id affirmare aut renouare: imò duriſſimè cõtra pdictũ ſcribit errorẽ. Veruntñ habet modũ loquẽdi frequẽter ſatìs extẽſum, ſicut & alij quidã ſanctorũ, ſecundum deuotionis ſuæ exceſſum & charitatis feruorem loquentium.

D. Thomas Kempis Pater celeberrimus, in Vita Gerardi Magni, cuius ipſe author eſt, Capit. X. ita ſcribit:

AVdiens pius & humilis Magiſter Gerardº magnam ac celebrẽ famã venerabilis D. Ioãnis RVSBROCHII, religioſi Prioris VIRIDIS VALLIS prope Bruxellam, perrexit ad partes Brabantiæ per lõginqui itineris ſpatium ad videndã ſancti ac deuotiſſimi Patris pſentiam corporalem, vt vocem eiº gratioſam, tanquàm Spirituſſancti fiſtulam, audiret ſua verba reſonantem.

Quæ deindè ſequuntur, ferè in huius ſancti Patris vita habentur. Attamen profuerit lectori, totum hoc Caput apud Thomam Kempis perlegiſſe, propter honorificam, eamq; ſubindè repetitã huius ſancti viri appellationem.

Gerardus Magnus vir ſanctiſſimus, in epiſtola quadam ad Fratres Viridis Vallis, cuius Prior fuit D. Ioannes Rusbrochius, ita ſcribit, poſtquã iam hunc pñſſimum Patrem viſitauerat:

INtimè commendari deſidero Præpoſito & PRIORI, [Ioanni RVSBROCHIO: illum enim certò intelligit, ſicut in eius Vita patet, quam D. Thomas Kempis cõſcripſit] cuius ſcabellum pedum tam in hac vita, quàm in futura (quia anima mea ipſi præ cũctis mortalibº amore & reuerẽtia conglutinata eſt) fieri cõcupiſco &c.

Poſſemus hìc plura etiam ex Chronographis & alijs claris Authoribus teſtimonia adducere: ſed ne LECTORI faſtidio ſimus, ijs ſuperſedemus.

IN-

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM, NON QVIDEM OMNIVM, SED MAGÌS INSIGNIVM MEMORABILIVMQVE, IN huius noſtri D. Ioannis Rusbrochij lucubrationibus contentorum, ſedulò digeſtus.

Numerus deſignat quotitatem paginarum: A, priorem folij medietatem, B autem alteram cuiuſque folij medietatem.

AAron quid ſonet 67 a
Abnegatiõis & reſignatiõis ſui, fructus 67 b
abnegationis verę ſuijpſius virtus & efficacia quanta 244 b
abnegatio q̃ quibus neceſſaria 336 a
abnegatio ſui vndè & qualis 230 a
abſolutio vana quæ 199 b
abſtracta vita quõ potiſſimũ agatur 235 b
abſtractè quinã & vbinã viuendum ibidẽ
abſtractioni obtinendæ quid maximè noceat & cauendum ſit 236 b
abyſſus diuinitatis qualis 372 a
abyſſus quõ inuocet abyſſum 360 b
Accipitris calliditas quid ſignet 209 a
acedia qd ſit, & quõ expellenda 315 b
achatę deſcriptio 126 a
achiſamech quid ſonet 65 b
actionem & fruitionem qui Deus à nobis exigat 362 a
actio Dei qualis 367 a
actio omnis vbinam deficiat 418 b
actiuus & externº quis ſemp maneat 355 b
Adamãtem, hircino tantùm ſanguine frangi, quid deſignet 164 a
adã quõ ad ſeipſum reflexº ceciderit 364 b
adam vndè ſit facilè victus 494 b
adeps, quo veſci licet, quid deſignet 155 b
adeps ſpiritaliter Deo offerendus, qd 154 b
admonitio & motus continuus Dei in nobis vbiq; quantus 239 a
adorare Deum quid ſit 289 b
adorare & venerari Deum totis viribus noſtris, quibus iure meritoq; permouẽremur 288 b
aduentus Chriſti in hoſem ſecundus, qualis 339 b
aduẽtus Chri in hoſem tertius, quid 348 b
aduentus Chriſti triplex, quis 306 a 324 b
aduentũs Chriſti myſtici in animas noſtras quotuplex ratio 309 a
aduentus Chriſti primus qui nobis imitandus 311 a
aduentus Chriſti ſecũdus vtì deſiderandº, & tertius quõ expectandus ibidẽ
aduẽtũs Chriſti tertij & vltimi quotuplex ratio 310 a
aduentus primus qualis, eius q; modus quadruplex quis 325 b
aduentus ſinguli cunctaq; opera Chri quæ tria in ſe cõſiderãda cõtineãt 306 a
aduentus ſponſi perpetuus quis 369 b
aduerſitatum vtilitas quanta 221 b
Aegyptus quid ſonet 67 b
æqualitas animi quõ vbiq; præſtanda 237 a
æquinoctiũ quod q̃ ſecũ mala vehat 336 a
æthiopia quid ſonet 136 a
Affectiõibus qualibus quouſq; obnoxij ſimus, ad easq; proniſſimi 264 a
affectus animæ amantis Deũ, quis 233 a
affectus erga Deũ quõ maxìè inflãmet 17 b
afflictiones hominum quatenùs Deo placeant 245 a
afflictiones quæ quibus etiam gaudij loco futuræ 335 a
afflictionum vtilitas quãta 286 b
Agere & Pati noſtrum, quid 301 a
agi nobiſcũ rectè, qñ demũ verè dicãt 239 b
agnum Paſchalem crudum vel coctũ aqua, aut aſſum igne, quis comedat 195 a
agnus Paſchalis quõ myſticè manducãdus ſit 195 a b
agnus ſiue capra quõ myſticè offerat 164 b
Alloquendo alios quis ſeruandus ſit modus 272 b
alphæus quid ſonet 125 b
altare cur cauũ, nõ ſolidũ, fieri iuſſum 59 b
altare quibus de lignis myſticè faciẽdũ 57 b
altare thymiamatis, eiºq; quatuor cornua, myſticè quæ ſint 114 b
altaria noſtra duo quæ, quõ myſticè conſecranda 153 a
Amando qui ſpũs noſter amor fiat 360 a
amara perĩã ac dulcia cuinã ſapiant 245 a
amare Deũ perfectè & poſſidere, quid 289 b
amare & Frui quid ſit 301 a
ambitioſos nullo honore dignos eſſe 473 a
ambulandũ cur ſit hìc in fide & ſpe, non in ſpecie 36 a
amethyſti deſcriptio 126 b
amici Dei ſecreti quid agant 378 b
amicorũ Dei ſecretorum deſcriptio 379 b
amicorũ Dei vita interna quæ 380 a
amicorum ſecretorum & occultorum Dei filiorum differentia quanta 379 b
amor carnalis ſpiritali homini quõ repudiandus ſit 373 b
amor Dei patris quãtus ſit erga nos 498 b
amor Dei quanti ſit momenti 498 a
amor Dei vbi & qñ perfectus ſit 274 a
amorẽ Dei perfectũ ocium non pati 292 b
amorẽ eſſe non poſſe ocioſum 382 a
amorem, inter homines pacis eſſe ſeminarium 230 b
amore quo qui in nihilũ redigaris 361 b
amori duo quædam congruere 243 a
amori proprium quid 24 b
amoris Chriſti ſigna, in ſacramento nobis exhibita, quæ ſint 24 a
amoris Dei erga nos ſigna quatuor quomodò declarata 28 a
amoris Dei gradus primus 283 a
amoris erga Deũ modi tres quomodò exercendi 511 b
amoris & fruitionis quale diſcrimẽ 301 b
amoris gradus ſecũdus 283 b tertiº 284 b quartus 286 a quintus 288 a ſextus 299 b ſeptimus 300 b
amoris IESV natura quæ 24 b
amoris inordinati deſcriptio quæ 231 a
amoris intimus luſus quis ſit 298 a
amoris languor & impatientia vndè 331 b
amoris libra ſumma quæ ſit 470 b
amoris modi quatuor 439 b
amoris modi quatuor nobis præcepti, qui quõ exercitandi 450 b
amoris pondus mercatorium quod 113 a
amoris ſpiritũs operationes quæ 79 a
amoris vita quæ 350 a
amoris vnitas cum Deo in ſpiritu quomodò obtineatur 491 a
amor naturalis quis 364 a
amor Patris & filij, quis 64 a
amor quantus exigatur à nobis 443 a
amor ſenſibilis vndè & quis 326 b
amor ſui quos perdiderit 463 b
amor trãquillº quõ Soli aptè cõparet 455 a
amor vt ſemper operetur, & fruitio vt ſemper vacet 300 b
Anathema qui apoſtolus Paulus eſſe voluerit 244 a
andreas apoſtolus quõ ſua ſit crucelætatus 233 b
andreas quid ſonet 122 b
angelici infimi ordinis ſpiritº quales, qdq; efficiant 400 a
angelici ſpũs vtì ſe erga nos habeant 291 b
angelorũ inter ſe differentia quanta 477 b
angelos ex gra, nõ natura, eſſe beatos 37 a
anima deuota quando & quàm ægrè intermittat opera pietatis 292 a
animæ à creaturis oĩbus expeditæ & eleuatæ quõ ſe Deus oſtendat 469 a
animæ amãti à Deo q̃ portæ aperiant 278 a
animæ Chriſti quomodò plus datum ſit, quàm ipſa deſiderãrit 418 b
animæ eſſentia qualis 394 a
animę proprietates, quibus Deo ſimilis eſt, tres quæ 42 b
animæ proprietates quot & quæ 27 b
aĩæ rõnalis & diuinæ gĩæ præſtantia 323 b
aĩæ regnum qui vaſtatum, & quõ reparandum 412 b
aĩalia Ezechielis quatuor quõ myſticè exprimamus 185 b
aĩalia mũda & immũda, myſticè quid 198 a
aĩalia q̃ cur Deus offerri ſibi iuſſerit 466 b
aĩaliũ quatuor Ezechieli viſorum myſtica ſignificatio 277 b
aĩam mũdã ſeruari volẽti qd faciendũ 152 a
animã rõnalem, infra ſeſe eſſe ſenſitiuam, in ſe rõnalẽ, & ſupra ſeſe ſpiritalem 496 a
anima quale ſit Dei regnum 347 b
anima qui cubitus integer ſit, corpus verò ſemis 82 b
anima quõ ab ipſam amãte perdatur 165 a
aĩa rõnalis qui Deo viuat 513 b
anima rõnalis quid Deo debeat 475 b
anima vitalis quouſq; nobis eleuãda 452 a
anni partes quatuor myſticè quid 471 a
annuli aurei quatuor Rationalis, myſticè quid 130 a
annuli aurei quinq; myſticè qui 89 b
annuli quatuor myſticè quid 59 a
annuli ſiue circuli aurei quid ſignent 95 b
annulis aureis quid doceamur 91 a
annulus aureus myſticè quid 133 a
anſæ hyacinthinæ quid ſignent 95 b
anſæ ſagorum myſticè quid 77 a
Apis mellificantis depictio, & quõ imitanda 330 b
Aquæ luſtralis figura 180 a
aq̃ modicũ vino ſacraliter miſceri, qd 24 a
aquãrius quos notet 259 b
aqua ſpũalis qua lauari debeamus, q̃ 116 b

aquilę descriptio,& in quibus imitanda sit, in quibus non 206 a
Arabia quid sonet 135 a
arabũ calliditas q̃ quõ imitanda 135 b
arbitrij liberi præstantia quanta sit 515 a
arbitrio libero num aliquid dñetur 457 b
arbitrium liberum optimum esse in homine,& quõ offerendum sit 51 b
arboris nobis ascendendæ rami duodecim qui sint 320 b
arca Deo fabricanda mysticè quæ 204 b
arcæ longitudo,altitudo,& latitudo 204 b
arcę Mosaicę q̃ quatuor indita fuerit 206 a
archangeli qui,& quis eis similis 402 a
aries anniculus ĩmaculatꝰ, mysticè qd 156 b
aries quot habeat consideranda 78 a
arietis signo quando sol insit 401 a
armus dexter mysticè quid 160 b
Asor quid sonet 126 a
aspectus piorũ hominũ duplex quis 33 b
ascensus & descensus laudabilis,quis 169 b
Atrium spiritualis tabernaculi, basesq́; eius & columnæ quæ sint 53 a
Auari cur muribꝰ & talpis cõferãtur 199 a
auari quã sibi vim meritò inferrent 147 b
auari stoliditas & imprudentia quãta 284 a
auaritia & tenacitas quõ extinguẽdæ 315 a
auarũ semp inexplebilẽ & insatiabilẽ 284 a
auarorum & tenacium turpitudo 397 a
auarꝰ cur dæmonum vnguibus pulchrè assimiletur 284 a
auarus cur & Deo & hoĩbus odio sit 147 a
aues immundę q̃,& mysticè quid 206 a
aureola quæ,quibus tantũ debita 242 b
aures audiendi habere qui dicantur 259 a
auiũ q̃druplex differẽtia mysticè qd 495 a
aurum purum,quid 184 b
autũnꝰ mysticè q̃ secũ ĩcõmoda ferat 334 b
Azyma edere septẽ diebus,quid 196 b
BAccalaurei mysticè qui sint 473 b
baculi pastoralis partes tres, mysticè quid 202 b
balsami calor quantus 145 a
balsami descriptio,& quomodò Christum designet 144 a
balsamũ in altis mõtibus crescere,qd 144 a
balteꝰ qualis vestis,& quid mysticè 117 b
baptismus quid conferat homini 390 b
barba promissa mysticè quid 164 b
bartholomæus quid sonet 126 b
bases æneæ mysticè quid 98 a
bases q̃ qñ & quĩ mysticè fundantur 83 b
Beatificãtia nos opa quot modis fiãt 450 b
beatis esse volentibus quid necessariũ 20 a
beati sine quo esse nequeamus 367 a
beatitudines octo quõ habendæ sint 19 b
beatitudinis diuersitas quanta 420 b
beatitudinis æternæ optimum & sublimissimum quid 302 b
beatitudinis nostræ causa prima quæ 352 a
beatitudo nostra in quo consistat 352 b
beatitudo nr̃a suprema ĩ quo cõsistat? 371 b
beatitudo perfecta in quo consistat 255 a
beati vt sint contemplandi 282 b
beatos oẽs vnã amoris flãmã reddere 342 b
beneficia Christi erga nos,quæ 451 a
beneficiorũ dñi Iesu erga nos summa 303 b
beneficiorum ecclesiasticorũ pluralitas in vna persona reprẹhenditur 201 b
beniamin quid sonet 187 b
beniamin quomodò quis mysticè fiat 128.b
berylli descriptio 129 a
berylli sex anguli quid designent 129 a
beseleel mysticè quid 62 b 88 b 204 b
Blasphẽia quorũdã scelesta describit 497 b
blasphemiæ quorundam inauditæ 446 a
Bolismum quis mysticè patiatur 349 b
bona quæ quĩ communia forent 345 a
bona quæ supsunt pceribus & p̃latis ecclesiæ,pauperibus impertienda esse 481 b
bõa sẽpiterna quo thesaur. cõparãda 249 a
bona temporalia quomodò ad honorẽ Dei conuertenda 470 b
boni homines quõ considerandi 433 a
bonorum hominum genus duplex 240 b
bonorum omnium regula quæ 367 a
bonum hominem facientia tria quæ 373 b
bos in holocaustũ oblatꝰ,qd mysticè 169 b
Breuiarium, canon seu ordinarius noster quis sit mysticè 500 b
Byssus retorta mysticè quid 56 a
byssus vt designet simplicitatem & innocentiam 69 a
CAecitas spiritalis triplex quæ 146 a
cælestium quanta præ terrestribꝰ habenda cura 113 a
cæli claritas quotuplex,& quæ 281 b
cæli & stellæ vtì nos vitam internam cælestemq́; edoceant 459 a
cæli motus cur aliquãdo cessaturus 426 b
cæli qui quam vitam signẽt 458 b
cæli triplicis & stellarum descriptio 458 b
cælorũ trium corporeorũ dispositio & ornatus 392 b
cælum crystallinum quod & inter quæ mediet 457 a
cælũ empyreum esse palatiũ Dei &c. 456 a
cælũ empyreũ quĩ conditũ & quale 347 b
calami aromatici descriptio,& mystica designatio 136 b
calami aurei mysticè quid 102 a
calculus candidus,mysticè quid 375 b
caligo quorum sit beatitudo 430 b
campsores amentes mysticè qui sint 493 b
cãdelabri aurei mysticatio 102 b
candelabrũ cur ĩ australĩ parte locatũ 113 b
candelabrum quĩ & quale Chr̃s fuerit 105 a
caniculari æstui quis amor cõparãdus 333 a
canon Christi quid nobis præscribat 499 a
canonis præscripti nobis à Christo fundamentum quod sit 482 a
canticum cuiusmodi Christus nobis præcinet 296 b 298 b
capacitas nostra quàm sit exilis 360 a
capra quid,& quĩ offerenda 165 a
carbunculi descriptio 124 a
carnem domare,quanti sit negocij 153 b
carnes quæ cur tm̃ sacerdoti edendæ 164
carni obsequẽtes quæ pœna maneat 494 a
casię descriptio,& mystica significatio 137 b
castitas q̃ sit necessaria sacerdotibus 152 b
castitas quibus rebus aptè conferatur 317 a
castitas quõ obtineatũ ac cõseruetur. 487 a
castitas triplex habenda,quæ sit 316 b
castitas vitæ quomodò impugnetur à satana,mundo,& carne 487 b
castitatem appetenti quæ necessaria. 284 b
castitatẽ quænam conseruent 484 a
castitatis triplicis fructus multiplex 217 a
catenæ 2. aureæ,quid 130 b
cauda hostiæ quid 171 b
cauda sacrificij mysticè ĩmolãda q̃ sit 160 a
Centurioni quinam assimilentur 31 b
Charadrij descriptio 211 b
charitas Christi quàm sit communis 344 b
charitas Chri q̃ta & cur ĩcõphẽsibilis 307 b
charitas cur igni comparẽt 70 a
charitas cur semper augeri possit 185 a
charitas Dei quid nobis det,quídve à nobis exigat 467 b
charitas Dei quid sit,& vndè gignatur 305 b
charitas & grã Dei vt obtineri possit 274 a
charitas opans simul & q̃escens,quæ 357 b
charitas ordinata quæ sit 518 b
charitas perfecta Dei quid potissimùm quęrat efficiatq́; 398 a
charitas quàm capax debeat esse 91 b
charitas quid operetur 311 b
charitas quĩ sit auara 45 b
charitas qnõ sit actuosa & essentialis 424 b
charitas tranquilla & essentialis cuiusmodi,& qualiter sese habeat 278 b
charit. vti cõparet abysso,soli et fõti 424 b
charitate communi viuendum quĩ sit 359 a
charitatis ascensus & descensus quomodò differant 472 a
charitatis cõmunis expertes,vtì ex tribus cognoscant signis 344 a
charitatis Dei erga nos 4.argumenta 26 b
charitatis descriptio 148 a
char.et vitæ ĩternæ pfectio qd req̃rat 293 b
charitatis multiplices effectus 278 a
charitatis opi nullũ studiũ añferẽdũ 398 b
charitatis ordo triplex per tres circulos aureos designatus,quis 131 b
charitatis perfectæ commendatio 296 b
charitatis pfecti modi qui 513 a
charitatis pondus ciuile quod 113 a b
charitatis quadruplicis descriptio quæ 15 a
charitatis regnũ quot in partes diuisũ 187 a
charitatis veræ radix quæ sit 19 b
cherubin qui cur vocẽtur 421 b
chorus hominum & chorus angelorum in cælis vbi erunt 299 a
chorꝰ quas ob res à multis frequẽtẽt 202 a
chrisma mysticè quid 180 a
chrisma quando confecerit Christus 181 b
chrismatis compositio mysticè quid 143 b
christiani boni,qui 444 b
christum multo plura, quàm scriptum sit, pertulisse 176 b
christum vt nobis imprimamus 285 b
christus Iesus Dei filius vt patri sit cælesti offerendus 290 a
chr̃us pcentor noster in cælis vt erit 297 a
christus qui vitã suã exegerit, & quomodò illi similes efficiamur 111 b
christus quõ & oliua & balsamum sit 143 b
chr̃us quõ se nobis trifariàm coĩcarit 346 a
christus quomodò Trinitati,boniq́; omnes quõ Christo similes sint 415 a
chr̃s vt nobis honorãdꝰ sit & adorãdꝰ 288 b
chrysoliti descriptio 127 b
Cibum sumenti qd mente tractãdum 271 b
cibo sumpto quid agẽdum 272 b
cinnamomi descriptio & mystica significatio 136 a
cinnamomi vires quid designent 136 b
circulorum 4. mysticatio 205 a
circuli aurei mysticè q̃ 91 a 100 b
circũcisiõis & passionis Chr̃i,pondus 138 b
Clamor scti spũs in nobis,qs et quãtus 301 a
clara sancta qbꝰ se custodijs incluserit 273 a
claritatis cælestis patrię & huius vitæ differentia quanta 385 a
claritudo quæ quem visum excęcet 349 a
claudicatio triplex quę 146 b
clauium potestatem non impediri sacerdotum peccatis 480 a
clericis aut sacerdotibus inopibꝰ quomodò liceat operam suam locare alij 481 a
Coccus bis tinctꝰ mysticè qd 16 a 69 b 96 b
codicis nostri quæ claritas, & in eo exarati æterni versus qui 282 b
codicis nostri color quis 282 b
cœnæ dñicæ solẽnitas à chr̃o instituta 22 b
cœnobia quibus morbis laborent 490 a
cœnobitarum inæqualitas seu proprietas quãta sit hodiè 490 a
cognitio creaturarum omnium quàm nihil sit ad Dei sapientiã 282 b
cognitio Dei q̃lis necessaria 21 b
cognitio Dei summa quę 321 a
cognitio nostrĩ ipsorũ quàm sit vtilis 404 a
collocutione quali cum Deo anima viribꝰ destituatur 475 b
collocutiones amicabiles in spiritu Dei & hominis 292 a
colloquia hominum quomodò accedenda sint religiosis 271 b
colores 4. mysticè quid 56 a 69 a
columbæ proprietates quę 167 b
columba in foraminibus petrę, quomodò esse debeamus 144 b
columbarũ pulli duo, quid 167 b
colũnæ quatuor argẽteæ mysticè quid 94 a
colũnæ 5. vtì signent 5. internos sensus 99 a
columnarũ capita argẽtea mysticè qd 53 b
compassio duplex per coccum bis tinctum designata 56 a
cõpassionem triplicẽ quõ obtineamꝰ 314 a
cõpassio qd sit,& quę bona producat 314 a
complacentia mutua inter Deum & hominem amantem 292 a
complacẽtia suĩ quàm sit periculosa 363 b
compunctio vndè, & cui soli propria 326 b
cõmunicare quotidiè quibus expediat 34 a
cõmunicantiũ genera quæ & quot 30 b &c.
communio cur vocetur Eucharistia 25 b
cõmunio inter se bonorum quanta 254 a
cõcertatio spũum duorum iucunda 350 a
concubinariorum quanta impudẽtia 202 a
conditi à Deo cur simus 299 b
conditionis nostrĩ causa quæ sit 456 a
confessionis humilis quanta energia 226 a
confirmatio quæ tria conferat 390 b
confitendum cui sit,si copia sacerdotis haberi non valeat 51 b
confitendum quĩ sit 17 a 21 a
confiteri peccata quomodò debeamus 515 b
conscientiæ liber vt explicandus 280 b
conscientiam bonam esse paradisum 504 b
consciẽtia quæ quid basis sit 89 a
consilia Euangelica quæ 483 b
consilij doni gradus sublimior præclarioresq́; effectus,qui 417 b
consilij donũ q̃ quatuor impediãt 417 a
consilij donum,quid 108 b 411 b
consilij donum quõ quis obtineat 417 a
consilij donum vtì in suprema perfectione possideatur 419 b
consilij spiritum duplicem quomodò quis adipiscatur 356 a b
cõsilijs suis quĩ Chr̃s velit morem geri 515 b
consiliorum Dei omnium summa quæ 83 a
consuetudo quæ nobis efficienda sit 249 a
contemplandi dulcedinem esse dilectionis operi postponendã, parabolã 243 b
contemplanti necessarium quid 435 b
cõtẽplãtis aĩæ pprietates quot & q̃ 299 b
contemplatio maximè frugifera quæ 371 a
contemplationis superessentialis præconium, & quinã ad illam pertingant 368 a
contemplationi superessentiali tria necessaria quæ 369 a
contẽplationis veræ & actionis radix 34 b
contemplationis veræ modi 4. qui 436 b
cõtemplationis veræ impedimẽta q̃ 434 b
cõtemplatio quid sit 435 a 437 b
contemplatio sublimissima tã futuræ quã præsentis vitæ q̃ sit 300 a
contẽplatio vera quibꝰ vijs inueniat 424 b
cõtemplatiuæ vitæ præparatio quæ 299 b
contẽplatiuã vitã quis docere valeat 375 a
contemplatiua vita quõ adipiscẽda 381 a
contemplatorem quæ tria faciant 374 b
cõtemplatores falsi qui quàm grauiter seducti 365 a 388 a
cortinæ decẽ mysticè quid 68 b
contritio duplex quæ 246 b
contritio vera quomodò magis ac magis augescat 247 a
conuersis aut conuerti studentibus quid faciendum 376 b
cor deuotum quale sit 469 b
cordis cum lucerna cõparatio q̃nã 487 a
cordis nr̃i oblatio quã sit grata Deo 161 b
cordis vnitas vndè & quid sit, & quomodò obtinẽda 326 b
cor humile quæ tria suscipiat 309 b
coriũ extra castra cõburere,qd signif. 156 a
cornua agni septem, mysticè quid 104 b
corona aureola altaris, quid notet 115 b
corona nostra quibus imaginibus insignienda 186 b
coronarum mensæ duarum mysteriũ 187 a
corpora hominum ac animalium rationis expertium ex quibus constent 495 a
corporis gloriosi dotes quatuor quæ 281 b
corpꝰ chr̃i fuisse ipsiꝰ solẽne ĩdumẽtũ 490 b
corpus Chr̃i quã tm̃ causa sumẽdũ 316 b
corpꝰ Chr̃i quibus panibꝰ q̃ figuratũ 188 a
corpus Christi sub qualibet vtriusq́; speciei particula integrum esse 25 b
corpus Domini quibus quando & quotiès suscipiendum 32 a
corpus quando sit sanum 495 a
corpus quõ & odiendũ & amandũ sit 285 a
cortina cur simplex,sagum verò triplex fuerit 75 b
cortina quadricolor,quid 100 a
cortinarum longitudo & latitudo mysticè quid 71 b
cortinas aliquanto breuiores fuisse quàm parietes,quid significet 73 b
corui descriptio,& mysticè quid 208 a
Craticula altaris,mysticè quid 115 a
craticula spiritualis quæ 58 b
creationis nr̃æ ad imaginẽ Dei rõ q̃ 221 a
creaturæ oẽs qd nos doceant 458 a 475 a
creaturas oẽs quĩ Deus possideat 428 b
crepitatio olei quid sibi velit 470 b
crucifixio Christi quĩnam hodiè fiat 485 a
crux cuinam sit mundus 232 a
crystallino cælo qui cur similes 421 b
Cubitum ituro quid agendum 280 b
cubitus cortinarũ decẽ mysticè quid 74 a
culpæ quæ ad qualem aquæ guttam q̃ comparandæ 362 b
culparum leuium grauiter ponderatarum quantus fructus 239 a
curiosi alienarum rerum quo vitio laborent 473 a
curiosorũ & sibi placẽtium descriptio 35 b
currendum quĩ sit spiritualiter, vt compræhendamus 48 a
cursus amoris quæ septem requirat 48 a
custodiæ nostræ vt possidendæ & exornandæ sint 279 b
custodiæ septem spirituali homini seruandæ quę 273 b
Cygni descriptio,& quid mysticè 210 b
DAEmonibus peiores, magisque damnandi q̃ 37 b
dæmonis & omnis virtutis illius victores quĩ esse possimus 291 b
damnandi quĩ sint 444 b
dãnati cõtra quos odio laborent 476 b
damnati qui sint 477 a
damni pœna quę vocetur 256 b
dan quid sonet 66 b 124 b
dare quid Deus nulli possit 517 a
Debitum oẽe quĩ dissolubile 416 b
decima pars totius scripturæ,quę 168 b
decimarum ab initio vsus quis 188 a
decimarum redditio mysticè quid 188 b
defectum nostrũ quĩ Deꝰ suppleat 305 a
deiformes aut diuini q̃ quõ reddamur 234 b
deipassiuos qui cur se dici velint 366 a
defectus,quibus sancti implicantur,à Deo facilè ignosci 245 b
dei pprietates quatuor quæ 63 a 94 a
deo qui maximè similes fiamus 358 b
deo similes quõ & qñ reddamur 453 b
deo vt absq́; medio etiam vniti simꝰ 298 a
deo vt per medium vniti simus 297 b
derelictus quis quĩ consolandus 18 a
desolato cui quã fortitudine sit opus 336 a
desolato quid solatij quęrendum 335 a
deum vtì quadrupliciter sentiamus 383 b
deuotioni cuiusmodi potiꝰ fœminę, quàm viri, deditæ 30 b
deuotionis dulcedo suspecta, quĩ discutienda 243 a
deuotionis origo & descriptio 327 a
deuotionis vis quanta 227 a
deus honorari cur velit à nobis 288 b
deꝰ pater quo nobis honore afficiẽdꝰ 359 a
deus quale bonum sit 276 b 449 b
deus quibꝰ modis quẽq́; hoĩm moueat 305 a
deus quid velit à nobis 498 a
deus q̃ oĩbus in rebus p scopo habẽdꝰ 319 a
deus quĩ malis perindè ac bonis insit 240 a
deꝰ quõ in nobis,nosq́; ĩ Deo mãeamꝰ 381 b
deꝰ quõ sit & supra oĩa & in omibus 456 b
deus quõ sit vnus ac trinus 454 a
deus vtì nobis intendendus 319 b
deus vtì nobis 3 modis cõsiderãdus 377 a
deus vt & auarus sit & liberalis,imò vt & ipsa auaritia sit & liberalitas 297 b
Diabolo quo potissimùm vitio quis similis fiat 148 b
dierum trium mysticatio 180 b
dies primus in tempore gratiæ quis 468 a
dies septẽ,& dies octauus,mysticè qd 162 b
dilecti epitheta contemplanda,quæ 423 a
dilectionis vehementis & sitis lepida collatio 238 b
dilectũ aduenisse quõ aĩa expiatur 418 b
diligenda nobis aut odienda quæ 231 a
diligendus nobis Deus quĩ sit 238 b
diligere Deũ ex tota aĩa,quid 451 b

diligere Deum ex tota mente, quid 453 b
diligere Deum ex totis viribus, quid 452 b
diligere Deum ex toto corde, quid 451 a
discipuli satanę quales sint 515 b
discipulorũ Chri noĩe digni qui sint 499 a
discretiõi qd reliquę debeãt virtutes 96 a
discretionis vis quanta 404 a
discretio spũum vbi maxiẽ oportuna 366
discretio vera vndè nascatur 403 b
discretio vti p hyacinthum signetur 56 a
dispensatio Christi in carne quomodò p̃nunciata sit 462 a
displicẽtib⁹ sibi ipsis, piè deũ b̃dicere 516 a
ditio satanę quanta sit hodiè 488 b
diuitiæ Dei quantæ 342 b
diuitias q̃ suas deus nobis ostendat 384 b
doctrinam vitã docentis ornandam 119 b
dolor gemin⁹ ex grarũ actiõe pcedẽs 328 a
dominationes angelicæ cur sic dictæ 413 a
domini nomen, q̃ rectè cõueniat Deo, & q̃ quatuor ad dominum pertineant 389 b
dona Dei infima quæ 377 a
dona Dei oĩa duob⁹ quibusdã includi 65 b
dona quænam deus det pro nobis sibi donatis 88 b
dona Dei, quorun dam singularia, vniuersis an exoptanda 261 a
dona qui sua Deus singulis dispẽset 386 b
dona septẽ spũsanctí quid efficiant 399 b
dona septem spũsanctí vti p septem lucernas designentur 175 b
dona septem sanctispiritũs, vti significẽtur per septem lucernas 105 a
dona spiritusanctí septem vti ordinent vitam actiuam & spiritualem 355 a
dona tria quænam Christus in se credentibus tribuat 511 a
donorum Dei energia quæ 105 a
donorũ Dei oĩm quõ quis capax fiat 356 b
donorũ intellect⁹ et sciẽtię differẽtia 107 b
donorũ sapiẽtię et ĩtellect⁹ discrimẽ 107 b
dulcedinis falsę exitus quis 330 a

Ebrius amore quomodò quis fiat 24 a
ebrietãtis spũalis descriptio 329 b
Ecclesia cui gemmæ cur aptè consecratur 126 b
ecclesię & arcę noę pulchra collatio 253 b
ecclesiæ q̃ necessario obediẽtia pstãda 172 a
ecclesiæ vndenam tanta per principes concessa libertas 509 b
ecclesiam per tabernaculum designatã qui constituant 61 b
ecclesia primitiua qualis fuerit 482 b
ecclesiastici quales esse debeant 479 a
Edendo & bibendo quando venialiter aut mortaliter, aut nihil peccetur 150 b
edẽdę ac bibere quo pacto debeam⁹ 486 b
electi ab æterno qui 380 a
electi & DEI amatores vt alij ab alijs distent 277 a
electorum omnium ordo quis 279 b
eleemosynę quę qui malè digerantur 481 b
elemẽta qualia post iudiciũ futura 426 b
elemẽta 4. vti ducãt hoĩem in Deum 392 a
ellychnium mysticè quid 106 b 107 a
Emunctoria aurea septẽ mysticè quid 112 a
Entia omnia cur creata 428 b
Ephi quid mensuræ sit 168 a
Eremitarum origo 482 a
errori quãto qui quomodò obnoxij 365 b
erroris oĩs spiritalis initium quod 363 b
errorum genera quatuor quæ 445 a
errorũ oĩm causę & origines quænã 260 a
erubescere meritò vndè debeamus 234 a
Essentia Dei cur oĩnis modi sit exps 278 b
essentia nostra quæ & vndè pendeat 370 b
essẽtia oĩs quõ diuię essẽtiæ inhæreat 418 a
esurientes & sitientes iustitiam, qui 315 b
esuries Dei erga homines immensa 24 b
ethnici q̃ quãtas p̃ alijs pœnas daturi 395 a
ethnicis an lex naturalis hodiè p̃sit 396 a
Euam Adæ pomũ obtendere, quid 165 b
euangeliorum quatuor figura 185 b
eucharistia accipienda qui sit 391 a
eucharistię inesse 5. scitu necessaria 22 a
eucharistię sacri forma & materia q̃ 23 b
eucharistiam dignè sumere volenti, quid faciendum 172 b
eucharistiam sumpturus vt se præparare debeat 433 a
eucharistiã suscepturo necessaria 4. 21 a
eucharistia quibus sit deneganda 36 b
Exemplar creaturarũ oĩnium, quod 430 b
exercitatiõis spũs nri mod⁹ duplex 474 a
exercitationũ internarũ modi 4. qui 268 a
exercitatio spirit⁹ nostri intima quomodò obtinenda 348 a
exercitia à Missam auscultantibus frequẽtanda quæ 267 a
exercitia & ministeria Deo grata q̃ 176 b
exercitia q̃ p sensus fiunt, qualia sint 475 a
exercitia quatuor magnę pfectionis 34 a
exercitia qui sua cuiq; sapiant 359 b
exercitiũ ad delẽda pcãta aptissimũ qd 248 b
exercitium fructuosissimũ quod 223 a
exercitiorum omnium intimũ quod 351 a
exercitiorũ spiritalium mod⁹ triplex 289 b
exeundi modus quadruplex, quis 342 a
exeundũ qui sit ad deũ & ad sanctos 342 b
exeundum qui sit ad peccatores 343 a
exeundum quomodò sit ad in purgatorio detentos 343 b
exeundum quomodò sit ad seipsum 343 b
exire quò nos Deus velit 370 b
exitus spiritalis ad omnes virtutes quomodò trifariàm faciendus 311 b
exitũs spiritalis gradus summus quis 350 b
exitus triplex quis 318 b

Facere multò quã scire prestare 266 b
facta aliorum qui excusanda vel extenuanda sint 236 b
Falconis contra vulturem audacia, quid p se ferat 208 a
fames spiritalis quid 406 b
fames spiritũs nostri perpetua erga deum, quid 349 b
familia diuina quib⁹ partibus cõstet 14 b
familiaritas Dei erga cõuersũ quãta 246 b
familia vna quomodò simus cum sanctis & angelis omnibus 493 a
Febrem tertianam esse duplicem 337 a
febris periculosissima quæ 338 a
febris spiritalis quadruplex quæ 337 a
felicitatem æternetam quali quis exercitio facilè assequatur 248 b
femorale pontificis mysticè quid 117 b
fenestra altaris quid sibi velit 60 a
fermenti primitiæ, quid 169 a
fermẽtum mysticè quid 169 a
feruor oĩnis hodiè quàm tepuerit 467 a
festa q̃ ecclesię q tãdẽ cõsũmãda sint 500 a
festiuitates D. Iesu præcipuæ q̃ sint 460 b
Fibulæ æneæ mysticè quid 77 b
fidei catholicę stabilitas quanta 188 b
fidei 12. articuli p gẽmas 12. signati 121 b
fidem solam non sufficere anhelanti ad vitam ęternam 293 b
fides catholica quid nos doceat 252 a
fides Chriana quibus rebus subsistat 189 a
fides Christiana quomodò ex persecutionibus profecerit 482 b
fides quæ aut quorũ, qui persecta sit 31 b
fides sine qua nemo saluãdus est, quæ 252 a
fiducia vel confidentia vera erga deũ vndè oriatur 247 a
filij Dei legitimi qui & quales sint 512 b
filij Dei quomodò fiamus 381 a
filij Dei secundum quid simus 495 b
filij Dei singulares efficimur p 4. dona 64 a
filij planetarum vti fiant filij Dei 496 a
filiorum Dei ac naturæ discretio 454 a
filios Dei nos esse quõ certi sciamus 380 b
fimus mysticè quid 156 a
firmamento cæli quis cur comparandus 415 b 419
fistulæ cinnamomi, quid mysticè 136 a
Fons charitatis qui, redundet 350 b
fons charitatis quis 424 b
fons humilitatis eius q̃; riuuli 4. qui 286 a
fons spiritalis eius q̃; tres riuuli, qui 339 b
fons virtutum omnium quis 132 a
fontis gratię riuuli quatuor qui 474 b
fontis spũs sancti riui quatuor q 492 a
fontis spiritussancti riuuli septem, qui sint 439 a
forcipes mysticè quid 58 b
formicę descriptio 333 b
formica quibus quomodò imitanda 334 a
fortitudis donũ q̃ 4. impediãt 407 b 411 b
fortitudinis donũ quid efficiat 406 a 408 a
fortitudinis donũ quid nos doceat 109 b
fortitudinis donũ quò faciat 355 b
fortitudis donũ quõ Chrs habuerit 409 b
fortitudis donũ qui obtinẽdũ 407 b 410 a
fortitudinis spũs duplex qui obtinẽd⁹ 355 b
fortitudinis virt⁹ p purpurã designata 56 a
Francisci ab actibus suis cõmendatio 266 a
frigore spiritũali quæ perdantur 470 b
frigus infernale quale 256 b
fructus gratiæ & gloriæ sex, qui 429 b
fructus spũs duodecim qui quõ assequãtur à digne communicante 197 a
frui Deo quid sit, & quæ sex ad hoc requirantur 387 b
fruitio Dei quid 443 b
fruitionem diuinam quatuor impedientia, quæ 420 a
fruitiõis Dei mod⁹ primus & alter q̃s 300 b
frutionis diuinæ gustũ quis quomodò percepturus 414 b
fruitionis æternæ aulam quis ingredi valeat 418 a
fruitio quæ quanta sit 430 b
frumenti comportatio mystica q̃ 335 b
fũdamẽtũ oĩs mõastici ordinis quod 500 b
fũdamentũ oĩs sanctimõiæ quod 158 a
fundamentũ virturũ omniũ quod 283 a
fuscinulæ æneę mysticè quid 58 b

GAd quid sonet 125 b
galbanum quid sit, & quid mysticè signet 174 b
gaudẽdũ in aduersis Christũ imitãti 473 a
gaudia beatorũ quanta 428 a
Gehẽnæ met⁹ inordinat⁹ vñ oriatur 464 b
gẽmæ xij. in rationali positæ, quid 121 b
generatio filij Dei in spiritu, quæ 369 b

gestus & mores veri humilis qui sint 11 b
Gibbosis aquaros referri 147 a
gloria et btitudo vitę ęternę q̃ta erit 298 b
gloria mundana fugienda quí sit 156 a
gloriosi corporis dotes quatuor demonstratas in mortali corpore Christi 428 a
gloriosorum corporum differẽtia q̃ 427 b
gloriosorum corporũ dotes 4. quæ 427 b
Gratia Dei cur annulo conferatur 186 a
gratia Dei quantoperè sit necessaria 361 b
gratia Dei quid efficiat, & vt necessaria nobis sit 353 b
gratia Dei vti radio solis comparetur 357 a
gratia diuina quid sit 324 a
gratia duplex quæ sit & quid efficiat 304 b
gratiæ Dei quõ quis capax efficiatur 352 b
gratiæ Deo agendæ sunt non solùm quòd nobis peccata dimisit, sed etiam quòd à multis nos præseruauit 245 b
gratiæ Deo pro quibus sint agendæ 327 b
gratiæ & laternæ ardentis collatio 324 b
gratiæ gratum facientis efficacia 304 b
gratiæ origo vbi & vndè 238 a
gratiæ veteris nouæq; legis differẽtia 62 b
gratia & auxilium Dei vt ex intimis etiam præcordijs sit desideranda nobis 289 b
gratia gratis data quæ quid efficiat 304 b
gratiam cur nobis suã Deus infundat 323 b
gratiam dari pro gratia 175 b
gratiam Dei impedientia quatuor q̃ 397 a
gratiam q suã Deus singulis dispẽset 378 b
gratiam suam vti Deus quatuor modis largiatur 471 a
gratiarũ actiones vt agendæ Deo 290 b
gruibus quid doceamur 211 b
gryphis descriptio, & quid mysticè 206 b
Gulæ pedissequæ quæ sint 490 a
gulæ remedia quæ 285 a
gulam cauendi remedia potissima q̃ 150 b
gula quando sit veniale peccatum, & quando mortale 150 b
gula quantùm vbique dominetur 489 b
gula quid sit, & quæ eius filiæ 149 a
gula quomodò expellatur 316 b
gulosi monachi condẽnationis exemplum notabile 257 b
gulositas animæ mysticè quanta 45 b
gulosorum pœna futura quæ 257 b
gustus diuinæ sapientię quantus 422 b

HAbita omnia à Deo haberi 41 b
habitum qualem Christus suis tradiderit 486 a
habitu quo Christus discipuliq; eius int⁹ ornati fuerint 486 a
habit⁹ facer an malis quicquã prosit 486 a
habit⁹ vani seu curiosi pœna quãta 489 a
habitus vt cõponẽdus sit 272 b
hæresim inducẽtia quatuor quæ 395 b
hæresis & perfidia omnium impiissima & stolidissima quę 275 a
hæreticis conuerti volẽtibus necessarium quid 395 b
hereticorum descriptio 36 b 275 a 395 b
hereticos signari per coruum 208 b
haliæeti descriptio 207 a
hastile calãis lõgi⁹ fuisse, qd sibi velit 104 a
hastile candelabri, quid 102 a
Heliotropia mysticè quid 70 b
hepatis officium quod 154 b
herodion quorum gerat typum 211 a
hesperiani quales 466 a
Hiericho quid sonet 127 b
hin quid mensurę sit 138 b
hirci descriptio, & quomodò mysticè immolandus 164 a
hircus cuius typus sit 459 b
H litera quid sibi velit 63 a
Hominem duabus constare naturis 271 b
homines Deo similimi qui 430 b
homines peiores dęmonibus qui sint 520 b
hominib⁹ quõ deus obtẽperauerit 100 a
hoĩm bonorũ & malorũ diuisio q̃ 482 a
hominũ inter se differentia quanta 477 b
hominum malorum genera sex 394 b
hominum placẽtium sibi descriptio 294 b
hõ ex qbus cõtrarijs sit compositus 455 a
hõ ex qbus à deo cõpositus existat 284 b
homo qui Deo assimiletur 400 a
homo qui Deo similis efficiatur 352 b
homo secundum corpus & secundum animam ex quibus sit creatus 393 a
honorãdus quõ sit deus trifariàm 470 b
honorare Deum quid sit 289 b
hora diei tertia q̃nã Chrs ppessus sit, & qd nobis agendum sit 505 b
hora matutina quid cuiq; sit faciẽdũ 501 a
hora 1. q̃s 2. mysticè cõtineat horas 505 a
hora sexta quid Christus pertulerit, & q̃ nobis beneficia contulerit 506 b
hora 3. quas tres complectãt horas 505 b
horis noctis quę Chrs passus sit 501 b 502 a b 503 a
hostes animę tres qui quomodò per iustitiam expugnandi sint 317 b
hostiam pacificam trifariàm diuidi, qd notet 170 b
hostis noster internus quis sit 494 a
hostium nostrorum arma, quę 317 b
Humanitas Chri quãtis donis abũdet 43 a
humanitatis Christi prestãtia, nobilitas & potestas quanta 43 a
humiles cur oĩnibus chari 516 b
humiliandi se causam beata virgo Maria, an S. Magdalena maiorem habuerit 245 b
humiliandi suĩ quãtã q̃s habeat causã 312 a
humilis an semp hũilior effici possit 225 b
humilitas bifaria quę 75 b
humilitas Christi duplex quę 307 a
humilitas Christi quanta 104 a
humilitas cur tam sedulò exercenda 75 a
humilitas duplex quę 220 b
humilitas quale virtutũ oĩm tegmen 74 b
humilitas quid efficiat in homine 311 b
humilitas vera quæ sit 473 b
humilitas vera vndè fluat 399 b
hũilitas vt fundamẽtũ sit oĩm virtutũ 312 a
humilitas vt sit fons quatuor riuos emanans 286 a
hũilitatẽ acquirẽdi mod⁹ quis sit 12 a
hũilitatẽ diuiæ gratiæ esse cõseruatricẽ 226 a
humilitatem totius sanctitatis esse vitale fundamentum 286 a
hũilitatẽ verã appetẽti quid faciendũ 227 a
humilitatem virtutũ oĩm basim esse 220 a
humilitate, violatam instaurari Dei charitatem 226 a
hũilitatẽ virtutes oẽs stabiliri debere 55 b
humilitatis diffinitio quæ 220 b 223 b
hũilitatis & libertatis habitudo q̃ 76 b
humilitatis & vallis profundę lepida collatio 309 a
humilitatis fundum quod 287 b
humilitatis laus & efficacia 111 a 126 b
humilitatis mater quæ 225 a
humilitatis præconium 186 b
humilitatis veræ fructus qui 11 a
humilitatis veræ laus 296 b
hũilitatis veræ quãta sit vbiq; energia 261 b
hũoribus pratiis abundare, quid 336 b
hur aut huri quid sonet 62 b
Hyacinthinus color qui designet discretionem 56 a 69 b
hydropisis mysticè quid, & quibus obueniat 336 b
hyems mysticè quid 469 a
hyosciamos qualis sit flos, & quid mysticè signet 132 a
hypocrisis & ficta sanctitas fugiẽda 270 b
hypocriseos hæreticæ nequitia 367 a
hypocritæ se aliquid esse existimantes, fugiendi 287 b
hypocritarum genus quadruplex 396 b
hypocritas halyeeto signari 207 a
hypostasis Christi quæ 43 b
hyssopi descriptio, & mysticè quid 194 b

IAcobus quid sonet 123 b 125 a
iaspidis descriptio 125 a
Ibidis descriptio 210 a
ibis mysticè quid 210 a
Ierusalem quid sonet 187 b
Ignem alienum qui Ecclesiæ primi intulerint 183 a
ignis alienus quid, & quã cauendus 105 b
ignis amoris qb⁹ 4 modis struendus 383 b
ignis charitatis quõ fouendus 183 a
ignis cuiusmodi sit Deus 63 b
ignis cuiusmodi sit spũsanctus 424 a
ignis & aq̃ ebullitẽtis ad amorem diuinum & cor humanũ comparatio 328 a
ignis infernalis qualis 256 b
ignis infinitæ charitatis Dei quãtus 301 b
ignis perpetu⁹ nobis fouẽdus qui sit 105 b
ignis proprietates quatuor quæ 410 b
ignis quadruplex in die iudicij exusturus q̃ 426 a
illuminationem diuinam obtinere volenti quid faciendum sit 339 a
illusiones diabolicæ quæ quibus vbi maximè imponant 333 b
Imago Dei q̃, & quõ in ea viuãt oĩnia 370 b
imago Dei qualiter animæ sit impressa 27 a
imbre cuiusmodi virtutes excrescant 329 a
imitandus Christus quot modis 68 a
immundũ esse vsq; ad vesperã, quid 181 a
impatientis & nummi adulterini lepida collatio 234 b
impetigo quid sit, & quid spiritaliter designet 151 b
India quid sonet 127 a 128 a 136 a 137 a
infernum esse Dei oĩpotẽtis carcerẽ 257 a
infirmi vt ad patientiã incitandi 269 b
infirmi vt raras hominum visitationes placidè ferre debeant 270 b
infirmi vt tractandi, eis q̃; inseruiendum sit 269 b
inimicos qui facilè diligeremus 83 b
iniquitates cur potissimùm nobis displicere debeant 246 a
innocẽs patiẽtia qd, & q̃nti ei⁹ fruct⁹ 294 a
innocẽtię quid à quibus debeatur 97 a
innocẽtia gemina q̃ quõ custodiẽda 69 a
inspiratio diuina quid 89 b
intellectu in cælum scandenti quæ sint necessaria 457 a
intellectũs doni gradus primus 357 a
intellectũs doni gradus secundus 358 a

intellectûs doni gradus tertius 358 b
intellectus donum cur solis radijs assimilandum 357 a
intellectûs donum impedientia quatuor, quæ sint 422 a
intellectûs donum per quæ quatuor acquiratur 422 a
intellect⁹ donû quantæ sit dignitatis 421 b
intellect⁹ q̃le sit donû et quô obtineat̃ 107 a
intelligentia ex Deo manans quæ 89 b
intelligi aliquid posse, quod exprimi non possit 186 b
intentiôi simplici quomô obsequẽdû 355 a
intentio recta quæ sit 107 a
intentionis duplicitas quantùm impediat gratiam 397 a
intentionis quãta exigat̃ simplicitas 112 b
intẽtio simplex quæ 106 b 354 b
instabiles, stabilissimi q̃ fieri possint 236 a
instituta sanctorum patrum à quibus hodiè euertant̃ 280 b
institutiones quædam optimæ 472 b
interiora nostra cui & quî pãdenda 100 b
internum hoiem quæ tria faciant 373 b
introuersio & extrouersio bonorum hominum qualis 33 a
inuidia quanta mala generet 148 b
inuidia quem non valeat inficere 313 b
inuitatio iucundissima quę 321 a
Ioannes quid sonet 124 a
ioseph quid sonet 128 a
Ira & inuidentia vndè 148 a
iræ vitium quomodò eliminãdû sit 313 a b
ira sancta qualis 148 b
Israelis noĩe quinã cõprehendant̃ 344 b
issachar quid sonet 126 b
Ithamar quid sonet 67 b
Iubile⁹ ann⁹ quô mysticè celebrãd⁹ 264 b
iubileus olim in lege, quid erat 264 b
iubilatio vndè oriatur 436 b
iubilum qui subindè fiat 406 a 469 b
iubilus quid gaudij sit 332 b
iudæi qui cur ethnicis peiores 396 a
iudas inter duodecim qualis fuerit 478 b
iudas quid sonet 67 a 124 a 128 b
iudicare quos quibus illicitum 481 b
iudex nec non testes & accusator in extremo iudicio qui 310 b
iudicij die extremo q̃nã futura sint 426 b
iudicij die quomodò diuersimodè diuersis Christus apparebit 254 b
iudicij die suis pro operibus cuiq; reddendum præmium 310 a
iudicio Chr̃i sistẽdorû gen⁹ q̃ntuplex 310 b
iudicium extremum vbi sit, & quomodò futurum 254 b
iupiter planeta qualis sit 464 b
iupiter qualis sit 463 a
iustitiam esurientes & sitientes qui 406 b 408 b
iustitia quæ quomodò pro æterna vita sit colenda 113 b
iustitia vndè profluat & nascatur 311 b
iustum quænam efficiant hominem 391 b
iustus dicendus quis 236 b 362 a
Labium æneum eiusq; basis mysticè quid 116 b
laborẽ qui aut non sentias, aut ames vel facilè toleres 239 a
lac ecclesię, quid 165 a
lachrymæ amoris q̃ sint salutares 332 a
laici q̃ quibus eruditis prudentiores 183 b
lamina aurea mysticè quid 132 b
laminæ aureæ mysticè quid 91 b
lampas & oleum nostrum, quid 126 a
largitas quî in nobis nascatur 109 b
laro qui cur similes 209 a
latronum in medio cur mori Christus voluerit 508 b
lauacri positio quæ, quid sibi velit 117 a
lauandi quando & qui simus 117 a
laudandi Deum ratio multiplex 227 b
laudandus quomodò sit Deus 327 b
laudare Deum, quàm sit iucundum 327 b
laudare Deũ quid sit, & cui ꝓprium 327 b
laudari Deum satis digne non posse 110 a
Lebetes qb⁹cũque excipiũt, mysticè qd 58 b
legem veterem nouæ figuram fuisse 49 b
legis Mosaicæ & euãgelicæ discrimẽ 143 a
leoni quis amor cur comparetur 47 c b
leui quid sonet 123 a
leuitæ mysticè qui sint 189 a
lex sempiterna quę sit 515 a
liberalitas quid sit, & quomodò à diuite & à paupere exercenda 314 b
liberalitati quid reliq̃ debeat̃ virtutes 96 b
libertas cur Ithamar assimiletur 68 a
libertas quæ cur palmæ comparetur 67 b
libertas spiritûs quomodò acquirẽda 68 a
liber triplex vespertino tempore perlegẽdus quis 280 b
libidinis p̃ctã q̃ quib⁹ grauiora sint 149 b
libra charitatis quadruplex quę 467 a
libra quid mysticè 168 b
libra signũ qualẽ æquabilitatẽ notet 325 b
librum cuiusmodi suæ inseri arcę Christus mandãrit 216 b
ligna Sethim qualia, & quid mysticè 57 b
lignum vitæ paradisi terrestris in homine, quid 400 b
ligurij descriptio 125 b
lilia aurea mysticè quid 103 a
Locustę mundę aut immundę quę 203 a
loquacitas quantùm religiosis obsit 273 a
loqui de Deo quid aut quô debeam⁹ 486 b
Lucerna calami cuiusq; qualis 102 b
lucernę candelabri 7. mysticè quid 104 b
lucernę nr̃ę cuiusmõi oleo sit souẽdę 175 b
lucernę nostrę tria necessaria quę 105 b
lucernarum in tabernaculo vicissitudo, quid 175 b
luciferi filij quales 466 a
lucis genera quatuor 63 b
luctus beatus quis sit 19 b 314 b
lux cuiusmodi sit Deus 63 b
luxurię filię quot 150 a
luxurię remedia quę 285 a
luxuriã vitãdi remedia potissima q̃ 150 b
luxuria quid sit, & quô expugnãda 317 a
luxuria q̃ vel int⁹ vel foris admittat̃ 149 b
luxuria spiritalis quę 364 a
Magnanimitas vtì respondeat dono fortitudinis 110 a
mala punica quadricoloria, qd signent 119 b
malè agere, vitam esse dæmonum 472 b
mandatorum Dei omnium scopus 83 a
mansuetudo quid sit 313 b
mare mortuũ mysticè quid 127 b
marię imitator quid consecuturus 364 b
marię virg. excellẽtia & dignitas q̃ta 291 a
marię virginis exercitia quatuor 34 a
marię virginis præconium 364 b
maris rubri color quid designet 127 b
martha cur Mariam accuset 379 a
martis filij quales sint mysticè 465 a
materia vitiorum omnium quæ sit 473 a
matrimonij sacr̃m quid cõferat 391 a
matthæus quid sonet 127 a
matthias quid 129 a
Media, qb⁹ ad nos veniat Deus, q̃ 353 b
media quib⁹ in Deũ ducamur, q̃ 353 b 357 a
mediatores cui⁹modi sint sacerdotes 184 a
meditari iugiter quid deb̃eamus 487 b
medulla virtutum omnium, quid 174 b
mel de petra sugere, oleũq̃ de saxo, quid 144 b
mellis primitiæ quid 169 a
mel mysticè quid ibi.
melodiæ cælestis modus sextuplex 296 b
membris in ijsdem quibus quis deliquerit, singulariter quoq; cruciandum 257 a
mendicantium Ordines initio quales, & quales hodiè 203 b
mensa Dñi cui securè accedenda 347 a
mensa propositionis quid 184 b
mercatori cõtẽplator qs cur similis 364 a
mercator quàm sapiẽs Christus fuit 494 b
mercenarij quales sint 480 a
mercenariorum & seruorum fidelium differentia 377 b
merces animæ peccatis obnoxiæ quæ sit 474 b
merces q̃ debeatur diabolo seruiẽtib. 497 a
mercurius planetarum quotus & quibus dñetur, qualis q̃; sit natura &c. 495 b
mergulus quos mysticè exprimat 210 a
metum extremi iudicij non debere esse nimium 463 a
Militia spũalis quînam exercenda 15 a
milui descriptio, & mysticè quid 207 b
ministrorum nomine cur Prælati & Præpositi vocentur 266 a
misericordes beati, qui sint 315 a
misericordes verè qui sint 413 a
misericordię opera exhibẽda quî sint 401 b
misericordia quid virtutis sit 109 a
missæ interessentes, ad quid omnes obligati sint 475 a
missæ officium quando per Apostolos exequi cœptum 26 a
missa quô deuotè audienda sit 266 b
mites atque mansueti qui 313 b
mitra vel cidaris summi sacerdotis, qd designet 131 b
mitra vel tiara quid mysticè 118 a
Mobile primum quæ moueat 456 b
modi Dei quot & qui sint 278 b
modij in sacro quot mysticè cõpleti 188 a
modiorû triũ ad triplicẽ legẽ collatio 168 b
modum habens, & modo carens, quô differant 434 a
monachorum equitatio 280 a
monachorũ quorũdã tepor &c. 203 a
monastices initia qualia fuerint, quales q̃; sint eiusdem hodiè processus 488 b
monialium quarũdam abusus quis & periculum 202 b
mors æterna quæ 257 a
mors prima & secunda quæ 259 a
mortem ex amore desiderari 332 a
mortui beati qui 47 a
mortui nobiscũ quô esse debeam⁹ 497 b
motuũ duorũ mysticorũ opatio q̃ 92 a
moses aut Moises & moyses qd sonet 49 b
moses quô Chr̃i figuram gesserit 49 b 61 b

mul-

mulctæ q̃ quorũ vitiorũ quales 201 a
mulierũ aliquot in vestitu & ornatu vanitas quanta 199 b
multitudo vel multiplicitas cuiuã minimè noceat 237 a
munditia cordis quô adipiscẽda 317 a
mundi nomine qui vocentur 200 a b
Myrrhæ descriptio 134 b
myrrha q̃ fuerit Christus 174 b
myrrha vtì designet Christum 135 a
Nasum grãdiorẽ, nimis paruum, siue tortũ, mysticè qs habeat 146 b
nati denuò ex Deo q̃ sint 518 a
nati ex Deo quales 439 a
natura angelorum & hominum quorsùm à Deo sit facta 463 b
natura corrupta quô incitet ad vitia 466 b
natura Dei qb⁹ modis cõtemplãda 340 b
natura Dei quàm sit incõprehẽsibilis 315 b
natura Dei qualis 319 b
naturæ complexionem siue habitudinem esse obseruandam 271 b
naturæ Dei vni multa tribui noĩa 443 b
naturæ diuinæ vnitas, & personarum Trinitas qualis 347 a b
natura & actio charitatis quæ 467 b
natura hominum in quot complexiones diuisa sit 454 a
natura hominum quî sit condita 476 b
nauiculæ Petri progatiua singularis, 188 b
Nebulæ spũalis descriptio 330 a
negociatores sapiẽtes mysticè q̃ sint 493 b
negociatores sapiẽtes quô efficiamur 496 b
negociatores stulti q̃ sint 493 b 494 b
negociator euangelicus quis 113 a
negociatori cuiuã anima similis sit 513 b
neptalim quid sonet 125 a
nescire quæ Deus dicatur 249 b
Nihilũ peccati primũ ĩ cęlo esse factũ 450 a
nihilum suum insequendo, seipsum homo amittit 420 b
Nobilitas & libertas seruorũ Dei q̃nta 159 a
nobilitas & præstãtia omnium virtutum & bonorum operum quæ 288 a
noctuæ descriptio 209 b
noctua quos mysticè designet 209 b
nomen nouum quis quô accipiat 376 a
nomen salutiferum Iesu quomodò sit exaltatum & honoratum 460 a
nomina duo laminæ aureæ insculpta, quid aut quæ 133 b
Nuncij animæ tres, qui 320 a
nuncij duo vtì à Deo mittant̃ ad aĩam 412 b
normæ Chr̃i articulus primus 483 b
normæ Christi articulus secundus 484 a
normæ Christi articulus tertius 488 a
normam seu regulam cuiusmodi Christus discipulos suos docuerit 483 b
notarij testamenti Chr̃i qui 507 b
nothi & spurij mysticè qui & q̃les sint 512 b
notitia Dei vera pręditi qui sint 32 b
nouitij quousq; simus in amore Dei 274 a
Numeri xxij. mysticatio 168 a
nummum vt quisq; suum vitiosum corrigere debeat 269 a
nummus noster q̃ aureus purè sit 268 b
nummus noster q̃ iusti ponderis sit 269 a
numm⁹ noster quãdo suã habeat formam, decorem & monetam 269 a
nuptialis vestis Christi quæ 287 a
nuptialis vestis q̃nã nobis habẽda sit 488 a
Nycticoracis descriptio 209 a
nympheæ ꝓprietates q̃tuor mysticè qd 71 a
Obdurati quô ferendi 101 a
obediendum quî sit 172 a
obedientia ad salutem necessaria quæ 429 b
obediẽtia Chr̃i quanta 172 a 174 b
obedientiæ definitio quæ 227 b
obedientiæ encomium 189 a
obedientiæ gradus septem qui 229 a
obediẽtiæ opa quãtũ excellãt cętera 229 b
obediẽtię q̃dã cõmẽdatoria exempla 230 a
obediẽtiæ veræ parabola siue exẽplũ 229 a
obediẽtiæ veræ quãta raritas 228 a
obedientia Iesu & Mariæ quãta 137 a
obedientia maxima quæ 229 b
obedientiã sacrificijs præstare 228 a
obedientia qualis debeat esse 137 a
obediẽtia quàm sit grata Deo 269 b
obedientia quid exigat 286 a
obediẽtia qd sit, eius q̃; laus quanta 488 a
obediẽtia vñ nascat̃, & quid generet 399 b
obediẽtia vnde ꝓfluat, & qd sit 312 b
oblatio nostra triplex Deo offerẽda q̃ 155 b
obtineri aliqua posse quæ verbis exprimi non possunt 477 b
obduratio Dei & spiritûs nostri supernaturalis q̃ 352 a
obuiatio Dei naturalis, quæ 351 b
obuiatio intima spũs ac spõsi quę 371 b
obuiationis gradus summus 360 b
obuiationis summę mod⁹ primus 360 b
obuiatiõis summæ modus summus 361 b
obuiatiõis summæ modus tertius 362 a
obuiatio virtutum omnium initium ac finis, quæ 319 a
Occasiões cuilibet fugiẽdæ, q̃ sint 285 b
occurrẽdi Chr̃o modus triplex 319 a
ocij ignauissimi descriptio 365 a
ociosorũ falsò vitia spiritalia quę 364 a
otiosorũ malè aliud genus, quod 366 a
ociosorum malè deplctio 445 a
ociosum esse quid nequeat 363 a
ociũ falsum à vero q̃ differat 363 a
ocium quale Deus sit 455 b
oculi intellect⁹ vbi & cui apti habẽdi 326 a
oculus aĩæ simplex vtì Deũ videat 437 b
oculus animæ simplex quis 41 a
Odiũ & inuidẽtia quô expellantur 314 b
odoratus noster cui vecti cõferẽdus 92 a
odor quis quî nobis sequẽdus 92 b
Offerẽdum Deo pr̃i à nobis, quid sit 359 a
officia hũilia libẽter amplectẽda esse 270 b
Olei feruidi & amoris collatio 452 b
oleum gaudij vtì Deo offerẽdum 107 a
oleum iustitiæ quô Deo offerendũ 106 a
oleũ misericordiæ quô accẽdendũ 109 b
oleum mysticè quid 57 a
oleũ nr̃m quô sciæ dono incẽdendũ 108 a
oleum oliuarũ mysticè quid 138 a
oleum pacis quô offerendum 109 a
oleũ timoris dñi offerendũ quî sit 111 a
oleũ vitæ æternæ quô incẽdendũ 110 a
oleum vnctionis quid mysticè designet 134 b 138 b
Onocrotali descriptio, & mystica significatio 210 b
onychini lapidis genera duo 128 a
onychini lapides q̃les & qd signent 120 a
Ooliab mysticè quid 62 b
Opa bona extra ecclesiã nõ ꝓdesse 172 b
opera bona quàm sint necessaria atque vtilia 197 b
opera externa quî exequenda 100 b
opera meritoria quæ 249 b
opera munda & immunda quæ 198
opera quæ cuiq; potissimũ sectanda 248 b
opera sua vt quis perfectissimo modo faciat 239 b
operatio Dei singularis in supremis animæ viribus 411 b
operimentum ex pellibus arietum rubricatis, mysticè quid 78 a
operimentum supremum ex pellibus hyacinthinis factum 80 a
operis boni vtilitas quæ 354 a
operum Christi ratio quadruplex q̃ 306 b
optimus oĩm vt sit verus humilis 11 b
opus Deo gratissimum, nobisq; vtilissimũ quod 233 a
Orandi modus optimus quis sit 228 b
orandus vt sit De⁹, & ꝓ quibus reb. 289 b
oñonum Chr̃i excellentissima q̃ 228 b
ordines quatuor gemmarum & articulorum fidei, quid nos doceant 129 b
ordinis sacr̃m quid conferat homini 391 a
ordo & distinctio creaturarũ, quale Dei sit opus 276 b
ordo inter Deum & creaturas quis 305 b
oriẽtem versus orare, quid p̃ se ferat 475 a
Os animæ quid 25 a
ostium vitæ æternæ quod 349 b
Ouibus quomodò inter pastores & mercenarios sit discernendum 480 a
Pacẽ verã quî & q̃n obtineam⁹ 221 b
pace vera quô fruiqueas 232 b
pacifici beati qui 316 b
palmæ quadruplex significatio 67 b
panes azymi mysticè quid 160 b 162 b
panes propositionis mysticè qui à quibus edendi 189
panis Christus vtì triplici ratione coctus, ac nobis datus sit 160 b
paradisus terrestris in homine quid 400 b
paradisus vitalis quis 364 b
parasceue quî transigenda 178 b
pars optima eligenda quæ 379 a
particeps bonorum omniũ quî fias 250 b
paschalis noster agnus quis 173 b
pastor bonus, & pastor malus quis 200 b
pastores veri aut sacerdotes, quales 480 a
patiẽdi desiderio vndẽnã inflãmemur 234 a
patientia Christi quanta 308 a
patientiæ descriptio, eiusq; laus 233 b
patientiæ fructus quanti 234 a
patientia quid sit 313 a
patientia vera q̃ sit, & vndè oriatur 401 b
pr̃imõio Chr̃i vtì indigni qui sint 481 a
pauperes beati qui sint 19 b
pauperes spiritu qui 313 a
pauperũ spõtè & voluntariorũ laus 283 b
paupertas mala q̃, quî accidat 165 b
paupertas spũs falsò dicta, quæ 445 b
paupertas spiritûs vera quæ 445 b
paupertatis voluntariæ canõn quis 483 b
pax vera quô inueniatur 387 b
Peccantium genera quinq; quæ 376 b
peccantium gña sex quænam passiõi Chr̃ãi interfuerint 507 b
peccasse, quî nobis p̃ occasionẽ ꝓsit 245 b
peccata & vitia vt in cœnobijs hodiè plerisq; dominentur 287 a
peccata quæ resistendo, quæ fugiendo vincenda sint 241 b
peccata q̃ vbiq; hodiè dominentur 489 a

peccata quotidiana & venialia quomodò tollantur 513a
peccata sua cur grauissimè sint cuiq; ponderanda 248 b
peccatis mortalib⁹ obnoxiorũ genus triplex 394 b
peccatores cur tam & diu & patiẽter Deus toleret 246 a
pẽtõres quinã facili⁹ veniã assequant 508 b
peccatores qui quõ tandẽ saluati 477 a
peccatoribus qbus qd maxĩè timẽdũ 169 b
peccatoris iustificatio quantum sit DEI opus 245 b
peccatorum hodiè dominantium genera quatuor quæ 463 b
peccatorũ remissio quĩ bifariã fiat 254 a
peccatorum remissio vndè certò sperari debeat 247 b
peccatorũ venia quĩ facilè impetret 449 a
peccatorum venia vt petenda & impetranda 281 a
peccator vtì quatuor modis cum DEO in gratiam redeat 471 b
peccatũ è somnijs quõ generetur 17. a
peccatũ in spiritũ sanctum quod 376 b
peccatum omne & veniale & mortale quãtoperè detestandum 245 b
peccatum originale vtì in baptismo per Christi sanguinẽ sit deletum 50 b
pectusculũ eleuatiõis mysticè quid 161 b
pectus nostrum quibus dandum 172 b
pelles arietum rubricatæ & hyacinthinæ mysticè quid 99 a
perfectionem assequi ꝓpiẽtibus quid agendum sit 499 b
perfectiõis statui ꝗtuor necessaria q̃ 373 a
perfectus quis sit 274 b
periculum, impatientia amoris laborantibus, cauendum quod 333 a
persecutio generalis in christianos quãdiu durãrit 483 a
personę tres diuinæ, q̃lis vnitas sint 454 b
personis diuinis appropriata, an inter se differant 341 a
pessimi omnium qui 177 a
petere à Deo quid dũtaxat debeam⁹ 244 a
petri amorem erga Christum fuisse auctum post lapsum 485 a
petrus caput totius orbis quomodò oues Christi pauerit 141 b
Philippus quid sonet 126 a
picturæ cuiusmodi fuerint in velo & cortinis 97 b
pietas Christi quanta 402 a
pietas vñ & quis eius effectus 313 b
pietas vtì fluuio paradisi rectè comparetur 402 b
pietatis dono possidendo necessarium quid 403 a
pietatis donũ qua lucerna signet 109 a
pietatis donũ quid efficiat 355 a 401 b
pietatis impedimẽta quãtuor, q̃ 403 a
pij quõ sit totus terrarũ orbis 402 a
pingendũ nobis mysticè quid 97 b
pinnulæ quinq; ad natandum necessarię, quid mysticè 204 b
piscium mundorum & immundorum mysticatio 204 b
Placentes sibi alienaq̃ curantes, ad virtutes omnes inhabiles esse 516 a
placere sibi nẽminem debere 76 a
planetæ cur sint sibi inuicẽ cõtrarij 457 b
planetæ quàm inter se differant 495 a
planetę quid & quomodò influant & agant in inferiora 457 b
planetę quõ naturã suã influant 496 a
planetæ quõ regant inferiora 459 b
planetarũ filij secundũ quid simus 495 b
planetarum septem mystica quędam ad animam accommodatio 416 a
planetis an insit vlla potestas 496 a
plumæ mysticè quid denotent 277 b
plumarium opus mysticè quid 70 b
Pœnitẽtiæ gñalis vis quãta 163 b
pœnitẽtiæ opa externa quæ 249 a
pœnitẽtiæ q̃tuor necessaria quæ 390 b
pœnitẽtia ludæ qualis fuerit 504 a
pœnitẽtia optima & vera quæ 248 a
pœnitenti verè quàm sit paratus Deus indulgere 248 a
ponderis genus triplex quod 112 b
porphyrionis descriptio, & qd mysticè 211 a
possibilia quænam sint Deo, quæ impossibilia 497 b
possibilia quõ sint nobis omnia 497 b
possidere Deũ quĩ tm̃ queamus 382 b
potestas ecclesiæ omnis vndè 162 a
potestates qui angeli cur dicti sint 406 b
potestatib⁹ ãgelicis quõ assimilemur 408 b
prelati ecclesię primitiuę q̃les fuerit 509 b
prælati ecclesię quales olim 345 a
prelati qui cur accipitri similes 209 a
prelati religiosorũ quę vitare debeãt 489 a
prelatis viuendũ quĩ esset 183 b
prælatorum ecclesiæ modernorum & primitiuorum collatio 479 a
prelatorũ ordinariorũ differẽtia 509 a
prelatorũ quorundã abusus & fast⁹ 201 a b
prælatorum verorum & reproborum differentia quę 478 b
præsentia Dei vbi & quibus in rebus sit fixa 237 b
presentia diuina nũquã fraudãdus qs 245 a
presentia iugis Dei qui & addiscatur & obtineatur 238 b
precatores efficaciss. in cælo qui 425 a
preces nostræ vtì per Christi merita exaudiantur 359 a
precum humilium vires quantæ 309 b
præmium suum aut pœnam vnumquenque manere 494 a
princeps actuum nostrorũ quis 164 a
principes angeli qui cur dicti sint 408 b
principibus angelicis quomodò similes esse ciamur 408 b
primæ tẽpore q̃ Chr̃s passus sit 504 a
primitiarũ dandarũ ratio seu mod⁹ qs 188 b
proficiendũ cur sit nobis semper 42 b
proposita libera sex quæ 84 b
propensione quali erga Deum et virtutes omnes quisq; p̃ditus esse debeat 82 b
propẽsiones quæ sint veniales aut mortiferæ 518 a
proprietarij monachi non verbo, sed opere, qui 293 a b
proprietariorũ & p̃bendosorũ nota 397 a
proprietas bona malàve quæ 231 a
proprietas ꝓpria quã sit odienda 231 a
proprietas q̃ quibus cauenda 239 a
proprietatis & infectæ linguæ pulchra collatio 244 b
propri⁹ maximè dei & suijpsi⁹, quis 231 a
prũina mystica quid 330 a
Publicani cur hodiè plures pharisæis 479 b
puerorum absque baptismo decedentium status 427 b
pugil optimus quis 241 b
pulmonis descriptio 92 a
purpureus color mysticè quid 56 a 69 b
putei infernalis descriptio 258 b

Q Vadragesimale ieiunium cur institutum sit 466 b
quadragesim⁹ annus quid boni afferat homini 264 a
quartanæ febris geminatio qualis 338 a
quartana febris mysticè quæ in quibus oriatur 337 b
querimõiæ piæ Deo ꝓponendæ q̃ 359 a
querimonia ægrotis vitanda q̃ 270 a
quærendus & possidend⁹ quõ sit De⁹ 302 b
quærendus vbi sit Deus 457 a
q̃sitiõis ꝓpriæ extirpatio perfecta q̃ 52
quæstio de nimiùm abstractis 236 b
quies amantis animæ in Deo, qualis 353 a
quiescendum esse potiùs in Deo quàm donis eius 320 a
quiescendum quõ sit in Deo 355 a
quiescere in eo quo quis fruitur, quid 387 b
quies contẽplationis vbinam actioni postponenda 243 a
quies essentialis, qualis sit vita 359 a
quies & actio vbi consistant 357 b
quies illicita quę 363 a
quies naturalis quid, & quãdo vertatur in vitium 363 b
quies omnium amantium spũum suprema in quo consistat 354 b
quies supernaturalis q̃ quãtùm naturalem excellat 363 a
quietem & actionem quĩ deus à nobis exigat 362 a
quietem quĩ captent naturaliter oĩa 362 b
quietis expers quis sit 357 b
quotidiana febris mysticè quid 337 a

R Adix vitiorum, & radix virtutum q̃ 167 b
radix virtutum omnium q̃ 64 b

raptus spiritalis descriptio 332 a
ratio animæ vbi cæcutiat 475 b
ratio hoĩs vt sit eius custodia & cõclauę, in quo illi demorandum 273 b
ratio illuminata vt Deum cõtempletur in intellectualibus imaginibus & diuinis effectibus 423 a
rationale pontificis mysticè quid 121 a
reductus vtì sit homo per Christum 390 b
reges & principes totius mundi quõ simus vel esse possimus 291 b
regna q̃ quibus concessa sint 493 b
regnum animæ quomodò exornandum ac disponendum 318 a
regnum Dei quid sit 283 b
regnum Dei quintuplex quod 426 a
regnum Dei quomodò boni malique partiti sint 477 a 510 b
regnum quod cur supremo cælo comparãdum 425 b
regnũ scripturæ quõ perficiendum 428 b
regulæ S. patrũ quid doceant 203 b
regula omniũ manachorũ gñalis q̃ 35 a
religiosorũ antiquorũ & modernorũ discrimẽn quantum 202 b
religiosorum exercitia quotidiana quæ esse debeant 266 b
renes duo quĩ mysticè Deo offerendi 155 a
renes & renunculi quid 171 a

re-

rones inerni quõ cremãdi 160 a
resignatio Christi quanta vbique 161 a
resignatio quæ quibus necessaria 19 a
resignatio sui humilis & plenaria quãtoperè Deo placeat 292 a
resignatio summa quæ 356 b
respõsio cõtra quasdam blasphemias 447 a
rete diaboli cur humiles capere non possit 204 b
retia diabolica quæ 220 a
reticulum iecoris, quid 171 a
reticulũ iecoris quõ Deo offerendũ 154 b
reuelationes seu visiones quæ quĩ fiãt 332 b
reuelatio quibus nulla sit necessaria 340 a
rex in animæ regno quis 318 a
Riui quatuor mysticè qd aut qui sint 474 b
riuuli diuinę gratiæ tres, qui 339 b 342 a
Roris cuiusdam noxij depictio 333 b
Ruben quid sonet, & cuius typum gesserit 121 b
ruptura spiritaliter quis habeat 147 b
rusbrochij de tabernaculi structura opinio 87 a

S Acerdotalis ordinis excellentia 191 b
sacerdotes ebrij ac mortui mysticè qui 184 a
sacerdotes mali cur suo iudici reseruandi sint 191 b
sacerdotes mystici qui 189 b
sacerdotes nouę legis quõ ornãdi 117 a
sacerdotes omnes quibus quatuor virtutibus fulgere debeãt 118 a
sacerdotes qui qbus quãto pstent 191 b
sacerdotij impeditiuæ maculæ quæ 146 a
sacerdotio fungi quis tm̃ possit 190 a
sacerdotum authoritas, mediatio & oblatio 166 b
sacerdotum bonorum descriptio 510 a
sacerdotũ dignitas vndè, & quanta 189 b
sacerdotũ legis & Euãgelij collatio 166 b
sacerdotum malorum impudentia quanta 184 b
sacerdotũ quotidiani abusus quales 201 b
sacramenta ecclesiæ animæ quàm sint necessaria 480 b
sacra Ecclesiæ quĩ cunctis parata 304 b
sacra septem quid conferant homini 390 b
sacra septem vndè profluxerint 138 a
sacramẽtis baptismi confessionis & eucharistiæ quæ contraria 309 b
sacramentis & signis externis quæ cur nobis velata 29 b
sacramenti vnius cur gemina vsus sit Christus consecratione 26 b
sacramentum Eucharistiæ qua deuotione seu seruore sumendum 267 a
sacrificia legalia quousq; placuerint 141 a
sacrificij Mosaici figura vtì in Christo impleta sit 150 a
sacrificium iuge quod 73 a
saga cur longiora cortinis 74 b
saga vndecim ex pilis caprarum quid signent 74 b
sagum cilicinum sorìs appensum mysticè quid 100 b
saluandis quid factu necessarium 444 a
salus nostra vbi sita 353 a
salutis suæ certus esse an hìc quispiam possit 238 a
salutis suæ quis quodammodò certus fiat 498 b
sanctior vndè quis alio sit 236 a
sancta sanctorum quid 93 b
sanctitas vbi constituenda 232 b
sanctitas vndè æstimanda, & quanta sit in homine 242 b
sanctitatem optãtibus quid faciẽdum 158 a
sanctitatis legalis & euangelicæ differentia 144 a
sanctitatis ipsius fundamẽtum quod 266 b
sanctitatis verę radix & substãtia quę 267 b
sanctos in cælo pro nobis orare 425 a
sanctos vt veneremur 268 a
sanguinis fusio diuersa in sacrificijs diuersis quid dẽsignet 158 b
sanguinis mactatio mystica quæ 158 a
sanguis emortuus quõ immoletur 162 a
sanguis suus quomodò cuique mysticè fundendus 169 a
sapientiæ doni descriptio 359 b
sapientiæ donum quale 361 b
sapiæ donũ q̃ quatuor impediant 425 b
sapientiæ donum quid sit, & quid efficiat 422 b
sapiẽtiæ donum quomodò excellenter possideatur 425 b
sapientia spũs quomodò inueniatur 106 a
sapphiri genus duplex 124 b
sardius qualis sit lapis, & qd mysticè 121 b
satan vtì quiosdam fallat 364 a
saturni filij quales sint 464 a
saturnus⁹ q̃tis aut qualis sit, & quomodò assiduè & vbique hodiè dominẽt 459 b
Scabies mysticè quid 149 a
scala diuini amoris septẽ graduũ, quæ 283 a
scandala mercenariorum quanta hodiè sint 480 b
scientiæ donum obtineri volenti necessaria quæ 405 b
scientiæ donum quatuor impedientia quæ 405 b
scientiæ donum quid sit 403 b
scientiæ donum quid efficiat 107 b 355 a
scientiæ donum quõ acquiratur 108 a
scientiæ potiùs sacræ scripturæ quàm sanctitati incũmbere, quale quid 262 a
scientia sua vel naturali vel acquisita vt quidam abutantur 398 b
scintilla animæ cur min⁹ sentiatur, vndè dependeat 412 a
scripturas quis facilè intelligat 428 b
scrupulosorum consolatio 250 a
scyphi aurei quales & quid signent 103 a
scyphi supernè patuli, infernè clausi, quid mysticè 103 b
Sectator Chr̃i verus vt sit rarus 479 a
securus quõ quis verè efficiatur 244 b
semen Christi qui sint 117 a
sensui aut sensualitati vt dñandũ sit 400 b
sensus hominis vt primitùs decepti, rationem deceperint 400 b
sensus spũales quinq; quõ exercẽdi 72 a
sentẽtię duodecim de amore Iesu 431 b
sentire nostrum triplex quod 98 b
separari quis non facilè possit â DEO 350 a
sequi Iesum quomodò mysticè debeamus in montem Tabor 386 b
seraphicis spiritibus similes quĩ 424 b
seraphim quales sint spiritus 424 b
seruiant qui Deo & qui suo ventri 481 b
serui diaboli qui 200 a
serui fidelis & amici familiaris differentia quæ 378 b
seruĩ fideles quid agant 378 b
seruientiũ Deo mercedis gratia status qualis 377 b
seruijsse nobis Deum tripliciter 468 b
seruire Deo, quãtus honor & dignitas 265 b
seruire Deo, quid 198 b
seruitus coacta q̃ualis 477 a
seruitutẽ malã quatuor inducẽtia q̃ 397 b
sethim quid sonet 58 a
Silentium internum necẽssariũ, quid 387 b
similæ pugillus, quid 168 b
similitudo dei perfecta quõ obtinẽda 420 a
similitudo Dei quanta per quę duo obtinetur 370 b
similitudo Dei quænam faciat nos beatos, & quæ non 442 b
simoniaci quid solùm emant seu vendant 479 b
simoniaci hodiè qui 478 a
simoniæ pestis quantũ hodiè sæuiat 510 a
simplex beatitudo omniũ nostrũ q̃ 279 b
simplicis & nudi oculi felicitas quãta 237 b
simplicis erga Deũ desiderij vis quãta 78 b
simplicissimi quiq; quales 358 b
simplicitas cuiusmodi prestetur animę per intellectũs donum 357 a
simplicitas & innocẽtia vera quę sit, & quõ custodienda 69 a
simplicitas interna quõ ad piscatur 109 a
simplicitas mentis nuda, est diuinitatis habitatio 34 a
sina quid sonet 182 a
sion quid sonet 187 b
symbolũ Apostolicum quõ cõfectũ 129 b
simon quid sonet aut referat 122 b 128 a
synderesis quĩ à Deo nobis sit insita 458 a
syria quid sonet 67 b
Smaragdi viriditas quanta 123 b
Sobrietas duplex quæ 315 b
societas bonorum hominum, cuinam etiã officiat 237 b
societas q̃ qualiũ ve hominũ vitanda 285 b
solemitatũ triũ mystica interpretatio 499 b
sol cuiusmodi sit Christus, & quõ quatuor gradus in se expresserit 338 a b
solicitudo vituperabilis quænã sit 15 b
solis ascensus ac descensus quĩ & quando fiat 467 b
solis efficaciæ seu virtutes quæ sint 465 b
solis & æstatis ad Christum qualis comparatio 328 b
solis filij qũales 465 b
solis visibilis & æterni cõparatio 328 b
solitariæ animæ scop⁹ esse quis debeat 236 a
solitudinem & vnitatem mẽtis & cordis apetenti quid faciendum 236 b
solitudo an Deum verè amanti vbiuis necessaria sit 237 a
solitudo q̃ quibus cauẽda aut q̃renda 236 a
solus quis sit vel esse dicatur 236 b
somnia quĩ dijudicanda 17 a
somniorum turpium remedia quæ 16 b
sortium super duos hircos missarum mysticatio 179 a
Specula ante accessum altaris quæ quibus vtenda 116 b
speculatio mystica quid 437 b
speculo quali iustus aptè conferend⁹ 362 b
speculum cuiusmodi sit homo 27 a
speculum viuum quod 435 b 437 b
sphærulæ aureæ quid notent 102 a
spinosæ malorũ punicorũ extremitates qd de-

designent 132 a
spiritalis quō quis fiat 374 a
spiritum amore flagrantem quomodò pater cælestis affetur 475 b
spūsanctū ter Apostolis collatū 142 b
spiritus dñi vt operetur in nobis 441 b
spiritussancti epitheta quæ 424 a
spiritussancti & olei collatio 145 b
spūssancti suggestiōes nunquā discordare à doctrina Chri & Ecclesiæ 366 a
spiritussanctus cuiusmodi sit fons 439 a
spiritussanctus quid sit, & quō ex patre filioq; procedat 454 b
spiritussanctus quomodò sit in nobis, & nos in ipso 439 a
spūs vnus quō fias cum Deo 361 a
sponsa Dei quę 30.3 a
sponsus animæ quis ibidem.
sponso trifariàm qui occurrendum 304 a
spōsus quas secū delicias adferat 370 a
Stabilitatis in eodem loco promissio, quæ & qualis 273 a
stamen & subtegmē virtutū oīm 69 a
status ociosus in simplici natura 42 b
stellę in se, & in oculis hoīm q̄les sint 458 b
stellę quomodò circumagantur 457 b
stellæ spūales pingendę quę sint 71 b
stellarum diuisio 459 a
stellis pallidis qui similes sint, qui claris, & qui igneis 459 a
stellis similes quæ sint vires ibid.
stola prima quid 79 b
stola proxima quid 80 b
stoliditas quorundam quanta 29 b
storax q̄lis sit arbor, & qd designet 135 b
strenuitas quid sit 315 b.
struthionis natura quæ 208 b
struthio quos mysticè designet ibidē.
studia nra oīa & conat⁹ quō referēdi 232 b
studij vehemētis & assidui efficacia q̄ 238 b
Suauitas Dei quanta 385 a
submersionis mysticę descriptio 383 a
sudor infernalis qualis 257 b
superbiæ vt medendum 398 b
superbia omnis vndè, & q̄ ꝓfligetur 313 a
suphia spiritalis qb⁹ maximè timēda 159 b
suphumerale pōtificis mysticè quid 120 a
suus maximè, quis 228 a
Tabernaculi mosaici aspect⁹ q̄lis 100 a
tabernaculum Domino construcuri, cuiusmodi esse debeant 62 a
tabernaculum et arca Dei quomodò quis efficiatur 53 a
tabor quid sonet 386 b
tabulæ angustæ tabernaculi, mysticè quid 98 b
tabulæ ex lignis Sethim mysticè quid 81 b
tabulæ lapideæ cur arcæ insertæ 206 b
tabulæ nostræ quì deaurandæ sint 91 a
tabulæ sex mysticè quid 84 b
tabulæ sinistri lateris quid 87 b
tactum diuinū quomodò sentiamus 359 b
tactus Dei emanans quales nos faciat 387 a
tactus DEI intrò trahens quales nos faciat ibidem.
tactus diuin⁹ quid in nobis operetur 384 b
tactus diuinus quid sit, & quomodò percipiatur ab anima 348 b
Tenacium hominum mala quæ 520 a
tenebras quales inducat peccatum 353 b
tentationes omnes quomodò facilè vincamus 487 b
tentationes quàm sint necessariæ, & quomodò illis resistendum 241 a
tentationibus quatuor subtilibus quomodò resistendum 259 b
terrena quì tractanda 132 b
testamentum Christi quod quomodò confirmatum 23 a
testamētum suum quomodò Christus condiderit 506 b
Thaddæus quid sonet 128 b
thesaurus in agro absconditus, quis 424 a
thomas quid sonet 124 b
throni & tabernacula Dei mysticè q 420 b
throni quinā homines dicendi sint 419 b
thronorum nomine qui spirit⁹ cur vocentur 419 a
thus mysticè quid 174 b
timentium seruiliter Deum descriptio 377 b
timorem Dei impedētia quatuor q̄ 401 a
timoris donum quid efficiat 110 b 399 b
timoris donum quid valeat 355 a
timoris humilis energia 111 a
timoris inordinati causa & origo 295 a
timor seruilis qualis 111 a
tintinnabula in veste pontificis, quid nolent 119 a
topazij claritas & nobilitas quanta 122 b
torporis erga spiritualia inuolūtarij remedium quod 17 b
Tractu diuino ad quid summè op⁹ sit 362 b
trinitas & vnitas cuiusmodi sint cum Deo 441 a
trinitas & vnitas in Deo quæ sit 454 a
trinitas quō catholicè credenda 36 b
trinitatis & Chri humanitatis similitudinē gerentiū genus triplex, quod 414 a
Tunica Domini IESV incōsutilis, quid mysticè significet 491
tunica hyacinthina quid designet 119 a
turtures duo quid, & quō, offerēdi 165 b
turtures duos cuiusmodi Paulus Apostol⁹ ceperit 166 b
Vana & inutilia habenda, q̄ vas balsami quale sit Chrs 238 a
Vectes qui quò nos trahant aut ducant 145 a
vectes tabernaculi quinq; mysticè qd 90 a
vectes transuersarij qui sint 87 b
vectis postremus à Domino fieri nō iussus, quid notet 90 b
vectis mysticè quid 59 b
vectis supremus quid 99 b
vectium inauratorum interpretatio 285 b
veli exterioris ornatus, quid 100 b
veli in Christi morte scissio, quid 179 b
velum quadruplicis coloris quid 95 b
veneris descriptio 466 a
veneris filii quales sint ibid.
venialia peccata, tametsi minuta, quàm sint cauenda 380 b
vermiculum qualem se homo exhibere debeat 70 a
vermis in inferno nūquā moritur⁹, qs 257 a
vesptilio qd auis sit, & quos designet 212 b
vestes quatuor minorum sacerdotum, mysticè quid 117 b
vestes quatuor speciales pontificis, mysticè quid 119 a
vestes quales Christus discipulis suis dederit 486 b
vestibus qualibus vtēdū sit religiosis 279 b
vestib⁹ cuiusmodi familiam suam vestiat sa tanas 488 b
Via ad Deum breuissima q̄ 223 b
via duplex à Christo tradita, scilicet mandatorum & consiliorum, quæ sit 293 a
via prima ad regnum Dei quæ 392 s
via secunda ad regnum Dei 393 a
via tertia ad regnum Dei 394 b
via triplex ad regnum cælorum, quæ 392 a
vicem vtì homo Deo reddere debeat 451 a
victoria nostra de tentatione Deum angelosq; lætificari 241 a
videre p quē quomodò incipiamus 323 b
vigiliæ noctis quot sint, quidq; Christus in vnaquaq; egerit aut passus sit 503 b
vincentij martyris patientia inuicta qui fuerit 233 b
vino quib⁹ cur & qñ interdictum 184 a
vires animæ 4 naturales quæ quibus virtutibus ornandæ 393 a
vires aīę superiores quid opētur 73 b 393 b
vires aīæ supiores tres quid opentur 72 b
vires animæ superiores tres vndè & quò 412 a
vires animæ tres inferiores quomodò exornandæ 405 a
vires nostræ vbi pręamoris ęstu ac impatientia deficiant 470 a
vires omnes quō simplificentur 81 a
virgæ Aaronicæ mysteria 206 a
virginum prudētium status qualis esse debeat 432 b
virgo prudens quæ 321 b
virgo quale sit signum, & cur sic dictū 334 a
virtutes cardinales quatuor quid efficiant 393 a
virtutes & bona omnia ex volūtate nostra dependere 241 b
virtutes in Dei donis viuere 111 b
virtutes omnes vndè & quò 459 a
virtutes principales quot & quæ 84 b
virtutes proximorum quō nræ fiant 54 b
virtutes quæ quibus hodiè vitijs cōmutentur 266 a
virtutes quando perfectæ sint 294 b
virtutes 4 per IIII. colores designatas vtì Christus habuerit 56 b
virtutes 4 cardinales designatas per quatuor cornua altaris 58 b
virtutes qui angeli cur dicantur, & quomodò quis illis similis fiat 404 b
virtutes theologicæ tres quomodò obtinēdę 399 a
virtutes tres singulares quæ quàm necessariæ 55 a
virtutes veræ cur vel nesciantur adeò, vel negligantur 260 a
virtutes vtì absque proprietate colēdę sint 54 a
virtutibus in singulis proprietates quatuor habendæ 111 b
virtutum donorumque omnium fons quis sit & origo 493 a
virtutum fructū cur multi nō gustēt 429 a
virtutū internarum energia quæ 100 a
virtutum modis quatuor Deo seruiendum esse 471 b
virtutum omnium radix & initium quod 163 b 167 b 307 b
visionem hominis spiritalem quæ tria efficiant 224 b
visioni spiritali vel supernaturali quæ tria necessaria 304 a

vi-

visiōi supernaturali tria necessaria 322 a
visitatio Dei, qua animam visitat, assidua, qualis 353 b
visitationes quæ quales 200 b
vita actiua in quibus consistat 355 a
vita actiua perfecta quæ 405 a
vita æterna qualis 255 a
vita affectuosa quæ 413 a
vita bona qua ratione instituenda 266 b
vita cælestis quō hic agi queat 371 b
vita Christi eiusq; passio qualis sit codex, & quō legendus 281 a
vita Chri quomodò semper ob oculos ponenda 133 b
vita communis ex contemplatione fruitioneq; proficiscens, q̄ sit 388 a
vita cuiuslibet boni hoīs triplex, quæ 276 a
vitæ actiuæ fructus triplex 429 b
vitæ actiuæ gradus quot & qui 294 a
vitæ æternæ exercitatiōem tres habere modos 514 a
vitæ affectiuæ fructus triplex 429 b
vitę cōtemplatiuæ fructus triplex 430 a
vitę cōtemplatiuę fundamentū quod 374 b
vitæ corporali quō spiritalis cōferēda 93 a
vitę internæ modus excellentiss. 292 b
vitæ nostræ totius, cū ctarumq; actionū nostrarum fructus quis esse debeat 303 b
vitæ omnis perfectæ fundum ac finis quis 368 b
vitæ passionisq; Christi succincta & amorosa rememoratio 308 a
vitæ perfectæ colendæ modi quot 518 a
vitæ præsentis quanta miseria 268 b
vitæ spiritalis mod⁹ quadruplex quis 277 b
vitę triplicis breuis descriptio 274 b 444 b
vitæ vitalis essentia quæ 45 b
vitę vitalis exercitatio quæ 45 a
vitę vitalis partes quatuor q̄ 44 b
vitę vitalis natura quæ 44 b
vitæ vitalis superessentia quæ 46 b
vita in actiua quis Deo gratus, quis gratior, gratissimusq; quis 294 b
vita interna quō incipiat 458 a
vitam asperam agere non valentibus quid faciendum 250 a
vitam bonam agere volenti, quænā à Deo petenda 16 a
vitā Christi, esse ipsius canonem 499 a
vitā æternā intra se cernere inuenireq; volenti quid faciendum 44 b
vitā ęternā sine grā non obtineri 44 b
vita moriens, & mors viuens quæ 46 b
vitā verè contemplatiuā quot & quæ efficiant 300 a
vita nostra quomodò perfectum fiat sacrificium 159 a
vita perfectissima quæ 301 b
vita verè sancta quæ sit 488 a
vita sancta vt sit quædā militia 15 a
vita seruiorum Dei quomodò in tres partes diuidatur 159 a
vitas diuersas in Christo fuisse 516 b
vita spiritalis in quibus consistat 469 b
vita spiritalis vera quæ 343 b
vita triplex quæ quibus necessaria 455 b
vita vitalis quæ sit 39 a
vitia diuersorum statuum acriter repræhēduntur 199
vitiorum decem genera quæ 519
vitiorum omnium causa & origo, qd 312 a
vitiorum oīm & vniuersæ prauitatis radix quæ 288 a
vitiorū omniū radices principales q̄ 294 b
vitta hyacinthina quid notet 130 b
vitulum pro peccatis offerre, mysticè quid signet 153 b
vitulū vnū pro omnibus offerri, quid 163 b
vitulus mysticè quid 154 b 156 b
viuendū nobis meritò qui esset 234 b
viuere Deo volētibus quid necessariū 498 a
Vmbraculū diuinū quō fiamus 67 a
vmbrā esse alicubi nullā, mysticè quid 385 a
vmbrā ex tribus effici 66 b
Vncini aurei, quid 130 b
vnctio extrema quid conferat 391 a
vnguentum internum, quo Apostoli vncti fuerunt, quod 143 b
vnguentum sanctificationis confectum nobis à Christo, quod 138 b
vnio q̄ quī per arcā significetur 204 b
vnitas ac diuersitas in Deo quī sit 456 b
vnitas amātiū spūum inter se qualis 452 b
vnitas Dei qualis sit fontis vena 412 a
vnitas diuina quid 63 b
vnitas hominis triplex quæ 322 b
vnitatis Dei exactio q̄ quid efficiat 374 b
vnitatis spiritūs nostri habitudinē esse duplicem 351 b
vnum cum Deo qui quō sint 368 b 372 a
vnum esse cum Deo, quid sit 45 a 46 a
vnū omnes cum Deo quī simus 435 b
vnum omnibus necessarium, quid 379 a
vnum qua ratione simus omnes 27 a
Voluntas Deifica siue Deiformis q̄ 241 b
voluntas Dei gratissima quæ 286 a
voluntas Dei quæ sit 496 b
voluntas libera vt quatuor modis igni similis sit 410 b
voluntas quæ cur igni comparetur 407 a
volūtas vndè & qñ recta sit & integra 242 b
voluntatem bonam mala efficaciorem esse 242 a
voluntatem bonam, virtutum omniū fundamentum esse 498 b
voluntatem malam, fundamentum ac initium esse omnis mali 458 a
voluntatem nostram super omnia à nobis Deum exigere 244 a
volūtatē ꝓpriā esse dilectiōis venenū 230 b
voluntatem propriam mortificare, quantę sit vtilitatis 497 b
voluntatem propriam relinquere, quāti sit momenti 231 b
voluntati magis quàm operi peccatum inesse 242 a
voluntatis bonæ effectus quanti 283 a
voluntatis bonæ homines qui sint 38 b
voluntatis bonæ laus 39 a
volūtatis bōę virt⁹ & efficacia quāta 242 b
voluntatis libertas quanta 476 b
voluntatis malæ ac bonæ momentū quantum 458 a
voluntatis perfectæ energia quanta 242 a
volūtatis ꝓprię abdicatio qd efficiat 312 b
voluntatis propriæ abnegatio quanta & q̄ bona pariat 313 a
voluntatis propriæ mortificatiōem esse sacrificium Deo acceptissimum 158 b
volūtatis ꝓpriæ temeritas quanta 497 a
voluntatis refrenatio quātum placeat Deo 54 a
voluptas castissima & deliciosissima q̄ 329 b
voluptas cordis & sensitiuarum virium casta, quæ 329 a
voluptatis magnitudini suam ex æquo pœnæ grauitatem responsuram 257 b
vota tria monastica q̄ quō seruanda 483 b
vota tria religiosorū, quæ 183 b
vota vtì cuiq; sua seruāda 484 a
vox cùm altissima tū iucūdissima q̄ 296 b
Vpupæ descriptio & mysticatio 212 a
Vr & Vri mysticè quid 63 a
vrnā qualē Chrs arcæ suæ indiderit 206 b
Vulnera Christi quinq;, cuiusmodi medicinam ministrent 138 a 144 b
vulnera Christi 5 quō cōmemorāda 281 b
vulnus diuini amoris quāle 331 a
vulture signari auaros 207 b
Zabulon quid sonet 127 a
zachæo similes qui sint 32 b
zachę⁹ quō nobis imitādus 320 b
Zebedæus quid sonet 123 b
Zoara quid significet 127 b
zonæ cādidæ sanctorum, quid 128 b

LECTORI PIO CASTIGATOR TYPOGRAPHICVS B. L. N.

Nisi te probè nōsse compertum haberem, faciliùs absque peccatis vitam agi, quàm librum vllū vllis absq; mēdis edi posse: exorādus mihi esses, vt quæ hac vice nobis præter votū excidissent, etiam nō cōfessa, ęqui boniq; cōsuleres. Nunc cùm & tu rerū humanarū conscius sis, nosq; hoc in opere supra vires (nouit is qui nouit omnia) nostras, ita ferente necessitate, laboribus obrueremur, neq; vnus & alter oculus singula quęq; videre potuerit, abs te facilè impetratum iri speramus, vt quæ hic obitèr admissa fuerunt errata, ex sequenti erratorum catalogo, dedita ad hoc opera cōfecto, tuo in Codice restituas: eo pacto & nostrę confessioni rem gratam, & studijs tuis longè vtilissimā facturus, benè vale.

INTERPRES CANDIDO LECTORI.

Quãdoquidem Author iste multa sublimia nec omibus obuia tradit, Cãdide Lector, in corrigendis Erratis etiam minutis, & quę cuiusuis diligẽtiam facilè effugere potuerint, penè scrupulosam nauauimus operam, ne perfectę intelligentię fructu vspiàm priueris. Emendator typographicus summa fide præstitit quicquid potuit: neque nos miramur pauca hæc quæ hîc cernis, Errata commissa: siquidem tot fuit negocijs obrutus, vt maximè mirum sit, non plura & grauiora incidisse. Hortamur autem, vt ob assequendam meliùs Authoris mentem, antè quàm ad eius lectionem accedas, tuo in codice corrigas ea, quæ hic annotauimus. Cętera, si quę occurrerint, ipse facilè deprehẽderis. Benè vale.

Pro intellígendo autem catalogo Erratorum sequenti, memineris priori Numero paginam siue columnã, posteriori versum aut lineam innui, deinde veram lectiõem sequi, aut paucissimis verbis insinuari. Hoc animaduersõ, paucorũq; ipsius Operis foliorum numeris correctis, facilis erit sequentium intellectus.

12 13 ocio & vanitati, 14 41 ea explicabo 20 38 ipso sum 21 29 cõfidẽdo 22 36 sed que 25 11 ceden tes, inibì 27 28 ad semper gignẽdum, & filialiter absq; intermissiõe nascẽdum: 28 6 supernaturalẽ 31 5 hic modus 33 1 perstare 34 34 ꝓpter hæc 38 31 suntq; ibid. 46 viribꝰ sunt 44 41 cum ipsa 45 12 lege, exigit: nõ, erigit ibid. 26 ab aia 51 16 cta Ecclesię 53 21 amplectẽdi. 55 45 qnos dũtaxat 58 5 est vñ 59 37 annulis, 63 51 in seipsa 64 2 ĩDeo 67 6 ipsa Dei ibid. ipsa ĩDeo ibid. ĩipsa 68 25 cõiũctis, 71 19 siue patefaciemꝰ, ibid. 28 effingemꝰ, 74 41 tẽpore 76 1 indepicto ibid. 31 ipsius hoc 93 20 applicatiõe sumus: 103 50 & in 115 34 latera fieri, in quos 116 27 misericordię in 119 40 patẽs, ibid. 42 Orę verò 125 48 quæq; & 127 5 India, nutus ibid. 9 nãq; qdã ibid. 11 sanctę Ecclesię 129 9 poliemusq; nosipsos 133 18 oblationẽ illã ibid. 33 in Deo 136 13 vocabat, itẽq; 134 45 & calore 135 4 Habẽt quoq; ibid. 8 itẽq; 138 9 Per oleã ibid. 42 ipso videlicet 141 23 vnctiõis cõsecratur 145 9 cõplacet 150 29 occasiões ibid. 44 siue 152 28 Deo 155 39 augmentãdę 162 2 Põtificẽ 167 41 itidẽq; 176 9 semp integer ibid. 26 ritudine, veritate, & ibid. 31 obscurari 179 23 Súpsit aũt ibid. 27 suaui odore: 192 27 appetemus 194 40 psentia 196 41 tẽ. Ior- 197 7 suffert oĩã, 199 16 tñ porcorũ 200 41 Nullas 205 23 quãq; miris 208 50 ingẽs eorũ 209 41 vti volũt, 215 47 vniõis ac 216 13 est, idq; per 217 1 in nobis 221 2 q videlicet ibid. 28 hũilis & ibid. 46 deberet, magnasq;, p ibid. 48 memor esse 225 30 quẽ aliqs ibid. 48 qn & 229 44 tãto ei 230 12 lignũ 232 21 Asequẽtibꝰ ibid. 43 tñ nos 134 39 eã q̃ in ipso latebat, impatiẽtię malitiã, pdũt: 237 27 æq̃les ibid. 44 alioquì 239 42 abstra- 240 6 eis liceat 245 4 cet, nisi ob 247 42 accuset, Dñi 249 24 omissionibꝰ 250 26 vitę au 254 50 hũanitatẽ illiꝰ. 263 47 pmanabimꝰ. 267 11 virginis Marię ibid. 48 dã velut 271 25 duabꝰ hoĩem 276 5 sex dies 286 18 velut soccul ibid. 47 lenitate 292 24 cior es 293 30 Etem 294 14 tuses. 296 26 cuiꝰ nõ 304 15 aut externũ ibid. 44 arboris suę ibid. 48, p monet, lege mouet. idẽq; facito lineis aliquot indè sequẽtibꝰ. 307 34 demitteret 309 1 bonis agiĩ 311 28 oriĩ in 315 34 erga virtutũ, 323 51 quo gr̃ę huiꝰ impulsu, virtute 329 8 diuinæ suauitatis 339 25 suę cõuersiõis 340 24 vtiq; Deꝰ 343 10 se patiĩ 347 17 possidẽt naturã 349 23 suũ in ipsam 352 23 oẽs aĩę 355 39 affectu, laude, ibid. 50 & res terre- 357 8 rat, & colorũ 366 38 viã illi ad 369 21 velut ignis 373 27 si ob ibid. 37 spiritalis libertas in 375 8 se sentit, ibid. 9 tionẽ rapiĩ. 377 15 pstare potest, 381 44 omnẽq; 385 5 ac inũdant. ibid. 6 nosq; inundãt, 393 31 illi possit 394 1 inexhausta ibid. 2 tia pmãserit. 395 31 q in 398 45 extra Dei viuũt gratiã 401 10 delectiõe vel ibid. 38 secundũ rectæ ra 403 22 moueri, sensibus 409 9 atq; demittunt. ibid. 41 eis manere ibid. 43 tes vnitatẽ deg 411 3 videlicet neq; 413 41 essentia (seu fundamentũ proprietatũ) personarũ 415 26 modum, plena 418 31 bet excelsus, 421 11 cõmunis in 429 31 em externę 433 34 animãq; 436 43 patentiq; 438 1 illi suũ 443 37 nec emanat, 458 4 nobis exẽplar ibid. 30 extribus 480 3 referant. T 481 39 lli app 487 27 atq; cõspurcãtibus, 488 18, pficiscẽs. HOC 491 26 rrę li 519 43 & detestaĩ

CORRECTORIVM NVMERORVM IN CAPITIBVS.

In vita D. Ioannis Rusbrochij, restituendus est numerus Capitis XIII.
In Speculo Salutis æternæ, post Caput III. erratum est in numeris sequentium Capitum.
In Tabernaculo, pro cap. XLVIII. positũ est 49, & ita deinceps error pseuerat solũ in nũero, nihil aũt deest.
In eodem Tabernaculo Numerus LXXXI. positus est pro LXXVI.
Libro II. de ornatu spiritalium Nuptiarum, post Caput IX. solùm Numerus Capitũ malè positus est aliquot locis, id quod facilè studiosus Lector aduertet.

Ordo Alphabeticus Operis huius Rusbrochiani.

*a, *b, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, v, x, y, z, aa, bb, cc, dd, ee, ff, gg, hh, ii, kk, ll, mm, nn, oo, pp, qq, rr, ss, tt, vv, xx, yy, zz, aaa, bbb, ccc, ddd, eee, fff, ggg, hhh, iii, kkk, lll, mmm, nnn, ooo, ppp, qqq, rrr, sss, ttt, vvv, xxx, yyy, zzz. Singuliq; sunt duerniones seu bifolia, exceptis duobus, videlicet *a & *b, ternionibus seu trifolijs.

SAN-

SANCTISS. ATQVE CELEBERRIMI PATRIS D. IOANNIS RVSBROCHII VITA, ET GESTA EX PLVRIBVS PAUCA, QUÆ EX FIDEDIGNORVM SCRIPTIS COLLIGERE LICUIT: QUÆ ETSI MIRA & p̃CLARA SINT, NEMO TAMẼ DUBITARE DEBEBIT, QUIN ALIA MULTA, ETIAM HIS PRÆCLARIORA, LITERIS MANDATA NON SINT, AUT CERTÈ HOMINUM INCURIA VSPIÀM IN TENEBRIS DELITESCANT.

¶Præcipuus huius Vitæ Author, CANONICVS REGVLARIS fuit, sed nomen suum suppressit: vixitq; paulò post RVSBROCHIVM. sed eius verba nos aliquanto meliori stylo reddidimus.

DE QVODAM MIRACVLO, QVOD CIRCA EVM VIX SEPTEM HABENTEM DIES, ACCIDIT. CAP. I.

OMNIPOTENS, sapiens & benignus humani generis conditor, quem diuina scriptura mirabilẽ prædicat in sanctis suis, quo ineffabilem erga nos declararet amorem ac beneuolentiã paterni cordis sui, iam indè ab orbis creati initio nullis vnquàm tẽporibus maximis & p̃clarissimis beneficijs suis mortaliũ genus prosequi, & ad sui tum cognitionem, tum amorem inuitare destitit. Inter quæ non postremo, ne dicam primo ferè, loco illud numerandum nemo sanæ mentis dubitare potest, quòd semper ferè quosdam eximiæ ac minimè vulgaris sanctimoniæ siue viros siue fœminas, quorum meritis & precibus mundus conseruaretur, in hanc lucem edi sua sapiẽtia & benignitate effecit: quos nisi habuisset orbis, iam olim ob nimiam hominum impietatem & intolerandam peccãdi licentiam, effrenemq; libidinem, totus iusto Dei iudicio conflagrasset. Nihil enim tam obstat diuinæ iustitiæ, quo minùs merita de impijs supplicia sumat, quàm in primis quidẽ ipsius Dei bonitas & misericordia, deindè preces ac merita sanctorum, beatam cum Deo in cælis vitam degẽtium, atque indè preces & lachrymæ amicorum Dei, in hac etiamnum mortali vita positorum. Ita ergo etiam hisce extremis temporibus, quibus in dies charitas refrigescit, & vitia plùs satìs increscunt & augmentantur, virũ sibi elegit secundum cor suum, hunc ipsum, cuius nunc vitam paucis perstringere instituimus, venerabilem Patrem D. Ioannem Rusbrochium, in quo tanta, tamq; mira operari dignatus est, vt non immeritò etiã inter præcipuos possit sanctos annumerari. Vt enim à Patribus fide dignis, qui cum eo familiariter vixerunt, ipsi audiuimus, cùm infantulus vix septem dierum, à nutrice in pelui lauandus esset, nullo nisi inusitatæ diuinę gratię fultus adminiculo, stetit rectus in pelui: cuius simile quiddam etiam de beatiss. Nicolao pontifice legitur. Nec potuit tam insigne miraculũ insigni vacare mysterio: atque adeò, vt pòst rei probauit euentus, id manifestò declarasse videtur, sicuti puer contra, imò supra naturæ morẽ diuina virtute stetit rectus in pelui, ita postmodùm eadem virtute fretum, natura transcensa, ad Diuinitatem contemplandam oculo contemplationis spiritum erecturum. Quod q̃ sublimiter posteà fecerit, vel sola scripta eius abundè cuiuis testatum reddere possint.

Psal. 67.

Quibꝰ post Deũ conseruatio mũdi acceptũ ferenda.

Matt. 24.

VT RELICTA MATRE, AD QVENDAM VENERABILEM CANONICVM SESE CONTVLERIT. CAP. II.

PORRÒ cùm ad vndecimum ætatis peruenisset annum, relicta clàm matre, quæ tenerè nimìs puerum adamabat, ex instinctu sãctispiritus, eum ad sublimia iam tum præparantis, casu ad venerabilis cuiusdam Canonici, ipsius consanguinei, ædes peruenit. A quo humaniter susceptus, scholis traditus est, literis imbuendus. Quibus cùm annis fermè quatuor operam dedisset, religiosus puer S. Benedictum imitatus, potiùs diuinæ addiscendæ sapientiæ, quæ vitam ac mores piè componere docet, quàm humanæ, quæ vtplurimùm inflat, & ad honores ac mundi pompas & vanitates appetendas incitat, vacare decreuit. Nec id absque Sanctispiritus operatione, vt qui eius in pectore etiam in primis ætatis annis templum sibi dignissimum extruere moliebatur. Et quanuìs vix benè Grammatices prima iecisset fundamẽta, tanta tamen deindè diuinitùs illi collata est in-

1. Cor. 8.

tellectus perſpicacia, vt nedum dialecticos atque philoſophos, ſed etiam Theologos multos vſqueadeò ſuperârit, vt pauciſſimi ſint, qui eius ſcripta omnia perfectè poſſint aſſequi. Quod vtiq; euidentiſſimum poteſt eſſe ſupernæ irradiationis argumẽtum, vt qua abundè edoctus eſt, quæcunque humanitùs ſalubriter potuiſſet edoceri: imò pleraque etiam, quæ non niſi diuinitùs ſciri queant. Quod incredibile illis videbitur, qui aut neſciunt, aut non credunt, cuiuſmodi Deus olim in priſcis illis Sãctis ſuis, tum Prophetis, tum Apoſtolis, certè rudibus ac indoctis, operatus ſit: & quod D. ait Ioannes Euangeliſta, Vnctio eius docebit vos de omnibus. Sed hæc hactenùs. Interìm verò ſanctus iuuenis mirificè proficiẽs apud Deum & homines vitæ ſanctitate, matrem latére non potuit. Quæ cùm eum videndi cauſa Bruxellas veniſſet, nec tamen optato eius poſſet frui conuictu & cõſuetudine, mox ad religioſarum quarundam fœminarum ſe contulit contubernium, vt vel hac occaſione ſaltem interdũ eius præſentia potiretur. Atquì vbi pia fœmina nouis quotidiè ſanctæ vitæ & opinionis eius cœpit recreari rumoribus, præſentiam deindè eius corporalem non magnoperè ſuſpirauit, plùs delectata ſecundum ſpiritum ſanctiſſima eius viuendi ratione, quàm ſecundum carnis affectum vel quotidiana eius confabulatione potuiſſet delectari. Neque id mirum: quando Sanctus ſpiritus caſti amoris nexibus ita fidelium ſuorum corda amicorum coniungit, vt licèt corpore ſeiuncti, ſpiritu tamen & interna quadam mentis dulcedine vniantur.

1. Ioan. 2.

¶De obitu matris eius, & vt ſæpiùs ei apparuerit, ac tandem in Primitijs eius à pœnis Purgatorij liberata fuerit. CAP. III.

POSTQVAM autem mater eius matrona religioſa, quanuis non omnino perfecta, ex hac luce migraſſet, quotidianis eam pius filius apud Dominum precibus adiuuare non deſtitit. Et quia ipſa eo in ſtatu deceſſerat, vt adiutorio haberet opus, ſæpè ei manifeſtò appárens, lugubri voce, quantum adhuc abeſſet temporis, quo ſacerdos fieret, percontabatur. Deindè vbi ille aduenit dies, quo primum Miſſæ ſacrũ perageret, eo abſoluto, certa eiuſdem matris ſuæ apparitione didicit, eam tum penitùs ab omni pœna abſolutam.

¶Vt etiamnum in mundo viuens, vitam duxerit humilem & abiectam. CAP. IIII.

CVM adhuc in ſeculo viueret ſacerdos ſecularis, vt CHRISTVM humilem ipſe quoque per humilitatis iter ſequeretur, eiq́ue ſe, quoad poſſet, conformaret: adeò ſui ipſius & eorum quæ mundi ſunt, fuit incurioſus, vt penè omnibus, qui ſanctiſſimam eius neſcirent vitam, (ſemper em̃ ferè latent amici DEI, & difficilè, pręterq̃ à ſui ſimilibus, poſſunt agnoſci) miſer & deſpicabilis videretur. Erat em̃ totus quietus, taciturnus, habitu corporis deſpectus, ſed cultus moribus: & quia contẽplationi ſummopè deditus erat, turbas & aſpectus hominũ libenter declinabat. Itaq; cùm vice quadam Bruxellis per plateas mente cæleſtibus intẽtus incederet, & duo quidam ſeculares ſimplicem eius habitum & columbinam ſimplicitatem conſideraſſent, alter eorum ſic ait: Vtinam tanta ipſe vitæ ſanctimonia, atque hic ſacerdos, præditus eſſem. Ad quod alter reſpõdit: Equidem ſi vel omẽ totius mundi aurum poſſem adipiſci, nollem eius in loco me eſſe: Tum enim nunquàm lætum vllum ſumerem diem. Quod cùm vir ſanctus caſu audiret, ita tacitus intra ſeſe cogitabat: Ah parùm noſti, quantam illi intùs experiantur ſuauitatem, qui Dei ſpiritũ guſtârũt.

¶Vt latentẽ quandam hæreſim, & eius authorem fœminam quandam magni nominis Bruxellis confutârit. CAP. V.

PER idem tempus, quo vir Dei ſacerdos vixit in ſeculo, fœmina quædã extitit, execrandi dogmatis author vel propugnatrix, eaq́; tantę apud multos exiſtimationis, vt ad Dominici corporis venerabile ſacramentum acceſſura percipiendum, etiam inter duos Seraphim gradi crederetur. Hæc multa ſcriptitabat de ſpiritu libertatis & execrando amore venereo: quem tamen, plena dęmone, non eſt verita Seraphicum dicere: & à ſuæ opinionis ſectatoribus, ceu nouæ cuiuſdam doctrinæ inuentrix, magno ſtudio colebatur. Cuius errorem vir ſanctus miſerans, ſtatìm nefando dogmati ſeſe oppoſuit, & licèt

cèt multos ſuſtineret aduerſarios, tamen deterrimæ huius fœminæ ſcripta fallaciſſima planè detexit. Quod in ſimplici & parùm literato viro, mirum ſanè videri poſſit, niſi quòd certum eſt, Sanctiſpiritus gratia ſingulari intùs eum fuiſſe illuſtratum, adeò vt errorẽ, qui vix à multùm doctis poterat animaduerti, nedum deprahẽderet, ſed etiam cõfutaret, nihil veritus inſidias partis aduerſæ, nec fallaci ac fucato dogmate euerſus. Et tamẽ non defuerũt, qui hunc virum ſanctiſſimum in iſtiuſmodi errorẽ incidiſſe putarẽt: ſed ſcripta eius abundè declarant, quàm ab hac opinione prorſus fuerit alienus.

¶Quo ætatis ſuæ tempore ad Viridem Vallem ſe contulerit. CAPVT VI.

Eſt aũt Viridisvallis cœnobiũ Cãonicorũ Regularium in ſilua Zoniẽſi iuxta Bruxellas oppidũ Brabãtię

VERVM poſteaquàm ad ſexageſimum vſque ætatis annum in ſeculo vixerat, multiſq́; admiranda vitæ ſanctimonia exemplo fuerat, in hac tanta ætate tametſi iam pridèm perfectionis culmen appræhendiſſet, & diuinæ contemplationis radijs mirificè illuſtratus eſſet, adeò vt etiam adhuc in ſeculo degens, libros quoſdam eximios atque præclaros ediderit, attamen cum quibuſdam ſodalibus ſuis ad Viridem Vallem ſeſe contulit, ea mente, eoq́; conſilio, vt inibì quietiùs & ſecuriùs diuinæ contemplationi totum ſeſe traderet. Nouerat em̃ vir ſublimiter diuinitùs illuſtratus, non parùm mentis puritati & diuinæ cõtemplationi, loci quietem & ſolitudinem ſuffragari. Itaque in hac ipſa Valle Viridi more aquilæ renouata mentis iuuẽtute, tam clarè ac dilucidè cœpit intelligentiæ aciem in æterni Solis claritatem defigere, vt vix pauciſſimi extremam perfectionis eius partem in hac poſſint vita attingere. Teſtantur hoc ſcripta eius quæ edidit, in quibus multa reperias licet, quæ etiam ſummis Theologis & admirationi & venerationi eſſe queant. Quę ſi quis necdum capere ſufficit, credat vt videat & intelligat, & (quod ſanctiſſimus hic Author ſubindè hortatur) vacet interioris hominis reformationi, & affectus exercitationi: ficq́; quandoque copioſè in intellectu diuinæ lucis merebitur radijs illuſtrari. Pſal. 102.

Hoc loco Caput vnum intertexuerat vitæ huius Author de Gerſonis ſententia, quam de quibuſdam huius ſanctiſſimi patris dictis tulerat: quam etiam certis refellit argumentis. Sed quia in Epiſtola liminari Operis huius ea de re abundè agitur, hoc loco Caput iſtud omittẽdum putauimus. Certum eſt enim, Gerſonem corrupto exemplari deceptũ, aut præcipitem tuliſſe ſententiam de eo, cuius nec vitam, nec ſcripta omnia vnquam benè perſpecta habuit.

¶De quodam ſanctiſſimæ vitę Ioanne Affliginieñ, cœnobij Vallis Viridis coco. CAP. VII.

OPERAEPRECIVM nobis facturi videmur, ſi pauca quædam hìc de ſanctiſſimo viro Ioanne Affliginienſi inſeramus. Is enim cùm eſſet laicus & idiota, venerabilẽ patrem D. Ioãnem Rusbrochium eiusq́; ſocios in Viridem Vallem ſecutus eſt: vbi ad tãtam excreuit vitæ ſanctitatem, vt penè incredibilia videri poſſint, quæ de eo veriſſimè ſcribuntur. A primis enim ſuæ cõuerſionis initijs ac deinceps vſqueadeò erga ſeſe rigidus fuiſſe dicitur, vt cæteros cœnobij ſui Fratres, carnis maceratione, nocturnis vigilijs, multaq́; abſtinentia plurimùm exceſſerit ac ſuperârit. Alijs quidem, etiam hoſpitibus ſuperuenientibus totus pius eſſe ſtuduit: nec id duntaxat curans, vt eorũ reficerentur corpora, ſed multo maximè, vt quippiam ſalutare eorum inferret auribus, vndè compũcti, ad Dei amorem incaleſcerent: ſicut etiam interdum id contigit, vt vbertìm lachrymas funderent, verborum eius gratia & efficacia permoti. At verò ſibijpſi ſeuerus, aſperis vtebatur & abiectis veſtibus, & rarò vel nunquàm veſci voluit, niſi fragmentis quæ Fratribus ſuperfuiſſent: adeoq́; nonnunquàm oua putentia, quæ alij edere nolebãt, non abſque magna vi naturæ ſumpſit. Pluraq́; alia fecit, miranda potiùs quàm imitãda, niſi quem ſimilis gratia confirmet. Somnum perbreuẽ, eumq́; magno cum tædio, ſolo timore defectus, capiebat: videbaturq́; ſibi tẽpus illud perdere, quod quieti indulſiſſet. Vndè rarò ſertur iſſe cubitum, niſi priùs Matutinis precibus noctu interfuiſſet. Et licèt pluribus eſſet externis curis ac occupationibus prægrauatus, in ijs tamẽ tãtam ſemper cordis & animi ſeruauit tranquillitatẽ ac puritatem, vt actioni ſimul & contemplationi eſſet intentus, nec à cæleſtium contemplatione, externis actionibus præpediretur. Quam ſibi gratiam attentiſſima ac perpetua Dominicæ paſſionis meditatione acquiſierat. Nam tametſi virtutum omnium fragraret odoribus,

Mira Coci religio.

bus, pręcipuè tamen compassione erga Christi IESV vulnera mouebatur: cuius etiam tam solicitè adnitebatur imitari vestigia, vt carne & spiritu, ad illius exẽplar, totum se Deo offerret in holocaustum. Ex hac Dominicę passionis iugi commemoratione ad tãtam peruenit Diuinæ gratię abundantiam, vt sæpiùs supra se in Deum raperetur: itemq; ad tantam sui cognitionem ac nihilipensionẽ, dum vitæ suæ (vt ipse putabat) deformitatẽ cum suo exemplari conferret, vt creaturarum omnium sese longè infimum ex animo sentiret. Accidit indè, vt ipsius probandi gratia Deus omnipotens septem grauissimas ac prorsus Tartareas pœnas & angustias eum faceret experiri, quæ reuerà tantæ fuerũt, vt nemo nisi expertus capere sufficiat. Sed eas hîc commemorare, ob vitandam prolixitatem, nolumus. Multa quoq; alia in hoc electissimo amico suo Deus mira operari dignatus est, quæ hoc loco commodè inseri non possunt. Tantã autem apud Deum amicitiã & familiaritatẽ adeptus est, vt multa ei secreta diuinitùs reuelarentur: & licèt idiota & rudis esset, tanta tamen diuinæ lucis irradiatione perfunderetur, vt etiam libros quosdã plenos Dei spiritu, ediderit, in quibus nonnunquã tam honorificè meminit venerabilis viri D. Ioãnis Rusbrochij, (quippe qui raptus in Deum, omnem vitæ ac meritorum eius excellentiam perspexerat) vt nemo ferè alius tantis eum laudibus vehat. Denique circa extremum vitæ suæ tempus dimidio anno graui admodùm morbo laborans, nihilo minùs, quantùm vires sinebant, coquinæ officio præfuit, patientissimè ferẽs nedum duros corporis dolores, sed etiã illius officij onera. Tandẽ mortem suam, diuinitùs edoctus, adesse sentiens, cùm adhuc alijs corpore validus videretur, sacram vnctionem conferri sibi petijt, & deindè tertia die beatum Deo spiritum reddidit, Anno Dñi M.CCC.LXXVII. ipso die S. Agathæ virginis & Martyris, cum eo deinceps perenniter regnaturus in cælis, cui se totis viribus, quoad poterat, conformare studuit in terris. De cuius admirabili sanctitate plura scribere libẽret, nisi quòd Lectorem diutiùs detinere nolumus.

Meditãdæ passiõis Dominicę fructus.

Ioãnis coci & idiotę Affliginiẽ eruditio.

¶ Vt venerabilis M. Gerardus Magnus D. Ioannem Rusbrochium inuiserit, eius fama allectus. CAP. VIII.

Sed his paucis de sanctissimo viro Ioanne Coco intermixtis, iam ad nostræ historiæ seriem reuertamur. Accidit igitur, vt cùm beati Patris Ioannis Rusbrochij fama longè lateq; percrebresceret, (celebrem enim eum reddebãt tum præclarissima scripta, tum excellentissima vita illius) sanctæ opinionis eius suauissimus rumor etiam ad Gerardi Magni, qui Dauẽtriæ vitã agebat religiosam & virtutibus conspicuam, aures peruolaret. Quamobrem magno hominem visendi accẽsus desiderio, sumpto secum socio viro religioso, ad iter sese accinxit. Vbi autem ad Viridem Vallem peruenẽre, Pater Prior D. Ioannes Rusbrochius senio venerabilis, prophetiæ doctus spiritu, Gerardũ Magnum, quẽ nũquàm antè viderat, proprio nomine salutauit, humanissimeq; exceptum, vnà cum socio in cœnobium introduxit. Et cùm iam aliquot inibi dies cum sancto viro familiariter egissent, cœpit idem Gerardus Magnus (erat em̃ vir impensè doctus) de quibusdam scriptis eius sanctissimum Patrem hunc in modum compellare: Miror Pater Prior, quòd tam sublimia scribas, quibus tamen multos tibi ac doctrinæ tuæ æmulos paras & calũniatores. Quibus auditis, mansuetissimè vir humilimus in hæc ei verba respondit: Magister Gerarde, certum ac firmum habeto, nullum me vnquàm verbum scriptis meis inseruisse, nisi ex instinctu Spiritussancti, & in singulari quadam ac dulcissima præsentia supersanctissimæ Trinitatis. Quæ verba Fratres quidam, etiamnum superstites, ferũt se ex ore sancti viri, Testamenti loco extremis vitæ eius temporibus accepisse. Prędixit etiam per prophetiæ spiritum ipsi Gerardo Magno, quòd Dictorum suorum veritatem, tũc adhuc obscuram ipsi, paulopòst ipse Gerardus intelligeret, sed socius eius minimè in hac vita. Animaduersa igitur sancti viri constantia M. Gerardus Magnus, vt vir prudẽs, & spiritalis vitæ non ignarus, scripta eius omnia deinceps multa in veneratione habuit, & ipsum itidèm sanctissimum Patrẽ summoperè coluit: quippe à quo non parùm se senserat in vita spiritali rectè instituẽda, ac prudenter & rationabiliter prosequenda, adiutum. At tamen cùm adhuc esset apud venerabilem Patrem in Viridi Valle, & quãdoque insolitam in eo erga Deum fidutiam, non ex temeritate, sed perfecta & ardentissima charitate, timorem foràs mittente, conceptã perspexisset, quandoque diuini iudicij & pœnarum inferni metum ei incutere multis Scripturæ commemorandis sententijs attentauit. Sed quanto plùs quandam ei inijcere formidinem connitebatur, tãto vir pius maiori in Deum amore feruescebat: & cùm eum aliquandiu loquentem sustinuisset, tandem ita ei respõdit: Magister Gerarde, fixum & certum habe, me ex animo paratum esse ad perferenda omnia, quæ Dominus mihi accidere volet, siue mors sit, siue vita, siue etiam ipsi intolerabiles cruciatus inferorum. Neque enim quidquam mihi vel iucũdius, vel melius, vel salubrius iudico, nec quicquam aliud vel peto vel desidero, quàm vt amantissimus Dominus Deus meus promptum me semper atque paratum inueniat ad suæ arbitrium voluntatis. In quo nimirùm summa patet sancti viri cum diuina voluntate consensio, & perfecta omnis propriæ quæsitionis & priuati amoris extirpatio.

Gerardꝰ Magnus.

Rusbrochij prophetia.

Rom. 8.

¶ De modo mirabili conscribendi libros suos. CAP. IX.

Qvae autem de ratione conscribendi libros suos Patres nostri de ipso referunt, non sunt vtique silentio prætereunda. Aiunt enim hunc eum habuisse morem, vt cùm diuinæ gratiæ splendoribus se sentiret illustratum, solus in syluæ abdita sese reciperet, atque ibi quæ ex Dei spiritu haurire potuisset, in scripta redigeret, atque hoc pacto cuncta sua opera eum cõfecisse. Et licèt interdum plurium etiam hebdomadarum spatio penitùs à scribẽdo abstinuisset, eo quòd gratiam sibi sentiret non arridere, deindè tamen ad scribendi consuetudinem reuersum, quanuis priorum nullam haberet memoriam, tam concinnè, tamq; appositè sequentia prioribus coniunxisse, acsi vno die aut magno studio cuncta elaborasset. Quod euidens est argumentum, non suo, sed diuino spiritu sua se scripta, reuerà melliflua, confecisse. Porrò cùm senio grauatus, ipse scribere commodè non posset, assumpsit secum vnum è fratribus, qui quæ spiritus suggessisset, in tabula digereret. Quæ si quis omnia recto perpendat iudicio, velitq; cuncta huius viri scripta religiosè ac piè examinare, nisi planè fallor, persuadere sibi non dubitabit, etiam vsque ad diuinam contemplandam Essentiam eum admissum fuisse. quanquã de hac re nihil audemus temerè definire, licèt nobis rationes verisimiles neutiquã deesse queant.

¶ Vt quadam vice sub arbore ipso sedente, arbor ardere visa sit. CAPVT X.

Qvàm autem sublimis fuerit contemplator & feruentissimus amator Dei, tametsi abundè testantur scripta eius, quorum iam meminimus, placet tamẽ etiam alio quodam exemplo comprobare: Quadam die more solito diuinitùs permotus, properans in syluam, sub quadam arbore resedit: vbi diuinæ visitationis perfusus dulcedine, mẽtis excessum passus est, adeò vt diutiùs solito absens permaneret. Interìm Fratres de sui Prioris absentia anxij, sedulò eum hinc indè quærere cœperũt. Et cùm nusquã intra cœnobij limites eum reperissent, per vasti nemoris ambages inquirere cœperũt. Quidam autem frater multùm ei familiaris, cùm studiosiùs perquireret, vidit procùl arborem quandam velut igni vndique cinctam atque vallatam. Tacitus igitur propiùs accedẽs, vidit virum Dei, necdum plenè sui compotem, sub ipsa arbore residere, magno diuinę dulcedinis feruore inebriatum. Qua re satìs apertè declaratur, quanto intùs feruore spiritus, quantoq; splendore flagrãrit, cuius infusa claritas, etiã arborem totam inflãmare videret.

Citat hunc locũ D. Dionys. Carthusianus Lib. 3. de Cõtẽplatiõe, Art. 19.

¶ Vt famæ eius fragrãtia plurimos etiam nobiles & magnæ literaturæ viros ad ipsum inuisendũ pertraxerit, & inter eos etiam D. Ioannem Thaulerum insignem Theologum. CAP. XI.

Et quia tum scriptis, tum vitæ sanctitate fama eius etiam ad exteras perferebatur regiones, multi ad eum vtriusque sexus potentes ac nobiles, multi etiam Doctores & Clerici, senes & iuuenes, confluxerunt. Quibus omnibus, etiam nihil præmeditatus, tam opportuna ac salutaria impertijt cõsilia & adhortationes, acsi longo antè tempore de illorũ aduẽtu præmonitus fuisset. Multi etiã ex Flãdria viri spectabiles, itẽq; ex Ar-

gentina, Basilea, ac alijs præcipuè Rheni oppidis ad eum, visendi eius cupidi, properârunt, viri sanè haud vulgaris existimationis & dignitatis. Inter quos ex præcipuis vnus fuit Doctor quidam Theologus, professione Dominicanus, nomine Ioannes Thaulerus, tum rara eruditione, tum eximia vitæ sanctitate celeberrimus. Hic venerabilem virum Ioānem Rusbrochium sæpiùs inuisens, in summa habuit reuerentia. Quantùm autem apud eum in vitę internæ ac contemplatiuæ cognitione profecerit, scripta eius testantur, in quibus non pauca passim conspicere licet, quæ dubium non sit eum ab venerabili Rusbrochio mutuatum. Quanuis enim maiori esset scholasticæ (quam vocant) Theologiæ cognitione præditus, atque Rusbrochius, in Mystica tamen Theologia & vita contemplatiua longè illo fuit inferior. Quod tamen nulli mirum videri debet, quādo Thaulerus quinquagenarius demū contemplationi sese dedidit, & paucis pòst annis superuixit: Rusbrochius autem penè puer illi sese vitæ tradidit, singulari quadam Sanctispiritus gratia præuentus, atque in ea vsque ad octogesimum octauum ætatis suæ annum, non absque ingenti quotidiano profectu, perseuerauit. Quædā etiam præpotens fœmina sæpiùs nudis pedibus per duo miliaria ad hunc sanctum virum visitandum pergere solebat. A quo tandem vsqueadeò est in mundi cōtemptu & Dei amore confirmata, vt spretis omnibus diuitijs ac rebus suis, Coloniam se transferret, atque inibi D. Claræ institutum amplecteretur: vbi quantùm in virtutibus profecerit, testes sunt etiamnum eius cœnobij Sanctimoniales, cum quibus vsque ad vltimum spiritum constanter & religiosè perseuerauit. Alia quædam fuit Christo deuota fœmina, huius sancti Patris discipula, quæ graui corporis morbo, & insupèr magna animi afflictione, tanquam à Deo derelicta esset, laborās, cùm virum venerabilem adire non posset, eum vehemēter sibi adesse peroptabat. Quo tandem præsente, quidnā faceret, inquisiuit: & cùm adijceret, se iam infirmis non posse ministrare, nec etiam quicquam intùs experiri deuotionis, religiosus Prior ei respondit: Filia, certum habeas, nullum te melius posse Deo offerre sacrificium, quàm vt eius voluntati totam te permittas, atque in omnibus ei studeas gratias agere cum propriæ abdicatione voluntatis. His verbis Matrona illa sic animata est, vt deinceps non solùm patienter, sed etiam libenter quæuis aduersa pro Christi amore sustineret.

D. Ioannes Thaulerus.

Thauleri & Rusbrochij cōparatio.

Alia quadam vice duo Clerici Parisienses venerunt ad sanctum virum, quippiam, vndè possent ad Dei amorē accendi, audire cupientes. Quibus ipse paucis ita respondit: Vos tam estis sancti, quàm ipsi vultis. Quæ verba cùm non intelligerent, non sine scandalo recesserunt, atque absente viro DEI, cæteris fratribus, quæ ab eo audijssent, turbato animo retulerunt. Putabant enim se ab illo irrisos. Itaq; fratres eos ad Priorē reduxerunt, obsecrantes, vt dictorum suorum sententiam eis explicaret. quibus ille libenter morem gerens, ait ad Clericos: An ne verum dixi vobis, charissimi, tam vos esse sanctos, quàm ipsi velitis? Equidem sic puto: Tanta est enim sanctitas vestra, quanta bonitas voluntatis vestræ. Expendite igitur vosipsi, quàm sit bona vestra voluntas, & intelligetis modum sanctitatis vestræ. Tātùm em quisq; sanctus est, quantùm ex animo afficitur bonitati. His auditis, non mediocriter ædificati, recesserunt.

Rusbrochij apophthegma.

¶Vt nunquā non etiam externa & vilia opera præ cęteris libenter amplexus sit, quo fratribus præberet humilitatis exemplum. CAP. XII.

HVMILITATIS virtutem summoperè vir sanctus semper & vbiq; coluit ac obseruauit: & licèt summus ac excellentissimus esset contēplator, potiusq; ocium & quietem vita contemplatiua exigere videretur, ipse tamen nihil sibi tribuens, quo cæteris esset exemplo, non attento senio aut laboris molestia, sicut in fugiēdis vitijs colendisq; virtutibus & monasticis exercitijs, ita etiā in laboribus manuarijs, vigilijs quoq; & ieiunijs alios omnes facilè antecessit. Cùm enim interdum cum alijs labori manuum incumberet, tametsi iam senio & internæ vitæ studijs fessus & exhaustus, vilioribus tamē & durioribus pro suo more se laboribus promptum obtulit: verbi gratia, apportādo fimo, vel alijs etiā vilioribus rebus. Et quanuis præ simplicitate sæpiùs illis qui hortos colebant, oneri magis esset quàm leuamento, vt qui herbas salutares vnà cum perniciosis non rarò extirparet: ipsa tamē laborādi sedulitate ac diligētia Fratribus cunctis non vulgare præbuit humilitatis sectādæ exemplum ac incitamētum. Sub ipsis autem externis laboribus vsq; adeò studijs internæ vitę intentus fuit, vt penitùs nullum interim sentiret impedimētum siue detrimentum. Vndè etiam pro Fratrum ædificatione in externo opere semper secùm detulit sertum, quod vocant Rosaceum, vt dum vna manus corporis labori, altera spiritus feruori inseruiret: in hoc ipso exēplum omnibus relinquens, ne sic vnquàm quisquam sit externo intentus operi, quin intùs cuncta quæ facit, DEO pia animi deuotione offerre discat. Habuit hanc gratiam à DEO sanctus hic Pater, vt perindè in opere atque in solitudine, quotiès vellet, diuinæ se posset contēplationi tradere. Vndè & Fratribus ipse dicere solebat, Minori se negocio, dum vellet, animum sursùm ad DEVM per contemplationem erigere, quàm ad caput leuare manum.

Rusbrochium Mariam simul & Martham perindè retulisse.

¶De compassione & obedientia sancti viri. CAP. XII.

CAETERVM quàm pius, quàm affabilis, quàm benignus hic Christi seruus & amicus, omnium etiam Fratrum suorum iudicio fuerit, vel sola potest consolatio & hilaritas, quam cuncti ex eius pręsentia capiebant, facilè comprobare. Relucebat enim in eius vultu gratia DEI, in verbis modestia, in factis pietas, in gestu humilitas, & in cūctis deniq; moribus eius virtutum integritas & honestas. Erat victu sobrius, incultus vestibus, patiens in omnibus & erga omnes. Commiserationis autem & compassionis vsq; adeò plena habebat viscera, vt nedum ratione pręditis, sed etiam brutis animantibus condoleret, quibus etiam, vbi opus erat, subuenire (vt poterat) solebat. Quandoq; hyemis tempore, cùm vel præ nimio algore, aut niuis abundantia aues penuriam paterentur, Fratres non ignorantes pij Patris benignitatem & condolentiam, ita ei dicere solebāt: Pater, iam ningit: quid facient miseræ auiculæ? quæ verba non absq; animi mœrore suscipiens, studuit oportuno tempore, vt potuit, auiculis subuenire. quod vtinam attenderēt multi, qui cùm multis abundent rebus temporarijs, nō possunt tamen eò adduci, vt in miseros ac inopes, quibus plenus est mundus, liberales ac benignos se præbeāt. Graui quandoque laborans morbo, cùm aquam vehementer appeteret, eam sibi dari petijt. Sed Prępositus cœnobij timēs ne quod ex aquæ potu periculum incideret, & morbus augesceret, noluit eius petitiōi morem geri. quod vir pius tametsi iam prę nimia siti fermè deficeret, & labia scinderentur, summa tamen patientia sustinuit, magis optans per patientiæ & obedientiæ custodiam Deo se offerre sacrificium, q̄ vel in tanta naturæ afflictione suo obsequi desiderio. Tandē tamen cùm mortem indè sibi imminere pertimesceret, solo Dei ductus timore, ait humiliter Præposito: Pater, nisi aquam bibero, de præsenti ægrotatione non cōualescam. quibus auditis, Præpositus timore anxius iussit ei aquā porrigi: qua sumpta, hora eadem cœpit conualescere. Habebat etiam gratiam singularem quibuslibet pro cuiusq; necessitate, etiam citra pmeditationem, optimè consulendi: & licèt interdum cum alijs vsque ad Preces nocturnas sermonem de Deo & rebus salutaribus, Christi & Fratrum charitate permotus, protraheret, nihilo tamē indè eorum quisquam ad vigilias noctis in choro peragendas erat debilior, imò verò etiam multo se omnes indè sentiebant alacriores atque valentiores. Non enim ad huiusmodi seruanda colloquia vlla vel vanitas, vel causa non satis idonea, sed solus Christi amor, & Fratrum necessitas vel vtilitas permouebat.

Rusbrochij cōdolentia.

In dites aut ros.

¶De diaboli vexationibus quas patiebatur, & vt Dominus IESVS cum sua Matre & sanctis omnibus ei apparuerit. CAP. XIIII.

CERNENS autem hostis Tartareus mirabilem viri sanctitatem, & quātum in lucrandis Deo animabus verbo, scriptis, exemplo, meritis ac precibus suis fructum faceret, acri dolore & inuidentiæ stimulis percitus, multis eum tentationum molestijs vexare conatus est: ita vt sæpiùs vel sub bufonis, vel cuiuslibet alterius tetræ bestię specie visibiliter ei appārēs, terrorē illi incutere niteretur, sicut ipse vir sanctus sibi familiaribus quandoq; narrauit. Cumq; Fratres ijdem ex eo scisciterētur, vtrúmne hostis impij timeret pſentiam: respondit, minimè se illum formidare: nōnunquàm tamen dolére se, tam funestam ac DEO odibilem beluam, tam ppè ad se accedere. Interdum quoque illius pſentiens

Rusbrochij à satana quę vexatus.

ens aduentum, armis ſpiritalibus aduerſus illum ſe muniuit. Quadam vice fratres quidã remiſſæ deuotionis, cõtra morem ad id vſque temporis illo in Cœnobio obſeruatum, inſtanter petierunt, vt Officia quædam defunctorum, quæ diuiſim ſolita erant peragi, cõiunctim ac vna die agerentur. Quam petitionem (fortè nimiùm diuinis rebus intentus) minùs perpendens & examinans vir pius, permiſit vt cõiunctim ea Officia perſoluerent. Sed quia Deus in ſuis amicis nihil permittit abire inultum, multa ob hoc ipſum à dæmonibus improperia & inſultationes perpeſſus eſt, licèt non volũtate, ſed tantũ quadam incõſideratione vir ſanctus id permiſiſſet. Videant nunc quam Deo ſint reddituri rationem, qui hodiè multo etiam grauiora abſque vllo timore perpetrare non verentur: nec dubitent, ſi vir innocẽs & iuſtus tot ſuſtinuit dæmonum vexationes ob culpam nõ voluntariam, ſed minùs perſpectam, quin ipſi pro culpis voluntarijs diriſſimas quandoque pœnas ſint luituri. Verùm vt huiuſcemodi graues ſæpè vir ſanctus maligni ſpiritus patiebatur vexationes, ita nihilo minùs frequentes habuit & paucis expertas diuinas cõſolationes ac viſitationes. Ipſe em̃ Dominus IESVS crebrò illum inuiſit, & eximijs gratiæ ſuæ muneribus affecit. Speciatìm autẽ quadam vice cum ſacratiſſima Matre ſua & ſanctis omnibus ad eum familiariter viſitandum aduenit: & præter ineffabilem, quam ei tunc præſtitit, mentis cõſolationem & iubilum, etiã talibus eũ verbis cõpellauit, dicẽs: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi benè cõplacui. Et dulciſſimis eũ ſtringẽs amplexibus, ait Matri & ſanctis aſtantibus: Eccè puer meus electus. Ex quibus pia mens ſatìs poteſt colligere, quanti apud Deum meriti fuerit, cui tale ab ipſo Deo præſtitum eſt teſtimonium. Quæ autem interìm tum hac vice, tum in alijs huiuſcemodi apparitionibus cum Domino IESV habuerit colloquia, quæ ab eo didicerit myſteria, quanta perceperit arcana & abdita, quibus affectus fuerit gratiæ & virtutum donis, vnuſquilibet facilè per ſeſe poteſt intelligere, tametſi etiam ſcripta eius id aliquot locis euidenter indicant.

Qui aliquãdo Rusbrochio obreptum.

Subintelligendũ, adoptiuus: aut tale qd. ne ſis inſciꝰ. Dedit em̃ eis poteſtatẽ filios Dei fieri &c.

¶De Miſſæ quotidianæ celebratione, & quanta eius hac in parte fuerit deuotio. CAP. XV.

IN libris ſuis quos edidit, libenter ac ſæpè meminiſſe ſolet charitatis ac beneficij illius, quòd Deus omnipotens ſeipſum nobis totũ reliquerit in venerabili Sacramento. Itaque ambigi non poteſt, quin ſingulari erga hoc præſtãtiſſimum Sacramentũ deuotione & amore flagrârit. Vndè etiam vſque ad vltimum penè vitæ tempus, licèt iam ſeptimum & octogeſimũ ætatis exceſſiſſet annum, nunquàm fertur Miſſæ celebrationem intermiſiſſe, niſi vel aduerſa valetudine, vel aliquo notabili impedimento compulſus. Quadam vice cùm in ſacro eſſet Canone, mirabilem ſenſit gratiæ abundantiam, ita vt totus ſpiritu liquefactus, iam penè ſenſibus deficeret, viresq; illi Officio peragendo neceſſarias natura denegaret. Terruit ea res miniſtrum, ignarum ſcilicet, quòd nõ tam naturali virium imbecillitate, quàm nimia diuinorum chariſmatum inundatione id accideret: ſicut & aliâs ſæpè viro ſancto inter celebrãdum euenerat. Circã vitæ ſuæ extrema, cùm iam præ nimio ſenio caligantibus oculis, vix hoſtiæ imaginem perſpicuè agnoſceret, atque interdum ita eam eleuaret, vt pedes ſurſùm, caput deorſùm ſpectaret, at tamẽ ſummo deuotiõis feruore Miſſæ ſacrificium peragere non deſtitit. Accidit autem vt iterùm ſimilem ex diuina viſitatione totius corporis defectum pateretur, & adeò, vt miniſter omninò putaret eum viuere non poſſe. Et certè tanta tunc diuini amoris erat inebriatus dulcedine, vt niſi diuina gratia eum conſeruaſſet, veriſimile ſit eum in ipſo altari ſpiritum fuiſſe exhalaturum. Mox autem peracto Miſſæ Officio, miniſter eius rem ad Prepositum detulit, qui viro ſancto Miſſam celebrandi Officio, ob metum periculi, interdixit. Cui vir pius: Ne quæſo, ait, Pater, propter hanc cauſam mihi celebrare prohibeas. qui enim defectus ex ſenio videtur accidere, potiùs ex diuinæ gratiæ præſenti munere euenire ſolet. Quo etiam hac vice Dominus meus IESVS Chriſtus me afficiens, dulciſſimis inſupèr verbis me affatus eſt, dicens: Tu es meus, & ego ſum tuus. Quotiès autem vir Dei Miſſæ ſacrificium peragens, ſolita deuotione viuifica ſumeret myſteria, miro quodam & inuſitato modo diuinus ſpiritus illius ſpiritui ita ſeſe coniũgebat, vt mox percepto ſacratiſſimo corpore, ore clauſo, nihil motis labijs, ita foris quietus

etus videretur, acſi nihil ſumpſiſſet. Neq; enim, vt aſſolet, ſacramentũ ore voluit, aut dentibus vel lingua triuit, nec ſaliua humectauit: ſed ſtatìm ſubactis Accidentibus, aſſiſtenti ſummo ſpiritui eius ſpiritus totus alacer occurrẽs, vnà cum illo, nul lã interìm exterioris hominis curã agens, ceu ſponſa innixa ſuper dilectũ ſuum, ad Patrem ſpirituũ aſſcẽdebat. Quod cùm frater quidã admodùm ei familiaris, nõ ſemel aduertiſſet, pcontatus eſt ex eo, quãnã tam celeriter venerandũ corporis Dñici ſacramẽtum ſumere poſſet. Cui ſimpliciter hunc in modũ reſpondit: Chariſſime Frater, Dñs in ſeruis ſuis ita, vt ipſi viſum eſt, opatur.

Cant.8.

¶Vt ſuum præſciuerit obitum, & de morte eius. CAP. XVI.

CVM octogeſimũ octauum ætatis ſuę attigiſſet annũ, tanto iam ſenio grauatus, cœpit paulatìm viribus deſtitui. Et quia à matre ſua p viſiõem diem & tẽpus obitus ſui longè pſciuerat, ingenti cum deuotione ad mortẽ ipſi optatiſſimam ſeſe ppa rauit. Sancti enim viri mortem habent in deſiderio, & vitam in patientia. Sciũt enim, nõ habere ſe hic manentem ciuitatẽ, ſed futuram inquirere: ſciunt ſe in exilio degere, & habere Patrem in cælis. Et licèt iam morti proximus eſſet, tanta tamen in eo ob mentis ſecuritatẽ & conſcientię puritatem, animi hilaritas & alacritas apparuit, vt nemo eum aut timoris inordinati, aut doloris anxij poſſet arguere: ſed re ipſa omnibus teſtari videretur, cupere ſe diſſolui & eſſe cum Chriſto. Enimuerò ex pfundo & ſitientiſſimo pectore eductis ſuſpirijs, hæc aut eiuſcemodi verba identidèm repetebat: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei? Item q; „Quemadmodùm deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Iam em̃ tot annis Chriſto ſeruierat, tantam eius etiam in hac vita ſæpiùs erat exptus gratiam & familiaritatem, vt non poſſet niſi optimè ſperare de Chriſto, atq; eam ob rem non poſſet non totus illius viſendi & fruendi feruere deſiderio. Certus igitur ſe breuì moriturum, ex cubiculo Præpoſiti, vbi aliquãdiu iacuerat, humiliter ſe deferri petijt in commune Fratrum valetudinarium, quod aliâs vocãt Infirmatorium. Vbi cùm grauiter febri laboraret, ſimul etiam dyſenteria vexaretur, poſtquã dies ferè quindecim lecto decubuiſſet, ad extremum coram Fratribus apud ipſum aſſiſtentibus & orantibus, deuotè ac piè eos Domino commendans, ſanus mente & facie rutilus, abſq; communibus morientiũ veſtigijs, ſuauiter & cum ingenti gaudio ſpiritum cęlo dignum exhalauit, Anno à CHRISTO nato M.CCC.LXXXI. ſecunda die Decembris, cùm iam octauum & octogeſimũ ageret annum, & fermè ſexagintaquatuor annis ſacerdos fuiſſet. Sepelierunt autẽ eum Fratres ea qua decuit deuotione: & licèt pro eo facerent, quæ ſolent Defunctis pſtari, id eſt, Funeri eius iuſta pſoluerent, ipſi tamen magìs eius ſe ſperabant precibus adiuuari apud Deum.

Phil.1.

Pſal.41.

¶Vt poſt obitum ſuum eadẽ nocte glorioſus cuidam apparuerit: & de quodam miraculo reliquiarum eius. CAP. XVII.

CVM autẽ adhuc lecto decumberet, venerat ad eum inuiſendum Decanus Dieſten, idemq; medicus exptiſſimus, & viro Dei haud vulgariter familiaris & intimus. Hic cùm eo defuncto noctu cũ Fratribus ad eius corpus vigilias ageret, leui correptus ſomno, vidit ſanctum Priorem veſtibus ſacerdotalibus indutum, accedere ad altare tanto cum ornatu ac decore, vt nemini ſatìs poſſet verbis, quod viderat, explicare. Qua viſiõe ſimul & ſuum erga eum amorem, & gratiam ſingularem, quam in Miſſarum celebratiõe habuit, declarare voluit. Quædam etiã religioſa fœmina graui dentiũ cruciatu afflicta, cùm medicorũ & chirurgorum opera diu multumq; fruſtrà eſſet vſa, tandem nimio dolore penè exanimata, ſororem ſuam adijt, & ipſam religioſam fœminã, quę apud ſe dẽtem ſancti Patris Rusbrochij p Reliquijs ſeruabat, eiq; ſuos expoſuit cruciatus. At illa ex Dei inſtinctu mox ita ei reſpondit: Equidem, ſoror, ſi hoc morbo vexarer, dentem, qui apud me eſt, venerabilis Patris Prioris Viridis Vallis, meis dẽtibus deuotè admouerem, ſperãs illius meritis me poſſe ſanitati reſtitui. Paruit illa: & admoto humiliter dente, confeſtim ſenſit dolorem remitti: & paulò pòſt integrè ſanata eſt.

Rusbrochij dens qd cui contulerit.

¶Vt corpus eius, posteaq̃ quinq; fermè annis sub terra iacuerat, integrum & illæsum inuentum sit: & de eius translatione.

CAP. XVIII.

VNVM hîc memoratu dignum omninò adijciẽdum putamus, q̃ cùm corpus eius quinq; ferè annis sub terra iacuisset, posteà tamen tam integrum & illæsum inuentum est, atq; adeò etiam vestes & ornamenta, in quibus more sacerdotũ sepultus fuerat, vt nulla ex parte quicquã à vermibus læsa aut infestata cernerentur, extrema duntaxat nasi eius parte excepta, quæ tenuiter corrupta videbatur. Hac ex causa iussu Episcopi Cameracen̄, qui tum illic aderat, corpus eius venerabile, leuatum è sepulchro, in cœnobij ambitu trium dierum spatio collocatum est, vt tantum omnipotẽtis Dei miraculum, quicunque vellent, cernere possent. Tãta autem odoris fragrantia ex eodem sacro manauit corpore, acsi multis esset recèns aromatibus cõditum. Cui rei nedum illius Cœnobij Fratres, sed etiam permulti seculares & laici fide digni, qui ipsum corpus suis tunc oculis conspexere & deosculati sunt, & à quibus ipse hęc audiui, adstipulantur. Deindè post triduum idem corpus venerabile ad aliud sepulchrum in Ecclesia honorificè translatum est iussu eiusdem Episcopi Cameracensis, cum ingenti reuerentia, nec parua frequentia populi: vbi requiescit ad illum vsque diem, quo iussu vnius & veri Dei excitatum, beatissimę suæ iungatur animæ, cum CHRISTO in cælis feliciter, vt omnino piè confidimus, regnãti, & eo quẽ summè in hac vita dilexit, perfruenti Omnipotente DEO, cui est omnis laus & honor per infinita seculorum secula. Amen.

D. IO.

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS, Totius vitæ spiritalis Summa.

AD perfectam diuinamq; obtinendam charitatem, quæ (iuxta Apostolum) finis est legis, nullam equidem neque compendiosiorem, neq; rectiorem, neq; tutiorem noui viam, atque veram Humilitatem, quam Christus IESVS nos docet, vbi ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Humilitas autem p̃clarum thesaurum, donumq; eximium animæ adducit, hunc videlicet, q̃ cordis dolorem & molestiam atq; afflictionem prorsus expellit, & in vera ac stabili hominem pace constituit: ad quam sanè nunquã aliâs, nisi p̃ Humilitatem, p̃tingi potest. Nec affirmare dubitem, neminem vnquã dolorem aut afflictionem ægrè p̃tulisse, nisi qui verę fuerit expers humilitatis. Siquidem pœna & dolor ex supbia proficiscuntur. quòd si Lucifer fuisset humilis, nunquã esset versus in dæmonem: causa autem cur ceciderit, non nisi illius superbia fuit. Contrà verò beatissima Dei Genitrix & virgo MARIA, quia p̃fectè humilis erat, nullam vnquam vel tenuissimæ culpæ maculam contraxit. Et reuerà si quis perfecta esset humilitate p̃ditus, nec is vllum vnquã peccatum admitteret, & Deus quicquid vellet, in eo citra vllum impedimentum posset exequi. Vndè S. Augustinus quodã loco sic ait: Si quis ex me scisciteretur, quisnã omnium sit optimus: responderem, Humilimus. Et si centiès quęreret, non nisi idem responderem. quamobrem nosse profuerit mores ac gestus veri Humilis, id est, vt in omnibus sese habeat. Primò quidem à seipso incipiens, propriam indignitatem ac vilitatem, suumq; nihilum, id est, quàm nihil sit, funditùs agnoscit: vt videlicet peccatis suis indignũ sese fecerit omni gratia ac beneficijs Dei: cunctisq; illis pœnis, pressuris, & afflictionibus dignum atq; obnoxium, quę possint illi à Deo & creaturis omnibus infligi Indignum planè se fatetur, quem crearet Deus, eidemq; pro refectionis & conseruationis beneficijs, gratias humiliter agere non omittit. Quicquid charismatum & bonorũ, quicqd gratię diuinitùs adeptus est, nulla ex parte meruisse se cõfitetur. Itaq; & seipsum & omnia Deo omnipotenti ad illius offert honorem, vtpotè quæ purè ex eius benignissima misericordia promanârunt. Nec ex aliquo Dei dono vel gratia animo effertur: siue sit scientia, siue sapientia, fortitudo, pulchritudo, diuitiæ, aut quiduis aliud: sed se omnibus Dei donis credit indignum: eaq; non nisi ex mera Dei bonitate sibi collata existimat. Constanter igitur affirmârim, in istiusmodi homine Deum in cunctis suis donis & actionibus nullum pati impedimentum: atq; eam ob rem, ad summam vsq; perfectionem eum prouehere. Quotiès enim Deo visum est in illo operari, semper liberum se præbet & expeditum, Deum patiens, Deo morẽ gerens & obsequens, & velut instrumentũ illius gratiæ cooperans. Adhæc omni loco, quẽ vel sedendo, vel stando, vel iacendo occupat, semper indignũ se fatetur. Nihil em̃ omninò sibi tribuit, nisi quod ex seipso habet, nempe peccata & multiplices culpas ac defectus suos. Et licèt multùm se abijciat ac humiliet, tamen nihil aut parùm sibi fecisse videtur. Siue ergo comedat, siue bibat, siue quiduis aliud agat, locum vilissimum in domo, nouissimum in mensa, & minimam cibi ac potus portionem capit & amplectitur: & breuiter, in omnibus quæ ipsi necessaria sint, minimam abiectissimãq; portionem sibi optat cedere: quodq; vel alijs manſit reliquũ, vel ab alijs fastiditur, ipse lætus suscipit, nec ei parùm nimis esse videtur: immò verò illo ipso se indignum iudicat, & nec meruisse, nec mereri illud à Deo se posse, sentit ex animo. Deniq; in omnibus absq; querimo-

i. Tim. i.

Matt. ii.

Humilitatis fructus.

Optimus omnium.

nia & ſine dolore viuit. Nouit enim de manibus Dei ſuſcipere omnia: ſicq; de nulla creatura queritur, quantumuis ab alijs indignè aut iniurioſè tractetur: atq; adeò etiamſi perturbarent, expellerent, cæderent, confoderent, & ipſa demũ morte eum afficerẽt, nunquã crederet ſe affectum iniuria, nec quicquam cuiquã vel indè vel de qualibet re alia imputaret, atq; ita etiam mortem ipſam ſine dolore exciperet. Cũcta nanq;, vt dictum eſt, de manibus Domini accipit, certus quęcunq; illo permittente ipſi euenerint, ea & optima & vtiliſſima ſibi eſſe. Nihil enim cuiquam præſtat Deus, niſi quod ei optimum ſit: quod ita certum eſt, ſicut Deum viuere. ¶Porrò in hac humilitatis virtute tanquam ſolidiſſimo fundamento, diuturna exercitatione firmatus, quo perfectiùs in ea charitate, qua Deũ totis viribus propter ſeipſum, & proximum ſicut nos ipſos diligimus, iſtiuſmodi homo ſpiritalis poſſit excreſcere, diligenter ac ſtudioſè intùs ſeſe obſeruabit, tacitusq; audiet, quid in ipſo Dominus loquatur. Omnem quoq; occupationem ac multiplicitatem fugiens, cũ Deo in vnitate quieſcet: ſenſus ſuos omni præcludet ocio, Deumq; orans & inuocans, eiuſdem præſentia longè ſuauiſſima ſemper & vbiq; pfruetur. Suijpſius erit habitator perpetuus, cordisq; veritati & conſcientiæ paci ſtudebit. Mitis ac humilis corde, & in omni vita & cõueſatione ſua diuinus erit. Cũcta de manibus Dei accipiens, eundem in cunctis illius operibus laudabit, ei gratias aget, eumq; honore ac intentione pura proſequetur. Semper humili quadam erga Deum, ſuijpſius abnegatione præditus erit, & non Deo tantùm, ſed & creaturis omnibus ſeſe ſubmittet. Inſuper iugi quadam conſideratione tum Dei bonitatem & perfectionem, tum ſuam paruitatem & imperfectionem aſpectans, immenſam illius erga ſe charitatem & fidelitatem, atq; ſuam ediuerſò erga illum ingratitudinem & infidelitatem ſtupebit & admirabitur, minimum ſeſe inter omnes homines iudicans. A proprio iudicio ac vana ſui complacentia, omniq; naturæ ſuæ nequitia ſtudioſè ſibi cauebit: nec quicquã ſibi tribuet, niſi quod à ſeipſo habet. Semper nouam quandam aggredietur vitam, id eſt, in nouis virtutibus ac noua ſe veritate exercitabit. Nec vnquàm deſinet ignitis deſiderijs & perpetuis ſuſpirijs id petere à Deo, vt illi per amorẽ viciniùs coniungi, & in vno ſpiritu magis ac magis vniri, conformari, ac placere mereatur. Verbis ſobrius & parcus, vitę autẽ ſanctimonia copioſus erit: cupietq; deſeri & cõtemptui haberi ab omnibus. Exigua peccata ſua grauiter põderabit, minimasq; culpas haud leues arbitrabitur. Tantam ſui curam geret, vt DEI præſentia nunquàm ſe fruſtrari ſinat in anima ſua, mortalesq; omnes ex ipſo prouocentur ad meliora. Cuncta ſua opera faciet perfectiſſimè: quæq; poteſt intellectu aſſequi, ijs faciet ſatis. Nihil in hac vita ſciens admittet, cuius eum poſt hanc vitam pœnitere queat. In diuturna aduerſitate perpetìm patiẽs perſeuerabit, & licèt iugiter in multa cogatur eſſe diſtractus ac multis occupatus, ſemper tamen animo collectus erit. Nihil in hac vita proprij vel habere, vel velle conſentiet, nec vllo in rebus delectu vel optione vtetur. Nihil intra ſe niſi Deum admittet, nihil proindè niſi Deum cõtinuè in anima ſua productur. Vitabit diligenter, ſeſeq; abſtrahet ab hominibus quibuſcũq;, & nudum ſeu vacuum ac liberum à cunctis intrò receptis rerum ſimulacris, & ab omnibus vndecunq; accidentibus expedítum & immunem ſe ſeruabit, quo cæleſtis patris ſui in animam ſuam influxum cõtinẽter poſſit excipere. Crebrò ſeſe in vita atq; exemplari Domini ſaluatoris ceu in ſpeculo lucidiſſimo contẽplabitur & exercebit: conſiderans interìm, quàm illi vel ſimilis vel diſſimilis ſit: cunctisq; mortalibus bonæ vitæ in ſeipſo præbebit exemplũ. In omnibus verbis ſuis verax, & in conuerſatione ſua religioſus atq; maturus erit. Principiũ ſeu originem ſuam, vndè profluxit, iugiter cõtemplabitur, atq; in ipſam totis viribus redire nitetur. Deniq; quid ſit, vbinam ſit, vndè venerit, quò prolapſus ſit, quò mox vocãdus ſit, quid agat, & qua de cauſa quæq; agat, ſagaciter attendẽs, in virtute atq; veritate ad vltimum vſq; ſpiritum conſtantiſſimè perſeuerabit. Hæc videlicet compendioſior, rectior, tutior reuerà via eſt ad diuinæ charitatis, vitæ ſpiritalis, omniumque virtutum perfectionem faciliùs obtinendam. Amen.

Pſal. 84.

D. IO-

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS, SPECVLVM AETERNAE SALVTIS.

¶Quemadmodùm DEVS eligendus ſit, & de quibuſdam eius erga nos eximijs beneficijs. CAP. I.

GLORIOSVM nomen DOMINI noſtri IESV Chriſti, quod Angeli & ſancti omnes ſumma cũ reuerentia venerantur, quodq; mortuos æterna ſalute viuificat, quotquot ſua virtute contingit, quod denique longè lateq; effuſum AMORIS vnguentum eſt, ſpiritus omẽs ſua ſuauitate ſenſibus priuãs, laude & honore affectum & benedictum ſit nunc & in ęuum ſempiternum. Amen. Spero equidem & confido in DOMINO chariſſima mihi, ab eodem p̃deſtinatam, vocatam, electam & dilectam te eſſe ex oẽni ęternitate: neque te vnam duntaxat, ſed & illas omnes, quæ illius in Cœnobio in conſpectu eius MONASTICEN verè profitentur, ad quarum numerum eæ omẽs pertinent, quę liberè ac citra fictionem vel ſimulationem illi perenniter ſeruire, illum laudare & amare planè conſtituunt & proponunt. Quod idem, verum illis teſtimonium certumq; indicium & argumentum eſt, ab æterno ex liberrima bonitate cum dilectis ipſius ad Cœnobium eius ab eo ſe prædeſtinatas, electas & vocatas eſſe. Interìm tamen ſi etiamnum MONASTICEN necdum es profeſſa, ſuſcipias vitæ hoc inſtitutum & ordinẽ, & in amore ac vera ſanctitate profitearis. Eligas Deum tuum libero corde abſque fictiõe: & ita demum ſenties, ex oẽni æternitate à Deo electam te eſſe. Enimuerò Deus benigniſſimus ob electos amicos ſuos, vnigenitum filium ſuum conſubſtantialem ſibi miſit in hunc mundum, & vnius nobiſcùm naturæ eſſe voluit: isq; nobis vixit, nos inſtituit, nos amauit ad mortem vſq;, & à cunctis hoſtibus & peccatis noſtris nos redemit ac liberauit. Et hæc quidem omnibus in commune præſtitit, quantum ex ipſo eſt, & omnia ſua Sacramenta nobis dereliquit. Si igitur ex amore illum eligere ſtatuis, hoc ipſum argumento tibi ſit, ab æterno ab eo te electam eſſe. Quod vt illi planè confidere auſis, corpus & ſanguinem ſuum in cibum & potum cum guſtu quodam omnem naturam tuam penetrãte, tibi dedit ac dereliquit: & hoc guſtu vſq; in vitam æternam paſcéris ac reficieris. Statuit enim ipſe viuere & commorari intra te, & ipſemet tua vult eſſe vita DEUS & homo, adeoq; totus eſſe tuus, modò tamen ipſa tota illius eſſe, & vt cæleſtis ac diuinus homo, in ipſo viuere & commorari velis. Qui nimirùm æternæ charitatis modus & ordo eſt, vt illius ſis, non tua: illi viuas, non tibijpſi: ita enim & ipſe tibi fuit & vixit, & manet tibi in æuum ſempiternũ. Et tu igitur ipſi ſis, viuas, & ſeruias: ipſum amore ac intentione proſequaris, idq; ad illius æternum honorem, non autem præmij cauſa, neque ob commodum, aut guſtum, aut cõſolationem, aut rem quamcunque, quam indè conſequi poſſis. Vera etenim charitas non quærit quæ ſua ſunt, ideoq; Deum habet. & omnia: quandoquidem naturam per gratiam ſuperat. Dato igitur Chriſto ſponſo tuo totum id quod es, quod habes, quod potes: & id facias corde libero ac liberali: ſicq; ille viciſſim tibi dabit quicquid ipſe eſt, habet ac poteſt: qua die nulla vnquàm tibi illuxit ęlior. Siquidem patefaciet tibi glorioſum atque amantiſſimum cor ſuum, & intima animæ ſuæ penetralia plena gloriæ, gratiæ, gaudij, ac fidelitatis: & in ijs ipſa exultabis, creſcesque & proficies in ardenti amore. Ipſum autem patulum lateris eius vulnus, porta tibi erit, per quam ingrediaris in vitam æternam, & aditus atque introitus in vitalem, qui ipſemet eſt, paradi-

Ioan. 4. 6. 8. 20.

1. Cor. 13.

ſum:vbi fructum guſtabis vitæ æternę, qui nobis creuit in arbore crucis, perditum olim per Adami ſuperbiam, at nũc recuperatum humili morte domini noſtri IESV Chriſti, qui (vt dixi) vitalis noſter paradiſus eſt, quandoquidem in ipſo & ex ipſo æternæ incolumitatis ſiue ſalutis fons emanat, ex eius q; vulneribus balſamum fluit morborũ omnium medicina, cuius tam fortis odor eſt, vt omnes tartareos repellat ſerpẽtes, excitet in peccatis mortuos, & gratiam præſtet ac vitam æternam. Cæterùm in intimis Domini IESV mellis manant flumina, omni, qui quidem, excogitari poſſit, ſapore ac ſuauitate dulciora: in quæ ſi tibi datũ erit ingredi, ea q; guſtare ac ſentire, nullo negocio mundum, teipſam, & omnia vinces. Ipſe nanq; Dominus IESVS amoris tibi viam mõſtrabit, qua ſit eundum ad Patrem ſuum, quã & ipſe ambulauit, atq; adeò ipſemet eſt: in ea q; manifeſtũ tibi reddet atq; declarabit, vt humanitas ſua digniſſimũ Patri cæleſti ſacrificium ſit. Et hanc ſuam humanitatẽ cum omnibus quæ perpeſſus eſt, tibi contulit, tibi donauit, vt cum his fidenter ac bona fronte ad cæleſtem curiam in æterni patris eius cõſpectum accedas. Ipſe enim pacem inter Deum & nos conciliauit, & nos liberi ſumus. Atq; eam ob rem eundem ipſum Chriſtum IESVM ſacrificium tuum pio ac humili corde tanquam theſaurum tuum, quo redempta & libertati reſtituta es, præſentare ac offerre debebis: & ipſe Chriſtus vnà ſecum Patri ſuo cæleſti te offeret, velut amantiſſimum fructum ſuum, cuius cauſa mortem oppetijt. Pater verò cum Filio in dulciſſimum te ſuſcipiet & admittet amoris amplexum: vbi planè peccatis omnibus datur venia, debita cuncta diſſoluuntur, virtutes omnes perficiuntur, & dilectus cum dilecto in amore poſſidetur. Et in hac poſſeſſione & te in amore, & in te amorem viuere ſenties ac
Ioan. 14. experieris: quæ eſt veræ ſalutis origo. Nemo em̃ venit ad Patrem, niſi per Filium, eius q; paſ
Ioan. 10. ſionem & mortem ex amore exercitatam. Qui cunq; alia ratione aſſcendere & intrare moliuntur, ij omnes falluntur: & ſunt fures ac latrones, tartareis tradendi flammis. Atquì ſi filius vnà ſecùm & cum morte ſua Patri ſuo cæleſti te obtulit, iam amore circũplexa es, & charitas pignoris loco tibi data eſt, quo redempta es vt ſeruias Deo: & etiam arrhę loco, qua in regni Dei hæreditatem capeſſendã admiſſa es. Nec poteſt Deus redimere pignus ſuũ, quippe quod ipſemet totus eſt & quicquid ipſe poteſt. Pignus hoc (inquam) & arrhabo, ſpiritus ſanctus eſt, qui tua dos, tua q; arrha eſt, quo Chriſtus IESVS ſponſus tuus in paterni regni hæreditatẽ te aſſciuit. Quamobrem ſeriò des operam, vt in amoris cum Chriſto IESV dulciſſimo ſponſo tuo vnitate, pignus ac dotem tuam firmiter retineas poſſideas q;. Nanq; in charitatis vnitate iugiter denuò naſcuntur, quicũq; Deo dignè ac honorificè viuunt & ſeruiunt: qui quidem in tres diſtinguuntur partes, quibus omnis Deo ſeruiens familia cõtinetur. Prima pars, homines ſunt bonæ voluntatis ac virtutibus nauantes operam, vitijs q; ſemper morientes, ea q; ſuperantes. Altera pars, homines ſunt interni, locupletes, viuidi, virtutum omnium perfectionem & celſitudinem proſequentes atq; colentes. Tertia pars, homines ſunt ſubleuati ac illuminati, ſemper in amore morientes, & velut exinanientes ſiue annihilãtes ſeſe in vnitate cum Deo. Iſti videlicet tres ſtatus ſunt ſiue ordines, in quibus genus omne vel modi omnes ſanctitatis exercentur & coluntur: cum q; ordines iſti ſimul in vno omnes concurrunt homine, is ipſe iuxta gratiſſimam Dei viuit voluntatẽ. Sed iam tres hoſcè ſtatus vel viuendi genera, eorum q; diſcrimina ſiue diſtinctiones animaduerte: Equidem ea explicabili & diligenter exponam, quo vel ſic tete probè cognoſcas, nec meliorem aut ſanctiorem, quàm re vera es, te eſſe arbitreris.

Familia diuina quot partibus cõſtet.

¶ De prima ac infima bonorum hominum parte, & vt bona vita inchoanda ſit. CAP. II.

PRIMA igitur eademq; infima, quæ ex Deo nata eſt, vita, quamq; Spiritus ſanctus præſtat & agit, virtutum ſtudioſa ſiue virtuoſa appellatur, moriẽs vitijs, & creſcens in virtutibus: & ea ſic inchoatur: Spiritus ſanctus gratiã ſuam humano cordi demonſtrat & offert: quam ſi ſuſcipere velit is cui confertur, cor ſuum & voluntatem Deo aperit, eamq;, id eſt, Dei gratiam & operationem hilari animo excipit: Tum verò confeſtìm gratiſſima Dei voluntas in eo inordinatum erga creaturas omnes amorem vincit ac præpõderat, ſed nõ item omnes inordinatas naturę propenſiones appetitioneſq;. Vita nanq; ſanc-

ta,

cta, militia eſt, quam decertando conſeruare oportet. Si ergo vitam bonam nedum inchoare, ſed in ea etiã ſine fine perſeuerare voles, neceſſe eſt vt abſque fictiõe Dominum Deum tuum ſupra omnia amore ac intentione proſequaris. Et intentio quidem ſemper eò te ducet vbi amas: amore autem id, quod amas, coles, exercebis, amplexaberis, poſſidebis: atq; in his omẽm fundabis vitã tuam, & dilecto Deo tuo nunquã non delectabiliter ac deſideratẽr vacabis: ita fiet, vt in qualibet tui introuerſione bonitatem Dei feliciter guſtes, ſentias & experiaris. Atque hoc pacto Dominum Deum ad illius honorem purè diliges, quo illum æternò amare poſſis. Quæ nimirùm radix eſt ſanctæ vitæ, & veræ nunquam q; interituræ charitatis, quam ipſa tui ipſius obliuione & abnegatione ſemper colere & exercere debebis. Vndè cauendum præ omnibus eſt, ne in amore vel amando, priuatum tuum emolumentum ſiue vtilitatem, guſtum, conſolationem, aut rem quamcunq;, quam Deus pſtare tibi queat, pro tuo commodo ſiue in tempore, ſiue æternitate, quæras & aucuperis. Id enim charitati contrarium eſt, & eſt ordo naturæ vitiatæ, quæ veram facit areſcere charitatem, & difficilè vincitur à timidis ac ſtolidis hominibus, qui ſe ſapientes putant, & ſua ſemper lucra venantur. Id autem pro certo habeas, quicquid deſiderare poſſis, & multo etiam plura, abſq; tuo conatu amorem tibi eſſe ſuppeditaturũ. Enimuerò ſi vero diuino q; amore prædita es, iam habes quicquid appetere queas. Id verò nihil eſt aliud, quàm perpetuò ſine ceſſatione amare Deum: atque ita omi morieris proprietati, & charitas erit vita tua. Ea quidem charitas, quæ captum excedit tuum, Domini ſpiritus eſt: & in eam ſubleuata eris, quieſces q; & commoraberis ſupra rationalem intelligentiam tuam in vnitate cum Deo. Charitas autem quæ in te eſt, Dei gratia eſt & tua bona voluntas, & in ea virtutum tuarum omniũ diuitias & plenitudinẽ habes, per eam q; Deus in medio tui habitat cũ gratia & donis ſuis: & in his ſemper creſcere & augeri potes, Deo q; placere magis ac magis. Cæterùm is qui inter Deum & te eſt amor, ſanctum quoddam deſiderium eſt, ſurſùm tendens ad honorẽ Dei cum laude & gratiarum actione, & omigenis amoris exercitijs. Et iſthæc charitas cum exercitijs ſuis inter te & Deum ſemper renouari debet, id q; ex inſtinctu ac motu Spirituſſancti, & bona volũtate ac amore cordis tui. Quæ autem infra te eſt charitas, ea amoris quædam ad proximum emanatio eſt per actus & officia miſericordiæ, vtcunque ille ijs opus habet, & ipſa animaduertere potes. In hac charitate exhibenda, bonas ſeruabis conſuetudines tuas, item q; Canones ſuſcepti inſtituti monaſtici, atque etiam bonos mores, bona opera, & omnem externam ordinatam modeſtiam, iuxta præcepta Dei, & ſanctæ Eccleſiæ catholicæ decreta ac conſtitutiones. Sanè ſi charitatem bene cognitam & perſpectam habes, ei q; in hiſce quatuor modis facis ſatìs, iam dominaris tibi ipſi, poteſq; facilè vincere mundum, & in dies magìs ac magis emori vitijs, & vitam colere ac exercere virtutum ſtudioſam. Atq; hoc ipſum cures obſecro, vt à formis & ſimulacris nuda ſis, & potẽs tui ipſius, habeas q; animã tuam in manibus tuis, id eſt, in poteſtate tua: ſic q; quotiès volès, cor oculos q; tuos leuare poteris ad cælũ, vbi eſt theſaur' tuus & dilectus tuus, ſeruabis q; vnam cum eo vitam. Neq; patiaris gratiam Dei in te ocioſam agere, ſed ex vera charitate exerceas tete, ſurſùm quidem in laude Dei, deorſùm verò in omnigenis virtutibus & actionibus bonis. Et in quibuſcũque bonis actibus externis, corde libera ſis & expedita, ita vt quotiès libitum erit, per omnia & ſupra omnia eum, quem amas, contueri poſſis. quod ſanè amantibus difficile nõ eſt. Vbi enim amor, ibì oculus: & vbi theſaurus tuus, ibì & cor tuum, vt ipſe Dominus ait. Itaq; perquãſeriò & intima cum dilectione amorem exerceas in conſpectu Dei tui: Id enim tum Domini conſilium eſt, tum pars optima vitæ tuæ, præ omnibus colenda, exercenda, ac eligenda tibi. Quanquam tametſi iſthæc excellentiſſima & optima pars eſt, ſeruandus nihilominùs tibi eſt Ordo Monaſticus, ſiue vitę Monaſticę inſtitutum, & illius Canones atq; Statuta, item q; Boni mores, bonæ conſuetudines tuæ, & omnes bonę actiones atq; exercitia externa. Quæ licèt ſanctæ vitę infima pars ſit, eam tamen & à te & à cæteris omnibus exigit Deus, ad eam q; agendã ex illius præceptis & iure ipſo obligaris: quam tamen abſq; cordis inquietudine, occupatiõe, curis ac ſolicitudine colere & exercere debes coram Deo ac Domino tuo. Vt enim externæ actiones & opera in ſcriptis diuinis magnoperè commẽdantur, ita ſolicitudo cordis vituperatur. Porrò quando legis, aut pſallis, aut oras quippiam, ſi intelligis verba, ſenſum men

temq;

Vita ſancta, quid militiæ ſit, quíve cõtinuanda.

Quadruplicis charitatis deſcriptio.

Matt. 6.

Solicitudo vituperabilis quæ.

temq; verborum attendas: miniſtras em coram Domino. Si autem verba non capis, aut es ad ſublimius quiddam ſubleuata à Deo, illi inhæreas, ſimplicemq; aſpectum tuum, quandiu poteris, ad Deum teneas erectum, eiusq; honorem nunquàm non amore ac intentione proſequaris. Quòd ſi ſub precibus horarijs aut exercitijs tuis, extraneæ quædam cogitationes vel imagines tibi incidant, qualeſcũq; illæ ſint, perindè eſt: vbi id aduertis, & es reddita tibi, ne turberis indè: ſumus enim inſtabiles, ſed celeriter cum amore & intentione ad Deũ te conuertas. Quanuis enim hoſtis Tartareus ſuas tibi oſtentet merces, niſi eas cum amore tibi comparaueris ac ẽmeris, non manebunt tibi. Quamobrem ſi facilè cuncta ſuperare ac vincere velis, ſtudeas animum ſemper habere ſubleuatũ ac introuerſum, ita vt internam potiùs ſecteris amoris exercitationem, quàm externos bonarum actionũ modos. Quòd ſi internæ exercitatiõis & ad Deum introuerſionis artem noſti, & natura tua ex affectu & cum delectatione propenſa ſit foràs ad dicendum vel audiendum, quæ ſenſibus plauſibilia, cõmoda, iucunda ſint: ſi naturæ affectibus indulſeris, eiq; feceris ſatis, deficies planè atq; frigeſces tum in charitate, tum cæteris virtutibus omnibus: ſicq; excides ex gratia Dei, isq; te contemnet ac abijciet: & ipſa quidem multo deindè peior efficieris, quàm quiſpiam in ſeculo degens, qui nunquàm Deum perſenſerit. Sin verò aduerſum naturæ appetitiones & oblectamenta bellum geſſeris, hauddubiè palmam feres, diuinaq; gratia & amor atque affectus ſiue appetitio erga DEum, in dies magis ac magis increſcent & augmentabuntur. Cæterùm ſi ſit ſimplex ac rudis quiſpiam & ignarus, qui tamen optet vitam agere Dei gratiſſimæ voluntati conſentaneã, is humili corde concupiſcat & petat à Deo infundi ſibi ſapientiæ ſpiritum, quo iuxta illius beneplacitum & gratiſſimam voluntatem ſuam tranſigat vitam. Et ſi quidem poterit ſcientiam atq; ſapientiam abſq; vana ſui exiſtimatione ac animi elatione circunferre, dabitur illi reuerà à Deo: ſin minùs id poterit, maneat in ſimplicitate ſua, & pro ſuo captu ſeruiat innocenter Deo ſuo: id em magis erit in rem ipſius. Porrò vbi cum aliquo colloquendum tibi fuerit, ſiue ille ſecularis ſit, ſiue religioſus, ſis in verbis ac moribus prudens, circunſpecta, cuſtodita, atq; honeſtè compoſita, ne quis ex te offendiculum capiat: mãlisq; ſemper vacare ſilentio & auſcultare, quàm loqui. In verbis, in factis, in agendo ac omittendo iuſta, verax, ſyncera, ac minimè ficta ſis: ſemperq; intùs ambules in conſpectu Dei tui. Si quando ſenſeris atq; agnoueris loquendo ac reſpondendo intùs formas quaſdam vel imagines, & inter te atque Deum media quædam te cõtrahere, erubeſcas indè, & ſimplici contẽplatione celeriter ad præſentem Dei vultũ intrò reuertaris. Et quãdiu intantùm tui potens manſeris, vt quotiès placet, intrò te poſſis recipere: nihil turbari, ſed pace bona gaudere debes, nec vereri mortalis culpæ conſenſum. Cõſulo autem tibi, vt cordis occupationes & curas, itemq; inſtabilitatem ac multiplicitatem hominum, maximè ſecularium, & qui bonæ vitæ rudes ſunt, deuites ac fugias: quęrasq; & cõcupiſcas ſolitariam, internam, introuerſam vitã, eamq; tam diu colas & exerceas, donec tam facile ac promptum tibi ſit intrò te recipere, & oculis intellectualib⁹ introſpicere ac intueri, quàm foràs te vertere, & foràs aſpicere oculis corporalibus. Atque vbi ita res poſtulat, vt quinque ſenſuum opera, ſiue in tua, ſiue proximorum neceſſitate, vti debeas: cuſtodias aures & oculos tuos, ne quã rem cum delectatiõe, affectu vel amore intrò recipias, quæ cordi tuo aut imagines inferat, aut aliquod inter te & Deum medium poſſit efficere. Inordinata nanque voluptate aut appetitione & amore capieris, ſicq; eris impotens tui, & liberam tui ad DEVM amittes introuerſionem, in qua tamen omnis tua ſalus ſita eſt. Caueas etiam in percipiendo cibo, potu, & quibuſlibet rebus corpori neceſſarijs, ne ſecundum carnis deſideria ac naturæ appetitus & oblectamenta, viuas. Si enim vel in teipſa, vel aliqua creatura delectationem ac voluptatem expetas & aucuperis: iam auerſa es, nec potes viuere DEO, & vitijs emori. Si quas autem contingat tibi vel dormienti, vel vigilãti, ſiue ex aſpectu, ſiue auditu, ſiue per cogitationes, ſiue dęmonum ſuggeſtionem, immundas incidere imagines, ita vt ad libidinem & turpes naturæ propenſiones ac voluptatẽ mouearis, crucis ſignum imprimas cordi tuo, dicasq; Angelicam ſalutatiõem, & ores Deum, vt tui miſereatur: & tum ſanctorum, tum bonorum omnium preces opemq; implores: proponasq; tibi ob oculos, ſi conſenſeris, priuatum te iri gloria Dei, & pœnas inferni ſemper eſſe luituram, Deum quoq; offenſu-

Volenti bonã agere vitã petenda à Deo quæ.

Somniorũ turpium remedia.

ſenſuram, & ab eo cunctisq; amicis & electis eius ſeparandam. Quæ ſanè meritò vereri atq; horrere debebis, ſicq; certare viriliter, & ſpem atq; fidutiã tuam in Domini ſaluatoris morte, gratia & auxilio collocare, certa quòd is te non deſeret, ſed abſq; dubio victrix euades, ſemperq; gratiæ ac virtutum maiora accipies incrementa. Deindè quando ad ſacerdotem confeſſura accedis, nihil opus eſt exponere illi quid ſomniâris, aut quales tibi cogitationes inciderint. Id enim interdum planè indecens eſt, & turpe dictu atq; auditu. Neque enim ſomnia, aut ea quæ incidunt homini, peccatum ſunt: ſiquidem nemo hęc cauere poteſt. Non enim ipſi ea agimus: ſed voluptas ac delectatio indè naſcẽs, peccatum veniale eſt: cũq; huiuſcemodi ſentitur & cognoſcitur voluptas ac delectatio, & tamẽ abſq; reluctatione ſpontè ei inhæretur, iam peccatum fit maius: atqui ſi in ſordidarum imaginum cogitationibus, aut fœdis imaginationibus delectatio appetatur & exquiratur, hocipſo peccatum grauius eſt. Ita ſi quis incautè ac incuſtoditè cum alio quouis conuerſetur, ſiue id verbis, vel factis, vel quolibet alio fiat modo, & talibus operam dare, ſiue talia ſectari velit, iam intùs accipit imagines, & fit ſui impotẽs: magisq; ac magis creſcunt in eo ſucceſſu tẽporis obſcœna deſideria & turpes affectus ſiue voluptates: ſicq; ratio excæcatur, amor DEI perit, & ipſe ad vitã deuoluitur beſtialem, etiam ſine externi actus obſcœni perpetratione. Quiſquis autem talẽ ſe ſenſerit, ſi cum DEO velit redire in gratiam, cõfiteatur humili ac mœſto & contrito corde peccatum ſuum DEO ac ſacerdoti, & certò veniam impetrabit. Porrò ſi quando naturæ ſentias torporẽ, mœſtitiam & graue põdus, teq; guſtu, appetitione, impulſu erga res ſpiritales deſtitutam, itẽq; miſeram, inopẽ, deſolatam, atq; ſine vlla conſolatione relictam eſſe à DEO, & quodam erga quæuis vel externa vel interna exercitia tædio laborare, tãtoq; premi pondere, vt quaſi per terræ viſcera tibi mergenda videaris: nihil hinc animo conſternẽris, ſed Domini manibus te pmittens ac reſignans, illius ores fieri voluntatẽ, & quod ad eius ſit honorem. Crede mihi, atra ac triſtis nubes propedièm diſſipabitur, & radiantis Solis Domini noſtri IESV Chriſti ſplendor ac lux, maiori cum gratia & conſolatione te perfundet ac illuſtrabit, quàm vnquã anteà ſenſeris: idq; ob tui abnegationẽ, humilemq; in omni afflictione & grauamine reſignationem: cuius cauſa diuina te replebit gratia, & cuncta interiora tua illuſtrabit: atque hoc ipſo ſenties te diligi à DEO, teq; illi placere. Indè verò corſenſusq; exhilarabuntur, totaq; natura tua diuina conſolatione & ſenſibili corporis ac animæ affectione iucunda excitabitur, & omnis venarum tuarum ſanguis incaleſcẽs, per cuncta membra dimanabit. Cor quoq; ad nouam hanc DEI gratiam cum ingenti nouæ vitæ appetentia ſeſe aperiet, affectusque ſiue deſiderium tuum velut flamma ignea ex deuotione cum laude & gratiarum actiõe ſurſùm feretur ad Deum: & animus cum tuijpſius dedignatione ac humili contemptu deſcendet: ratio autem peccata tua, & quàm deficias in multis, multimodasq; culpas tuas tibi demonſtrabit, in quibus ipſa diſplicere tibi atq; dolere debebis: planeq; perſuadere tibi, omni conſolatione ac honore, quæ perceperis à DEO, indignam te eſſe: præſtare autem hæc eum tibi ex æterna beneuolẽtia ac fidelitate, & liberrima ac pijſſima erga te bonitate & miſericordia ſua. Id verò affectum ſiue deſiderium tuum ad agendas gratias Deumq; laudandum vehemẽtiùs inflammabit. Si ergo tuijpſius cognitione prædita es, ſemper quidem cum tuijpſius dedignatione & aſpernatione deſcendes: ruſſumq; magna cum reuerentiæ, honoris & venerationis exhibitione aſſcendes ad DEVM, qui in peccatis tuis tibi pepercerit, & nunc gratis & ſine merito tuo, conſolatione diuinisq; muneribus ſuis te compleuerit. Et hanc ad DEVM cum deſiderio aſſcenſionem, & in teipſam humilem deſcenſionem exerceas oro: ſic enim in vtraq; ſemper creſces & proficies: & DEI in te gratia manabit: atq; ex naturę hac iucunda affectione, velut ebrius quiſpiam quandoq; in riſum, aliâs in lachrymas ſoluẽris: guſtabisq; & ſenties multiplices, eosq; raros & inſolitos modos, quales experiuntur, qui iſtiuſmodi vacant amori. Appetitio nãque & charitas cor tuum dilatabit: & tunc ipſa DEVM amabis, DEO laudes gratesq; ages, & in omnibus his deficies. Quicquid enim facere poteris, parum aut nihil tibi videbitur ad id, quod facere ipſa deſiderabis, quodq; abs te exiget amor, & quo ille digniſſimus eſt. Atq; ſub his deſideriũ cordi tuo ſenſibilis doloris vulnus infliget: isq; dolor, affectuoſi erga DEVM amoris exercitatiõe, ſemp recrudeſcet ac renouabit, & ſic ipſa amore languebis.

Somnia qui dijudicãda.

Peccatũ è ſõmnijs quõ generetur.

Cõfitẽdum qui ſit.

Torporis erga ſpũalia in uoluntarij remedium.

Affectus erga Deũ quõ maxiè inflãmetur.

Interìm quandoq; videbitur tibi, cor sensusq; tuos ruptum atq; laceratũ iri, naturamq; tuam ex desiderij impatientia emorituram atq; destruendam esse: & hanc impatiẽtiam, donec vixeris, cessare non posse. verùm vbi nihil eris suspicata minùs, DEVS sese occultabit, suasq; retrahet manus: & inter se atq; te tam densam interponet caliginẽ, vt oculis eam penetrare non possis. Tum verò ceu misera, inops, desolata cõqueréris, reptabis, ac miserabiles dabis voces. Sed vt propheta ait, DEO derelictus est pauper. Habeat ergo is quod suum est, eligasq; in domo DEI abiecta esse, magìs quàm habitare in tabernaculis superborum. Et licèt DEVS à tuo se conspectu subduxerit & occultârit, tu tamen ipsum minimè lates. Viuit enim ipse in te, tradiditq; & reliquit tibi speculum & imaginem suam, Dominum IESVM Christum filiũ suum, spõsum tuum, vt hunc tuis in manibus, tuos ob oculos, tuoq; in corde feras. Ita eẽ Apostolus ait, filium DEI humiliasse sese, & è cælis descẽdisse, forma serui assumpta, in qua nobis ministraret. Et ipsemet ex nimia humilitate de seipso dicit per Prophetam: Ego autẽ sum vermis, & nõ homo. Idemq; posteaq̃ cælesti Patri suo & nobis honestissimè atq; amantissimè annos tres & triginta seruierat, aduentante tempore quo suum erat expleturus ministerium, vtpotè ad honorẽ Patris, ac nostræ necessitudinis causa ex amore verissimo mortem oppetiturus, in ipsa tam extrema & maxima necessitate sua, secũdum infimam suí portionẽ absq; vlla consolatione à DEO Patre, ab electis amicis suis, & à toto denìq; mundo derelictus est: & à capitalibus ac infensissimis hostibus suis multis conuicijs & iniurijs, pbris & ignominia, atq; innumeris vulneribus affectus est: at nihilo minùs Patri suo mansit obediens vsq; ad mortem, tulitq; magno & virili atque amantissimo animo, quicquid nequitiæ & improbitatis hostes eius ex dæmonum suasu & instinctu, comminisci atq; excogitare potuissent: neq; id tantùm, sed etiam tum pro nobis, tum pro illis precatus est, etiam peccata illorum excusans apud Patrem, & dicens: Pater, ignosce illis: quia nesciunt quid faciũt. Et exauditus est pro sua reuerentia pro omnibus, qui vnquàm suorum peccatorum agnitionẽ adepturi, atq; indè dolituri essent. Et licèt ab initio creatæ animæ suæ certò ipsi constaret, pro mundi sceleribus moriendum sibi esse, attamen cùm iam mortis ferendę tẽpus adesset, tenerrima illius natura ob pœnarũ impendẽtium immanitatem, angi atq; mœrere cœpit, orauitq; patrem cælestem, vt si quidẽ possibile foret, transferret à se passionis calicem, ne illum bibere cogeretur: & non est exauditus, nolẽte ei parcere patre cælesti, sed potiùs flagellare ac neci offerre volente. Et quia secundũ supremam suí partẽ, vnius ac eiusdẽ semper erat cum patre volũtatis, tametsi natura mœrebat atq; pauebat, tamen obedientẽ se præstitit: calcataq; & superata sensitiuæ partis voluntate, ait ad patrem: Non mea, sed tua voluntas fiat. Quibus quidem id nos edocemur, quando vel pro nostris, vel pro aliorum peccatis dominum precamur, neutiquàm cessare nos debere, donec exaudiamur: quando autem vel pœnarum vel afflictionum, quas pro nostris aut alienis ferimus peccatis, remissionem petimus, in eo nos abnegare, & æquanimiter perpeti debere, etiamsi ad mortem vsq; perseuerent mala quæ toleramus.

Psal.9. Psal.83. Phil. 2. Psal.21. Derelictus quis qui cõsolandus. Luc.23. Heb.5. Matt.26.

¶De altera, videlicet Proficientium, vita. CAP. III.

ET reuerà si afflictiones sine electione perpeti nouerimus, semper lucrum, nunquàm iacturam, faciemus. Id quod hinc potest animaduerti. Cùm enim DNS IESVS paternæ se permitteret ac traderet voluntati, in ea ipsa resignatione vsqueadeò in eius spiritu feruebat atque vigebat amor, & natura tanto erat angore correpta, vt ex corpore eius sanguineus sudor manaret vsq; ad terrã. Et in hac volũtaria suí resignatiõe, suo nos amore mercatus est, vt patri suo atq; sibi seruiamus: passiõeq; & morte sua, pro nobis nostrum persoluit atq; cõpensauit debitum. Atq; hanc ob rem necessariò illius erimus, aut beati in cęlis, aut damnati in inferno. Pater quidẽ cęlestis ex nihilo nos fecit: iure ergo illius esse debebimus. Filius DEI sua nos morte redemit: iure igitur vitijs mori, illiq̃ viuere ac seruire debebimus. Pater denìq; & filius vnà cum Spiritusancto ab omni æternitate nos amauit, & amore possedit: itaq; nos eum redamare, æquissimũ est. Et quia tres istæ personæ vnus DEVS, vnaq; substãtia ac natura sunt, cultus ac famulatus singulis personis impensus, cõmunis est omnibus: & quisquis vnam colit personam, omnes colit: qui vnam contemnit, eo-

Luc.22.

eodem contemptu reliquas afficit. Ait autem Dominus IESVS in Euangelio secundum Matthæum: Beati qui esuriunt & sitiũt iustitiam. Atquì iustum est, reddere nos DEO id quod illi debemus. Christus quidem cùm suam in Patris resignaret volũtatem, hocipso nos emit, & sua morte pro nobis satisfecit. Quòd si eũ nos imitari velimus, propria nobis abnegandа voluntas est, & illius voluntati viuendum: atq; ita emptio illius in nobis confirmabitur. Sensus quoq; freno quodã cohibẽdi, domanda ac superanda natura, crux ferenda, & Christus sectandus est: sicq; debitum illi reddimus, quod ipse pro nobis exoluit. Et per mortem quidem illius, & voluntariam pœnitẽtiam nostram ei vnimur, & sumus serui fideles, ad eiusq; regnum pertinemus. Sed vbi volũtati propriæ in illius morimur voluntate, eiusq; voluntas nostra fit, iam illius discipuli & electi amici sumus. Porrò vbi per amorem subleuati sumus, & mens nostra nuda & imaginum expers est, quemadmodùm à Deo creata est, iam nunc agimur à spiritu DEI, & sumus filij Dei. Quæ verba, eorumq; sentẽtiam vt animaduertas, & iuxta ea viuere vt cures, velim. Christus DEI filius, nostræ necessitatis causa, vt dixi, mortem obiturus, vitam suam in hostium manus, etiam ad mortem vsq;, tradidit: atque eo ipso tum Patris sui, tum totius orbis seruum fidelem se præbuit. Propriam quoq; voluntatem suam in Patris resignauit voluntatẽ: sicq; summam operatus est iustitiam, & nos omnẽ docuit veritatem. spiritumq; suum ad æternam ac beatissimam sustollẽs fruitionem, ita ait: Consummatum est: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Quibus verbis in eodem Psalmi versu sanctus Dauid, in cuiuslibet boni ac pij hominis, Christũ hoc pacto imitantis, persona, respondit: Redemisti me Domine Deus veritatis. Non enim possumus nos ipsos redimere: sed cùm Christum, quemadmodùm antè dixi, omni facultate nostra sequimur, tum actiones nostræ cum illius actibus vniuntur, & ex illius gratia nobilitantur. Ergo redemit nos Christus, non nostris, sed suis actibus, suisq; meritis nos vindicauit in libertatem. Atquì si hanc nos sentire ac possidere velimus libertatem, illius spiritus nostrum vt in amore exurat spiritum necesse est, & in pietatis ac liberrimæ bonitatis suę mergat abyssum, vbi noster baptizatur ac libertate donatur spiritus, eiusq; spiritui vnitur: simulq; voluntatis nostræ proprietas in illius moritur voluntate, adeò vt nihil velle possimus, nisi quod DEVS velit: siquidem DEI voluntas, nostra effecta est, quod est radix veræ charitatis. Nimirum vbi nos denuò nascimur ex spiritu DEI, deindè voluntas nostra libera est, vtpotè diuinæ vnita voluntati, itemq; spiritus noster per amorem subleuatus est, atq; assumptus in vnum spiritum, eandem voluntatem, vnamq; cum DEO libertatem. In qua quidem diuina libertate spiritus hominis supra suam ipsius naturam, per amorem subleuatus est, videlicet supra cruciatum omnem vel pœnam & laborem, & quicquid nolit, itidemque supra curas, angores, solicitudines, mortis, inferni, Purgatorij metum, & vltra molestias omnes, quæ corpori vel animæ in tempore vel æternitate accidere queant. Enimuerò consolatio & desolatio, dare & accipere, mori ac viuere, & quicquid triste vel iucundum euenire queat, isthæc omnia infra amabilem subsidunt siue remanẽt libertatem, vbi spiritus hominis cum DEI spiritu coniunctus & vnitus est. Istiusmodi homines spiritu pauperes sunt, quippe qui nihil sibi proprium retinuerũt: atq; ea re beati sunt, quãdoquidem amor DEI, eorum vita est: ijdemq; etiam secundò beati sunt, eo quòd sint mites & humiles: vndè quantũuis prematur & affligatur natura ipsorum, cordis tamen & spiritus pace perpetua perfruuntur. Sunt etiam tertiò beati, eo quòd quotidianos suos lapsus, & cunctorum hominum peccata, quodq; DEI tam parua in hominibus notitia, tamq; exiguus amor ineſt, quodq; eidem tam nullus propè exhibetur honos pro illius dignitate, lugent & plorant: atque hinc quarta manat beatitudo, putà esuries & sitis, & ardens perpetuumq; desiderium, vt à creaturis omnibus in cælo & in terra, ametur & laudetur DEVS. Ex quo deindè quinta beatitudo proficiscitur, videlicet humile atq; intimum cordis votum atq; petitio, vt Deus gratiam suam manare sinat in cælo & in terra, quo omnes illius repleantur donis, eumq; perenni laude & gratiarum actiõe prosequantur. Hinc porrò sexta emergit beatitudinis ratio, eos complectens, qui mundo ac formis vacuo corde gratiam & dona DEI suscipiunt, cum eisq; cum laude & gratiarum actione sese erigunt atq; sustollunt: qui sunt homines Deum contemplantes. Atq; ex hac contẽplatione septima procedit beatitudinis ratio, quæ est amorosa ad Deum & in diuinam pace introuer-

Matth.5. Resignatiõ quæ quibus necessaria. Radix veræ charitatis q. Pauperes beati qui. nota debeatudine Luctus beatus quis.

ſio, ſubſequente corde, ſenſibus, corpore & anima cũ cunctis viribus & omnibus qui iam beati ſunt, & quandoque beati erunt. Hæc enim omnia amoroſæ ad Deum & in diuinę pacis viſionem introuerſioni cohærent, eamq; conſequuntur. Hunc modum qui in ſe reperiunt, beati ſunt, rectęq; Pacifici vocantur, eo quòd cum Deo, cum ſeipſis, & cum creaturis omnibus pacem habeant: vndè etiam Filij Dei appellantur, de ijsq; Propheta ait: Ego dixi, Dij eſtis, & filij excelſi omnes. qui tamen mox ſubiungẽs, Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de principibus cadetis, poſtremam expreſſit ratiõem ſiue modum, quo beatitudines à Domino IESV commemoratę, perficiuntur. Vt em̃ Domini noſtri IESV Chriſti virtute ad diuinæ pacis cõtuitionẽ, vbi filij Dei ſumus, ſurſum aſſcendimus: ita etiã deſcendendum nobis eſt ad paupertatem, miſeriam, tentationes, concertationem ac dimicationem aduerſum carnem, dæmones & mundum, & in certamine tanquam miſeris viuendum & moriẽdum nobis eſt, quemadmodùm ipſum quoque DEI filium, qui creaturarum omnium princeps eſt, feciſſe conſtat. Deſcendit enim, immò (vt ſic dicam) decidit vel delapſus eſt, ſeſeq; abiecit ſub pedes omnium peccatorum, viuẽs in paupertate, miſeria, exilio, fame, ſiti, tentationibus, ſuĩ contẽptu, concertatione, neceſſitate, confuſione, ignominia, atque omnigenis demum moleſtijs & grauaminibus, quæ foris & intùs ferre potuiſſet: atque in omnibus velut agnus, mitiſſimus ſemper & obediẽtiſſimus permanſit. Et ad extremum vt in ſuo nos regno ſaluos faceret & beatos, tanquam miſer, exul & inops, mortuus eſt. Quanquàm ſi beati eſſe & cum eo perenniter manere velimus, neceſſe eſt, vt etiam ipſi in illius gratia nos ſeruemus, vt videlicet carnem & naturam noſtram affligamus & excruciemus, reſiſtendo tentationibus, improbę voluntati, prauis appetitionibus, quę in nobis contra Dei honorem exurgere queãt, ita vt in Domino noſtro IESV Chriſto velut liberi filij, ſemper ad Patrem eius cæleſtem aſſcendere, & cum eodem ſaluatore noſtro, ad patiendum, ad tẽtationes, & quæuis perferẽda grauamina, ceu fideles illius ſerui, deſcendere poſſimus. Et licèt vſqueadeò in virtutibus & vitæ ſanctitate exercitati eſſemus, vt cum Domino IESV, quotiès placeret nobis, intrò nos recipere poſſemus, attamen perſecutiones pateremur. Quandiu enim mortalem hanc agimus vitam, variæ ac multiplices & inſtabiles ſunt cogitationes noſtræ, & quæ nobis incidunt imagines: ideoq; Chriſtus ait: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. quod vtiq; regnũ cælorum, ipſe eſt dominus noſter IESVS Chriſtus, viuẽs in nobis per gratiam ſuam, Et regnũ cælorum vim patitur: & nos virtute Chriſti in nobis viuentis, & nobiſcũ certantis, cælorum regnũ vincimus & appræhendimus. Quando autem maledicunt nobis homines, & perſequuntur, & dicunt omne malum aduerſum nos, mentientes, eo quòd Domino DEO ſeruiamus: illa die gaudere & exultare nos iubet Domin', q̃ merces noſtra magna & copioſa ſit in cælis. Neque coronabitur, niſi qui legitimè certauerit: multoq; pręſtat, cũ Chriſto affligi, & aduerſa ppeti, q̃ ſine illo gaudere, & voluptatibus ac delicijs pfrui. Ipſe em̃ per Prophetã de affliẽto hoĩe ait: Qm̃ in me ſperauit, liberabo eũ: protegã eũ, qm̃ cognouit nomẽ meũ. Clamauit ad me, & ego exaudiã eũ: cũ ipſo in tribulatione: eripiã eũ, & glorificabo eũ. Idẽq; ppheta alibì dicit: Paraſti in cõſpectu meo mẽſam aduerſus eos q tribulãt me.

Pacifici.

Pſal.81.

Beatis eſſe volẽtib' qd neceſſariũ.

Matt.5.

Regnum cælorum.

Matt.11.

Matt.5.

2.Tim.4.

Pſal.90.

Pſal.22.

¶ Quibus virtutibus præditus eſſe debeat, ſalubriter Euchariſtiæ Sacramentum percepturus. CAP. V.

HAEC autem menſa, altare domini eſt, vbi vitalem nos eſcam accipimus, viuificantem nos, & in omni afflictione corroborantem, facientemq; nos ſuperare hoſtes omnes, & quicquid officere nobis queat. Ideoq; Chriſtus ipſe mortalibus omnibus dicit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitam in vobis. rurſusq; ait: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: etenim in me manet, & ego in eo: quæ nimirùm mutua inhabitatio, vita æterna eſt. Et quia in ſpiritali lucta & agone viuendum hic nobis eſt, opus habemus eſca nos confirmante, vti certando vincamus, & viuẽdo decertemus. Hæc autem eſca, manna abſconditum eſt, quod nemini præſtatur, niſi qui certando vicerit: quodq; nemo nouit, niſi q̃ guſtat & accipit. Sed nunc ad ea quæ dicturus ſum, animaduertas, verborumq; meorum ſententiam attendas. Si quidem

Ioan.6.

Ibidẽm.

Apoc.2.

quidem in venerabili ſacramẽto corpus Dominicum honorificè DEO, ac tibijpſi ſalubriter percipere cupis, quatuor quædam habeas oportet, quibus intemerata DEI genitrix ſemperq; virgo MARIA prædita fuit, quæq; exercere ſolebat, quando Dominum DEVM ſuum ſuſcipiebat: cuius ipſa diſcipula & cubicularia eſſe debebis, atq; ſedere ad pedes eius, quo ſuis te inſtituat exemplis, quemadmodùm viuendum tibi ſit: quandoquidem virtutum omnium, totiusq; ſanctitatis præcipua ipſa doctrix eſt. Primum igitur quod ipſa habuit, & quo te itidèm præditam eſſe oportet, puritas eſt: Alterum eſt, vera cognitio DEI. Tertium, humilitas. Quartũ, liberæ volũtatis deſideriũ. Agè iam primũ animaduertas, quod puritatem eſſe dixi, in ſpeculo tuo, nempe beatiſſima ſemper virgine MARIA. Ipſa quidẽ ab initio conceptionis ſuæ, à culpis omnibus tam venialibus quàm mortiferis, munda fuit: atque ea re ſic eam affatus eſt Gabriel archangelus: Aue gratia plena: Dominus tecùm. Quicquid plenum gratia eſt, id quoq; mundum eſt: & quicquid mundum eſt, etiam gratia plenum eſt. Si ergo tu quoq; plena eſſe gratia, & Dominũ ſuſcipere voles, cum virgine matre munda eſſe debebis. Explora igitur & contẽplare faciem conſcientiæ tuæ: & quicquid in ea repereris, quod poſſit diſplicere DEO, id humili corde coram DEO & ſacerdote tuo accuſes & cõfitearis. Quicquid autem grauius iudicas, & vndè magìs erubeſcis, quæq; magìs edicere vereris, eorũ vide ne obliuiſcaris, nec ea tibi excidere aut præterlabi patiaris: ſed teipſam ceu capitalẽ hoſtem tuum obiurges & incuſes, ſicq; munda ac pura efficieris. Alias autem culpas, quæ quotidianæ & communes dicuntur, & à quibus nemo ſibi cauere poteſt, paucis explica verbis: nec indè ſpeciatim animo occuperis admodùm aut angaris, ſed de oĩbus peccatis tuis generalem eumq; ingentem cordis dolorem, contritionem & amaritudinem concipias, tecumq; proponas & conſtituas ſemper benè agere, & omnia tã venialia quàm mortalia peccata deuitare te velle: & ſupra omnia, magnam fidem & amoroſam erga DEVM fiduciam habeas. Per has enim peccatorum venia obtinetur, ſicut ipſe Dominus multis Euangelij locis teſtatur, dicẽs: Fides tua te ſaluam fecit. Et hæc de primo dicta ſint, vtì videlicet cum virgine matre pura eſſe debeas ad ſuſcipiendum DEVM. Maximè tamen vt caueas, hortor, proli xas & verboſas confeſſiones: Turbabunt enim pectoris tui pacẽ, & erroribus ac ſcrupulis te implicabunt. Si em̃ multis in cõfeſſione vtaris verbis nõ neceſſarijs, putà in enarrandis peccatis veniaĩbus, magisq; velis tuo labore, quàm piè DEO cõfitendo, in huiuſmodi minoribus culpis pacatam reddere conſcientiam tuã, ſemper diuinæ manebis illuminationis expers, nec à DEO doceri poteris: atque ita fiet, vt inter grande & exiguum, inter maius & minus peccatum vel defectũ tuum diſcernere nequeas: cumq; aliquid prætermiſeris quod ſis aſſueta confiteri, licèt nõ ſit neceſſariũ exprimi, imaginibus vexaberis, atq; animi angore ac mœrore cõtraheris, perindè quaſi confeſſa non ſis, & fortè multo ampliùs. Siquidẽ conſcientiam tuam, quam fide, ſpe, & charitate præditam eſſe oporteret, formido, anxietas, & priuatus naturalis erga teipſam amor occupabunt. Quæ ſanè cauẽda tibi ſunt, ſi munda eſſe voles, & cum glorioſa virgine in illius cubiculo permanere. Sequitur indè alterũ, quod habere non poteſt, niſi qui munda ſit præditus conſcientia: eſt autem vera cognitio DEI, qua præ cunctis omnino mortalibus, quos vnquam Deus condiderit, beatiſſima DEI genitrix poſt filium ſuum, qui ipſa DEI ſapientia eſt, maximè excelluit. Et tamen (vndè eius elucefcit Humilitas, quod tertium eſt) ſalutata ab Angelo, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria: inueniſti em̃ gratiã apud Deum. Eccè concipies & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM. Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur. Et dabit illi Dominus DEVS (id eſt, Pater cæleſtis) ſedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autẽ Maria ad Angelum: Quomodò fiet iſtud, quoniã virum non cognoſco? id eſt, Munda & caſta perſeuerare ſtatui. Et reſpondens Angelus, dixit ei: Spirituſſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius DEI. Et eccè Elizabet cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis ſextus eſt illi, quæ vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deũ omẽ verbum. His auditis, Virgo beatiſſima, atq; probè intellectis, docta ab Angelo, & multo magìs à Spirituſancto, ſic ait: Eccè ancilla Domini: & quæ à Deo ſummè exaltata erat, ſeipſam in imum abiecit. ſic enim

Quæ quatuor ſalubriter corpus dñicum ſuſcepturo neceſſaria.

Luc.1.

cõfeſſio qui & de quibus facienda.

Quotidianarum culparum quæ ratio habẽda.

Matth.9. Mar.5.& 10. Luc. 7. 8. 17.18.

Cognitio Dei qualis neceſſaria.

Luc.1.

enim eam docuerat ſapientia DEI. Non enim poteſt, niſi in humilitate ſiue in imo, ſublimitas conſiſtere. Id quod ſatis malorum ſpiritum, è cælis labentium, ruina declarat. Et quid filio DEI ſublimius? aut quid ſeruo DEI & totius orbis, inferius vel abiectius? & tñ hic Chriſtus erat. Quid itẽ DEI matre excelſius? quídve DEI & totius mũdi famula humilius? & hæc ſacratiſſima virgo MARIA fuit. Quæ etiam, quod quartum eſſe ſuprà diximus, voluntatẽ ſuam ingenti cum deſiderio diuinæ voluntatis arbitrio permittens atque reſignans, ita ſubiecit: Fiat mihi ſecũdum verbum tuum. Quod cùm exaudiret Spiritusſanctus, tantoperè hoc patri cæleſti placuit, vt IESVM Chriſtum filium ſuum in virginalis vteri aulam mitteret, qui nos ab omni languore liberauit. Sic nimirùm tum à beatiſſima virgine, tum ſancto Gabriele archãgelo didicimus, quemadmodùm DEI filium in noſtra natura ſuſceperimus.

4

¶De quibus rebus dicturus ſit, & primò de tempore inſtitutionis venerabilis Sacramenti. CAP. VI.

IAM porrò noſſe operæpreciũm fuerit, vtì eundem Dei filium in corpore & anima in venerabili ſacramento ſuſcipere debeamus. Quod quidem priſca Iudæorum lex figuratè docet, lex autem Chriſtiana ſcriptis diuinis tradit: at verò ſupra naturam & ſcripturam & omnem ambiguitatem Chriſtiana fides nos ſuſtollit, & in Dei gratia certos nos efficit. Docẽt etiam nos ea, quæ iam indè à primis Chriſtianæ religionis initijs, ad nos vſque perſeuerãt ſcripta, cultusq; & inſtituta Eccleſiæ, quæ errare non poteſt. Ad hęc plurimis erudimur exemplis, quæ ſancti homines ſuis literis mandârunt. Quinque igitur quędam de hoc præſtantiſſimo tractare ſtatui ſacramento, quæ Chriſtianis omnibus cognitu vtilia ſint. Primum eſt, tẽpus quo DOMINUS IESVS ſeipſum diſcipulis ſuis in hoc tradidit ſacramento. Alterum, Materia & forma huius ſacramenti. Tertium, modus, & vt ſeipſum dederit in ſacramento tectum atque latẽtem. Quartum, cauſa, quare ſeipſum tectum reliquerit, non manifeſtum, vt eſt in cælis. Quintum, diuerſitas ſiue diſtinctio perſonarum hoc ſacramentum percipientium, partìm ad æternam ſalutem, partìm in exitium ſempiternũ. Sed nunc tempus & figurã noſtri ſacramenti accipe: Cùm DOMINUS per Moſen filios Iſrael educeret ex Aegypto, luna erat quartadecima menſis Aprilis, cuius lunatio in Martio vtpluriмùm incipit: qua die primũ ſeruabatur paſcha Iudæorum. Præcepitq; tũc temporis Moſes DOMINI verbis, vt in ſingulis domibus ederent agnum igni aſſum, eiusq; ſanguine linirent vtrunq; poſtem & ſuperliminare domorum: ſicq; à morte ſubitaria, quam ANGELUS percutiens inferebat, & ab omni languore ſeruabantur. Ea em̃ nocte Dominus cuncta Aegypti primogenita tam hominum quàm iumentorũ peremit, & Moſes populum Domini ex Aegypto per mare RUBRŨ eduxit in deſertum, vbi quadraginta annis MANNA cæli diuinitùs paſti ſunt: quæ fuit figura huius noſtri venerabilis ſacramenti. Iudæorum autem figuræ & ſigna om̃ia, conſummata & impleta ſunt: noſtra verò ſacramẽta in finem vſque ſeculi permanebunt, & tunc etiã ipſa ceſſabunt: ſed quia in eis latet veritas, ea vita æterna eſt, & in om̃e durabit æuũ. Vt igitur potens aliquis rex aut cordatus princeps peregrè abiturus, iuramẽto obſtrictos ſibi amicos ſuos conuocat, eisq; terram, populum, proles & familiam ſuam commendat, vt ea om̃ia ad ſuum reditum in pace adminiſtrent, conſeruent ac tueantur: ita & Chriſtus IESVS æterna Dei ſapientia, Rex regum & Dominus dominantiũ, peracto peregrinatiõis ſuæ curſu, regreſſurus ad patriam, atque indè ad extremum iudicium reuerſurus, ante eam diem qua mortem erat perpeſſurus, grandẽ inſtituit ſolẽnitatem, nempe cœnam vltimam, inuitatis ad eam præcipuis terrę principibus, ſanctis videlicet apoſtolis, quibus ſacramenta, populum & regnum ſuum delegare atq; cõmendare volebat. In hac autẽ ſolennitate præparatus erat agnus PASCHALIS, quo ſimul om̃es iuxta legis cõſuetudinem veſcebantur: idemq; agnus noſtri ſacramẽti typum geſſit. Atque tum demum figura abolita eſt, quæ annos M.CCCC.LXXXVIII. perſtiterat ab eo tempore, quo per Moſen Iſraeliticus populus ex Aegypto eductus fuit. Deſtituit, inquam, Chriſtus hac die & abrogauit legem Iudæis traditam: ſiquidem hoc poſtremũ illorum Paſcha fuit: ſimulq; noſtram legem, primumq; Paſcha noſtrũ inchoauit & inſtituit, DOMINUS reuerà immenſæ potentiæ, ſapientiæ, opulentiæ, ac liberalitatis ſiue pietatis. Et licèt in natura grauiter premeretur, attamen

Quinq; q̃dã de Sacro altaris ſcitu vtilia.

Exo.12.

Mãna cuius figura.

Cœnæ dñicæ ſolennitas.

men ſecundum ſpiritum, hoſpes iucundus planè ac liberalis fuit: habuitq; ſingulari charitate ſibi deuinctos conuiuas, putà ſanctos Apoſtolos. Et quia poſtridiè illius diei moriturus, & ab eis diſceſſurus erat, teſtamentum ſuum priùs condere voluit, quod primò Apoſtolis, deindè per eos cunctis Chriſtianę fidei profeſſoribus in extremum vſq; diem relinqueret: idq; primus ipſe ſuo firmiter conſignauit ſanguine, & poſt eum Apoſtoli omnes. Hoc autem teſtamentũ ipſemet eſt in venerabili ſacramento, & quicquid ipſe præſtare poteſt, DEVS & homo. Eſt igitur inſignis hæc ſolennitas, quippe quæ ſalutifera & æterna eſt, inſtituta ab IESV Chriſto ſacratiſſimæ virginis MARIAE filio, qui non modò cæli ac terræ rex eſt inuictiſſimus, ſed etiam à patre ſuo cæleſti primus Chriſtianæ religionis pontifex electus eſt: ideoq; primũ ipſe, quod vnquã in Chriſtianiſmo peractum ſit, fecit ſacrificium, vbi ſuos initiauit ſacerdotes, & pontifices conſecrauit: quemadmodùm olim Moſes in priſca lege primũ obtulerat ſacrificium, vbi Aaronẽ ac liberos eius ſacerdotes & põtifices conſecrauit, tradita eis poteſtate populum DOMINI adminiſtrandi atq; regendi, donec Chriſtus veniret. Qui poſteaquã venerat, nobisq; annos tres & triginta Deus homo miniſtrârat, legem Moſaicam, tanquã figurã, abrogauit: primumq; ſacrificium per ſeipſum, ceu primus pontifex, in Chriſtiana lege inſtituit ac inchoauit, ſimulq; ſacerdotes & epiſcopos ſuos initiauit, data eis eorumq; ſucceſſoribus poteſtate ſua gubernandi populum ſuum, atq; etiã ſacros conferendi ordines ad eam vſq; diem, qua ad iudicium eſt reuerſurus: ſicq; hora veſpertina MISSAE noſtræ officium inchoauit.

Chriſti teſtamentum.

¶De materia & forma venerabilis Sacramenti. CAP. VII.

PORRÒ ſicut Melchiſedech ſummus ſacerdos temporibus Abrahami panem & vinum, vt figuram & materiam noſtri ſacramenti, obtulit: ita Chriſtus ſummus pontifex noſter in ſuo ſacrificio panem accepit in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, & eleuatis oculis ad DEVM patrem ſuum omnipotentem, gratias agens, fregit, & dedit diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & manducate: HOC EST CORPVS MEVM. ſimili modo accipiens calicem vini in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, itèm gratias agens Patri ſuo, benedixit, deditq; diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & bibite ex hoc omnes. HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS MEI, NOVI ET AETERNI TESTAMENTI, MYSTERIVM FIDEI, QVI PRO VOBIS ET PRO MVLTIS EFFVNDETVR IN REMISSIONEM PECCATORVM. Ita iam ſacramenti huius materiam & formam habemus. Materia quidem, panis eſt & vinum: Forma autẽ, DOMINI verba, quibus ait: Hoc eſt corpus meum: &, Hic eſt ſanguis meus. Cùm enim diceret, Hoc eſt corpus meum: panis ſubſtantiam in ſui corporis ſubſtantiam conuertit, non quòd panis rediret in nihilum, ſed in ipſius dñi corpus tranſiret, non nouum corpus, ſed illud idem, quod aſſidebat menſæ, quod cum diſcipulis edebat ac bibebat, hoc ipſum, inquã, corpus etiam in ſacramento ſuis diſcipulis coràm exhibuit. Qui licèt non paruo afficerentur gaudio, quòd eũ oculis externis MENSÆ aſſidentẽ cernerent: at tamen quòd idem illud corpus internis oculis fidei in ſacramento conſpicerent, maiorẽ illis lætandi materiam præbuit. Nec quiſquã eorũ omniũ ex eo percontatus eſt: Domine Magiſter, quînam hoc fieri poteſt, certi eum qui cælum, terram, & om̃ia creaſſet ex nihilo, & qui in momento tẽporis Aegypti flumina in ſanguinẽ, vxoremq; Loth in ſalis ſtatuã vertiſſet, & ex petra duriſſima ingentẽ aquarũ vim eduxiſſet, multaq; alia mira ac ſtupẽda, qualia veteris pariter & noui teſtamẽti paginę loquũtur, egiſſet: nullo quoq; negocio ſubſtantiã aliquã in aliã, dum velit, mutare poſſe: qppe cui omnia poſſibilia ſunt, cuiusq; imperio ſubiacent om̃ia. Sed hîc quæſo animaduerte: Om̃is ille panis, quem DOMINUS in ſuũ corpus conſecrauit, & quẽ ſacerdotes om̃es in cũctis locis, cunctisq; totius orbis aris cõſecrant, non niſi vna panis natura eſt, ſimulq; hoſtiæ om̃es in conſecratione per rectam intentionẽ & verborũ, quibus fit conſecratio, prolationẽ, velut vna materia & ſimplex quædam ſubſtantia adunantur, & quicquid antè panis erat, totũ tranſit in corpus Chriſti. Et quanuis hoſtiæ per cuncta orbis climata diuiſæ ſint, nõ tamẽ niſi vnũ ſunt ſacramentũ: ac vitale Chriſti corpus, in toto ſacramẽto vnum ac indiuiſum eſt. Quod idem etiã credendũ eſt de vini conſecratione in Chriſti ſanguinẽ, videlicet quòd totus ſanguis

Gene.14.

Materia ſacramenti & forma.

Matth.26.

Exo.7.
Gene.19.
Exo.17.
Nume.20.

guis in quolibet calice ſit, & in cunctis per totum mundum calicibus non plus ſit quàm in vno: quandoquidem nec diuidi poteſt, nec augeri, nec minui. Et licèt corporis & ſanguinis dominici conſecrationes diſtinctę ac diſcretæ ſint materia & forma verborũ, itemq; ſpecie & ſignificatione, & quanuis duo videantur eſſe ſacramenta, in vnã tamen adunantur veritatem, & vnus Chriſtus ſunt. Viuidũ nanq; DOMINI corpus in hoſtia non abſque proprio ſuo ſanguine eſt, ſicut nec ſanguis in calice abſq; eius corpore, cũ quo viuit, eſſe poteſt. Ita nimirùm Chriſtus totus ac indiuiſus eſt in qualibet ſacramenti parte. Quòd autem in hoc ſacramento non niſi panem triticeũ abſque fermento, & vinũ modica aqua mixtum adhiberi licet: id nobis ſignificat, Chriſtũ innocentem, manſuetũ atque inter omnes homines minimè elatum fuiſſe. Ipſe etiam fuit præclarum illud tritici granum, quod mortuum eſt, & in terram cadens, fructum multum nobis attulit, id eſt, omnium noſtrũm in Chriſtiana religione vitam. Ipſe itidèm eſt vitis vera, quam Pater cæleſtis in vinea noſtra, putà ſancta Eccleſia, plantauit, ex eius q; vulneribus manat nobis balſamũ & vinum, cuius præclarus odor & ſapor eximius, eos qui DEVM amant, ebrios efficit.

Aquę modicum vino ſacramentaliter miſceri, quid.

¶De modo quo Chriſtus ſeſe nobis in venerabili Sacramento reliquit. CAP. VIII.

Amoris chriſti erga nos ſigna quot.

CAETERÙM quiſquis in amore ebrius effici appetit, duo quædã cõtemplabitur, animaduertet, & admirabitur AMORIS ſigna, à Chriſto nobis in hoc pręſtãtiſſimo exhibita ſacramento, eaq; tam inſignia, tamq; profunda, vt nemo ea adſplenum capere ſufficiat. Primum ſignum eſt, quòd DOMINUS IESVS animabus noſtris carnem ſuã in cibum, & ſanguinem in potum contulit: cuius AMORIS tam admirandi, tamq; ſtupendi, nihil vnquã antè ſimile auditum fuit. Eſt autem AMORI hoc propriũ, ſemper dare & accipere, amare & amari: & vtraque hæc ſemper in ſingulis amantibus inſunt. Atqui Dñi IESV AMOR, & auarus & liberalis eſt. Vt em quicquid ipſe eſt & habet, nobis largitur: ita rurſus à nobis aufert, quicquid ſumus & habemus: immò etiã plùs exigit, quàm præſtare queamus. Eſuries eius prorſus immenſa eſt, & funditùs nos conſumit. Ipſas em oſſium noſtrorũ exedit medullas, & tamen libenter id illi concedimus: quantoq; propenſiùs atq; libentiùs id ei permittimus ſiue fauemus, tanto eum ampliùs guſtamus. Quicquid autem de nobis conſumat, non tamen exatiari poteſt: patitur enim, vt ſic dicam, famem immenſam ac inexplebilẽ. Et licèt pauperes nos eſſe non neſciat, non curat tamen, nec remittit nobis. Primò quidem ipſe ſuã pręparat eſcam, & in amore cuncta vitia, culpas & peccata noſtra exurit: deindè vbi expurgati & amore aſſi ſumus, inſtar vulturis tanquã omnia deuoraturus inhiat. Enimuerò vitioſam vitam noſtram conſumere atq; mutare vult in ſuam omis plenam gratię & gloriæ, quæ nobis omibus parata eſt, ſi nobisipſis renũciare, & à peccatis abſtinere velimus. Et reuerà ſi auidiſſimam Chriſti appetentiã, qua noſtrã eſurit ſalutem, cernere liceret, neutiq; cõtinere nos poſſemus, quin in illius fauces inuolaremus. Quod licèt videatur abſurdè dici, tamen qui amant, probè capiunt quid velim. AMOR IESV tam nobilis ac præſtantis naturæ eſt, vt vbi conſumit, ibi etiam nutrire velit. Et quanuis Dominus IESVS penitùs nos in ſe cõſumat, tamen pro hocipſo rurſus ſeipſum nobis largitur, afficitq; nos ſpiritali fame ac ſiti ſeſe perenni cum appetentia guſtandi. Ipſi autem ſpiritali fami noſtræ & ardenti cordis amori corpus ſuũ præſtat in cibum: quod cùm nos edimus, atq; intima cum deuotiõe manducamus, ex ipſo glorioſus & calidus eius ſanguis in naturam noſtram venasq; omes promanat, ſicq; nos intimo erga ipſum cordis amore accendimur, corpusq; & anima ſpiritali appetentia & guſtu perfunditur ac penetratur: ſimulq; ſuam ipſe nobis donat vitam plenam ſapientia, veritate, ac inſtitutionibus, quibus in cunctis eum virtutibus imitari docemur: atque tunc & ipſe in nobis, & nos in illo viuimus. Confert etiam nobis animam ſuam cum gratiæ plenitudine, quo ſemper cum ipſo in charitate, in virtutibus, in Patris laude perſiſtamus. Atque ſupra hæc omnia, ſuam nobis diuinitatem æternò fruendam oſtendit ac pollicetur. Quid iam igitur miri eſt, ſi in iubilum prorumpant, quibus iſta guſtare ac experiri datur? Legimus tamen de regina Auſtri, quòd cùm regis Salomonis diuitias, honorem & gloriam conſpexiſſet, præ admiratione non habuerit vltrà ſpiritum, mentisq; ſtuporem

Amori proprium quid.

Amoris Ieſu natura quæ.

Reg. 10.

incurrerit. Et quantilla, quæſo, fuit gloria & opes Salomonis, ſi ad eam conferãtur gloriam & diuitias, quæ Chriſtus ipſe eſt, quasq; is nobis in ſuo ꝓparauit ſacramento? NAM tametſi quicquid ad humanitatem eius pertinet, abſque mẽtis defectu ſuſcipere queamus: atquì dum in hoc ipſo ſacramento pręſentem nobis diuinitatem illius contemplamur, vſq; adeò admiratiõe capimur, vt nosipſos in ſpiritu in amorem ſupereſſentialem excedere cogamur, alioquì præ admiratione & amoris intolerantia, ante ipſum Domini altare viribus defecturi. Porrò cùm deuotione & intimo cordis amore Chriſti humanitatem in nos recipimus, introducimus & manducamus. Amor em trahit in ſe quicquid amat: atque cum eiuſcemodi amore DOMINUS IESVS naturam noſtram trahit & conſumit in ſe, ſuaq; nos implet gratia. Tum verò grandes efficimur, atq; noſipſos in diuinum amorem ſupra rationem expeditos, inibì ſecundũ ſpiritũ noſtrũ edimus, manducamus, nudoq; amore in illius contendimus diuinitatem, venimusq; obuiàm ſpiritui illius, qui eius charitas eſt, eaq; prorſus immenſa ſpiritũ noſtrum & omnes eius actiones exurit, abſumit, atq; poſt ſe trahit in vnitatem, vbi quietem ac beatitudinẽ experimur. Hoc igitur pacto ſemper & manducabimus, & manducabimur: atq; cum amore & aſſcendemus & deſcendemus: quæ eſt vita noſtra in æuo ſempiterno. Hucq; ſpectabat Chriſtus, cùm diceret diſcipulis ſuis: DESIDERIO DESIDERAUI hoc paſcha manducare vobiſcum, antequàm patiar. Quod Paſcha Chriſtum ſignificat, quem in ſacramento edimus, ſicut Apoſtoli in cœna cum Chriſto omnes venerabile hoc perceperunt ſacramentum, tanquàm eſcam corpus nutricantem: & in ipſo ſacramento ſinguli corpus dominicum, vt æternum cibum ſuum, per fidem, amorem ac deſiderium, acceperunt. Fides enim & charitas, animæ os ſunt, quibus illi corpus domini IESV cum vniuerſis membris eius ſumpſerunt atque comederunt, non quidẽ ea craſſitie, qua menſæ aſſidebat: (eã enim in corporis ſui ſubſtantia & in ipſo ſacramento occultauerat. corpus nanque illius etiamdum mortale erat: atque ea re, ſi id dentibus preſſiſſent, dolore DOMINUM affeciſſent) ſed ſupra naturã illis præbuit amãtiſſimam carnis, ſanguinis, animæ & diuinitatis ſuæ vitam: & hæc illorum, atque etiam ipſius DOMINI IESV, & omium noſtrũm eſca ſpiritalis fuit: atquì nihilominùs in ſeipſo totum quod erat, permanſit prorſus in natura ſua indiuiſus ac minimè mutatus. Dedit autem illis ſubſtantiam omnem, quam ex intemerata virgine matre ſua ſuſceperat, id eſt, humanam naturam ſuam: dedit, inquã, ſeipſum totum ac indiuiſum, idq; duplici modo, corpus videlicet ſuum ſub panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie, ſub vtralibet ſeipſum totum ac indiſtractum: quandoquidem corpus eius, vitale eſt ſuſtentaculum ſanguinis eius: & ſanguis, vitale ſuſtẽtaculum corporis eius: & anima, vtriuſq; vita eſt. atque hæc tria ſimul, vna vita ſunt indiuiſa, quæ Chriſtus eſt, quamq; tradidit diſcipulis ſuis, & nobis omnibus reliquit in ſacramento. Vt enim hoſtiæ omnes ante conſecrationem cunctis propoſitæ ſacerdotibus, non niſi vna ſubſtantia & vna ac indiuiſa panis natura ſunt: ita poſt conſecrationem vna corporis DOMINICI, quod diſtrahi vel diuidi non poteſt, ſubſtãtia ſunt. Quod idem dictum velim etiam de vino, quod in DOMINI ſanguinem conſecratur. Quælibet igitur guttula ſanguinis, vel quælibet particula conſecratæ hoſtiæ, quantumuis minuta ſit, ſi ſit panis ſpecies, totum continet Chriſtum, qualis eſt in cælo. Quanuis enim particulæ hoſtiæ in cunctis regionibus varijs modis diuidantur, ſacramentũ nihilominùs vnum eſt, & Chriſtus in ſacramento per omes terras vnus ac indiuiſus & integer eſt. Nam quemadmodùm anima hominis in omibus eius membris integra ac indiuiſa & ſine loco viuit: ita glorioſum DOMINI IESV corpus, toto orbe in toto ſacramento integrum, indiuiſum, & ſine loco viuit, quo cõmunis ſit membris ſuis omnibus, ijs videlicet, q in Chriſtiana fide ipſum appetunt. atq; idẽ ipſe ſingulis ſingulariter ſe præbet, pro cuiuſq; deſiderio ac neceſſitate ſiue indigentia. Vndè etiam communio vocatur, eo quòd omes in commune corpus DOMINICUM in ſacramento percipimus: & ſingulatim ſinguli, quicquid omes cõmuniter accipiunt. Et licèt ſacerdotes in Miſſa ſacramentum iſtud ſub duplici ſpecie ſumant, nihilo tamen plùs accipiũt quàm laici. Nam tametſi cõſecratio calicis & hoſtię diſiuncta ſeu diuiſa eſt, Chriſtus tamẽ vtrobique totus, & indiuiſus & integer eſt. Poſſit autem infidelis ac fatuus quiſpiam ita ſecùm cogitare: Sacramentum quod Chriſtus ipſe conſecit, totum comederunt Apoſtoli, qui tum in cœna illi aderant: quidnam igitur id eſt,

Quãtillus fuit Chro Salomon fuerit.

Luc. 22.

Paſcha.

Os animæ qd.

Particulas hoſtiæ diuiſas, veritati ſacramenti nõ officere.

communio.

quod hodiè ſacerdotes conficiunt? Cui quæſtioni dominus ipſe ſtatim à conſecratione ſua
1.Cor. 11. Luc.22. ita reſpondit, dicens Apoſtolis ſuis: Quotieſcũq; hæc feceritis, in meî memoriam facietis:
nempe in memoriam paſſionis, mortis & charitatis meæ, & quòd verus ipſe ſim DEVS & ho
mo, cuius poteſtas omnis ſit in cælo & in terra. Et hæc verba Apoſtoli ex ore Chriſti iuxta
illius mentem & ſententiã ſuſceperunt, putà tanquã illius vaticiniũ, præceptum, & diuinam
poteſtatem ſiue authoritatem, ipſis ipſorumq; ſucceſſoribus ad extremã vſq; diem hoc exe
quendi officium collatam. Vndè mox poſt aſſcenſionem illius in cælos, qñ ſanctum accepe
Miſſæ officium qñ per Apoſtolos exequi cœptum. rant Spiritum, qui eos omnẽ docuit veritatem, hoc Miſſæ officium in domini perſona exe
qui cœperunt, loquente per ora illorum Spirituſancto, dum conſecrationis verba proferrent: Hoc eſt corpus meũ: Hic eſt ſanguis meus: conſecrabant etiã illius nomine ſacerdotes
& epiſcopos, & quam ipſi diuinitùs acceperant, eis conferebant poteſtatẽ, toto ſcilicet or
be ſacerdotij munus adminiſtrandi. Sic nimirũ ſancta Eccleſia in Chriſto IESV fundata eſt,
& iam indè ab initio viuit Chriſtus cum ea, immò etiam vnum eſt cum illa, perſeuerabitq;
Eccleſia vnà cũ ſuo cultu vel miniſterio ad vltimũ vſque diem. In conſecratione autem hui
us ſacramenti, ſacerdotes omnes voluntaria ſunt inſtrumenta Domini ſaluatoris, isq; tum
per ſingulorum, tum omnium illorum ora loquitur: HOC EST CORPVS MEVM, HIC EST SAN
GVIS MEVS. & vnus quilibet ſacerdos Domini corpus reuerà conficit, & ſimul omnes ſacer
Signũ amoris Ieſu erga nos ſecũdũ. dotes non niſi idem corpus reuerà conſecrant. Hæc iam de primo Amoris ſigno, quod qui
dem in hoc venerabili ſacramento Chriſtus ipſe nobis præſtitit, nosq; inſtituit, dicta ſufficiant. Alterum deindè ſignum ex illis poteſt colligi conſecrationis verbis, quibus ait: HIC
Mat.26. eſt calix ſanguinis mei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorũ.
Dixit enim verba hæc, cùm ſanguinem ſuum Apoſtolis & nobis conſecraret in potum, quẽ
paulopòſt fuſurus erat, mortem ex amore oppetiturus propter peccata noſtra. Hac charita
charitas maxima quæ. te nulla vnquã maior comperta eſt, q̃ filius Dei vltrò vitam ſuam neci dedit, & ſua morte à
Patris iuſtitia nos mercatus eſt & redemit, quo ſecũ æterna perfruamur vita. Ipſe quidem ſe
ipſum & nos humili morte ſua paternæ obtulit clementiæ & miſericordiæ: Pater verò nos
cum illo in ipſius, hoc eſt, filij, cæleſtem ſuſcepit & admiſit hæreditatem. Atque eam ob rem
Gemina cur vſus Chſus vnius ſacramenti conſecratione. Chriſtus diſcreta vſus eſt conſecratione, vt in memoriam redeamus calicis Paſſionis eius,
quem ex amore potauit, & quo nos ab ęterna liberauit morte, & à Patre ſuo gratiæ & glo
rię vitam nobis mercatus eſt. idq; ſacroſancti ſanguinis eius conſecratio nos inſtituit: Cor
poris autem conſecratio docet nos, teſtatamq; nobis reddit illius erga nos Amoris magni
tudinem, dum ſeipſo nos ſpiritaliter cibare ac paſcere dignatur, vt & ipſe in nobis, & nos
in ipſo viuamus, vtì ſuperiùs dictum eſt. Mortuus eſt enim ex amore, vt nobis vitam obtine
ret: viuitq; in nobis, quo æternùm in ipſo viuamus, ſiue viuentes permaneamus. Iſta planè
duo amoris ſigna, tãta tamq; immenſa ſunt, vt ea ad plenum capere nemo ſit idoneus: eaq;,
quotiès Miſſam auſcultamus, aut ad venerabile ſacramẽtum cõmunicaturi accedimus, no
bis imprimere, nobiſcũ cogitare, & charitatis eius meminiſſe debemus, quo noſtrî ipſorũ
obliuione capiamur, eiusq; pro honore, omni alieno amori vale faciamus. Et quando pa
tiendum aliquid occurrit, danda nobis opera eſt, vt eius ad memoriam paſſionem reuoce
mus, eumq; etiã ad mortem vſque in vera obedientia ac noſtrîſ ipſorum reſignatione ſecte
mur: ita fiet vt illius guſtemus amorem, in quo nos ex omni æternitate abſque vllo initio
& elegit & amauit.

¶ Quatuor quædam argumenta æternæ erga nos charitatis DEI.

CAP. IX.

HVius autem æternæ illius charitatis quatuor quædam mihi argumenta ſeſe offe
I. II. III. runt, eaq; tam ſublimia, tamq; ingentia, vt omis ſacra ſcriptura ab initio in eis ra
dicata ſit. Primũ eſt, quòd ex charitate condidit Deus hominem ad imaginẽ & ſi
militudinẽ ſuam. Secundum, quòd Dei filius, æterna ſapientia ex amore huma
nam ſumpſit naturam, ſuam illi perſonam imprimens. Tertiũ, quòd idem Dei filius IESVS
Chriſtus, ex charitate mortuus eſt, & ſuo nos redemit precioſo ſanguine, atque in bapti
ſmo à cunctis nos peccatis abluit: ſicq; ſupra naturam noſtram in ſpiritu charitatis ſuæ nos

ſibi

ſibi coniunxit & vniuit. Quartũ eſt, quòd carnem & ſanguinem ſuũ, & quicquid ex noſtra IIII.
aſſumpſit natura, adeoq; totũ id quod eſt, DEVS & homo, in cibũ potionemq; nobis con
tulit, vt ipſe in nobis, nosq; perenniter in ipſo maneamus. Agè iam diligenter hæc quatu
or attende, me ea fuſiùs explicante. DEVS quidẽ ab æterno dilexit mundum, idq; intantùm, Ioan. 3.
vt filium ſuum vnigenitum hiſce quatuor nobis dederit modis. In quorũ primo ſacræ nos
docent literæ, Deum Patrem cæleſtem cunctos creaſſe homines ad imaginem & ſimilitudi
nem ſuam. Imago quidẽ eius, filius eius eſt, qui ipſius æterna eſt ſapientia, in qua (vt D. Io
annes Euangeliſta teſtatur) viuunt omnia. Quod factum eſt, inquit, in ipſo vita erat: & hęc Ioan. 1.
vita nihil eſt aliud, quàm imago Dei, in qua DEVS ab ęterno cognouit omia, & eſt cauſa cre
aturarum omnium: itaq; imago hæc, quæ eſt filius Dei, ante creata omnia, æterna eſt. Et ad
hanc æternã imaginẽ nos omnes conditi ſumus. Enimuerò ſecundũ excellentiſſimã animæ Quale ſim⁹ Dei ſpeculũ.
noſtræ portionem, quę eſt ſupremarũ virium noſtrarũ origo, ceu viuidum ac æternum fa
cti ſumus ſpeculum DEI, cui is ſempiternã ſuam impreſſit imaginem, quodq; nullam aliam
vnquã recipere imaginem poteſt. Et hoc ſpeculum diuino vultui ſemper propoſitũ manet:
atq; ea re cũ imagine, quam ſuſcepit, etiã ipſum fit æternum. In hac ęterna imagine, id eſt, in
filio, cognouit nos Deus in ſeipſo, & antè quàm creati eſſemus, & nunc in tempore quãdo
ad ipſum cõditi ſumus. Hæc imago in cunctis hominibus & eſſentialiter & perſonaliter in
eſt, & ſingulus quiſq; totã eam & integrã ac indiuiſam habet: nec tamẽ ſimul homines vni
uerſi plùs indè, quàm vnus aliquis, habent. Atque hac ratione omes nos vnum ſumus, vniti vnũ qui omes ſumus.
in æterno exemplari noſtro, quod eſt imago Dei, & omniũ noſtrũm & vitæ & eſſentiæ no
ſtræ origo, in quo creata eſſentia & vita noſtra ſine medio tanquam in cauſa ſua æterna de
pendet: neq; tamen vel ipſa creata eſſentia noſtra fit Deus, vel imago Dei fit creatura. Nos
enim creati ſumus ad imaginem, id eſt, vt Dei imaginem ſuſcipiamus. Ipſa aũt imago increa
ta, & æterna eſt, & filius Dei omnipotẽtis. Et hæc imago in Eſſentia Dei, eſſentia eſt & eſſen
tialiter: & in natura prorſus eadem natura. Et ipſa natura fœcunda eſt, & in hac fœcũda na
tura Pater in Filio, & Filius in Patre eſt. Sed in Patris ſubſtãtia Filius filialiter & ingenitus in
eſt, tanquã intùs permanens paternæ naturæ fructus: habetq; ſe illic natura & paternaliter
ſemper gignendo, & filialiter abſque intermiſſione naſcẽdo: ſed in ipſa natiuitate Filius al
tera perſona eſt, perenniter ex Patre proficiſcens ſiue exiens: & Spirituſſanctus tertia perſo
na eſt, tanquam ardẽs vtriuſque Amoris incẽdium, in creaturas omes ad id paratas proma
nans. Et ſuprema quidem animæ noſtræ portio, nunquã non parata eſt, cùm ſit prorſus nu Aiæ portio ſuprema quĩ affecta.
da, & formis ſeu imaginibus vacua, in ſuũ ſemper principiũ intuens ac propendens. Atque
eam ob rem æternũ ac viuidũ eſt Dei ſpeculum, iugiter abſque ceſſatione æternam ſuſcipi
ens generationẽ filij, & ſacroſanctæ Trinitatis imaginem, in qua totũ ſeſe cognoſcit Deus,
quicquid eſt tam ſecundũ perſonã, quàm eſſentiã. Siquidem imago hæc, vt antè dixi, in eſ
ſentia eſt eſſentia, & in ſingulis perſonis totum id quod illæ ſunt in natura: atque hanc ean
dem imaginẽ nos omes tanquã vitam æternam ſine nobiſipſis ante noſtrî creationẽ habe
mus in DEO: poſtquã autem creati ſumus, eadem ipſa imago noſtræ eſſentiæ, vt ſic dicam ſu Proprietates q̃dã tres.
pereſſentia eſt & vita æterna: habetq; hinc animæ noſtræ ſubſtantia tres quaſdam proprie I.
tates, quæ tamen natura vnum ſunt. Prima proprietas, eſt eſſentialis & imaginũ expers nu
ditas, qua nos Patri, eiusq; diuinæ naturæ ſimiles ac vniti ſumus. Altera proprietas, ratio ſu II.
perior animę dici poteſt, quæ eſt claritatis ſpeculum, in quo nos DEI filium æternam verita
tem ſuſcipimus: & in claritate quidem ſimiles ei ſumus, in ſuſceptione autem vnum cũ illo
ſumus. Tertiam proprietatem, ſcintillam animæ appellamus, quę eſt animæ naturalis quæ III.
dam introrſùs in ſuam originem propenſio, in qua nos Spiritum ſanctum, Dei charitatem
ſuſcipimus: & in propenſione quidem, ſancto ſpiritui ſimiles ſumus: in ſuſceptione autem,
vnus cum Deo ſpiritus & vnus amor efficimur. Tres iſtæ proprietates, vna ac indiuiſa ani
mæ ſubſtantia ſunt vitale fundũ, ac origo virium ſupremarũ. Hæc autem ſimilitudo, iſtæq;
proprietates ex natura in nobis omnibus inſunt: ſed peccatores in proprio ipſorum fundo
ob vitiorum craſſitudinem latent. Quãobrem ſi regnum Dei intra nos latens ſentire ac ex Luc.17.
periri velimus, foris & intùs vita virtuoſa & benè ordinata præditi ſimus oportet, Chri
ſtumq; in vera charitate modis omibus ſectemur, ita vt gratia, charitas & virtutes in ſupre-

mam nostrî partẽ, in qua viuit regnatq; DEVS, nos euehere ac sustollere queant. Eam enim quæ DEus est, beatitudinem nulla neq; arte, neq; subtilitate vel acumine in lumine naturali absq; Dei gratia cõtẽplari vel sentire valemus. Atq; hac de causa Deus omipotẽs supremas animæ vires ad suî capessendã similitudinem, putà gratiã & dona sua, condidit, quibus nos supra naturam subleuamur ac renouamur, eiq; per charitatẽ & virtutes efficimur similes. Porrò per supernalẽ hanc, quam per gratiam & virtutes habemus Dei similitudinẽ, memoria nostra in imaginibus vacuam nuditatẽ, intellectus in simplicẽ veritatem, & voluntas in diuinam sustollitur libertatem: sicq; Deo per gratiam & virtutes similes sumus, & supra similitudinem in beatitudine vniti sumus. Et hoc primũ amoris signum, est declaratũ humanæ naturæ à Deo, cùm nos ad imaginem conderet & similitudinẽ suam. Atquì vbi Adam primus homo, diuina violata iussione, immorigerum se præstitit, mox per peccatum dissimilis factus est, amisitq; paradisum & introitum regni Dei, nosq; vuà omnes cũ illo. Et hinc alterum manauit amoris argumentũ, nobis omnibus præstitũ à Deo, nempe quòd vnigenitum filium suũ nostram voluit naturam sumere, ac nostrî similem mortalẽ, & omnium nostrûm fratrem fieri. Et ipse quidem filius sese abiecit ac humiliauit, nos autẽ extulit: sese pauperem, nos diuites fecit: se contemni passus est, & nos honore affecit. Sed quanuìs sese humiliârit, non tamen pristinam amisit dignitatẽ siue nobilitatẽ: siquidem assumpsit quod non erat, manens quod erat. Mansit eñ Deus, & homo factus est, vt homo fieret Deus. Induit autem se omnium nostrûm humanitate, tanquã si REX quispiam, familiæ vel seruorum suorum vestibus se induat, idemq; humanæ naturæ vestimentũ nos cum illo commune habemus. Attamen animã & corpus, quod ex purissima accepit virgine MARIA, supra oñia veste regia, id est, diuina persona sua singulariter induit: quæ vestis nulli, præterquã ipsi soli, competit ex natura, cùm sit Deus & homo sub vna persona. Quod si ea nos quoq; vnà cum ipso vestiri debeamus, id per gratiam eius fiat necesse est, vtì videlicet tantoperè illum amemus, vt nosipsos abnegare, & creatam personã nostram excedere vel transcẽdere queamus: ita enim cum illius, id est, æternæ veritatis persona vniemur. Constat eñ, oñes nos ex natura nasci filios iræ, & homicidas ac inuasores regni Dei, idq; per protoplastum Adamũ, qui DEO nõ obediens, gratiam perdidit, quam ad omniũ nostrûm, ex ipso in humana natura nasciturorũ, vsum acceperat. Cuius expiandi causa peccati, misit nobis Pater filium suum, & Filius nostram sumpsit naturã, & Spũssancti operatione Filij DEI in nostra natura natiuitas perfecta est. Sed id nostris abolendis peccatis neutiquã satis fuit. Volebat enim Pater vlcisci peccatũ secundũ iustitiæ rigorem. Ideoq; filium suũ pro peccatis nostris neci dedit, & Filius ad mortem vsq; illi fuit obediens, sanctus aũt Spiritus opus illud charitate cõsummauit. Atq; hoc tertium est Amoris documentum, putà quòd Filius Dei sua nos morte restituit libertati, & precioso sanguine suo, in conspectu Patris sui nos mercatus est ac pro nobis satisfecit, ita vt per illius mortem, nos vitam adepti simus. Abluit enim nos fonte illo sanguinis & aquæ, ex illius latere manante: quorum altero, id est, sanguine, redempti sumus: & alteri, id est, illius spiritui, per charitatem vniti sumus. atque hac ratione semper in illo manemus, quippe qui in eo spiritalis vita sumus. Id quod Aqua illa significat, quę in calice vino miscetur in sanguinem cõsecrando. Designat enim aqua illa vino cõsecrando vnita, Christi populum ipsi vnitum, & in ipsius viuentem sanguine. Hanc nanq; vitam habere vel sentire nemo potest, nisi homines Christifideles, Christo per charitatem vniti. Sequitur hinc quartum amoris argumentũ, relictum à Christo electis amicis suis, in ipso viuentibus: quod quidem in hoc satis potest animaduerti, quòd eos præclarè alit ac sustentat cibo potuq;, id est, corpore & sanguine suo, quæ iure ad ipsos duntaxat pertinẽt. Dicit enim Dominus IESVS: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: nec morietur, sed viuet in æternum: Quod est de spiritali vita intelligẽdum, quemadmodùm angeli & beati in cælis viuunt, qui & ipsi Christum absque ore vel dentibus edũt ac bibũt. Christus nãq; viuus est panis cæli, missus à Patre in mũdum, quem nos cum amore edimus ac bibimus in spiritu nostro, sicut & angelici hominumq; spiritus in cælis, & vt ipse Christus omnes nos sua charitate in se transmutat. Et qui sic mãducant & manducantur, ęternam ac beatam in Christo vitam habẽt, licetq; illis semper edere ac potare, quotiès cum

Amoris Dei erga nos signũ I. qui declaratum.

Qui II.

Cur & quî Deus homo factus.

Ephe. 2.

Gen. 3.

Qui III.

Qui IIII.

Ioan. 6.

cum amore dilecti sui Domini IESV reminiscuntur. Et ij ipsi tamẽ maiori huius sacramenti desiderio tenentur, & ad id suscipiendũ cæteris hominibus habiliores paratioresq; sunt: quandoquidem sanctæ Ecclesiæ amant instituta, cultum & exercitia, sicut Christus ipse ad suũ honorẽ & populi sui vtilitatem constituit atque decreuit: Atque hac ex causa in gratia & virtutibus foris & intùs iugiter proficiunt & augescũt. Quod enim habent intùs in spiritu, id totũ etiã foris in venerabili ac̃cipiunt sacramento: atque ita sancti quidẽ sunt suscipiendo, sed sanctiores habendo, & sanctissimi habendo pariter & suscipiendo. Porrò qui hoc præstantissimũ sacramentũ in mortiferis positi peccatis indignè sumunt, iudiciũ sibi sumunt, & damnant seipsos: Qui autẽ neque in spiritu, neque in sacramento id accipiunt: corã Deo mortui sunt, vtpotè q in sola viuũt natura sine gratia. Deniq; qua ratione ipsum sumere & manducare, ac manducari debeamus, dictum est superiùs. 1. Cor. 11.

¶ De causa, quamobrem Christus tectũ sese dederit in hoc Sacramento, non ea forma cõspicuum, vt tum erat in terris, & est hodiè in cælis: & quare sub Panis ac Vini specie se p̃beat. CAP. X.

AT verò perplures hodiè reperire est homines rudes, minimeq; intelligentes, qui tamen ipso Domino IESV, ipsa Dei æterna sapiẽtia velint esse prudentiores. Scilicet enim & secũ cogitant, quãobrem Christus in sacramento latentem & abditũ, nõ manifestũ ac nudũ, vt tum erat, hodieq; in cælis est, sese reliquerit. Quibus scripta diuina planè respõdent, Opera Domini vniuersa bona valdè: &, Quę à Deo sunt, ordinata sunt. Et Esaias Propheta: Habitãtibus, inquit, in regiõe vmbræ mortis, lux orta est eis. Quæ lux Christus est: & vt sanctus affirmat Ioannes Euãgelista, Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nõ comprahenderunt. Paulo eñ apostolo teste, Videmus nunc per speculũ in ænigmate, sed in vita æterna facie ad faciem videbimus gloriam Domini nostri IESV Christi: & perspicuè eum cognoscemus, sicut & cogniti sumus ab ipso. Hic verò in fidei lumine cognoscere eum licet, vt eum sancti cognouerunt Apostoli & antequàm moreretur, & postquàm resurrexerat. Videbant eñ illi hominem, & DEVM credebant, in ipsoque homine latentem diuinitatem. Sic etiam nos oculis externis venerabile conspicimus sacramentum, & credimus in eo CHRISTI corpus latere: quod si in ea gloria & claritudine, qua est in cælis, cerneremus, ferre non possemus. Mortales eñ habemus oculos, & ex sola corporis Dñici claritate conspecta, nedũ visu, sed cunctis etiam sensibus destitueremur. Quanta verò & quàm vltra oẽm captũ ingens est cũ animæ, tum diuinitatis eius spiritalis claritudo? Sciendũ est igitur, & Dominũ nostrum IESVM Christum, & dona omnia, in quibus spiritalis vita nostra cõsistit, sacramentis & externis quibusdam sensibilibus signis tecta ac inuoluta esse. Sic sacrum baptisma, quod est vitæ æternæ ianua & aditus, aqua & verbis eò pertinentibus completur: itemq; plura alia multimoda dona, quæ nobis à Christo in sancta Ecclesia conferuntur, specialibus quibusdã modis velantur ac obteguntur, putà chrismate, oleo, verbis, factis, signis, sacramẽtis, debito administrãdis ordine, ita vt quisq; opus habet. Maximè autem Dominus donorũ omniũ Christus IESVS, carnem & sanguinem suũ virtute verborum suorum nobis largitur tecta ac latentia in venerabili sacramẽto: ita vt quantùm ad cuncta illius (id est, Dei) dona attinet, in firma fide, nõ dilucida gloriosaq; contemplatione seu visione ambulandum nobis sit. Integra nanq; fide æternam meremur contemplationem. Quæ cùm ita sint, stolidos eos esse perspicuũ est, qui vitam æternam, Deiq; gloriam in tempus, vel tempus in æternitatem adducere moliuntur, quum vtrunq; sit impossibile. Si eñ Dominum Deum nostrum, vt est in cælis, cõspiceremus: neque possibile, neq; humanum foret, vt eius carnem ederemus, & biberemus sanguinem. At nunc sacramentum ipsum dentibus manducamus, & in ipso sacramento secũdum animas nostras carnem eius edimus & sanguinem potamus, idq; per fidem & charitatem: sicq; nos ei vnimur, & ipse nobis. Et hanc amicabilem vnionem Christus Dei sapientia suo spiritu excogitauit & adinuenit, & re ipsa ac opere veritatis impleuit, sicutì antè à mundi exordio sub figuris & similitudinibus culta & exercita fuerat. Quamobrem amabilem hanc, qua Christus nobis omnibus

Gene. 1. Roma. 11. Esa. 9. Ioan. 1. 1. Cor. 13.

Sacris & signis externis q̃ cur nobis velata?

Stoliditas quorũdam quanta.

coniungi appetit, vnionem cõsideres & attendas velim. Enimuerò omes illæ, quæ sacerdotibus toto terrarum orbe propositæ sunt, hostiæ in altari, priusq; cõsecrentur, cũctæ vna panis substantia sunt: prolatis autem cõsecrationis verbis, Dei virtute, panis substãtia in corporis Christi substantiam transfertur: quæ est eadem substantia, idemq; corpus quod in cælis est, quod nos omes communiter in sacramento accipimus. Secundũ substantiæ autem modũ & in ipsa substantia, simul suscipimus quicquid ei essentialiter vnitum est, putà longitudinem, latitudinem, & magnitudinẽ: & quicquid ad corpus pertinet, quatenùs cũ substantia vnum est. Ita ergo per sacramentum corpus Domini in terris, locis, templis omibus adest: sicq; eum varijs modis & eleuare ac reponere, seruare & circunferre in pyxide vel ciborio, accipere itèm & dare valemus. Vt autem in cælo cum manibus, pedibusq; & mẽbris suis omnibus, sub angelorum sanctorũq; conspectu, in plena residet gloria: ita locũ nõ mutat, sed semper præsens manet. Et hac ratione nunquã eũ suscipere possumus. Eṁuerò post extremi diem iudicij, vbi cum gloriosis corporibus nostris ad cęlum venerimus, omes cum eo & apud ipsum erimus, & corporeis oculis nostris gloriosam eius facie cõtemplabimur, externisq; auribus gratissimam atq; dulcissimam eius vocem audiemus: indè verò cor oẽsq; sensus nostri, illius gloria complebuntur, ita quòd præ gaudio & amore, & nos in eum, & ipse in nos colliquescet. Quæ tãetsi minima est cæli gloria, eo quòd externa & sensitiua est, dum tamen hîc sumus, Dei vultum in eiuscemodi claritate conspicere non possemus, eo q; sensus nostri præ imbecillitate id ferre non possint. Donec igitur hic viuimus, in Christiana fide ambulandum nobis est, & ipsum venerabile sacramentum cum deuotione, reuerentia, & amore suscipiẽdum, quo post huius vitæ curricula, æternam gustemus ac experiamur beatitudinem.

Cur hic in fide ac spe, non specie, ambulãdũ.

¶De differentia communicantium, partìm ad æternam salutem, partìm ad exitium sempiternum. ac primũ, de primo communicantium genere. CAP. XI.

SED nunc communicantiũ, tam spiritalium siue Ecclesiasticorum, quàm secularium, diuersitatem ac differentiam explicare aggrediamur. Primũ horum genus, à quibus exordiri placet, homines sunt ex natura molli corde: quos cùm diuina tangit gratia, si hanc ipsi sequantur, eiq; morẽ gerant, affectus & desiderium siue appetentia eorũ vsqueadeò humanitatis Christi amore incalescit ac permouetur, vt nullo negocio, quicquid mundus habet, contẽnant abdicentq;, vtì dilecto suo pro desiderij sui appetitu & motu vacare queat. Et quia propiùs ad DEVM sese adiungere, quàm in venerabilis perceptione sacramenti, non possunt: per pium ac deuotũ amorem, & implacabile erga ipsum venerabile sacramentũ desiderium, quadã corripiuntur impatientia, ita vt interdũ amentes sese fore, aut perditum iri putẽt, si non liceat sanctissimũ percipere sacramentũ. Huiuscemodi homines, rari sunt: & vt plurimùm fœminæ aut virgines sunt, rarò viri: quandoquidem mulierum est mollior natura, & in spiritu necdum sunt subleuati ac illuminati: vndè etiam exercitatio eorum sensualis est & appetitiua, & Domini IESV humanitate prorsus depicta: neque, quemadmodùm Dominus IESVS in spiritu absq; sacramẽto suscipi queat, sentire vel intelligere possunt. Quæ causa est, quòd intùs pro desiderio ac appetitu erga Dominum languent: nec quisquam eos sedare aut pacatos reddere, & vel consilio vel auxilio leuare potest, donec ipsum percipiant sacramentũ. Quo percepto, tranquilla eis sunt omia, & dilecto suo in quiete, gustu spiritali, & copiosa suauitate, corpus animamq; afficiente, vacant: idq; tantispèr, donec gratia & exercitatio in natura & cunctis animæ viribus renouetur. Tum enim rursus appetitu, desiderio, impatientia laborant haud secùs, quàm si nunquàm antè communicassent. Interìm cordibus hiscunt ac inhiant non aliter, quàm si mente capti sint, vt denuò liceat communicare. Istos non absurdè quispiam regulo illi Euangelico comparârit, obsecrãti Dominum, vt descenderet Capharnaum, & sanaret filium eius, iam iamq; moriturum. Cui Dominus respondit: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Ad quem Regulus: Descende, inquit, Domine, priusq; moriatur filius meus. Nõ credebat posse Dominum curationis beneficium præstare filio suo, nisi secùm domum abiẽs, manus

Cõmunicãtium genus primum.

Quali deuotionipotiùs fœminę, q̃ viri, deditæ.

Ioan. 4.

nus filio imponeret, aut aliud aliquod signum faceret, quo filius saluti redderetur. Ita etiã isti amore correpti sunt venerabilis sacramẽti, quod verum est Dominici corporis inibì verè præsentis signũ: ideoq; ob ipsius desiderium & appetentiam, impatiẽtia laborant & languent, clamantq; tum ad sacerdotem, tum ad Dominũ: Descende Domine in venerabili sacramento in domũ meã, priusq; amore moriar. Isti, quãdiu hic mũdus durat, magnanimi & fidẽtes sunt, nec de magnis peccatis sibi cõscij, & à Domino libertate donati sunt. Quãobrẽ licebit eis, Dominicis atque etiam alijs diebus, quando obtinere poterunt, ad sacramentum accedere. Quod si eis denegatum fuerit, cogitent id Dei fieri voluntate, animoq; attendant & cõmemorent id, quod Dominus Regulo respondit: Vade, filius tuus viuit. Ea em anima, quæ credit, amat, appetitq; venerabile sacramentũ accipere, plena gratia est, & viuit in Deo, & Deus in ea. atque his sese interìm cõsolari debent vt meliùs poterunt. Huius generis homines omes, complexione vel habitudine molles, & natura procliues sunt: quo fit, vt dum orare, aut in Christi humanitate cum amore & delectatione sese exercere volũt, facilè non nunquã, velint nolint, affectu carnali cõmoueantur. Siquidem eorum exercitatio etiamnũ sensualis est, & viuit in carne ac sanguine. Tum verò quo magìs ad sese & corporis inordinatam motionem respiciũt, eo ampliùs hæc increscit, naturamq; inordinatè & ad vitia concitat. Quòd si superare, naturãq; suam in Dei seruitio mundã & incõtaminatam seruare velint, suijpsorum obliti, aspectum suum omem ad eum quem amant, transferant atq; cõuertant: sicq; illius imagine in corpore, anima, sensibus & corde replebũtur: fientq; mundi & casti, & quicquid eis possit esse detrimento, vincent.

Affectui carnali quó & pij quidam obnoxij.

¶De secundo communicantium genere. CAP. XII.

ALterum communicantiũ genus, priori sublimius est: & sunt homines subtiles & intelligẽtes spiritu, & simul etiam natura procliues in libidinem. Cumq; isti Dei gratiam accipiũt, & in ea perseuerãt, sępiùs eis pugnandũ & decertandũ est, eo q; caro sit aduersa spiritui: atq; eã ob rem vitã sibi assumũt & eligunt introuersam, exercentq; se in spiritu coram Deo: sicque tentatiões & motus omnes, in carne & sanguine existentes siue insurgentes, deuitant. Et si maiori fide, spe & fiduꝛia Deo, quàm suis exercitijs aut actionibus innitũtur, in diuino lumine supra ratiõis captum eleuãtur: vbi si in diuino maneãt suspensi ac erecti lumine, magisq; spectent & appetãt quod rationem excedit & est incompræhensibile, quàm quicquid ratiõe appræhendere ac reperire queãt: iam fides eorum perfecta est, & charitas in eo quo oportet fundata est fundo: ipsiq; liberi sunt, & Deum ac veritatem & virtutum omnium radices cognoscũt. Interìm tamen viuit in eis natura, caro & sanguis, & naturæ appetitiões, torpor, desidia, & quascunque priùs senserunt, inordinatæ propensiões. Atquì dum isthæc in se sentiunt & animaduertũt, mox deserũt & contemnunt in seipsis, quicquid Deo & spiritui ipsorũ aduersum est, & quęcũq; eis impediẽto sunt aut officiũt, quo minùs quæ sunt viciniora saluti & perfectiora, prosequãtur: propudiataq; sensualitate, cum fide, deuotiõe, ac humili prece, intrò in spiritu ad Deum præsentẽ confugiũt, sicut & Apostolus fecit, carnis tentatiõe pulsatus. Ibì nanq; Domini spiritus humilibus respõdet precibus, Dei gratiam cũctis vincendis ac debellãdis tentatiõibus sufficere, & quòd in infirmitate virtus perficiatur in cunctis decertantibus, & cum obsecratiõe ad DEVM in suo præsentem spiritu, intrò cõfugientibus. Hoc genus hominum simile est cẽturioni illi, cuius fit mẽtio in Euãgelio, qui spiritu quidem credebat, sed ethnicus erat & incircũcisus corpore. Habuit autem sub se centum milites, ipsius imperio semper parentes: eratq; illi puer vnus paralyticus, malè vexatus, pro cuius curatiõe Dominum rogauit. Respondit autem ei Dominus: Ego veniam, & curabo eum. Et cẽturio: Non sum, ait, dignus Domine, vt intres sub tectũ meũ: sed tãtùm dic verbo, & sanabitur puer meus. Quibus audi tis, gratulabatur Dominus de fide illius: & eadẽ hora sanatus est puer eius. Eundem in modum, quãdiu homines isti impudicas & obscœnas sentiũt naturæ propensiões, & affectum erga libidinem seu corporis voluptatem, tãdiu amor & affectus erga Christi humanitatem velut medio interiecto, præpeditur: atque interìm puer, id est, natura corporea Deo & spiritui suo aduersa est, & malè vexatur à diabolo, eo quòd spiritum cum amore & affectu vel appe-

Gal. 5.

Fides q̃ aut quorũ, qui perfecta sit.

2. Cor. 12.

Matth. 8.

appetentia in Dei cultu ac famulatu sequi detrectet. Dum igitur isthæc perseuerat cõcertatio & pugna, nullo isti de quibus agimus, flagrãt affectuoso venerabilis sacramẽti desiderio vel appetitu, sed dicũt humili corde: Domine, immũdus sum, neque dignus sum, vt sacrosanctum corpus tuum in sacramẽto intret sub tectum sordidi corporis mei: quinetiam omni honore bonis omibus, & omi consolatiõe, quæ homines boni in te experiũtur, indignus sum. Quapropter lugẽdum semper & plorãdum est mihi, & firma fide ambulandum in cõspectu tuo. Et licèt miser, pauper ac desolatus sum, te tamẽ neutiquàm derelinquam: sed clamabo & obsecrabo continenter, donec tua gratia & mea fide seruus meus salutem cõsequatur. Tum verò te laudabo, tibiq; seruiam corpore & anima, & meipso toto; & cunctis viribus meis. Ita nimirùm viuũt homines spiritales alterius generis, DEO illis prioribus gratiores & acceptiores. Nam tametsi infirmi sunt & corporis tentationibus vexantur, etiam sine cõsolationis & dulcedinis diuinæ perceptione, attamen in spiritu pleni sunt fide, deuotiõe & amore diuino. Et quia crebra illis ineunda certamina sunt aduersus dæmones, carnem propriam, & mũdum: efficaci opus habẽt in spiritu alimonia, qua freti, cuncta superẽt. Ea autem est corpus Dominicum in sacramẽto, quod semper accipere debebunt, quotiès vel ex monastici ordinis instituto, vel suo officio, vel aliorum spiritalium hominum, apud quos degunt, bona consuetudine poterunt.

Infirmorũ & tẽtationibus obnoxiorum cõsolatio.

¶ De tertio communicantium genere. CAP. XIII.

Tertij generis boni homines, qui iam ordine sequũtur, præcedẽtibus longè sanctiores sunt, & tã in natura quàm spiritu subleuatiores. Isti sunt homines introuersi, qui per Dei gratiam in sua introuersione subleuato ac libero spiritu ambulant coram facie Dñi, ipso spiritu post se intrò trahẽte cor, animam, & corpus, omesq; vires corporeas. Huius generis homines tum spiritus, tum naturę suę potẽtes sunt: atque ob id veram pacem adepti sunt. Licèt enim interìm in natura impugnentur, citò tamen victores euadunt, eo quòd nulli vitiorum motus in eis perdurare queant. Vera nanq; Dei notitia prædita sunt, id est, tam Diuinitatis quàm humanitatis illius: atque hãc cognitionem in sua quidem introuersione, spiritu imaginibus vacuo, & nudo amore ad Diuinitatis naturam subleuato, exercent: in extrouersione autem, intimo cordis amore, Christi humanitati conformato: quantoq; plùs cognoscũt & amant, tanto ampliùs gustãt & sentiũt: & quo plùs gustant & sentiũt, eo magìs appetũt, desiderãt, quærunt, perscrutãtur & experiuntur, quod corde, anima & spiritu diligũt. Hos non ineptè similes quis dixerit Zachæo illi, cuius apud Lucã mentio fit, cupienti videre Dominum IESVM & quisnam esset, sed non valenti præ turba, eo quòd statura pusillus esset: atque eam ob rem pręcurrenti, & in sycomorum arborem ascendenti, quà IESVS transiturus erat. Quò cùm venisset Dominus, viso homine, dixit ei: Zachæe, festinans descende, quia hodiè in domo tua oportet me manere. Ille verò Dominum excepit gaudens in domum suam, aitq; ad Dominum: Eccè dimidiũ bonorum meorum Domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplũ. Cui Dominus respõdit: Quia hodiè huic domui salus facta est, eo quòd & ipse [spiritu] sit filius Abrahæ. Per fidem nanque ascendẽs, IESVM quem cõcupierat, vidit & cognouit: atq; ex obediẽtia descendens, IESVM cognitum & amatũ humiliter recepit in domum suam: psusaq; liberalitate res suas elargitus est, & iniustè parta, quadruplici restitutiõe dissoluit: sicq; iustificatus est. & hæc illius vita & nomen est, atque ob hoc ipsum sanctus est & beatus, manetq; Christus in eo, & hìc in vita temporaria, & postmodùm in æterna. At nũc animaduertas, quæso, vt illi de quibus antè dixi, istis similes sint. Cupiũt emẽ videre IESVM, quisnam sit: ad quod tamẽ omis ratio & lumẽ omne naturale, nimìs angustum, nimisq; breue & exiguũ est. Anteuertũt igitur & præcurrũt turbas omes, & omnem creaturarum multiplicitatem: atque per fidem & charitatem, in summũ mentis suæ fastigium cõscendũt, vbi spiritus absque imaginibus & impedimẽtis in sua cõsistit libertate, & istic Dominus IESVS in sua diuinitate cõspicitur, cognoscitur & amatur. Semper emẽ illic liberis ac subleuatis spiritibus, in ipsius amore seipsos excedentibus, præsens est, manatq; ac profluit plena cum gratia: sed eorum vnicuilibet ipse dicit, Festinãs descẽde. Præcelsa nãque spiritus libertas, non nisi

Introuersi.

Vera Dei notitia ꝓditi q.

Luc. 19.

cognosci Iesus q possit.

nisi in humili siue ima animi obediẽtia præstare potest. Itaq; DEVM & hominem exaltatum supra omia, & humiliatũ infra omia, me cognoscas & ames oportet: sicq; me gustabis, vbi te supra omia, atque etiam supra teipsam, in me sustulero. Et tunc venire me oportebit in domum tuam, tecumq; & intra te manere & commorari, teq; vicissim mecũ & in me. Hoc verò posteaquàm istiusmodi aliquis agnoscit, gustat & sentit, festinus descẽdit in ingẽtem suijpsius cõtemptionem ac vilipẽsionem, & cum vera vitæ suæ cunctorumq; actuum suorum displicẽtia, corde humili sic dicit: Non sum dignus Domine, sed planè indignus, q gloriosum corpus tuũ in sanctissimo sacramẽto recipiam in vitiosam multisq; peccatis obnoxiam corporis & animæ meæ domum. Sed esto mihi propicius Domine, & miserere miserrimæ vitæ meæ & omniũ culparum ac defectuum meorũ. Donec igitur homines eiuscemodi seipsos, sua vitia & errata, & quantũ adhuc sibi desit cõsiderant: tam diu displicẽt sibijpsis, exercentq; sese in oculis Dei in amoroso timore, humili suî contẽptione, & in spe vera. & quatenùs quidem hoc pacto in sui ex vera humilitate displicẽtiam atq; aspernationem descendũt, hactenùs placẽt Deo, in eiusq; cõspectum vera cũ reuerentia ac veneratione ascendunt. Itaque vita illorum & exercitatio est, intrò se recipere ad Deum, & foràs progredi ad seipsos, id est, introuersio ad Deum, & ad seipsos extrouersio. Introuersio quidem fit libero erectoq; seu subleuato spiritu ad Deum & in Deum, idq; amãti cum veneratione ac reuerentia: Extrouersio autem ad seipsos, displicẽtia est ac nihilipensio suijpsorum, qua quicquid bonorum agunt operum, siue quicquid pati possint intùs & foris, totum nihili ducunt, & nullius putant esse precij apud Deum. Atque inter introspicere & foràs respicere, in seipsis semper suî potẽtes manent, ita vt quodlibet horum, quandocũq; placeat, actitare seu exercere queãt. Aspectus eorũ quo foràs respiciũt, rationalis siue cũ ratione constructus est, fundatus in charitate, pijs exercitijs, bonis moribus, sanctis actionibus, in cunctis ordinatus virtutibus, semperq; ambulans sub aspectu DEI. Quo fit, vt puram ac mundam semper retineãt cõscientiam, crescãtq; iugiter in gratia, & cunctis virtutibus coram Deo & hominibus quibuscũq;. Aspectus autem eorum, quo intrò respiciũt, quãdoque rationalis est, & imaginibus ac modo pręditus: quandoq; ratione superior, & imaginum ac modi expers. Quando rationalis est, etiam desiderabundus est & plenus sapiẽtia. Assistunt emẽ in conspectu charitatis ac bonitatis diuinæ, vbi omis addiscitur sapientia: siquidem veraces, humiles, ac liberi sunt. Ideoq; Christi humanitatem sibi proponẽtes, hunc in modum ei singuli loquuntur: Tu Domine dixisti, Sine me nihil potestis facere. Itemq;: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Rursusq;: Qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinem, in me manet, & ego in eo. Atqui Domine DEVS meus, miser ego peccator sum & indignus esca cælesti, quæ tu ipse es. Et tamẽ ipse peccatori sibi displicenti, & cum dolore & contritione cordis peccata sua confitenti & incusanti, tibiq; verè confitenti, tete reliquisti ac dedisti. Docuisti enim nos, nõ venisse te vocare iustos, sed peccatores, vt agãt pœnitẽtiam, & conuertantur à peccatis suis. Quamobrem pia quadam sumpta audacia ac libertate, meijpsius & omnium culparum siue defectuum meorum in tua misericordia interìm obliuiscor. Tua nãque est illa adhortatio: Venite ad me omes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tu quoque testatus es, panem viuum te esse, qui de cælo descenderit: & ex ipso manducantem, viuere in æternum. Tu itidèm fons viuus es, per Spiritum sanctum nobis ex corde paterno promanãs. Quanto igitur magìs edo Domine, tanto plùs esurio: & quo plùs bibo, hoc sitio ampliùs. neque emẽ te vel absorbere vel cõsumere queo. Sed obsecro te Domine per præstantiã ac dignitatem tuam, vt tu me potiùs absorbeas & consumas, adeò vt tecùm & in te vna efficiar vita, & in tua vita supra modos omnes & exercitia in id quod modinescium est, id est, modinesciam charitatem tuam, vbi tuijpsius & sanctorum omnium beatitudo es, memet excedam. Isthìc emẽ sacramentorum & modorum omniũ, totiusq; sanctitatis fructum reperio. Sed fructus ipse per sacramenta, modos & vitæ sanctimoniã quærendus est. Inuenitur autem sine modo & mensura in æterna ac immensa & infinita charitate. Et ęternò quidem in nobisipsis manebimus: erimusq; beati, probeq; ordinati in modis gloriosis, & singulariter singuli pro modo seu mensura virtutum & charitatis suæ. Supra nosipsos autem Deo perfruemur, & in ipso si-

Qui placeãtur Deo.

Introuersio

Extrouersio.

Aspectus foràs respiciens.

Aspectus intrò respiciens.

Ioan. 15.

Ioan. 6.

Matth. 9.

Matt. 11.

Ioan. 6.

ſine modo ac ſupra rationẽ in infinita ac immenſa charitate, quæ ipſe eſt, viuemus. Quę qui intelligunt, ſicq; viuunt, ſingulis diebus, modò habere poſſint, Chriſti corporis ſacramentum accipere poterũt. Probè nanq; ordinati ſunt, & gratia ac virtutibus pleni in cũctis exercitijs ſuis, idq; tam foràs quàm intrò ſe recipiendo. Et ipſi tertium obtinẽt ordinem, eumq; ſupremum, dignè ac præcellenter cõmunicantium, eorumq; vita & exercitatio in quatuor cõſiſtit. Primum eſt, puritas conſcientiæ à quibuſlibet peccatis grauioribus. Alterum, ſupnaturalis ſcientia & ſapiẽtia, tã intrò quàm foràs aſpiciẽdo, hoc eſt, tum in cõtemplatione, tum actione. Tertium, vera humilitas cordis, voluntatis, & ſpiritus, in moribus, verbis & actionibus. Quartum, mortuum eſſe omni proprietati, videlicet proprietati voluntatis in liberrimam Dei volũtatem, & formis ac imaginibus intellectus inhærẽtibus, in formarum ac imaginum expertem veritatem, quæ Deus ipſe eſt. Nuda ſiquidem mẽtis ſimplicitas, diuinitatis habitatio eſt. Iſthæc quatuor, beatiſſimæ ſemper virginis MARIAE vita fuere & exercitatio, quãdo DEVM ac Dominum noſtrum cõcepit. Fuit em virgo intemerata atque puriſſima, & plena Dei gratia. Fuit itèm in percõtando ac reſpõdendo angelo Gabrieli, à quo veritatem penitùs didicit, ſapiẽtiſſima atque ſcientiſſima. Fuit etiam ex ipſo fundo humilima, & hoc ipſo Dei filium è cælis in hanc miſeriæ vallem attraxit. Denique voluntati ſuæ propriæ penitùs emortua fuit. Vndè ait: Eccè ancilla Domini, cuius voluntas mihi eſt optatiſſima, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Quod cùm audiſſet Spirituſſanctus, intãtùm reſpõſio hęc diuinæ arriſit charitati, vt nobis DEI filium mitteret in glorioſę virginis aulam, per quẽ ab omni languore liberati ſumus. Agè animaduerte iam & diſce ab hac ſacratiſſima virgine, quæ licèt præ creaturis omibus electa eſſet in Dei genitricem, & cæli ac terræ reginam: attamẽ elegit eſſe ancilla Dei & totius mundi. Atq; ea re poſteaquàm Dominũ conceperat, abijt in montana cum feſtinatiõe tanquàm humilis ancilla, officioſè ſeruitura S. Elizabeth matri præcurſoris Domini, donec eum pareret. Ipſe itidèm filius eius Dominus noſter IESVS Chriſtus Deus & homo, cõſecraturus ſanctiſſimum ſacramẽtum, daturusq; diſcipulis ſuis, & per ſeipſum accepturus, linteo præcinxit ſe, & flexis genibus coram diſcipulis ſuis, pedes eorum lauit, & linteo terſit, aitq; ad eos: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis, atque inuicèm ſeruiatis. Vndè qui in Monaſticis ordinibus degunt, quãtumuis ſublimiter cõtemplentur aut viuant, etiam ſi quotidiè Chriſti corpus accipiãt, ſi qua eis demãdentur officia, aut in prelatos eligãtur, ita vt cõmunitati ſeruire cogãtur in ijs quæ vtilia ſint, & abſque peccato fieri queãt, in his libẽter atq; amanter obedire debẽt. Et licèt dum ſe intrò recipere aut orare volunt, impedimẽta & imagines ex rebus ſibi cõmiſſis, quasq; expedire & curare habẽt, ſentiãt, ſintq; ſoliciti, p rebus externis ad cõmunitatẽ pertinẽtibus: at tamẽ propter omia minimè deſiſtere, nec ſua reſignare officia, nec ſeipſos exonerare debẽt, ſed obedire ad mortem vſque Deo & Prælatis ac cœnobio ſeu cõuentui ſuo: idq; in omnibus rebus bonis ac honeſtis ac vtilibus cõmunitati, quãdiu in ſui introuerſione erga DEVM amorem, timorem ac reuerẽtiam retinuerint, & in ſui extrouerſione ſeſe cõtempſerint ac nihilipẽderint. Quicquid enim vel agere vel pati potuerint, id omẽ ex vera humilitate paruipendẽt, nec aliquo in precio habebunt: & tũ cœnobium inhabitãtibus ſiue cõuentui, tum cæteris hominibus mites, hilares, pios, liberales, & promptos ac paratos ſingulis, diſcretè tamẽ ſiue diſcriminatim, in cuiuſque neceſſitate in vera pace ſe præbebũt. Iſta qui obſeruãt, ſiue prælati ſint, ſiue ſubditi, quotiès volẽt ſemper eis, vt antè ſolebãt, ad venerabile ſacramẽtum licebit accedere. Etem iam ipſius Domini Saluatoris vitæ, ſcripturisq; diuinis & excellẽtiſſimis ſanctis, quàm antè, ſimiliores ſunt, habentq; radicem veræ cõtemplatiõis & actionis cunctis in virtutibus. Quod idem etiam de qbuſlibet alijs, extra Monaſticos ordines degẽtibus, accipi velim, ſi ſui introuerſionẽ ac vnitatẽ ſeruẽt in Deo, atq; per charitatis officia & actiones, ad ſuos proximos modis omnibus quibus illi indigẽt, ſeſe foràs recipiãt. Tales omes excellẽtiores, ſublimiores, & Domino IESV viciniores atque ſimiliores ſunt, quàm illi qui ſoli cõtemplationi & introuerſioni vacant, abſque ſui extrouerſione per charitatis opera, ſi tamẽ ſui iuris vel ſui compotes ſint, & proximi in ſua neceſſitate ipſorum indigeãt opera. Quiſquis autem ſoli vult vacare contẽplationi, & proximũ in ipſius neceſſitate deſerit, nunq; ſui introuerſionẽ aut vitam con-

Quibus in quatuor, quorum vita cõſiſtat.

Diuinitatis habitatio quid.

Qualis Mariæ vita & exercitium.

Luc. 1.

Ioan. 13.

An contemplãdi gratia actio renuenda.

Hic notat author hæreticos ſui tẽporis, qui liberi ſpiritu dicebant, & perniciofo vacabant ocio, à vera cõtẽplatiõe remotiſſimi

contemplatiuam adeptus eſt, ſed in tota vitæ ſuæ ratione miſerè deceptus ac euerſus eſt. Cuius farinæ homines, præ omnibus maximè cauendi ſunt.

¶De quarto communicantium genere. CAP. XIIII.

QVARTO iam loco ſequitur hominum ſpiritalium dignè communicantium genus quartum: qui ſunt homines bonæ voluntatis, & abſque fictione Dei honorem & propriam ſpectant ſalutem, ſtudentque ſuum ſeruare ordinem, & canonem monaſticum, ac inſtituta & conſuetudines, quas audierunt, ſcriptasque inueniunt à patribus præcedẽtibus, qui Monaſticos ordines verbis & actibus fundãrunt ac inſtituerũt: verbi gratia, vt ſe habere debeant in choro, in capitulo, in refectorio, in dormitorio, in valetudinario ſeu domo infirmorum: item ſilendo, loquendo, ieiunando, edendo, & in accipiendis (vt vocãt) diſciplinis. ſicque ſani & infirmi ſemper ſecundum ſtatuta ſeu canonem ſuum & naturæ vires, ſicut recta dictat ratio ac vera diſcretio, ſeſe gerũt, atq; ex humili obedientia omni propriæ renunciant volũtati: & dum incolumes ſunt, ſemper boni quippiam exercent: dum autem aduerſa laborant valetudine, manſuetudinem ac patientiam retinẽt: ſemper denique decertant, & carnem ac ſanguinem, & quicquid mundi eſt, ſuperant. Qui quidem generalis eſt bonorum omnium, tam monachorum quàm monialium; canon ſiue regula. Iſti verò vbi ſeſe neglexerint, & exceſſerint vel agendo, vel omittẽdo plùs minúsve, & quouis alio modo, quicquid conſcientia peccatum eſſe teſtabitur & accuſabit, id humiliter querentur, & cum dolore & contritione cordis ſacerdoti ſuo confitebuntur, & pro illius arbitrio agent pœnitentiam, confidentq; ſatis Deo ſuo. ſicq; ſuper Dei miſericordia ac benignitate, fidẽter hoc ſacratiſſimum accipient ſacramẽtum, quotiès ex ordine datur, aut ex bona conſuetudine id percipere ſolent. Cæteri homines ſpiritales extra Monaſticos ordines conſtituti, & in bonis exercitijs, putà ieiunijs, feſtorum celebratiõibus, cunctisq; alijs bonorum Chriſtianorũ obſeruandis inſtitutis ac conſtitutionibus, Deo & ſanctæ Eccleſiæ ac Superioribus ſuis pro viribus & rectæ rationis iudicio ſeu vera diſcretione obtemperantes, itidèm Domini venerabile corpus ex ſui ſacerdotis conſilio, iuxta morẽ loci, in quo degunt, accipient.

¶De quinto communicantium genere. CAP. XV.

SEQVITVR hinc quintum communicantiũ genus, qui ſunt homines curioſi, ſibijpſis placentes in eo, quòd ſibi præ cęteris mortalibus iuſti & ſancti, ſubtilesq; & acuti, ac ſapientes tam agendo quàm omittendo, videntur. qui cùm diuinæ ſint illuminationis expertes, ſeſe & actus ſuos magnipendunt. Vtplurimùm autem foris apparentia propriæ voluntatis ſectantur inſtituta: cupiunt enim videri ſancti, & tales ſe haberi appetunt, atque præ cæteris in confitendo & cõmunicando quibũſdam priuilegijs gaudere volunt. Et ſi cui plus fiat quàm ipſis, id indignè ferunt, atq; mœrore contrahuntur. Putãt em ſe iniuria affici, dum quis alius ipſis præfertur. Sunt nãq; animo triſti & amaro, nec ſe attingi patiũtur: & vt delectantur laudibus ac honore, ita inuiti & ægrè admodùm humiliari ac deprimi ſe ferunt. Perquàm gratum eſt eis, vocari ſanctos & honore ac naturæ cõmodis affici: ſed nulla de re aut doceri, aut dirigi, aut reprehendi volunt: quin potiùs ipſi eos omes, qui ſe eis adiungunt, docere, dirigere, ac obiurgare conantur. Et licèt in templo, legendo, orando, genua flectendo, ac alios ſpecioſos præ ſe geſtus ac inſtituta ferendo, ſtudioſos diligentesq; ſe exhibeant: atqui dum domũ reuertuntur, nequam ſunt & aſperi, rixisq; & iurgijs dediti, nec pacificè ſeſe gerere nõrunt erga famulos ſuos, & alios quibuſcũ viuunt. Ac nihilominùs ad ſanctiſſimũ ſacramentum ſæpiùs audacter & fidenter accedunt. Quicquid enim agunt, rectè factum arbitrantur, aut certè minimo eſſe vitio obnoxiũ, vel aliorũ apud quos degunt, culpa perpetratum. quãdiu igitur ſibijpſis placẽt, adhuc ſpiritu ſuperbi ſunt, & vitia ex hac radice naſcentia haud facilè noſſe queunt, eo quòd ſe bonis omibus dignos, & nuſquam non rectè ſentire credunt. Et quanuis hæc, ob crebras quas faciunt confeſſiones & ignorantiã ſuam, à mortiferis forſitan poſſint excuſari peccatis: attamen vita eorum admodùm periculoſa eſt. vndè in confeſſione ſæpiùs eis reſiſtendum eſt, ipſiq; de ſuperbia ob-

Curioſorũ & ſibi placẽtium deſcriptio.

obiurgandi & castigãdi, dicendumq; eis cum veritate hunc in modũ: Cum timore super diuina misericordia, præstari vobis poterit venerabile sacramentum in solennitatibus, ne vel desperare, vel impatientes reddi vos cõtingat. Qui si humiles ac mansueti essetis, semp vobis Christum edere, in ipsoq; viuere & crescere, & in cunctis proficere virtutibus liceret.

¶De sexto communicantium genere. CAP. XVI.

SEXTVM porrò genus eorum, quibus venerabile sacramentum accipere licet, generaliter omnes illi sunt, qui Deum propriamq; salutem intantùm diligunt, vt spõtè scientesq; animo deliberato nunquã peccatũ mortale perpetrare velint: statuantq;, ob timorem & amorem DEI ac salutis suæ, DEI & ECCLESIAE seruare præcepta, idq; in agendo ac omittendo, & in alijs omibus quæ iure ac necessariò exigũtur: & semel in anno, putà circa Paschæ solennitatem, citra fictionem peccata sua omnia parua & magna, quẽadmodùm ea cõmiserint, iuxta oẽm modum quo obligati sunt, poteruntque cognoscere, sacerdoti suo confiteri velint, eodemq; tempore iuxta Ecclesiæ decretum & bonorum Christianorum consuetudinem, sacrosanctum percipere corpus Christi: proponantq; libenter obedire semper, & ob peccata sua agere pœnitentiam pro sacerdotis sui volũtate, & modo culparum ac malefactorum suorum. Qui sic viuũt, commune calcant iter, quo tenditur in cælum: estq; necessariò tenẽdum Christianis omibus seruari volentibus, & tamen cum graui pœnitentia, vel diris Purgatorij cruciamentis.

¶De septimo hominum genere, quod complectitur malos omnes, quibus communio deneganda est. CAP. XVII.

SEptimum locum omes illi occupãt, quos Deus vilipendit ac aspernatur: quibus, nisi per pœnitẽtiam resipiscant & cõuertãtur, neque in vita, neque in morte Christi sacramentum est ministrãdum. Huius generis primi sunt, Ethnici & Iudæi, & natiões omes Christianæ fidei expertes. Alij sunt improbi Christiani, Christũ blasphemãtes & cõtemptui habẽtes, eiusq; sacramẽta nihili pendẽtes, seu indè indignè sentiẽtes, vel credere nolentes Christi carnem & sanguinem in hoc dignissimo cõtineri altaris sacramento. Qui omes damnati sunt. At tamẽ incidentes cogitatiões ac tentationes, absque voluntatis cõsensu, cum gratia subsistere queunt. Sed per fidem decertãdum ac vincẽdum est, & præmium nobis, nõ damnationem, comparabimus: quanquàm sanctius, facilius & melius est, absque dolore, cõtentione & certamine, supra rationẽ simpliciter in fide ambulare. Cæterùm alios quosdam impios ac diabolicos inuenire homines est, qui sese Christũ aut DEVM esse affirmẽt, suasq; manus fecisse cælum & terram, & è suis manibus pẽdere hæc ipsa, id est, cælum & terram, & cætera omia, seq; vltra omia Ecclesiæ sacramẽta subleuatos esse, nec ijs se habere opus, immò nec velle se ea. Ordines autem & cõstitutiones ac iustituta Ecclesiæ, & quicquid sancti Patres in membranis descripserunt, habẽt pro nihilo ac aspernanẽ: suam verò impiã hæresim, ac vitã nulla instituta vel modos tenẽtem, & beluinas cõsuetudines à se excogitatas & inuẽtas, admodùm sanctas & eximias arbitrãtur. Et tamen timorẽ amoremq; Dei ex sese repulerũt, & boni ac mali cognitionem omnem respuunt. Quiddam autem modinescium supra rationem intra se inuenerũt, hancq; opinionẽ prorsus imbiberũt, in extremo iudicij die omes creaturas rationales tam malas quàm bonas, angelos ac dęmones, in vnam quãdam modi expertem essentiam trãsituros: & hãc essentiã, DEVM esse aiunt ex ipsa natura beatum, sed sine cognitiõe ac volũtate. Qua quidem opiniõe nulla vnquàm ab ipso mũdi exordio vel stolidior vel peruersior comperta est. Et tamẽ in his atque id genus aliis perplures fallũtur ac euertũtur etiam ex his qui spiritales vidẽtur, cùm sint reuerà ipsis dæmonibus peiores. Quæ em ipsi affirmãt, ijs Ethnici, Iudæi, natura, lex, ratio, scriptura omis de bonis ac malis angelis, & etiam verba & actus cõtradicunt. Siquidem catholica fides nos instituit, DEVM esse Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate: eiusq; naturam esse, cognoscere & amare seipsum, & in seipso frui semetipso: atque hæc tria esse in eo incommutabilia & æterna, absque vllo vel principio vel fine. Idem autem ipse in seipso creaturarum omnium modus, ordo, & speculũ est: & ad suum exemplar fecit omnia in ordine, modo,

Eorũ qbus negãda communio, catalogus.

Hæreticorũ graphica descriptio.

Trinitas quõ catholicè prędicãda aut credenda.

modo, pondere & mensura. sicq; ipse est in omnibus, & omnia in ipso. Quam autem vitam nos in eo habemus per ideã, ea vnũ est cum illo, & naturaliter beata. Sed præter hãc alia nobis cum angelis communis est vita, & ipsa creata à Deo ex nihilo, semperq; mansura: & hęc non potest esse beata ex natura, fieri tamen potest vt per Dei gratiam beata efficiatur, si nos gratiam cõsequamur, videlicet fidem, spem, cognitionem & amorem: quibus adeptis, virtutes Deo placitas actitamus: atque ità attollimur supra nosipsos, & vnimur Deo. At tamen nulla vnquàm creatura fit Deus. Sic etiam cælestes & angelici spiritus non ita conditi fuere, vt essent ex natura beati: sed quicquid habebant, ex Dei consecuti sunt gratia: quiq; sese conuertebant ad Deum amando & cognoscẽdo: beati effecti sunt, ac firmiter stabiliti siue stabiliter confirmati & vniti Deo in sempiterna fruitione. Neque tamen fiebant Deus, sed nec vnquàm fieri poterunt, sed manent perpetìm in conspectu Dei, quilibet singulatìm atque discriminatìm in suo statu ac ordine, quem accepêre diuinitùs in natura, in gratia, in gloria, & per sua ipsorum merita: atque ita æternò manebunt, & nos cum illis omnibus cognoscentes, amantes, gratias ac laudes agentes, & supra hæc omnia Deo perfruentes, singuli in suo statu ac ordine, vnà cum ijsipsis angelicis spiritibus, quatenùs digni erimus, atque hîc per virtutes meriti fuerimus. Indè est q̃ ipse Dominus ait, Angelos nostros in cælis semper videre faciem Patris sui qui in cælis est. Sicut autẽ boni angeli sese conuertẽrũt ad Deũ, & beati effecti sunt: ita improbi spiritus à Deo auersi, ad seipsos cum superbia sese conuertẽrunt, vanè ac inaniter sibi placentes in nobilitate ac pulchritudine, quam Dominus naturæ eorũ indiderat: spreueruntq; gratiam & conuersionem ad Deum: itaq; mox condemnati, ex cælo præcipites corruerunt in tenebras execrabiles, vbi in omnem permanebunt ęternitatem. & tamen quibusuis dæmonibus peiores sunt homines ficti, hypocritæ, perfidi, qui Deum & eius gratiam, atque sanctam Ecclesiam & cuncta eius sacramẽta, itemq; sacrã scripturam & omnia virtutum exercitia contẽnunt, aiuntq; se supra modos omes viuere absq; modo siue modinescios, adeoq; se iam ociosos esse, vt erãt necdum creati: nec habere se cognitionem, amorem, volũtatem, desiderium, aut vlla virtutum exercitia, sed esse ab omnibus absolutos. Et quia absque conscientiæ repræhensione & sine timore peccare, ac fœda & spurca perpetrare vitia volunt, aiunt insupèr in iudicij die bonos malosq; spiritus, homines improbos ac pios, simul omnes in simplicem diuinitatis substantiam trãsferendos esse, atque in ea cunctos essentialem futuros esse beatitudinem absq; cognitione & amore DEI: atque post hæc Deum neq; seipsum, neq; creaturã vllam aut cognoscituruṁ, aut amore prosequuturum. Qui nimirùm impijssimus abusus, & sceleratissima atque amẽtissima perfidia est, quæ vnquàm vsquã extiterit. Istis igitur neq; viuentibus neque moriẽtibus, Christi venerabile sacramentum prestandum est, neque ipsi apud Christianos sepeliendi: iure autem ad stipites astricti, viui flammis exurendi forent, cùm sint diuino iudicio condemnati, pertineantq; ad Tartari puteũ, longè infra dæmones demergendi. Præter hos quicunq; in mortiferis viuunt peccatis, mundumq; sectãtur, vitam agendo bestialem absq; timore & amore & reuerentia erga Deum, & neque Deo, neq; Ecclesiæ, neq; Christianæ religionis legibus obtemperant, isti omes ad hoc sacramẽtum accedere nõ debẽt, sicut nec superbi, & qui suos opprimũt proximos, itemq; auari, tenaces nimiùm, immisericordes, iracũdi, inuidi, torui, asperi, scelerati, maledici, criminatores, iurare assueti, pugnaces, fœneratores, ad omne malum parati, astuti, veteratores, impostores, malorũ incentores, fallaces ac infidi in omnibus, desides ac torpidi, & ad virtutes omnes plũbei: agiles autem & assidui, veloces ac feruidi ad vitia, gulosi quoque & comessationibus dediti instar porcorũ, & manè ac serò ebrij, in potando ac edendo assidui, & pro Deo suum colentes vẽtrem, qui sunt ludus dæmonũ, qui se totos absq; modo cibo & potu farciunt, atque eamobrem rarò quicquam in eis potest lucrifieri. Ex eiuscemodi nanq; edẽdi ac potãdi intemperantia vita nascitur luxuriosa, quæ est, corporis explere voluptates verbis, actibus, gestibusq;: cui qui se tradiderunt, vasa dæmonum sunt & vitiorum mãcipia, quibus immundi spiritus iure dominãtur. Tota hæc malorum hominũ caterua, diuinæ gratiæ expers est: neq; eis ministrãdum est hoc sacramentum, quãdoquidem omnis eorum vita periculis plena est: nisi cum animi dolore ac pœnitẽtia resipiscant, & conuersi ad Dominum, illius quærant gratiam. Dei nanq; gratia parata est omni-

Angelos ex gra, nõ natura, quod habẽt, habere.

Mat. 18.

Dæmonibus peiores qui.

Qui grauis dæmonibus damnandi.

ab altaris sacro repellẽdorũ catalogus.

Dæmonum vasa.

omnibus, prauos mores suaq; malefacta corrigere volétibus. Vndè cùm peccator quispiam cõuertitur, & sua peccata sacerdoti cõfitetur & accusat, paratus agere pœnitétiam, hũc vtique recipit Deus, & sacerdos cũ angelis & sanctis de eius pœnitétia exultãs, etiã quouis anni tempore ei sacramẽtum præbebit. Qui verò absque sui agnitiõe, absque cõuersione & pœnitétia siue contritiõe in sua manent malitia obstinati, illis neque viuis neque moriẽtibus hoc præstãdum est sacramẽtum, nec ipsi Christianorum digni sunt habẽdi sepultura. Quãdiu em quispiam in improba perseuerat volũtate, nec se peccasse dolet: nec ipse summus Pontifex, neque cæteri sacerdotes omnes eum possunt absoluere: & si sic moritur, certa eum manet damnatio. Cæterùm quosdam inuenire licet homines bonæ ac satìs temperatæ naturæ & complexionis vel habitudinis, animo hilares & iucundos, itemq; pios, liberales ac misericordes, sanguine feruentes, & q̃ facilè incitẽtur ac permoueãtur ad DEVM, pro qualitate eorum, quibus eos adesse cõtigerit. Atq; istiusmodi sæpè in diuersa eaq; grauia peccata labũtur. Verùm dum ab hominibus bonis boni quippiam vel cernunt, vel audiunt, facilè ob sua peccata timore & anxietate corripiũtur, atque cũ dolore cõuertuntur ad agẽdam pœnitẽtiam. Quidam alij vel aduersa valetudine, vel mortis metu ad suũ cognitionem adducũtur. Alij verò temporibus statutis, putà in Ieiunio Quadragesimali per conciones aut alia cõsueta pœnitẽtiæ exercitia, quibus tum cõmuniter in Ecclesia vacatur, intùs cordis cõtritiõe & peccatorum suorum agnitiõe cõpunguntur, Deiq; gratiæ obtemperantes, peccata sua accusant & cõfitẽtur, cupiũtq; tum Deo, tum Ecclesiæ sanctæ, cũctisq; hominibus pro sua facultate satisfacere: atque per hæc vnius cùm Deo efficiũtur volũtatis, licebitq; eis super diuina misericordia sacramẽtum percipere. Et licèt sæpiùs cadãt, semper tamẽ facilè monẽtur, citiusq; resurgũt, quàm alij ex natura nequam, truces & asperi: & dum in bono persistũt, maiorem faciũt in gratia & virtutibus profectum, quàm alij immisericordes & naturæ malè affectæ. Ad hæc quicũq; in Quadragesimæ Ieiunio pro bona cõsuetudine absque simulatiõe peccata sua cum dolore seu cõtritione cordis cõfitentur, & à sacerdote suo impositam sibi pœnitẽtiæ mulctam recipiũt, atque deinceps in agẽdo ac omittẽdo secũdum Dei volũtatem, veramq; tum Dei, tum proximi charitatem viuere cõcupiscũt ac statuunt, isti omẽs Paschatis tempore ex cõsilio sacerdotis sui vera cum humilitate corporis ac animæ, dñm DEVM, de illius cõsisi misericordia, sumere debẽt. Ad extremum quotquot in mũdo sunt aut viuũt homines seculares, in eiuscemodi vitæ genere vel statu, qui à Deo & sancta Ecclesia nõ discordet, sunt tam bona prædíti voluntate, quòd ex Dei gratia perseuerãt in bono, & à grauibus sese cõtinent vitijs, ita vt siue in matrimonio, siue extra, siue in officijs mechanicis, aut seruitijs degãt, siue emãt, siue vendãt, seu quauis alia licita ratione, putà vel laborando manibus suis, vel iusta exercẽdo mercimonia, victũ sibi parent, & se suosq; sustentẽt: nusquàm quẽquam spõtè ac sciẽtes fallere, nõ mentiri cuiquam, non aliena tollere aut detinere, sed in omẽbus veritatem & iustitiã colere ac sectari, secundum Dei præcepta intẽtionem vitamque suam dirigere, neminem odire, nulli inuidere, auersari neminẽ, sed faciles, benignos, misericordes singulis quibusq; sua indigẽtibus opera se prębere, libẽter Missæ sacrum & cõciones auscultare, timorẽ, reuerẽtiam & amorem erga DEVM cunctosq; homines bonos exhibere, peccata sua sacerdoti humiliter cõfiteri & cõqueri, & in agẽda pœnitẽtia & omnibus rebus bonis obtemperare velint: huius, inquam, generis quotquot in mũdo viuũt homines, tãetsi multipliciter occupati sunt rebus externis, p vitæ necessarijs sibi suisq; acquirendis, aut in pauperum vsus impertiẽdis, nihilo minùs de Dei cõfisi misericordia, venerandum Eucharistiæ sacramẽtum semper in solennitatibus, si desiderẽt, fidenter accipere poterunt. Nam quãuis sæpiùs in quotidianas cadant culpas, attamen pro viribus bonæ sunt homines bonæ voluntatis, & iusti in omnibus. Sed hîc seriò animaduertas velim, quinam sint homines bonæ voluntatis, quibusq; sit vna cum Deo voluntas in agendo, omittendo, patiendo. Bonitas voluntatis ex ipso Spiritusancto nascitur, efficiturq;: ideoq; bona voluntas viuidum ac voluntarium est instrumentum, quo Deus, quicquid vult operatur. Bonitas voluntatis in homine, bona infusaq; charitas est, qua is Deum & virtutes omẽs colit & exercet. Bonitas voluntatis nostræ, Dei gratia est, & supernaturalis vita nostra, qua nos decertamus & vitijs omnibus reddimur superiores. Bona vo-

Quẽ ne sũmus qdem põtifex absoluere queat.

Bonæ volũtatis q̃ sint.

voluntas diuinæ cõiuncta gratiæ, liberos nos efficit, atque supra nosipsos nos eleuãs, Deo in vita contemplatiua coniungit & vnit: Bona voluntas in sui ad Deum introuersione spiritus est, æterno amore coronatus: dumq; se foràs recipit, bonarum omniũ externarum actionum suarum domina est: ipsaq; adeò Dei regnum est, in quo Deus per gratiam regnat: habetq; in se charitatem, id est, Dei amorem, & supra se beata est ac vnita Deo, atque per ipsam nos vitijs morimur, & vitam virtutibus ornatam obtinemus, & in ipsa denique pacem habemus ab omnibus. Cumq; ita viuimus, quotiès volemus, Dominum Deum nostrum suscipere nobis licebit siue in sacramento, siue per amorem in spiritu.

Voluntatis bonæ laus.

¶De tertia, id est, contemplatiua vita: & primò de spiritali ac viuida vita, quæ intra nos est. CAP. XVIII.

CAETERVM quosdam inueniri licet, qui supra omnia virtutũ exercitia, in seipsis sentiant & experiantur vitalem quandã vitam, id est, simul coniunctam creatam cum increata vita, id est, Deum & creaturã. Vbi sciẽdum est, vitam quandam æternam nos habere in diuinæ sapientiæ exemplari: Atque hæc vita semper manet in Patre, emanatq; cum Filio, & in eãdem naturã cum Sanctospiritu reflectitur: & ita æternò nos viuimus in nostro sanctæ Trinitatis ac Paternæ Vnitatis exemplari. Hinc verò creatam quandam habemus vitam, ex eadem sapientia manantem, in qua Deus suã potentiam, sapiẽtiam ac bonitatem cognoscit. & hæc illius imago est, per quam viuit in nobis. Porrò ex eius imagine vita nostra tres habet proprietates, quibus ipsius, quã suscepimus, imagini similes sumus. Etem essentia nostra semper viuit, intuetur, ac propendet in creatæ substantiæ nostræ originẽ, vbi nos viuimus ex Deo, ad Deũ, & in Deo, & Deus in nobis. Quę nimirũ vitalis vita est, & in nobis oĩbus inest essentialiter & ex nuda natura. Est nanq; supra spem, fidẽ, gratiã, & cuncta virtutũ exercitia: atque eamobrem illius Essentia, vita, Actio vnum sunt. Latet autem hæc vita in Deo, & in substãtia animæ nostræ. Et quia in nobis omibus ex natura inest, quidam eam etiã absque gratia, absque fide, & sine vlla virtutum exercitatione possunt intellectu vtcũque apprẽhendere. Qui quidem sunt homines ocio dediti, atque in seipsos introgressi seu introuersi, supra imagines sensitiuas in nudam suæ essentiæ simplicitatem, illicq; se beatos & sanctos, quidam etiam Deum se esse autumant: neque quicquam alicuius pensi habent, siue bonũ sit, siue malum, modò se formis & imaginibus denudare, & in nudo essentiæ suæ ocio inuenire ac possidere queant. Hi planè homines sunt fallaces, perfidi ac infideles, de quibus suprà diximus in septimo hominum genere, illis præbendũ non esse venerabile sacramentum, eo quòd omninò euersi ac decepti sint, & tum à Deo, tum ab Ecclesia sancta damnati ac maledicti. Sed vt ad institutum reuertamur, agè iam oculis supra rationem cunctaque virtutum exercitia leuatis, amanti spiritu & intentæ acie vitalem cõtemplare vitam, omnis vitæ totiusque sanctimoniæ causam & originem. Quæ quidem nostro se offert aspectui velut diuitiarũ Dei abyssus gloriosa, & tanquàm fons viuus, vbi nos cum Deo vnitos sentimus, in oẽs nostras emanãs vires cum gratia multimodisq; donis, & singulatìm in singulos pro cuiusque indigentia ac dignitate. In hoc vitalis vitæ fonte omnes quidem Deo vniti sumus, sed in gratiæ eius riuulis distinguimur atq; discernimur, accipimusq; discriminatìm singuli, quod ad quosque pertinet. Quanquã nihilominùs singulariter semper vniti coniũctiq; manemus tum charitatis, tum humanæ naturæ copula: atq; super omia in viuida illa vita, vbi omnes Deo vniti sumus. Quam autem nos cum Deo vnionem habemus, ea ratione ac sensibus superior est: illicq; vnus spiritus & vita vna cũ Deo sumus. Hãc vitam nemo cernere, inuenire, aut possidere potest, nisi qui per amorem & Dei gratiam sibijpsi in vitalem vitam mortuus sit, & in illo fonte baptizatus, & in diuina libertate natus denuò è spiritu Dei, semper intùs manens, & in viuida hac vita vnitus Deo, atque per amoris eius opulentiam ac plenitudinẽ iugiter sese renouans, emanansq; cum gratia ad virtutũ omnium exercitia & actiones. Hęc nimirùm æterna cælestisq; vita est, nata è Spiritusancto, semperq; mutuo inter Deum & nos amore renouatur: siquidẽ Dei actio seu operatio perpetua est in ociosa quiete animæ nostræ: atque omnes nos vitam habemus æternam cum Filio in Patre, eademq; vita manat ac nascitur cum Filio è Patre, & ipsam Filius cum Patre ex omẽ

Vitalis vitã quæ.

Qua in re vniamur omnes, quãve distinguamur.

omni æternitate cognouit & amauit in Spiritusancto: sicq; viuidam, eamq; ante rerũ omnium creationem, æternam habemus vitam in DEO: & ex hac vitali vita, creauit nos DEVS, non tñ de ipsa vita, nec de sua substãtia, sed ex nihilo: nostraq; creata vita, in sua æterna, quam in DEO habemus, vita depẽdet, tanquã in æterna causa sua, quæ ex natura ipsi DEO propria est. Itaq; creata vita nostra, quodammodò vnum est cum illa, quam in DEO habemus, vita: ęterna autem, quę nobis in DEO est vita, citra medium, vnum est cum DEO: quippe qui exemplar est omnium ab ipso cõditorum, itemq; causa creaturarum omnium, cognoscitq; vno intuitu seipsum & omnia. Quicquid autẽ in sapiẽtiæ suæ speculo discriminatim in formis & imaginibus, in ratiõe & ordine cognoscit, id omne veritas & vita est: & hæc ipsa, ipsemet est: quandoquidem nihil est in DEO, nisi illius natura: at nihilominùs omnia in ipso sunt absque seipsis, tanquàm in propria causa sua. Vndè sanctus ait Ioannes Euangelista: Quod factum est, in ipso vita erat: quæ vita ipsemet est. Atque omnes nos supra creatam essentiam nostram, æternam quidem in DEO, ceu viuida causa nostra, qui nos de nihilo creauit, vitam habemus: nõ tamen DEVS sumus, neque nosipsos fecimus, neq; etiam ex DEO naturaliter emanauimus: sed quia ab omni æternitate DEVS nos cognouit & voluit in semetipso, ideò creauit nos nõ ex natura, neque vlla adactus necessitate, sed pro suæ arbitrio voluntatis. Cognoscit enim omnia, & quicquid vult, potest in cælo & in terra: & ipse nostra lux & veritas est, manifestatq; sese in supremo creatæ essentiæ nostræ: & mentem quidem nostram in puritatem, spiritum autem in diuinam libertatem, & intellectum in imaginum expertem erigit ac sustollit nuditatem: illustransque nos æterna sapientia, in immensam ac infinitam opulentiam suam nos aciem intendere & cõtemplari docet: vbi planè vita est sine labore in totius fonte pietatis, vbi plena cum satietate gustatur & sentitur æterna beatitudo absque vllo fastidioso ocio. Agè igitur transcẽdamus & excedamus cuncta labẽtia ac temporaria, & in amore exultare poterimus: siquidem vita nobis ęterna parata est. In ipso quidem mundi exordio cùm primum hominem in nostra natura cõdere vellet DEVS, in personarum Trinitate sic ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. DEVS autem spiritus est: illius dicere, eius cognoscere est: illius operari, eius velle est: & quicquid vult, potest: omnisq; eius actio, gratiosa est ac benè ordinata. Creauit autem cuiuslibet hominis animam ceu viuum quoddam speculum, cui naturæ suæ impressit imaginem, atque ita viuit ipse nobis impressus, & nos illi Etenim creata vita nostra, vnum est quodammodò cum imagine illa & vita, quam ab æterno habemus in DEO, & hæc sine medio vnum est cum DEO. Viuit em̃ ingenita cum Filio in Patris substantia, & gignitur ex Patre cum Filio, atque ex his ambobus emanat vnà cum Spiritusancto: sicq; nos æternò viuimus in DEO, & Deus in nobis. Creata nãque vita nostra in æterna viuit idea seu forma nostra, quam habemus in Filio Dei: & ipsa æterna idea seu forma nostra, vnum est cum DEI sapientia, viuitq; in creata essentia nostra. Atque eam ob rem ęterna Filij generatio, & Sancti spiritus emanatio, semper absque intermissiõe in animæ nostræ nuditate renouatur. Deus nãque ex omni æternitate nos cognouit, dilexit, vocauit & elegit. Quòd si nos eum vicissim cognoscere, amare, & eligere velimus, iam sancti ac beati & æternò electi sumus: & ipse Pater noster cælestis, in supremo animæ nostræ suam nobis ostendet diuinam claritatem: quandoquidem regnum illius sumus, & ipse commoratur & regnat in nobis. Atque vt sol iste visibilis radijs suis totum hunc mundum perfundit, illuminat, & fœcundum reddit: ita etiam Dei claritudo regnans in supremo mẽtis nostræ, in omnes vires nostras, micantes ac splendidos diffundit radios, id est, dona diuina, putà scientiam, sapientiã, dilucidũ intellectũ, rationalem cõsiderationem, discretionemq; cunctis in virtutibus: quibus omnibus Dei in animabus nostris regnum exornatur. Charitas autem immẽsa, quę Deus ipse est, in spiritus nostri puritate tanquàm ardentium prunarum incendium regnat, emittitq; ex sese micantes quasdam ardentesq; scintillas, quæ feruẽtiori amore cor, sensus, volũtatem, affectum, & omnes animæ vires suo cõtactu inflammãt, quãdam in eis modinesciæ charitatis tempestatem, impetum, insaniam, ac impatiẽtiam excitãtes. Et hæc ea arma sunt, quibus aduersus reuerẽdam ac voracissimam Dei certamus charitatem, omnes amantes spiritus in seipsam absorbere atque exurere volentem. Armat autem nos suis donis, illustrat rationem, imperat, consulit

Ioan. 1.

Gene. 1.
Ioan. 4.

1. Ioan. 4.

& docet nos, vt renitamur atque concertemus: nostrumq; amoris ius, quãdiu valemus, ãdversum se tueamur ac retineamus: & ad hocipsum vires & scientiã atque sapientiam nobis subministrat: omnes vires nostras sensitiuas in internũ quoddam sentire trahit: cor amore, desiderio & gustu afficit: animæ, contemplationis intentæ gratiã præstat: deuotionem nobis tribuit, & ardẽtibus flammis sursùm nos tendere facit: intellectui cognitionem & æternæ sapientiæ gustum præbet: volũtatem seu vim amatiuam attingit, & spiritum in suo conspectu reuerentia ardere & colliquescere facit. Hic iam rationem nostram & omnes distinctas actiones cedere oportet, quãdoquidem vires hîc in amore simplices redduntur, silẽtq; & inclinãt sese in Patris aspectu. Enimuerò Patris manifestatio animam supra rationem in imaginum expertem sustollit nuditatem, vbi anima simplex, pura, munda, & à rebus omnibus vacua est: atque in hac pura vacuitate, diuinam suã claritatem Pater ostẽdit. In hanc claritatem nec ratio, nec sensus, nec cõsideratio, nec distinctio pertingere valet, sed cũcta hæc inferiùs subsistere cogũtur. siquidẽ immẽsa hæc claritudo rationis excæcat obtutus, ita vt luci huic incomprehensibili omninò cedere compellantur. Simplex autem oculus qui supra rationem est in intelligentiæ fundo, semper apertus est, nudoq; aspectu in lucem hanc per ipsammet intendit & cõtemplatur: atque hîc oculus oculo, speculum speculo, imago imagini opposita est, quibus tribus Deo similes & vniti sumus. Iste nanque simplicis oculi nostri obtutus, viuidum quoddam speculum est, quod Deus omnipotens ad suam fecit imaginem, eidemq; suam imaginem impressit. Imago autem Dei, diuina eius claritas est, qua abundè compleuit animæ nostræ speculum, ita vt nulla alia vel claritudo vel imago in ipsum pertingere queat. Sed hæc claritas, non est aliquod inter Deum & nos medium, cùm sit idẽ ipsum quod cernimus, & lumen quo videmus, non tamen oculus noster ipsum videns. Nãtametsi Dei imago sine medio in animæ nostræ speculo inest, eiq; vnita est, non tamen ipsa imago hoc speculum est. Non enim Deus fit creatura: sed imaginis in speculo vnio, tanta tamq; pręclara & nobilis est, vt anima dicatur imago Dei. Ad hęc, eadem quam nos suscepimus, gerimusq; in anima nostra, Dei imago, Dei filius est, æternumq; speculum & sapientia Dei, in qua nos omnes viuimus, & æternas habemus ideas. Neque tamen nos Dei sapientia sumus: ita em̃ fecissemus nosipsos, quod est impossibile: idq; credere, impium & hæreticũ est. Quicquid enim sumus & habemus, totum habemus à Deo, non à nobismetipsis. quanuis enim magna sit animarum nostrarum nobilitas & dignitas, latet tamẽ nedum homines peccatores, sed etiam complures bonos ac pios. Porrò ea omnia, quæ in naturæ lumine cognoscere possumus, imperfecta sunt, & nec sapiunt, nec afficiũt. Non enim possumus contemplari Deum, neque illius inuenire regnum in animabus nostris absque illius adiutorio, gratia & ope, & vera nostra in illius amore exercitatione.

Habita oĩa à Deo haberi.

¶De vita in amore velut deficiente, & sese exinaniente. CAP. XIX.

IN nomine Domini nostri IESV Christi, qui voluntariũ suijpsius speculum est, quibus vult, sese ostẽdens, illis videlicet, qui seipsis abnegatis, eius gratiam sequũtur in agendo, in omittẽdo, & in cũctis virtutibus: quiq; per fidem, spem & charitatem supra cunctas actiões suas subleuati sunt in nudum animæ aspectũ, qui est simplex oculus, semper aptus, supra ratiõem in fundo intelligẽtiæ nostræ, vbi se æterna manifestat veritas, qua is repletꝰ est. Nudus, inquam, aspectus noster, simplex oculus est animæ nostræ: cuius essentia, vita, & actio est, contemplari, volitare, currere, & creatã essentiam nostram semper excedere absque respectu vel reuersione. Beatos planè videntes oculos illos, quibus Deus suum regnum, suamq; gloriam, id est, seipsum ostendit. Enimuerò cælestis Pater noster in regno animæ nostræ sic viuit, vt in seipso: ibiq; supra intellectum nostrum in fundo intelligentiæ nostræ incomprehensibilem nobis præstat claritudinem suam, Paterq; vnà cum Filio profluunt in nos supra voluntatem & actionem, immẽsum ac inexhaustum amorem suum. Voluntas nostra, in fundo bonæ voluntatis nostræ ignita illa scintilla est, & animæ viuacitas, vbi Pater suum gignit Filium, & vtriusque immensa ac infinita manat charitas. Sed hanc Dei actionem nos comprehendere nõ valemus, neq; captus noster eò penetrare potest: quippe cùm omnes vires nostras cedere oporteat, ac sustinere siue pati Dei transformationem, vbi

Ioan.i. nos agimur, & Dei ſpiritu transformamur: atque hoc ipſo filij Dei ſumus, nõ quidem exna tura, ſed gratia: hicq; ſimplices reddimur. Etem cunctæ vires noſtræ à proprijs ſuis actionibus deficientes, in æternæ charitatis Dei aſpectu colliqueſcunt ac diffluunt. Atque hac ex cauſa vita hæc in amore deficiens, & ſeſe exinaniens appellatur.

¶De ſtatu ocioſo in ſimplici natura ac puritate ſpiritus.

CAPVT XX.

Status ocioſus. AGè iam intellige, quæ dicturus ſum, ſubleuato ſpiritu. Per hunc em excedit homo omes vires ſuas, cunctasq; earum actiões, pertingitq; ad ſtatum ſuum ocioſum, & naturã ſimplicẽ, & ſpiritus puritatẽ. Status aũt noſter ocioſus, nuditas eſt imaginũ expers: Natura ſimplex, eſt ęternę cõtemplatio veritatis. Spũs puritas eſt, Dei
Spiritus puritas. ſpiritui vnitum eſſe: vbi nos vnum cum DEO, & vnitatem in DEO, trãsformatosq; in DEVM, & ſpiritu defeciſſe, & in DEVM exceſſiſſe ſentimus. Atque vitalis ea vnio, qua nos DEO coniunctos ſentimus, actuoſa eſt, ſemperq; inter DEVM & nos renouatur: cũq; nos inuicẽ oſculamur & cõtingimus, quandã ſentimus diuerſitatem, nõ ſinẽtem nos durare in nobiſipſis. Nam tametſi ſupra rationem ſumus, nõ tamẽ abſque ratiõe ſumus: ideoq; ſentimus & tangere nos & tangi, amare & amari, ſemper renouare ac reuertim noſipſos, ire ac redire fulguris inſtar: Amore enim luctamur & cõtendimus, tanquàm ſi cõtra fluminis tractum nitamur, creatam eſſentiã minimè penetrare aut excedere valẽtes. Itaq; Dei attactus & occultus ac internus noſter conatus ſiue cõtentio, extremũ inter DEVM & nos mediũ eſt, vbi nos illi mutuo amoris occurſu cõiungimur ac vnimur. Etenim fons viuus Sanctiſpiritus, vbi DEO nos vnimur, ſcatẽtem ſiue ebulliẽtem habet venam, quæ eſt Dei attactus, cuius tanta vis, tãtusq; impetus eſt, vt in immẽſæ charitatis eius abyſſum penetrare nequeamus. Quãobrẽ ſemper in nobiſipſis ſupra rationẽ perſtamus ab imaginibus vacui, in incõpræhenſibi
Animę proprietates tres. les diuitias Dei aciẽ intendẽtes, atq; magna cõtentiõe nitẽtes. Iſtę nimirùm tres ſunt animæ proprietates, videlicet natura, vita, actio, quibus ipſa DEO ſimilis eſt in præcipua ac ſuprema nobilitate ſua, vbi ſacroſanctæ & adorãdæ Dei Trinitati reſpõdet. Atque iſtic animæ natura ocioſa & imaginum expers, Patris habitatio, templum & regnum eſt: idemq; Pater filium, id eſt, claritatem ſuam in patulo ac intentè cõtemplante animæ oculo gignit: Spiritumque, id eſt, amorem ſuum manare facit in perpetuam ſpiritus contentionem ſiue conatum, quo is iugiter in æternitatem cõtendit. Porrò in actione noſtra ſemper ſimiles manemus in ſpiritus noſtri puritate. Sentimus em in nobis cõtemplari atq; niti ſiue cõtendere nos in aliud quiddam, diuerſum à nobis: atque per hoc ſimiles illi ſumus. In eius autem actione ab illius ſpiritu nos agimur, patimurq; claritudinis & charitatis eius trãsformationem, atque hîc ſupra ſimilitudinem, ex gratia Dei filij ſumus. Vbi verò ſentimus in nobis, agere nos in ipſo, & pati ac agi ab ipſo, id vtique totum in eius lumine cognoſcimus, in eiusq; ſpiritu charitatem illius guſtamus. Atque in ipſa vnione, vnus cum eo ſpiritus & vna vita ſumus, ſed tamen ſemper creatura manemus. Licèt enim illius ſimus transformati lumine, eiusq; charitate abſorpti, at tamẽ aliud quiddam ſiue diuerſum, nos ab illo eſſe co-
Cur nobis ſemp & vbique proficiendum. gnoſcimus ac ſentimus. Quo fit, vt illũ ſemper cõtemplari, in eumq; niti & cõtendere cogamur: & hęc actio nobis æternò manebit. Non em creatam eſſentiam noſtram vnquàm amittere, neque tam purè excedere valebimus, quin in omnem æternitatem ſemper aliud à DEO maneamus. Nam etſi Dei filius noſtram aſſumpſit naturam, ac hominem ſe facere dignatus eſt, nos tamẽ neutiquàm DEVM fecit. Multi enim impiam & vitijs deditam agunt vitam,
Anima Chriſti vndè & qualis. ſuntq; infelices, & æternæ damnationis pœna plectũtur. Chriſtus autem animam quidem habet creatam ex nihilo, corpus verò ex puriſſimis integerrimæ ac ſacratiſſimæ virginis MARIAE ſanguinibus: & hæc duo ſimul, putà corpus & animam, aſſumpſit atque copulauit & vniuit, ita vt & Dei ſit filius & beatiſſimæ ſemper virginis MARIAE, hoc eſt, Deus & homo ſub vna perſona. Vt em anima rationalis & caro, vnus eſt homo: ita Filius Dei & IESVS MARIAE virginis filius, vnus eſt viuens Chriſtus, idemq; Deus & dñs cæli ac terræ. Et licèt anima eiusęternę ſit cõformis ſapientiæ, nõ tñ ipſa Deus eſt, nec natura diuina. Sed neque Dei natura vnquàm tranſire poteſt in creaturam: verùm naturæ duæ impermixtæ, ſi mul

mul in vna diuinitatis perſona coniunctæ & vnitæ ſunt. Et hic eſt Dominus noſter IESVS Chriſtus, qui vnus ac ſolus cum DEO ſupra creaturas omnes potens ac viuens, Princeps eſt in cælo & in terra, nec quiſquàm ei poteſt æquiparari. Eius nanque humanitas omnibus DEI donis, ac totius plenitudine ſanctitatis completa fuit: & ſicut ſanctis DEI omnibus iam indè à mundi exordio quicquid habuerunt, aut habituri ſunt, non niſi per partes pro DEI voluntate collatum fuit, aut vnquàm in æternum conferetur: ita ſoli Chriſti humanitati, donorum omnium indiuiſa ac perfectiſſima eſt donata plenitudo, qua creaturas omnes compleuit atque complere poterit. Ipſe denique ſolus, cauſa eſt bonorum omnium quæ à DEO adepti ſumus, aut poterimus adipiſci. Humanitas Chri, quãtis Dei donis abundet.

¶De humanitatis Chriſti præſtantia, nobilitate, & eximia poteſtate.

CAP. XXI.

ENimuerò eiuſdem Domini noſtri IESV Chriſti gratia in omni neceſſaria nos veritate illuminari neceſſe eſt. Ab ipſo enim creatæ animæ illius ac DEI ſapientiæ vnitæ atque cõiunctæ initio, ratio eius tam dilucida, tamq; illuminatus erat intellectus, vt anima eius creaturas omnes tam conditas quàm cõdendas, diſcriminatim diſtincteque cognoſceret: eiusque humanitati à DEO Patre deſupèr collata fuit rerum omnium in cælo terraq; poteſtas, ita vt illi liceret dare & accipere, occidere & vita donare, ſigna ac miracula quotquot vellet edere, peccata remittere, & gratiam atque æternam conferre vitam. Omnia nanque cõdita à DEO, humanitati illius pro eius arbitrio ſubiecta erant. Porrò Spirituſſanctus in eius anima humanaq; natura cum donis ſuis omnibus quieſcebat, efficiens eum locupletem, pium, liberalem, redundantemq; in omnes illius indigos ac appetentes. Erat igitur humilis, manſuetus, patiens, miſericors, plenus gratia, benignitate ac fidelitate, obediens, reſignatæ voluntatis, ac innocens: exhibuitque ſeſe contemptum & abiectum infra mortales omnes: flexis genibus DEVM & Patrem ſuum adorabat: & vt nos beati efficeremur, cũ ipſoq; perenniter viueremus, ſeſe vltrò neci obtulit. Ipſe planè ſpeculum atque Canon noſter eſt, ſecundum quem vitam omnem meritò exigere deberemus. Humanitas eius, diuinæ claritudinis laterna eſt, qua cælũ terraq; illuſtrata eſt, atque in omne æuum illuſtrabitur. Venerandum ac benedictum nomen eius, nempe IESVS, ex omni æternitate prouiſum, appellatum, electum fuit, & ſacratiſſimæ virgini MARIAE matri eius annunciatum ab angelo, dicente, quòd & DEI & ipſius virginis filius, id eſt, Deus & homo ſub vna perſona foret. ſicque datus eſt nobis, nobisq; vixit, ac inſeruiuit, nos inſtituit, ſua morte nos emit ac redemit, noſtra peccata precioſo ſanguine ſuo eluit, aſſcenditq; vltra cælos omnes cunctosque angelorum ordines, & ſedet coronatus in paterna dextera, honore ac poteſtate par eidem & æqualis: eique omne curuatur genu, vtpotè Domino dominorum, ac regi regum omnium, cuius regni nullum neque initium, neque finis eſt. Et cùm hæc ita ſe habeant, nihilominùs audent perfidi ac amentes quidam affirmare CHRISTVM ſiue DEVM ſe eſſe, cùm tamen nec ſapientia, nec DEI gratia, nec poteſtate, nec virtute vlla præditi ſint. Atque ea re non immeritò Tartareæ illis flammæ debentur, cùm vtique non niſi vnus Deus & vnus CHRISTVS ſit, idemque ipſe Deus & homo, nec quiſquam alius præter ipſum. Qui cùm in extremo die bonos ac malos iudicaturus aduenìet, ſentient profectò impij iſti, non DEVM, ſed damnatos homines ſe eſſe. Quòd autem ijdem iſti Chriſtus nõ ſint, equidem planè perſpicueq; demonſtrabo. Chriſti nanque humanitas non in ſeipſa ſubſiſtit, cùm non ſit ſua ipſius perſona vel hypoſtaſis, vt cæteri homines: ſed Dei filius, illius hypoſtaſis ac forma eſt: atque eam ob rem vna cum Dei verbo perſona eſt: & per hanc vnionem, ſapiens ſiue prudens ac potens eſt omnium quæ ſub Deo ſunt. Eſt igitur Domini IESV humanitas aſſumpta in Deum, præ creaturis omnibus nobilis, ſapiens, ſancta ac beata, & ipſe Dominus IESVS tum natura, tum gratia ſolus eſt verus hæres regni Dei, quippe qui hæres natus eſt ex Patre atque matre, Princeps omnium fratrum ſuorum. Et ſi quidem volet, nosque ex gratia eius digni erimus, admittet nos vnà ſecum in paterni regni hæreditatem ac participationem. Id enim

Ratio Chri iam indè ab initio creatæ eius animæ, qualis.

Humanitas & nomẽ IESV, qualia.

Luc.i.

Perfidia ſeu potiõ demẽtia quorundam quãta.

Hypoſtaſis Chriſti quę.

Ioan.x. pollicitus est nobis, si tamen ipsi seruierimus, fore nos vbi est ipse, id est, cum corpore & anima in aula gloriæ DEI. Itaque æternò illic cum ipso erimus, singuli in statu suo gloriosi, nostris amicti operibus, & virtutibus atque charitate ornati & perfecti. Et ipse Dominus IESVS gloriosam nobis ostendet faciem suam, ipso Sole splendidiorem, audiemusque vocem eius corpoream, omni Melodia longè suauiorem, ad eiusque mensam nobis assidentibus ipse ministrabit ceu Princeps illustrissimus charissimę familię atque electissimis amicis suis: donabitque nobis gloriam & honorem, quem ipse est à Patre consequutus, quem tamen ipsi potiùs, quàm nobis, cupiemus ac fauebimus. Et hoc sibi volunt ea il-
Ioan.17. lius verba, quibus ait: PATER, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecùm, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi. Hanc nos claritatem contuebimur, eaque vltra omnes actus ac merita nostra superuestiemur: indè verò exultabimus & gloriabimur in ipso & in nobis: eaque lætitia cor, animam & corpus occupabit, ac sine fine æternò abundè redundabit. Quæ quidem præcipua beatitudo est, qua in Domino nostro IESV Christo in illius regno perfruemur.

¶De vera contemplatione, & de vitalis vitæ quatuor partibus. CAPVT XXII.

AT nunc totam (quæso) mentem, nudumque aspectum tuum vltra cælos omnes & creata omnia subleuato. Iam enim explicare ac demonstrare conabor vitam illam vitalem, in nobis latitantem, in qua suprema nostra consistit salus ac beatitudo, cuius suprà quidem mentionem feci, sed nõ satis declaraui. Et licèt hac in parte non satis ordinatè progressus sim, prudens tamen & consultò id egi. Quæ autem tunc mihi reliqua manserunt, iam absoluere aggrediar. Quicunque igitur in diuino estis sublevati lumine, agedùm huc oculos aduertite, & capite quæ dicturus sum. Vobis enim duntaxat, non vllis alijs, ista promentur. Neque enim à cæteris capi aut intelligi poterunt. Vitalis illa vita, quam DEVS fundauit in nobis, in quatuor consistit: Primum est eius Natura: Alterum, eius Exercitatio: Tertium, eius Essentia: Quartum, eius (vt sic dicam) superessentia.

Quib⁹ quatuor vitalis vita consistat.

¶De vitalis siue æternæ vitæ natura. CAP. XXIII.

IPSA quidem vitæ æternæ natura, ex DEO nobis prognata est, & est vnum cum DEO, viuitque ex DEO in nobis, & ex nobis vicissim in DEO. Voluntariè enim genuit & elegit nos Pater cælestis in vnigenito Filio suo: atque ea de re filij DEI sumus, non tamen ex natura, sed DEI gratia, quæ supra naturam est, & est vita ęterna, quam neque cernere, neque reperire quisquam potest sine gratia. Atqui si nos vitam æternam in nobis cernere ac inuenire velimus, necesse est vt per fidem & charitatem supra rationem ad simplicem vsque oculum nostrum nos erigamus. Ibi nimirùm diuinam inuenimus claritudinẽ in nobis generatam: & ipsa est DEI imago, quæ simplicem transformauit oculum nostrum, vt nullam possit aliam imaginem suscipere. Possumus tamen in infuso lumine, quicquid DEO minus est, cognoscere, modò id ipse nobis demonstrare velit. Ipsam autem DEI imaginem vniuscuiuslibet simplex aspectus totam ac integram seu indiuisam suscipit, & est cuilibet tota, & in seipsa nihilominùs vnicum idemque indiuisum ac inseparabile manet vnum. Atque vbi nos eam suscipimus, per ipsammet eam cognoscimus. Vbi verò translati, in eiusque claritudinem transformati sumus, ibi nostrijpsorum obliti, vnum cum ipso sumus: sicque & nos in ea viuimus, & ipsa in nobis: semper tamen substantia ac natura distincti, diuersique manemus. Isthæc DEI claritas, quam in nobis cernimus, neque initium, neque finem, nec tempus, nec locum, non viam, non semitam, nullam denique neque formam, neque speciem, neque colorem habet: sed ipsa totos nos ambiuit, circumplexa est ac penetrauit, simplicemq; oculum nostrum tam latè patefecit, vt perpetuò cogatur manere apertus, nec possit claudi à nobis. Et hæc de primo dicta sint, videlicet de æternæ vitæ ex DEO genitæ natura.

Iaco.1. 1.Ioan.3.

Aeternã sine gratia vitam nõ obtineri.

Nosse de deo qd quõtũ possim⁹.

¶De vitalis vitæ exercitatione. CAP. XXIIII.

Sequi-

SEQVITVR hinc alterum, putà exercitatio vitæ vitalis inter DEVM & nos. Quæ vt intelligat is, oculos internos in supremum vestri fastigium, vbi vnum estis cũ DEO, attollite. Siquidem vnum esse cum DEO, vitalis noster idemq; perennis status est, vbi Deus in nobis, & nos in illo commoramur. Et hæc vnio viuida est ac fœcunda, nec potest esse ociosa. Semper enim in amore ac noua visitatione per mutuam eamque inseparabilem inhabitationem renouatur: illicque est trahere & trahi, accipere & dare, tangere & tangi. Etenim Pater noster cælestis habitans in nobis, per seipsum visitat nos, & supra rationem considerationemque nos euehit: cunctisque nudans nos imaginibus, in nostrum trahit principium, vbi non nisi vastissimam, desertam, formarum siue imaginum expertem inuenimus nuditatem, semper æternitati respondentem: atque isthic Pater suum nobis donat Filium, & Filius imaginibus vacuum aspectum nostrum infinita, quæ ipsemet est, claritate visitans, * exigit ac instituit nos, vt eam claritudinem per seipsam intenta acie contemplemur. Hic iam DEI claritatem in nobis, & nos in illa, eique nos vnitos inuenimus Et licèt ipsa nos compræhendat, nos tamen eam compræhendere non valemus: quandoquidem captus noster creatura est, ipsa autem Deus est. Itaque sinimus aspectum nostrum cum ea currere, eamque insequi per infinitam ac modinesciam longitudinẽ, latitudinem, celsitudinẽ, ac profunditatem: verũ quanuis simplici quodam modo vnum cum ea simus, non tamen persequi nec assequi valemus quod nobis incompræhensibile est. Cernimus autem hic Patrem in Filio, & Filium in Patre, quippe qui natura Ioan.10. vnum sunt, sicque viuunt in nobis, dantque nobis Spiritum sanctum suam vtriusque charitatem, qui vnius cum ipsis naturæ & vnus Deus est, atq; cũ ipsis ambobus intra nos commoratur: siquidem Deus in seipso inseparabilis ac indiuisus est. Porrò Spiritus sanctus seipsum largitur, nosque visitans, ardentem animæ nostræ tangit scintillam: quod nimirùm perennis inter DEVM & nos amoris origo & initium est. Exercitatio autem amoris, libera & pudoris expers est: eiusq; natura, & auara & larga est: semper exigit & offert, largitur & accipit. Ipsa Dei charitas, auara est, poscitque anima totum id quod est & præstare valet. Anima aũt cùm sit diues & liberalis, auaræ charitati, quicquid postulat & expetit, dare conat: sed perficere nõ potest: quippe cũ in oẽm ęternitatẽ illius creatã essentiã manere necesse sit. Nõ enim potest hanc deserere aut effugere. Quanuis igitur charitas absorbeat, voret, consumat, exurat, postuletque animam etiam impossibilia: ipsaque anima prorsus in amore colliquescere ac velut in nihilum redire appetat, at tamen non poterit interire vnquàm, sed in æuum omne durabit. Est etiam DEI charitas infinitè larga ac liberalis, offertque & exhibet ac ostendit se totam animæ, & liberaliter totam se eidem dare parata est. Anima verò DEVM amãs, admodùm gulosa & auida est, ac latè hianti ore totũ quicquid ipsi ostensum est, habere appetit: sed cùm sit creatura, totum DEVM neque capere, vel compræhendere, neq; faucibus suis complecti potest. Semper igitur in omnem æternitatem auidè concupiscat ac inhiet, & famelica ac sitibunda maneat oportet. Quanto autẽ vehementiùs appetit & contendit, tanto meliùs sentit Dei diuitias non se posse ex toto appræhendere. Et id dicitur contendere siue auidè inhiare in id, quod nunquàm tamen plenè compræhendi potest. Ita ergo charitas & dare nouit & accipere. Et hæc est vitalis vitæ nostræ exercitatio. Quod quàm verum sit, facilè sentire atque conspicere valent, qui huic amori dant operam.

* erigit.

Vnũ esse cũ Deo, qd sit.

Dei charitas auara q sit.

Animã, cui pstare q velit, nequeat.

Anima mystice gulosa qui fiat.

¶De vitalis vitæ essentia. CAPVT XXV.

ACcedit hinc tertium, quod est vitalis essentia, vbi supra omnem amoris exercitationem in æterna quadam fruitione vnum cum Deo sumus, hoc est, supra actionem & passionem supraq; vnionem beato quodam ocio perfruimur cum Deo in vnitate, vbi nulli præterquàm Deo agere licet. Dei nanque actio, ipsemet est & eius natura: & sub eius actione nos ociosi, transformati, vnumque cum eo illius in amore, non autem illius in natura, sumus. Alioqui Deus essemus, & in nobisipsis redacti in nihilum, quod est impossibile. Sumus autem supra rationem & absque ratione in clara ac dilu-

cida cognitione, hicque nullum sentimus inter DEVM & nos discrimen siue distinctionem: quandoquidem supra nosipsos & vltra ordines omnes in eius amorem excessimus. Hic neque exigere, neque desiderare, & nec dare, nec accipere est, sed beata ac ociosa essentia, totius sanctitatis & virtutum omnium corona ac essentiale præmium. Hãc petebat Dominus IESVS, cùm diceret: PATER, volo vt quos dedisti mihi, vnum sint, sicut & Nos vnum sumus: non quidem modis omnibus, quibus Pater & Filius vnum sunt. Filius enim cum Patre vnũ est natura, cùm sit DEVS: est etiã nobiscùm natura vnum, cũ sit Homo: viuitque & ipse in nobis, & nos in ipso per eius gratiam & nostra bona opera: atque hac ratione ipse nobis vnitus est, & nos illi: per eiusque gratiam & cum ipso cælestem Patrem nostrum colimus & amamus. In amore quidem & exercitatione, cum eodem cælesti Patre nostro vniti, sed non omninò vnum, sumus. Amat enim nos Pater, & nos illum vicissim amamus. Inter Amare autem & Amari, semper discrimen quoddam diuersitatemque sentimus: & hæc æterni amoris natura est. Verùm vbi supra omnem exercitationem cum Patre & Filio in Sanctispiritus vnitate circumplexi sumus, ibi omnes vnum sumus, sicut & Christus Deus & homo, cum Patre suo vnum est in infinito suo vtriusque amore. Atque in hoc ipso Amore, omnes nos consummati sumus in æterna fruitione, id est, beata ac ociosa essentia, quam nulla potest capere creatura.

Ioan. 17.

¶De vitæ vitalis superessentia. CAP. XXVI.

POSTREMO in ipsa ociosa essentia nostra, vbi cum DEO in illius amore vnum sumus, superessentialis oritur contemplatio, & quoddam Sentire superessentiale, quod est excellentissimum quod verbis exprimi possit. Est autem, moriendo viuere, & viuendo mori extra essentiam nostram in superessentialem beatitudinem nostram. Quod tum fit, quando ex DEI gratia & adiutorio vsqueadeò nobisipsis dominamur, nostrique potentes sumus, vt quotiès placet, cunctis nos nudare imaginibus queamus, donec in ipsam pertingamus ociosam essentiam nostram, vbi vnum sumus cum DEO in inexhausta ac infinita eius charitatis abysso, in qua abundè nobis sufficit, quandoquidem DEVM in nobis habemus, atque in essentia nostra per DEI intra nos actionem beati sumus, per DEI, inquam, cum quo non per essentiam neque naturam, sed per amorem vnum sumus. Beati verò sumus atque etiam beatitudo in DEI essentia, vbi is seipso & nobis omnibus fruitur in celsissima natura sua, quę est amoris nucleus, occultus & abditus nobis in caligine & in ignorantia quadam prorsus immensa. Hæc verò ignorantia, lux est inaccessibilis, quæ DEI essentia est, nobis quidem superessentialis, ipsi autem soli essentialis, cùm sit ipse suaipsius beatitudo, fruaturque seipso in natura sua. In eius autem fruitione nos mortui sumus atque absorpti, nosipsosque amisimus, non quidem secundum essentiam, sed secundum fruitionem nostram. Eius nanq; & noster amor, semper similes & vnum sunt fruendo, vbi videlicet illius spiritus amorem nostrum in vnam secum fruitionem ac beatitudinem absorpsit & ebibit. Admonitum autem velim LECTOREM, vbicunque à me asseritur, vnum nos esse cum DEO, id intelligendum esse in amore, non in natura nec essentia. Etenim DEI essentia increata est, nostra autem creata, quæ prorsus distant in immensum, DEVS videlicet & creatura. Vndè tametsi vniri & coniungi possunt, at vnum effici non possunt. Et nostra quidem essentia si rediret in nihilum, iam nec cognoscere, nec amare, nec beati esse possemus. Est autem creata essentia nostra, velut vasta quædam ac deserta solitudo, in qua viuit DEVS, nostri moderator & rector, & in hac solitudine absque modo errare compellimur, eo quòd extra nostram essentiam in superessentiam nostram, quæ est DEI essentia, non nisi amando pertinegre queamus. Atque eam ob rem beati sumus in essentia nostra, si in Amore viuimus: sumus etiam beatitudo in DEI vita, si per amorem nobisipsis in eius fruitione mortui sumus. Atque ita semper viuimus per amorem in propria essentia nostra, semper etiam in DEI essentia morimur per fruitionem. Et hac ex causa istud ipsum vita moriẽs, & mors viuens appellatur: quando quidem cum DEO viuimus, & morimur

Vnũ esse cũ Deo, q quõ asserantur.

Mortui beati qui.

in DEO. Beati sanè mortui illi, qui sic viuunt & moriuntur: siquidem DEI & regni illius hæredes sunt. At nunc ex vera charitate DEVM omnes sedulò obsecretis, oro, pro ijs omnibus, qui hæc, p nostri institutione vel scripsere, vel composuere: pro illis etiam, qui hæc siue legent, siue audient, vt sint electi in regno superno, cuius vniuersa familia in omne æuum, DEVM sine fine laudabit. Quod vt obtinere, & ad tantam gloriam resurgere mereamur, prestet nobis IESVS CHRISTVS DEI filius, vti cum ipso omnes coram cælesti Patre nostro coronari digni simus. Vbi nimirùm vita est æterna, & perpetuis vacatur gaudijs, Deusque præmij loco possidetur: Vbi dilecti Dei nostri micant ac splendent oculi, & preclaræ voces sonos edunt eximios: Vbi mirificè exultabimus, & nosipsos excedemus: Vbi amantissimi Dei nostri facies elegantissima cernitur, in qua nos gloriabimur, semperq; iubilabimus: siquidem liberimi illic fidentesq; & audentes erimus, atque cum DEO regnabimus, qui singulos quosque in suis locabit thronis: & tunc illius amori vacabimus, atque ipse sese nobis dabit, in ipsoq; commorabimur. Siquidem nos mutuò amauerimus, illius tum gratiam obtinebimus, eiusq; cõsuetudine & familiaritate perfruemur. Seruemus igitur iussa ac præcepta illius, quando potentissimus, immò etiam in sua actione omnipotens ipse Deus est in personarum Trinitate. Et iure sanè meritoq; amãdus nobis est, quem talem esse nouimus. Enimuerò æterna laude dignissimus est, & beati sunt, qui ipsum concupiscunt. Vtinã adueniat illa dies qua tantoperè eum amemus, vt esuriẽtes nos exatiatos sentiamus, semperq; fruitione gaudeamus. Dicant pariter omnes, Amen. Fiat, Fiat.

D. IOAN-

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS,

Commentaria insigni pietate ac eruditione referta, atq; adeò diuinitùs inspirata, in TABERNACVLVM FOEDERIS & cũcta ad id pertinentia: vbi pariter multa Exodi, Leuitici ac Numerorum mysteria dilucidè ac neutiquã vulgariter explicantur.

PROOEMIVM AVTHORIS, QVO EXPLICAT DE QVIBVS HOC OPERE DICTVRVS SIT.

1.Cor.9. SIC CVRRITE, VT COMPRAEHENDATIS. Hęc nimirùm verba sunt Apostoli ad Corinthios, adeoq; & ad nos omes: in quibus tria insunt, quæ sit operæ preciũ animaduertere. Principio quidem, vbi ait, vt curramus, id nobis omnibus ꝓcipit, vt spiritaliter curramus, id est, per amorem. Deinde in ipsa dictione, SIC, cursus nostri modum ac rationẽ nos vult attendere & considerare, vt sapiẽter cursitemus. Tertiò eiusdem ipsius cursûs nostri scopum, eaq; ad quæ, seu quorum gratia currimus, vt spectemus & contemplemur, imperat, ne frustrà cursum cõficiamus, sed compræhendamus, possideamusq;. Itaq; mortales omnes cursum currant necesse est amoris siue ad Deum, siue ad res ab eo creatas. Neq; quicquã est amoris cursu aut velocius, aut subtilius. Eam ob rem singulus quisq; sese inspiciet ac explorabit, num amoris sui cursus tendat in Deum, & tum quidẽ non poterit nõ compræhendere: aut potiùs ad creaturas extra Deum, & ita planè spe fraudabitur sua: quando amittat necesse est, quicquid ex ijs amore cõplectitur. Hinc itaq; colligi licet, nobis omnibus currendum esse. quod cùm ita se habeat, maximè è re nostra fuerit, vt ita cursum nostrũ instituamus, eoq; referamus, quo iuxta Apostoli monita etiam inuenire & compræhẽdere possimus, quicquid quærimus. Est igitur cursûs huius quędam nobis cõsideranda figura, quam nobis Propheta Moses describit, ita vt illi ostensa erat à Deo in monte Sinai, idq; in altero ipsius volumine, quod Exodũ dicimus, id est, Egressionẽ filiorũ Israel ex Aegypto ad terram, quæ illis diuinitùs promissa erat. Hæc autem, quam tractãdam suscipimus, figura, Arca quędam est instar scrinij, & Tabernaculum quoddã, in quo Arca posita fuit, & cuncta quę ad id pertinebant: quod Dominus Mosi præcepit vt ita fabricaret, quemadmodũ in monte illi monstraturus erat: atq; in ipso habitaturum se dixit in medio filiorũ Israel, iuxta omẽm illius formam seu ratiõem, & omniũ vasorum in cultum eius. Hic iam Propheta Moses septem quædã nobis tradit, quæ cuncta ad sapientem pertineant Amoris cursum: atque in horum singulis quibusq; Deus & inuenitur & possidetur, idq; semper maiori cum amore, & experimẽto seu sensu ac sapientia cumulatiori, prout quispiam Amoris gradus cõscenderit. Et eo quidem, quod Primum occupat locum, vtì audituri estis, à cunctis absoluitur, expeditur, ac liberatur homo peccatis, & id cuncta in se alia cõplectitur, si tempus cuiquam deficiat. Secũdo & Tertio pars sensitiua hominis foris & intùs in moribus ac sensu seu experimẽto, pro Dei volũtate illiusq; præceptis, exornatur. Quarto & Quinto intellectus & voluntas sapientia & Amore ad laudem & gloriam Dei Opt. Max. decorantur. Sexto virtutes omẽs pro Dei gratissima voluntate perficiuntur & absoluuntur. Septimo denique ad quietem peruenitur, vbi iam & possidere & cõpræhendere, & cõpręhendendo currere, & currendo compræhẽdere debemus: quod nimirùm est Vita æterna.

¶DE

¶DE prima principali parte. CAP. I.

PRINCIPIO quidẽ primũ hic nobis attẽdendũ est, quod ad cursum spiritalẽ pertineat: quod est, exonerare sese & expedire omẽbus illis, quæ premere & grauare queãt. Id verò neutiq; facere poterimus, nisi spiritalẽ Dño construamus arcam & spiritale sanctuariũ. Noe qdem vir iustus, sibijpsi arcã ædificauit instar nauis ex lignis leuigatis, in qua octo homines vitam suã in diluuio tuerẽtur: ex quibus nos omẽs secundũ naturã progeniti sumus: atquì arca illa iam olim vetustate interijt, & nostra itidèm tẽporaria secundũ naturam natiuitas, finem quandoq; habitura est. Multo pòst tẽpore extitit Moses, qui Domino arcã confecit ex lignis preciosis, ijsdẽq; auro tectis, qua tum ipse, tum omẽs populus Israeliticus dñm coleret ac veneraretur. Atque hoc ipso nos opere instituimur: quãdoquidem arca hæc nobis figuræ loco data est, atque ea re, etiã ipsa temporis successu perijt. At Christus demum filius omẽipotentis Dei, & Deo, & sibijpsi, & nobis quoque arcã & tabernaculum confecit sempiternũ, quod nõ possit perire vnquã, quod est ipsemet, vel Ecclesia sãcta, aut vnusquilibet pius ac probè Christianus, cuius ipse Princeps seu caput est. Singuli nanque alij in alijs in Christo cum amore & gaudio æternùm commorabimur atque exultabimus: sicq; tabernaculum hoc æternò durabit, eo quòd figurarum omnium præcedentium veritatem impleat, perficiat & absoluat. Sed nunc figurã ipsam, quæ tamen veritas est, & omnium quæ à me dicenda sunt, fundamentum, explicare aggrediamur. Itaque textus Bibliorum sic habet:

Gene.6.

Exod.25.26.&c.

TEXTVS

Venit Moyses, & narrauit plebi omnia uerba Domini, atq; iudicia. [attamen tabulas decem mandatis inscriptas, necdum acceperat.] *Respõditq; cunctus populus una uoce: Omnia uerba Domini, quæ locutus est, faciemus. Scripsit autẽ Moyses uniuersos sermones Domini: & mane consurgens, ædificauit altare Domino ad radices mõtis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israël. Misitq; iuuenes de filijs Israel, & obtulerunt holocausta, immolaueruntq; uictimas pacificas Domino, uitulos duodecim. Tulit itaq; Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare. Assumensq; uolumen fœderis, legit audiẽte populo. Qui dixerunt: Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ille uerò sumptum sanguinem respersit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus uobiscũ super cunctis sermonibus his:* Vbi id subaudiendum est, Quãdiu vos in officio perstiteritis, & quæ estis polliciti verbo, re ipsa præstiteritis.

Exo.24.

Hic iam missa interìm figura, quæ ad partem spectat priorem ex septem principalibus, quid eadem ipsa sibi velit, exponam. Principiò tamẽ id scire conuenit, Mosen prophetam, Christi typum atque figuram gessisse. Moses autem, si interpreteris, idẽ est secundũ veteres, quod aquaticus, siue sumptus ex aqua, itemq; attrectans vel palpans, atque etiã vrgens, vel liniens seu vngens. Hæc, inquam, omẽia Mosis vocabulum significat, Latinè redditum: fuitque hic Moses veteris legis lator, vtì eam diuinitùs acceperat. Porrò lex vetus, suis ritibus & sacrificijs atque cultu figura quædam & fundamẽtum fuit legis nouæ, seu noui Testamẽti. Atque ea re cuncta illa, quæ Mosis vocabulo significari diximus, reuerà in Christo inueniũtur: vtpotè qui priscæ & antiquæ legis finis est, ac nouæ fundamẽtum. Hoc itaque noui fundamẽtum Testamẽti Christus IESVS, ad nos sanctispiritus profluuio promanauit: & vt Mosen è flumine tulit filia Pharaonis regis, eiusq; filius typicè dictꝰ est: ita & Christum reuerà suscepit atque assumpsit Dauidis regis filia MARIA ex fluuio sanctispiritus, eiusdemq; virginis vnius ac solius Dominus IESVS secundum humanitatem filius fuit, ex proprio illius secundum carnem creatus ac prognatus sanguine: sicq; iuxta veritatem

Moyses (seu Moises & p syncopã Moses) qd sonet.

Roma.10.

Exod.2.

ad nostros vsus, nostramq; leuãdam necessitatem & indigẽtiam, ex diuini amoris profluentia seu flumine assumptus est. Deindè etiam vir aquaticus fuit Christus IESVS, quãdoquidẽ omis eius vita & cõuersatio per amorem beneficentia, virtutibus ac liberalitate seu pietate dimanauit. Sic itidèm & fuit & est etiamnum attrectãs (vel veriùs attrahẽs) mortales omes, qui quidem seruari velint, doctrina, institutionibus & exemplis ac morte sua. Ad hæc & fuit & est hodieq; palpans siue attrectãs, id est, occultè intùs tangens, quotquot ipsi totos sese dedunt. Eadem ratione & fuisse & esse eum rectè dicimus vngẽtem, eo quòd suos vngat amicos, quos ad id paratos inuenit, septem donis Spiritussancti. Denique omes quotquot ipsi rebelles & aduersi sunt, ac perseuerant ad mortem vsque, æternò vrgebit affligetq;. Data nanq; illi est potestas omis in cælo & in terra. Ita ergo in Christo veritatem, cuius in Mose typus præcessit, reperimus.

Mat. 28.

¶Vti Christus à peccato originali nos eripuerit. CAP. II.

IAM porrò id aduertendum venit, vt Christus figuram antedictam, quam Moses nobis descripsit, adimpleuerit. Omnes nanq; actus & sacrificia Moseos, aliud quiddam semper significant. Cùm Dominus noster IESVS Christus DEI filius, qui totius legis diuinæ author, cõditor ac Dominus est, populum suum verbis & exemplis instituisset, paternamq; illis demõstrasset volũtatem, paucos tum quidem reperit, qui illius doctrinam amplecterẽtur: at nihilo seciùs figuras ille omes, quæ scriptis expressæ atque cultæ seu exercitatæ fuerant, finire & cõsummare in animo fixum habuit. Eamobrem altare constituit in mõte Caluariæ: & vt Moses duodecim immolauit vitulos sumptos à cunctis tribubus filiorum Israel, quibus ijdem Domino se obstrinxerant, vt illi morigeros se præstarent: ita & Christus preciosum obtulit corpus suum ex omium nostrũm natura sumptum, quo tribus vel familias omnes seu cuncta hominum genera ad vnũ redigeret, quippe qui in commune omibus nobis redimẽdis datus erat. Et hac ipsa oblatione vel sacrificio, charitatis absoluit cõsummauitq; legẽ, seruandamq; tradidit ac reliquit omibus, quibus eam seruare libitum erit. Atque sicuti Moses duodecim statuit titulos per duodecim tribus filiorum Israel, singulis lapidibus singulis æquè inscriptis nominibus, quòd Domino sacrificarẽt: ita Christus cũctis mortalibus titulum vnum vni inscripsit lapidi, id est, dignissimæ mortis suæ fundamento: idq; hac significatione, quòd oblatio sua singuli cuiusque hominis eò sese accõmodantis, propria sit. Hunc autem titulum vt Christus intùs, ita Pilatus scripsit foris, putà quòd rex ipse foret Iudæorum, & mundi seruator. IESVS enim Latinè seruator exprimitur: eratq; scriptus hic titulus trium præcipuarum orbis linguarum idiomate, videlicet Hebrææ, Græcæ & Latinæ. Deindè quomodò Moses partem sanguinis vitulini *circa altare fudit ad honorem Dei, & altera parte populum adsperfit, fœderis quod cum Deo pepigerãt, confirmãdi gratia: sic & Christus sanguinem suum prorsus omem ad honorem DEI circa crucis fudit altare, itidemq; omem & in nos adsperfit: vtpotè qui nũquàm à Deo disiungimur ac disseparamur, dũ nos illi ipsius sanguine obstringere seu cum eo fœdus percutere ac inire velimus, perindè vt Iudæi vitulorum sanguine fœdus cum eo pepigerũt. Ad hęc, quemadmodùm Moses sanguinẽ Testamenti vasis excepit vimineis, fuditq; partim in crateras, quo populum posteà adsperfit: ita & Christus roseum suum sanguinem in vasa immisit viminea, quæ tamem hac illacq; perfluunt, nec valent infusum continere liquorẽ. Hoc autem eo factum est, vt præclarus sanguis ipsius perpetuò fluat, nec vnquàm sese contineat, aut emanare desistat, vbi is petitur ac desideratur. At verò vasa hæc viminea, olim quidem Apostoli fuere, & hodiè sunt sacerdotes Ecclesię sanctæ, quibus hic commendatus atque commissus sanguis est, vti eo adspergãt omes, qui id desiderârint. Vtq; prætereà Moses iuxta morẽ Hebræorum, sanguinem vitulinum aqua permiscuit, antè quàm illum spargeret in populum: sic videlicet & Christus intimum suum sanguinem ex latere ipsius promanãtem, aqua miscuit: quo nimirùm nos redempti, nos à peccatis omnibus abluti ac expiati sumus, eodemq; fœdus nostrum cum DEO confirmatum est. Enimuerò fidem illi atque obedientiam polliciti sumus, & hoste diabolo prorsus derelicto ac repudiato, ipsius nos cultui ac seruitio per preciosum sanguinem eius perpetuò mancipauimus, obstrinximusq;: idque in

Ioan. 19.

*super

bapti-

baptismo factum est, vbi titulũ & signũ ipsius, id est, crucis excepimus, eiusq; morte ad vitã reuocati sumus. Est autem attendendum hoc loco, vt Iudæi, qui vitulorum sanguine Domino sese deuinxerant ac obligârant, & paulò pòst ruperunt fœdus, quando aureum adorârunt vitulum, atque coram illo perindè vt Deo suo lætabantur, vna die Mose præcipiente à Leuitis perempti sint grandi numero, ita vt viginti & tria millia ex illis cederentur. Adeò tũ seuerè vltus est Deus violati fœderis ac pollicitationis ipsi tũ factæ & vitulino sanguine confirmatæ crimen. Atquì venerandus Saluatoris nostri Christi IESV sanguis, non iam vindex & vltor aut vindictæ appetens est, sed gratiæ ac misericordiæ plenus: & hac de causa in viminea eum immisit vasa, id est, Prælatos Ecclesiasticos seu spiritales, quos gratia & clementia affluere oportet: quandoquidem pincernæ sunt & ministri benignissimi ac pijssimi cruoris illius, quo cuncta nostra debita, abolita sunt ac dissoluta. Itaque si fortassis priorem illum gratiæ ac misericordiæ riuum seu profluuium, quod in baptismo præstitum nobis est, peccatis nobis obstruximus: at alter pœnitẽtię riuus manare desinit, nec vnquàm potest siccari & exarescere. Viuidus nanque & feruidus ac amoris plenus est sanguis Dei: atque ita non potest nõ continẽter profluere. Est etiam sanctæ Ecclesię vita, & in ipso cunctæ Ecclesiæ sacramenta viuunt & afferunt fructum: quippe qui ex eo seu eius meritis traxere originem, in eoq; ad vltimum vsq; iudicij diem cõseruantur. Cùm igitur Christus sua morte nouam fundârit cõstituerit q; legem ac Testamẽtum, non facilè neque citò suum in nobis sanguinẽ vlciscitur. Atque ea re si promissa ipsi in baptismo præstita violare nos contigerit, id exigit à nobis, vt cũ cõtritione & dolore cordis nobis ipsi displiceamus, animoq; seu intentione minimè ficta, ac vera à peccatis auersione, nostram accusemus & queramur infidelitatem: denuoq; altero pœnitentiæ sacramẽto, quod est alterum preciosi sanguinis eius profluuium, ipsi nos obstringamus, nouumq; cum eo fœdus ineamus. Id verò coram sacerdote, vtpotè cui hoc pœnitentiæ sacramẽtum commissum est, totiès agẽdum est, quotiès necessum erit, si tamen vlla ratione sacerdos obtineri queat. Sin autem nullo pacto eius possit haberi copia, Christus ipse summus sacerdos est, cui cordiũ necessitudines oes abundè perspectæ sunt, & ipse multò omnium clementissimus atque pijssimus est: quem si quis ex animo obsecrauerit, nõ potest vllius deesse precibus. Enimuerò sacer illius cruor longè lateq; promanat, atque indè, cuicũque libet, haurire licet. Sed & id diligẽter aduertendũ est, quòd Dominus vigintitria hominum millia interfici iussit, eo quòd fœdus cum Deo percussum, & sanguine firmatum vitulino, perfregerant, non quidem ob vitulorum sanguinem, qui vtique sacer nõ fuit, sed ob eorũ perfidiam ac infidelitatẽ & inobediẽtiam: qua ex re facilè potest colligi, longè grauiùs ac seueriùs Deum Optimum Maximum illius violationem fœderis, quod per sanguinẽ preciosum ac sacrosanctum vnigeniti, eiusdemq; præstantissimi filij eius, cum ipso pepigimus, quandoque vlturum vindicaturumq; esse, si perfidi ac infideles, ab eoq; alieni & auersi, in extremo vitę spiritu erimus deprehensi. Et ita quidem prima ex præcipuis septem ad amoris cursum pertinentibus, pars iam exposita est, dum ea nobis figuræ huius portio explicita est, qua instituimur ac edocemur, vti in baptismo ab peccato originis, precioso Christi sanguine liberemur, vtq; per eundem sacratissimum nostri redemptoris sanguinem, eandem semper recuperemus gratiam ac liberationem, quotiès verè & ex animo nos pœniteat eorum, quæ à nobis perperàm ac malè admissa sint.

A mánq.

Exod. 32.

Exo. 32.

¶Pars altera ex præcipuis septem de atrio Tabernaculi. CAPVT III.

SEQVITVR hinc figura, quam suscepimus explicandam. Post immolatos à Mose vitulos duodecim, ictumque cum Deo per sanguinem fœdus, primitias & optima quæque à singulis quibusq; sibi Deus offerri volebat, vt ex ijs Arca & Tabernaculũ, & quicquid ad ea ornamentorum pertineret, cõficeretur: quibus ita peractis, quæcunque deinde offerrẽt, ea ipsi grata futura essent. Quæ vt enodẽtur, cõstat plenè, primum ac præstãtissimũ quod sit in homine, id illius esse Liberum Arbitrium: itaq; id sibi Deus poscit ac vendicat iure suo, ita vt ex amore prę cũctis, quæ iam ab ipso creata sint, aut fieri possint

Præstantissimum homãnis quid.

ſint,ipſe potiſſimùm ab homine eligatur,ipſe præcipuè charus habeatur: quicquid deindè bonorũ operũ ab eo oblatũ fuerit, id vtique gratum DEO erit. Atq; ex hac libera Arbitrij electiõe,cum bonis operibus cõiuncta,ſpiritalem Deo cõſtruet Arcã & ſpiritale Tabernaculum,in quo cum DEO in ęuum cõmorabitur ſempiternũ. Sed nũc ſuſceptum perſequar argumẽtum,propoſitamq; materiã atque figurã:ſed hoc ordine, vt ab exterioribus ad interna,& ab imis ad ſumma progrediar.Quãuis enim Moſes primò agat de Arca,& quę in Tabernaculo inerãt,indè de Tabernaculo,pòſt de Altari ſacrificij, quod erat ante Tabernaculum, ac ſubindè de atrio,quod alia omnia ſuo ambitu circũplectebatur:ipſe tamen principiò ab externis, id eſt,atrio ipſo Tabernaculi,dicere instituã,& ita perducã ſenſim ad interiora.

¶De ſtructura atrij ſecundum figuram. CAP. IIII

TEXTVS Exo.27.

LOcutus eſt Dominus ad Moyſen: Facies & atrium tabernaculi, in cuius auſtrali plaga contra meridiem erunt tentoria de byſſo retorta. Cẽtum cubitos unũ latus tenebit in longitudine. [Cubitus,menſurę genus eſt à manu vſque ad brachij curuaturã.] *& columnas uiginti cum baſibus totidem æneis.* [Baſes,ſunt ſuſtentamenta ſeu imę partes vel ſeſſiones columnarum,quę à fundamento conſurgunt,& ſuperpoſitæ columnæ ſuſtinent pondus.] *& hæ columnæ capita cum cælaturis ſuis habebunt argentea.* [nullo ære permixta.] *Similiter & in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum,columnæ uiginti,& baſes æneæ eiuſdem numeri,& capita earum cum cælaturis ſuis argentea. In latitudine uerò atrij,quod reſpicit ad Occidentem,erũt tentoria p quinquaginta cubitos,& columnæ decem,baſesq; totidem. In ea quoque atrij latitudine quæ reſpicit ad Orientem,quinquaginta cubiti erunt, in quibus quindecim cubitorũ tentoria lateri uno deputabuntur,columnæq; tres & baſes totidem: & in latere altero erunt tentoria,cubitos obtinentia quindecim,columnæ tres,& baſes totidem.* [Ita nimirùm atrij introitus,viginti habet cubitos in lõgitudine.] *In introitu uerò atrij fiet tentorium cubitorum uiginti ex hyacintho & purpura,coccoq; bis tincto,& byſſo retorta opere plumarij. Columnas habebit quatuor,cum baſibus totidem. Omnes columnæ atrij per circuitum ueſtitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis & baſibus æneis. In lõgitudine* [quod & antè iam dictum eſt,] *occupabit atrium cubitos centum,* [eiuſdemq; longitudinis vtrinque erunt & tentoria: [*in latitudine atrium cubitos habebit quinquaginta,* [cuius mẽſuræ in latũ, itidèm & tentoria erunt:] *altitudo* [ſubaudi,tentoriorum in omnes partes,] *quinque cubitorum erit: fietq; de byſſo retorta.* [hoc ad tẽtoria pertinet,ſicut id quod ſequitur,ad columnas:] *& habebit baſes æneas.* [quod & ſuprà dictum eſt.] *Cuncta uaſa tabernaculi in oẽs uſus & cæremonias, tam paxillos eius q̃ atrij, ex ære facies. Præcipe filijs Iſraël,ut afferant tibi oleum de arboribus oliuarũ puriſsimum,piloq; cõtuſum,ut ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij extra uelum,quod appenſum eſt teſtimonio. Et collocabunt eam Aaron & filij eius,ut uſque mane luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per ſucceſsiões eorum coram filijs Iſraël.*

En hæc extima atque infima figuræ,quam tractandam ſuſcepimus,pars eſt. Nunc igitur re

re ipſa ſeu veritate,quam iſthæc figura deſignat, ab externis ad intima, & ab imis ad ſuprema nos perducam:id eſt,à vita externa ad internam,& ab infimo bonę vitę ſtatu ac ordine, ad ſummum & excellentiſſimũ. Quiſquis Deo & Eccleſiæ ſanctæ animo non ficto, ſed integro obtemperare ſtatuit,à cunctis is liberatur, abſoluitur & exoneratur peccatis ſuis, idq; per precioſiſſimũ Chriſti Saluatoris ac Domini noſtri ſanguinem,vtì id antè nobis explicitum eſt: obſtringiturq; & vnitur DEO, & ipſi DEVS: ipſemetq; adeò Tabernaculum & Arca DEI efficitur,in quibus DEVS non quidem iuxta figuram,ſed re ipſa & in veritate habitare velit. Figura nãq; præterijt & abolita eſt:veritas autem manifeſta eſt omnibus illis,qui ad veritatem ſeſe adiungere atque cõuertere,& quicquid veritati aduerſum eſt, fugere ac deuitare velint.

¶De ſpiritali atrio Tabernaculi,id eſt,animę ſanctæ. Cap. V.

AT verò ſeſe nunc vnuſquilibet ſeriò ac diligenter diſpiciet ac explorabit, vtrũne ea omnia, quæ ad iſtud ſpectant Tabernaculũ,in ſe reperiat,ſentiat,experiatur: & ſi ita neutiquã in ſe inuenerit,aut nõ ita ſe habere perſenſerit,certum quidem habebere debebit,nõ ſe Tabernaculũ eſſe DEI. Primum autem, quod in ſe perquiret ac attendet vel explorabit, Atrium eſt Tabernaculi,id eſt,vita Moralis extrinſecùs cum omnibus,quæ ad eam pertinent. Atquì ſpiritale hoc atrium, intra quod, Tabernaculum & Arca collocãda reperiendaq; eſt, ſexaginta habebit columnas & baſes totidem æneas, id eſt, viginti ad auſtrum,viginti ad aquilonem,decem ad occidentem,& ad orientem totidem. Baſes autem,quæ columnas ſuſtinent,internum eundemq; voluntariũ ſignificant animi conceptum ſeu propoſitum virtutes omnes amplectens:& hæc eſt bonæ vitæ initium. Per columnas,vehemens ac forte accipimus deſiderium ſeu affectum erga cuncta Dei mandata,mores omnes & inſtituta,ritus ac exercitia, quæ in ſancta Eccleſia obſeruãtur. Iſthoc deſiderium bona voluntate amoris q; feruore dimanabit,perindè vt æs ignis ardore liqueſcit,& vt artifex æs ipſum igne ac malleis pro ſuo arbitrio diducere ac dilatare poteſt:ita & deſiderium hoc ſeu affectus,in omnibus rebus bonis dilatari duciq; debet tum amoris igne,tum malleis inſtitutionum Domini noſtri. Et ſicuti æs Soli expoſitum fulgẽti,auri quendam prę ſe fert ſplendorem ac ſpeciem:ita & bona voluntas & deſiderium erga virtutes,diuini amoris refert ac exhibet ſpeciem, idq; in omnium illorum aſpectibus, qui foris illud in operibus conſpiciunt ac cõtemplantur: interìm tamen nõ eſt tantæ præſtantiæ ac nobilitatis, atque charitas ipſa, eo quòd ad bonam pertineat voluntatem, & etiamnum ad externa verſum ſit opera:at nihilo ſeciùs adeò ad ſui id exigit Deus extructionem Tabernaculi, vt abſque illo nequaquàm id abſoluere, perficere ac exædificare queamus. Hæ verò bonæ voluntatis ſeu deſiderij columnæ,argenteis ſunt operiendæ laminis,id eſt,vita bona & honeſta cõuerſatione:quod ſic rectiſſimè faciemus,ſi ita vt decet,ſtudioſè ac ſedulò nos iuxta Dei p̃cepta ſanctorumq; inſtitutiões exercitabimus ac excolemus,ita vt quiuis noſtris in moribus ceu in argento diligenter expolito & à maculis expurgato ſeſe contemplari queat,maioremq; adferat voluptatem ac iucũditatem bonæ vitæ noſtræ fama atque exiſtimatio,auribus percepta piorum,quàm vllus argẽti ſonus vel tinnitus. Capita porrò,id eſt,partes ſummæ columnarum,abſque vllius æris admixtione penitùs argẽteæ erunt:cuius eſt iſta ſignificatio, debere quenq; in ijs omnibus, quæ Deus ipſi euenire velit, etiam naturæ cõtrarijs ac moleſtis,ſuæ renunciare voluntati,& abſque vlla alia delectione aut optione patiẽtem ſeſe præbere,atque in omni perpeſſiõe manſuetum ac tolerãtem eſſe:qui quidem eſt virtutum morumq; omnium,qui poſſint foris agnoſci in homine, præcipuus decor & ſupremus ornatus. Et hæc ſunt virtutum capita,nullo ære admixto,prorſus argẽtea. Sæpè nanque ita vſuenire ſolet,vt quę quis vel inſtituta vel opera cupidè & cum affectu amplexus ſit & aſſumpſerit,ea cuncta ad Dei honorẽ interìm deſerere cogatur,atq; ſimplici ex obediẽtia & animi ſubmiſſione aliud quiddam agere,quod vel ex Dei ſit vel ſuperioris voluntate: ſicq; in cunctis ſuis actionibus propria ſeſe abdicat volũtate ſeu voluntatis proprietate,liberumq; arbitrium ſuum ſiue in Dei ſeu Prælati ſui tranſſundit reſignatq; liberrimam voluntatem: atque ea re iam non pro ſuæ vitam agit naturæ proprietate,ſed peræquè paratus eſt quarun-

Atrium.

Baſes.

Columnæ.

Argẽteæ eæ lũnarũ capita, quid ſibi velint.

runlibet virtutum incumbere actibus, perpeti ac tolerare omnia, quæ DEVS ipsi accidere velit. Hoc pacto virtutes absque proprietate summa obedientia coluntur: & capita argentea, quę sunt quælibet voluntatis abdicationes, cęlantur atque exculpuntur pro liberrima Dei voluntate. Et interdum quidem Deus ipse in resignata hominis cęlat & exculpit volũtate. Cuius est in scriptis diuinis exemplum de Abrahamo patriarcha, vtì eum DEVS tentârit, dato præcepto, vt filium suum Isaac præ omnibus vnicè ipsi charum, quemq; supra naturæ vsum susceperat, & de quo eximiæ illi spes propositę erant, neci traditum quo-
Gene. 22. dam in monte Domino immolaret. Qua in re, licèt omnium quæ natura illius ferre posset, difficilima ac molestissima, simplicem præstitit absque vlla detrectatione obedientiam: ideoq; volũtas eius haud secùs grata & accepta fuit Deo, quàm si re & opere eam esset executus: quandoquidem morigerus fuit, adeoq; paratus diuinæ per omnia obsequi voluntati, & illius parére mandatis. Vndè tum quoque benedixit illi Deus, addita pollicitatione, quòd semen eius vt stellas cæli & arenam maris multiplicaret, & in semine eius gẽtes omẽs benedicerentur: quod in Christo factum est, qui ex illius semine est procreatus. Quandoq; verò damnatis spiritibus eam Deus facit potestatem, vt in simplicibus ac morigeris resignatæ voluntatis hominibus cęlent ac insculpant. (vt sic interìm loquamur.) Huius exemplum
Iob 1. & 2. iustum Iob habemus, qui rerum ac prolium suarum iacturam fecit, atque insupèr hostis tartareo permisit Dominus, vt corpus illius eatenùs affligeret & excruciaret, quatenùs posset, salua vita, perferre. Atquì in his omibus duris afflictionibus innocens, iustus, Deũq; in cunctis metuens ac religiosus perseuerauit. Qua re diuinitùs commẽdari meruit, quòd non esset illi similis in terra: adeoq; hac obedientia & suę resignatione voluntatis, maiorem est
Iob 42. emeritus & assecutus benedictiõem, quàm antè fuerat adeptus, Domino illi in cunctis duplicia restituente: vixitq; posteà centum quadraginta annis magno in honore, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum, vsque ad quartam generationem. Sed & in ipso itidèm nouo Testamento Christum, eiusq; Apostolos & horum successores atque sectatores, ex vera obedientia sese resignasse legimus, atque permisisse voluntati crudelium Tyrannorum ad extremũ vsque mortis supplicium. Nimirùm omnes isti primùm quidem animo conceperant, magnaq; strenuitate ac seriò constituerant decreuerantq; seruire Deo, Deiq; præcepta & virtutes omẽs, vita incolumi, tota sua exequi & excolere facultate: sicq; & bases ęneas & columnas argenteas omìnò vestitas laminis, id est, voluntatem ac desiderium sanctis ornata exercitijs iam habebant. At vbi suam quoque voluntatem in Dei transfuderunt ac resignârunt voluntatem, ibì capita erant argentea, absque æris admixtione: in quibus insculptæ & cęlatæ fuere varij miriq; decoris ac elegantiæ formæ ac ornamenta, diuersa tamen ratione, plùs minúsve in alijs atque alijs, pro modo cruciamentorũ, afflictionum, perpessionumq; singulorũ, In quibus sanè danda nobis opera est, vt sanctos imitemur, summoq; studio cunctas amplecti & re ipsa exequi virtutes suscipiamus cõstituamusq;, & in omni afflictione ac perpessione nostra absq; optione vel delectione simus, veraq; ex obedientia quicquid DEVS nobis accidere volet, perferamus. Harum autem columnarum viginti ad meridiem seu in parte australi, eiusdemq; numeri versus septẽtrionem erunt: quod est, affectu beneuolẽtiæ & amoris exercitijs seu officijs charitatis ad dexteram atque læuam, ad malos atq; bonos, ad amicos & inimicos extendi nos debere, ita vt mãdata Dei & in nobis & in cęteris mortalibus omnibus vnà nobiscum exequi magno studio conemur. quod vtique nec amici, nec inimici, non compendij vel dispendij cuiusquam causa, non ob res secundas vel dubias & aduersas vnquàm omittendũ est, neq; committẽdum, quin DEI præcepta, quantùm quidem in nobis situm est, in cunctis exequamur hominibus. Hac vbi constantia ac firmitate prædìti erimus, iam tum columnas vtrinq; viginti habebimus, id est, Decalogum geminatum. Quas enim virtutes amamus, atq; tum in nobis, tum cæteris perficere appetimus, si adhibeamus eò quod in nobis est, haud secùs illę virtutes nostrę sunt, quàm si ipsi eas re ac opere pstitissemus. Hac ratione spiritaliter cũctis illis, quæ toto fiãt terrarum orbe, virtutibus patrandis cooperamur: itemq; sceleribus & peccatis omnibus, quæ mũdus in se admittit, affligimur & excruciamur: & ita quidem proximos vtì nosipsos diligimus, & Dei iussa vtrinq; exequimur duplicatò, dum & malos & bonos eodem quo nosipsos amore prosequimur,

id optantes, vt ad Dei cultũ æternamq; eos beatitudinẽ perducere ac prouehere quèamus, id est, vt seruiant DEO, sintq; æternò beati. Ex his porrò atrij columnis, decem erũt retro nos versus Occidentem: quo significatur, omne superioris exactæq; vitæ nostrę tempus dispicere nos atq; expẽdere debere, itemq; peruestigare ac examinare nosipsos, num pcepta Dei vlla vnquàm ratione à nobis violata sint, & an id emendare ac expiare conati simus, & pro viribus, iuxta Ecclesiæ instituta ac decreta vt emendetur, dare operam velimus. Et ista quidem retrospiciendi ratiõe neminem nisi nosipsos iudicabimus, cùm diuina lege cautum sit, ne alios iudicemus: vndè etiam nõ nisi decem duntaxat columnas à parte habemus posteriori, quæ sunt decẽ præcepta DEI, quibus nos hoc pacto oportet satisfacere, vt quod ad omne pteritũ vitæ nostrę tẽpus attinet, nullam sentiamus conscientiæ reprehensionem. Ad Oriẽtem similiter ante nos decem colũnas habebimus: tres quidem vtrinque, id est, in vtroq; latere: & quatuor in medio in ipso atrij introitu: per quæ tres quædam singulares exprimuntur virtutes, ex vtraque nostri parte nobis colendæ atque exercitandæ: quæ quidem eiusmodi sunt, vt sine ijs vitam moralem obtinere nequeamus, aut si etiam adepti eam essemus, absque ijs tamen non posset conseruari. Prima virtus est, vt despiciamus ac nullius pensi habeamus, negligamusq; omẽm honorem temporarium, & opes mũdanas: & ita spiritu pauperes erimus. Altera est, vt vitam agamus asperam, idq; hoc pacto, vt ea omnia naturæ cõmoda, quę nihil necessaria sint, deserere, floccipẽdere, & aspernari queamus, ministremusq; corpori iuxta pręcepta Dei & Ecclesiæ sanctę, vera cũ moderatione seu discretione, ea quibus necessariò indiget: atq; ita corporis tuebimur ac seruabimus puritatẽ. Tertia est recta intentio, qua Deum cunctis in actionibus nostris ceu scopum spectemus ac inquiramus: & ita diuinę semper morem geremus ac obtemperabimus voluntati. Cęterũ tres istę virtutes ad dextram læuamq; constituentur, vtì sic ea omnia, quæ naturam corpoream aut mœrore, aut gaudio afficere queant, ijs ipsis reprimamus, & vtraq; ex parte eis resistamus ac obluctemur. In medio autem, in ipso introitu atrij, id est, moralis vitæ nostrę quatuor erũt colũnę, per quas Dñi IESV doctrina ac institutiões designãtur, vtpotè quatuor Euangelistarũ expressæ voluminibus: qbus etiam institutiõibus virtutes omẽs aptè concordant: Hac videlicet ratione columnas decem ante nos ad Oriẽtem, id est, decem pcepta custodimus, quæ nos ad æternam perducunt vitam. Denique columnæ omẽs iam dictæ, in vniuersum sexaginta necessariò fiũt, id est, sexiès decem, aut deciès sex, vt significent, decem præcepta in sex misericordiæ colenda exercendaq; esse operibus, itidemq; sex misericordiæ opera in decem præceptis. Etenim vnoquolibet misericordiæ opere, modò ritè ac benè fiat, cuncta implentur DEI mandata. Qui enim proximum diligit re ipsa & opere, ita vt debet, legem impleuit. Porrò omnes iam commemoratæ columnæ cum suis basibus, in immobili erant collocatæ fundamento, id est, ipsa terra: vt intelligamus, eodem modo curandum nobis esse, vt virtutes omnes super humilitatis fundamento fixas ac stabiles retineamus. Habebat deindè atrium istud, quo vitam nostram moralem designari diximus, tentoria vel cortinas per circuitum: quarum omnis in summa longitudo trecentos explebat cubitos, & altitudo quinque: singulis columnis quinis assignatis cubitis in longum & altum. Tentoria autem siue cortinæ, ex byssо fuere retorta. Est verò byssus genus lini Aegyptij, candidissimi, subtilissimi atque leuissimi, potestq; per id accipi haud absurdè morum vitæq; candor, mundities & elegantia. Erit autem byssus ista retorta: quandoquidem candor hic & puritas tum foris præferenda ac exhibenda est in moribus & conuersatione, tum quoque seruanda, custodiendaq; intùs in animi intentione: quã ob rem etiam inter columnas singulas, non nisi qui nos duntaxat in longum cubitos cortinæ obtinent. Enimuerò mores omẽs externi, quibus virtutes & ornantur, & declarantur, quinq; sensibus coluntur & exercentur: atque ita inter virtutes singulas quinq; duntaxat cubiti sunt, qui sunt opera nostra quæ sensibus efficimus, quæ sunt nobis intùs & foris munda puraq; conseruanda: sicq; & nobisipsis & cæteris quibuscunq;, quod ad mores attinet, satisfaciemus. In introitu verò atrij, id est, vitæ virtutibus deditæ seu virtutum studiosæ, tentorium hoc vel cortina, viginti cubitorum in longitudine, & quinq; in altitudine, ex hyacintho fuit & purpura, coccoq; bis tincto & byssо retorta opere plumarij: vbi cũ sint quatuor colo-

Virtutũ singulariũ triũ prima.

II.

III.

Roma. 13.

Humilitate virtutes oẽs stabiliri oportere.

Byssus.

Hyacinth.

colorum genera, quatuor nobis referunt virtutes principales, in qbus moralis omnis consistit exercitatio. Per hyacinthum, cuius est color instar violæ seu cæli sereni, discretionis seu moderationis virtutem accipimus: quę vim exornat rationalem, edocetque distinctè in omnibus hominem, vtì ea aut agenda sint, aut omittēda. Per purpuram, quæ est coloris rubri, concharum sanguine tincta, fortitudinis est expressa virtus in vi irascibili, vtpotè quæ proprium naturæ extinguit ac superat sanguinem, dum sese exercet homo non pro naturæ appetitione aut affectu vel propensione, sed rationis seu discretionis ac moderationis suasu consilioq;: in qua tum obluctatione mores eius proprio illius sanguine tinguntur & exornantur. Coccus autem bis tinctus, qui itidèm est coloris rubicundi ex vermiculorum sanguine confecti, condolentiæ seu cōpassionis ac commiserationis virtutem significat, quam geminā seu duplicem esse oportet, eo quòd vim implere habeat concupiscibilē, quo vnumquemlibet ex vera condolentia & sui ipsius misereat, & cuiuslibet cæterorum, sitq; ac præstet tum alijs quicquid potest & ratio dictat, tum etiam sibi ipsi in eodem amoris gradu. Sic planè equū esset, nostra nos ex cōmiseratiōe seu cōpassiōe dispertire seu dissecare atq; conterere seu lacerare corda, ac proprio inficere & tingere cruore, id est, vsq; adeò & nobis ipsis & proximis virtutes & vitam cupere atq; ardenter optare, ac desiderare rectè institutā ac benè compositā ac ordinatā, vt vbi diuersum seu contrariū perciperemus, ipse adeò sanguis noster non alteraretur modò, sed etiā imminueretur. Deniq; byssus retorta, quę est instar niuis candidi nitidiq; coloris, syncerā ac minimè fictam designat innocentiam, id est, internam cordis puritatem, & externam sensuum cunctarumq; actionum vel operum munditiem atq; candorem. At verò quatuor hosce colores, id est, hasce virtutes quatuor disiungere non licet. aut simul omnes habeamus, aut nullam earum propriè habeamus oportet. Complectuntur enim atq; continent intra se, quicquid proximis, itemq; nobis ipsis, quod ad morales virtutes & externa exercitia officiaq; attinet, debemus. Quas tamē vt ardentiùs concupiscamus, colamus, exercitemus, animaduertēdū nobis est, vtì eas Christus Seruator noster in omi sua vita coluerit exhibuerit q;. Principiò qdē quicqd egit operū, summa moderatione seu discretione, & ex ratione peregit, in cunctis actibus, immò & pœnis & afflictionibus suis, temporis, loci, personæ obseruata & expectata opportunitate: qua de causa hyacinthino est vestitus colore, eo quòd omis illius vita, rationabilis & summæ fuerit moderationis. Fuit deindè indutus purpura, ob suam fortitudinem. Vicit nanque corpoream naturam suā, neci illam offerens: atq; prę angustia, horrore ac tremore partis sensitiuę sanguineo corpus illius manauit sudore, quo tincta est vestis humanitatis ipsius. Tertiò itidèm cocco bis tincto, cui color rubet instar ignis, opertus fuit, putà charitate ac misericordia, ex quibus vermiculum, id est, præstantissimū corpus suum neci dedit: estq; hic coccus bis tinctus, quandoquidem suo nos precioso sanguine abluit, ac decenter & honorificè colorauit, adeoque seipsum honestissimo, quod quidem cogitari possit, amoris & afflictionum, quas perpessus est, induit vestimento. Quartò demū etiam byssi retortæ colorem habuit: si quidem candidus fuit, id est, absq; macula, & instar agni innocens in omni vita cunctisque actionibus suis. In his igitur quatuor virtutibus moralibus, omni quam præstare queamus, virium nostrarum facultate eum imitari ac subsequi contendere atque conari debemus. Habebat verò antedictum atrium Iudæorum etiam paxillos ex ære, & funes quibus columnæ figebantur in terra: itemque cortinæ, idq; contra ventorum impetus ac omigenas aeris tēpestates: ita nimirùm & vita nostra in humilitatis fundo fixa & cōstabilita esse debebit, & hoc paxillis sensibilis strenuitatis, qua & nouas adipisci virtutes, & adeptas cōtinēter seruare & custodire seriò contendamus: quibus rebus exercitatio nostra contra omnem vitiorum impetum, aduersitatem, tempestatemq; stabilis ac firma reddetur.

Purpura.

Coccus bis tinctus.

Byssus retorta.

Christus vtì has quatuor virtutes habuerit.

Vermicul.

Paxilli.

Funes.

¶ De oleo ad vsus candelabri colligendo. Cap. VI.

POST hæc præcepit Moses, Domino iubente, filijs Israel, vt adferrēt oleum de arboribus oliuarū purissimum, piloq; cōtusum, vt arderet lucerna semper, id est, lampades cādelabri in tabernaculo testimonij extra velum, quod appensum erat testimonio, luceretq; vsque manè coram Domino. Sic videlicet & Christus IESVS verus Deus & homo, nobis omnibus, quotquot eius sanguine redempti sumus, mādauit, vt oleum purum, piloq; cōtusum, adferamus, id est, mutuā condolentiā seu cōpassionem, mutuā charitatem alij in alios in cuiusq; necessitate declaremus: & ita lucere atque ardere poterit lucerna nostra. Etem figuræ nox præterijt, qua oleum oliuarū ardere cōsueuit, & manè iam exortum est, ipsiq; modò adstamus coram Domino: qui si misericordiæ erga alios præstamus exercemusq; opera, lucernam atque lumen, quæ lex designauit, intra nos habemus. Christus nanque cum suis lumen hoc ad vltimum vsque iudicij componet curabitq; diem: tum verò benedicet & saluos beatosq; efficiet omes, quotquot modò erga pximos misericordia lucēt & ardent: contraq; maledicet & execrabitur eos omes, qui moralibus non dederint virtutibus operam, nec charitatis exercitârint & coluerint opera, quæ tamē ipse tum vita, tum verbis docuit, & quibus nos omino præditos esse oportet, si vitam consequi beatam velimus. Et hæc altera pars est ex septē pręcipuis è figura desumptis: qua nimirùm id nos edocemur, vtì ad proximos amoris exercitijs, & officijs, ac beneuolentiæ studijs & actibus nos extēdere atq; conferre debeamus, idq; tum, vbi priùs parte illa superiori Domini IESV morte à peccatis nostris omibus liberati atque exonerati erimus.

Rom. 13.

¶ Pars tertia principalis, de Altari sacrificij, eoq; pertinentibus.

Caput VII.

AT nunc cum figura ipsa penitiùs atque vlteriùs nos introducam, atque indè figuram explanabo cōuenienter tertiæ parti ex septem illis principalibus, quæ in initio mihi sunt commemoratæ.

TEXTVS Exod. 27.

Locutus est Dominus ad Moysen: Facies & altare de lignis sethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est, quadrum, & tres cubitos in altitudine. Cornua autē per quatuor angulos ex ipso erunt, & operies illud ære. Facies q̄q; in usus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes atque fuscinulas, & ignium receptacula. Omnia uasa ex ære fabricabis. Craticulāq; in modū retis æneam, & subter eam in altaris medio arulam, per cuius quatuor angulos erūt quatuor annuli ænei, quos pones subter arulam altaris. eritq; craticula usque ad altaris medium. Facies & uectes altaris de lignis sethim duos, quos operies laminis æneis: & induces per circulos, eruntq; ex utroq; latere altaris ad portandū. Non solidum, sed inane & cauum intrinsecùs facies illud, sicut tibi in monte monstratum est.

Iam age veritatem ipsam introspiciamus, vtì nos vlteriùs figura iam dicta instituat, putà, quemadmodùm per sensibiles exercitatiōes, sensibus introrsùm versis, intrò ingredi debeamus. Vt enim per morales virtutes ad proximos, extrouersos nos esse oportet: ita & intrò nos recipere ac vertere debemus cum amore sensibili ad Deum: & ita quidem altare sacrificij de lignis sethim efficiemus. Dicitur autē hoc altare holocausti vel sacrificij, positūq; fuit extra tabernaculum in atrio, non quidem in ipso aditu vel introitu tabernaculi, sed à latere versus meridiem. Itaq; per altare hoc, quatenùs quidem solum stat foris in atrio tabernaculi, sensibilem accipiemus cordis nostri vnitatem, ad quam nimirùm cūctæ vires nostræ sensitiuæ sensibiliter conuersæ erunt: eritque altare ex lignis sethim: quę sunt admodùm leuia, & neq; putrescunt, neq; conflagrant vnquàm: quod sanè nō est cur quisquam magnopere miretur, cùm teste D. Hieronymo, amiton ligni genus, vel ligni simile, non comburatur, sed quanto plùs arserit, tāto mundius inueniatur: nec ligna paradisi ignis absumat. Porrò ligna hæc sethim, cùm sint leuia, libertatem figuratè significant, vtpotè quæ leuis est, & spiritaliter ducit hominem quôcunq; velit: vbi meritò danda nobis opera est, quo inordinatas seu incompositas sensuum occupatiōes missas faciamus, ac liberè nos ad sensibilem vel sensitiuam intrò recipiamus vnitatē. Est etiam libertas ista perpetua, nec vlli obstricta, si ta-

Altare qbus de lignis qui faciendum.

Ligna Sethim, qualia.

tamẽ eã in virtutib⁹ colere ac exercere velim⁹: nec potest vnquã in amoris igne consumi, cõflagrare aut pire: sed repurgat eo potiùs ab omi inordinatiõe. At verò sethim, si Latinè redas, vt quidã volũt, etiã appetitionẽ quorũlibet fructuũ significat: itidẽq; libera per amorẽ ad Deũ cõuersio, desideriũ quoddã & fons ac origo est virtutũ omnium: qua de re materia est. Vndè altare cõficitur, in quo cultus omis corporeus, cũctaq; opera externa, cũ amore Deo ꝓpetuò sunt offerenda. Atquì altaris lõgitudo ꝗnos obtinet cubitos, quod est, omnẽ ꝗnq; sensuũ multiplicitatẽ vincere ac superare nos debere, eosq; in vnũ cogere colligereq;. Latitudo quoq; totidẽ habet cubitos, hac significatiõe, vt sensuũ nostrorũ appetitiões ad hanc vnitatem sensibiliter nobis reducendas seu conuertendas esse nouerimus, contemnamusq; quicquid eis libet præter ea quæ sint necessaria: & ita quidem fixi, firmiq; ac securi & velut quadrati aduersus omnia, quæ foris nobis officere queant, cõsistemus. Habet deindè & altitudo cubitos tres, cuius est iste sensus, vnitatem hanc intra nos conspicere, appetere, possidere nos debere, idq; sensibiliter vltra quæuis temporaria. Ad hanc vnitatem sensibilem vbi quis pertigerit, affectus seu appetitio illius fertur in sublime, & oculis externis idẽtidèm ad cælum suspicit, mira quædam experitur, & habet gestus ac mores quosdam admirabiles, & quicqd mundus hic offerre potest, id est, res omnes temporariæ fastidio illi sunt, eo quòd altare suum, id est, cordis sui vnitatem intùs & foris ære, hoc est, sensibili erga Deum charitate operuerit. Sunt portò in altari nostro quatuor nobis cornua ex ære fabricanda: siquidem altare quatuor habuit cornua, per singulos supremos angulos singulis cornibus fabricatis, quę quidem recuruas introrsum habebant inflexiones, ita vt in quatuor angulis quatuor catenæ penderent, ad quas craticula vsque ad altaris medium appensa fuit: Isthæc cornua quatuor, haud absurdè quatuor designãt virtutes cardinales, vtpotè q̃ vnitati nostræ singularẽ quendã conferũt ornatũ ac decorẽ, dum per eas & foris virtutũ actionibus incũbimus, eædẽq; introrsùm nos ceu cardines mouẽt, & robur ac firmitatẽ ꝓstãt insuperabilẽ, vbi ꝑ eas intrò nos recipimus, ac possidemus cordis vnitatẽ. Prætereà diuersa nobis in vsus nostri altaris, id est, vnitatis cordis nostri vasa & instrumẽta ænea faciemus: ex ꝗbus priorẽ obtinẽt locũ Lebetes, quibus cineres excipiãtur, significãtq; multijugam humilemq; Dominicæ Mortis, quam is ex amore pertulit, itemq; cruciamentorũ, quæ sancti perpessi sunt Martyres, ac nostræ demum in virtutibus imperfectionis defectionisq; cõmemorationem. Ista videlicet cineres quidam sunt & reliquiæ ignis amoris, excipienda nobis iugiter deuota, amicabili ac pia commemoratione, animiq; commiseratione seu cõdolentia. Hæc vasa ęnea sunt, quibus & peccata condonantur, & charitas excitatur, & fides renouatur. Porrò forcipes æneę, quibus ignis struatur, id sibi volunt, in cunctis nostris actionibus bonis & cum virtute coniunctis, quas DEO præstamus, intùs nos minimè contentos, itidemq; in ijs omnibus, quæ nobis vicissim conferuntur ac præstantur à Deo, neutiquã quietos ac pacatos nos esse debere: quibus rebus charitatis ignis struitur. Fuscinulæ autẽ ęneę sensus nostros externos, sensibili quodam perfusos sapore, exprimũt, quibus nimirùm cũ attentione quadam & intrò & foràs sese recipere, cunctaq; virtutũ sacrificia in amoris igne versare ac retrahere, & hac illaq; mouere incumbit. Deniq; ignium receptacula desideria significant insedata seu insatiabilia, quæ amando neutiquã expleri queant. Ad hæc faciemus in vsus altaris vnitatis nostræ craticulam & ex ære instar retis cancellatam, quę nobis liberum & cùm bona voluntate coniunctum designat desiderium, quod cuncta ita complectitur, vt ea ad DEI referat cultum, nec tamen ipsum ab vlla creatura detineatur. Quod idcircò retis habet similitudinem, quòd sensibilis erga DEVM charitatis ignis subter ipsum in cordis ardeat vnitate: ignisq; flamma, id est, deuotio, per quam actus seu opera quælibet bona & cum virtute coniuncta ardent, DEOq; offeruntur, per ipsum penetret: & quicquid sentiri potest, tam ex his quę ex DEO deorsùm manant in cordis vnitatem, quàm quę ex eadẽ vnitate per deuotionem rursus ad cælum referuntur ac subuehuntur, id omne per ipsum penetret atq; peruadat, neq; possit id ipsum retinere, cùm sit craticula retis instar, cui imposita sunt quęcunque sint Deo in charitatis igne offerenda sacrificandaq;. Pendet verò craticula hæc, id est, desiderium istud in altaris, id est, vnitatis cordis nostri medio, in quatuor antè memoratis recuruis æneis cornibus, eo quòd omnes nostræ cum virtutibus coniun

Sethim qd sonet.

Cornua altaris quatuor quid.

Lebetes.

Cineres.

Forcipes.

Fuscinulæ.

Craticula.

Rete.

Flamma.

ctæ actiones & foràs egredi, & intrò regredi habeãt in sensibilẽ nostram vnitatẽ, idq; iuxta quadruplicem quatuor virtutũ cardinaliũ rationẽ. In ipsa ad interiora reuersione, desiderium hoc appensum vel suspensum inueniemus in sensibilis charitatis meditullio: & extra vnitatem quidem supra seipsum subuehi aut pertingere non potest, & in eiusdem sensibilis vnitatis fundo durare nequit: ita igitur in altaris pendet medio, vbi amoris ignis perpetuò ardebit. Atquì subter craticulam, quę est hoc desideriũ, in altaris medio Arula fiet ex ære, quod est fundum altaris. Quę quidem arula deuotionem significat, cùm sit fundũ atq; imum, super quo omnem nostrum sensibilis amoris ignem struere, incendere ac inflammare debeamus. Cæterùm per quatuor craticulæ angulos erunt quatuor annuli ænei, ponendi subter arulam altaris, & vectes altaris de lignis sethim duo operti laminis æneis, ex vtroque latere altaris inducentur per circulos, singuli vectes per geminos annulos: sicque sensibilis nostrę vnitatis altare quôlibet circũferemus, & in omi suo ornatu perpetuò erectum conseruabimus. Et primus quidem annulus noster is est, quòd æternam Dei Optimi Maximi charitatem, qua nos ex omni æternitate elegit ac prædestinauit, amanter cõtemplabimur. Alter annulus est, quòd id etiam perspiciemus, vtì ab æterno ex amore vnigenitum filium suum elegerit, quem ad nostram leuandam necessitatem ad vsusq; nostros mitteret indutũ naturam nostram, quo nos tum verbis, tum rebus & exemplis institueret, ac rectũ nobis demonstraret iter, & ob errata ac scelera nostra, mortem perferret longè acerbissimam. Hi sunt duo annuli perennes, qui erũt ex angulis duobus ab altera altaris, id est, vnitatis nostræ, parte: atq; per eos inducere quilibet poterit vectem, nunquã nisi vnà cum ipso periturum, putà liberam firmamq; fidutiam, qua vnusquilibet præditus esse debebit, ita vt omninò confidat ex omni æternitate se à Deo electum & amatum esse, suaq; causa eum hominem factum, mortemq; oppetijsse. Hanc, inquam, fidutiam cum spe & confidentia certa ad mortem vsq; cõseruabit, & ita dextrum vnitatis latus probè erit communitum, æternoq; vectis iste in suis circulis vel annulis permanebit. Tertius indè annulus noster is est, vt prę̃sentem erga nos Dei contemplemur charitatem, qua per omnes dies singulis quibusq; horis tantũ nobis gratię & donorum largitur, & largiri paratissimus est, quibus vnà cum ipso æternam possimus vitam promereri. Quartus deniq; circulus noster est, vt animo consideremus, daturum eum sese nobis, & quidem ex amore purissimo æterni præmij loco, quo illo in omne æuum felicissimè perfruamur, itemq; cuncta humanitatis suę merita, quatenùs nos illorum capaces erimus, idque perindè, ac si nosipsi ea nostro labore ac sudore adepti ac emeriti essemus. Isti circuli duo ex altero erũt latere, ita vt omes quatuor iugiter agnoscere, & animo ac imaginatione complecti queamus. Est autem & his vectis adhibendus, qui per eos inducatur, qui quidem nõ alius erit, quàm vt DEVM super omnia liberrimo prosequamur amore, nec vnquã nõ humili cultu ac famulatu tum illius, tum Ecclesię sanctę pręceptis obtemperemus, & ita ad supremum vsq; vitę diem perseueremus. Itaq; donec vectes isti in suis permanebũt angulis, vita nostra contra ea omnia, quæ nobis esse queãt impedimẽto, benè tuta & expers formidinis erit. At verò cùm vectes ijdem ex ligno sethim, quod libertatem significare diximus, confecti sint: licebit planè nobis sensibilis vnitatis nostrę altare, quôcunq; libitum erit, circũferre ac deportare: sicutì eo quod ijdẽ æneis sunt obducti laminis, quæ nobis sensibilem exprimunt charitatem, vbicunq; locorum Deo sacrificare vel sacrificiũ offerre poterimus. Iam quòd altare istud non solidum, sed inane & cauum intrinsecùs intra quatuor latera fieri iussum est, ita vt sit supernè patulum semper, instar cistæ intùs concauæ & quæ nullum habeat operculum, horum est ista mens & significatio, eodem modo etiam nostri cordis vnitatem ab ijs omnibus, quę nobis imagines parere vel imprimere queant, itidemq; ab omi amore inordinato inanẽ, id est, euacuatam esse debere: sola duntaxat liberi & cum bona voluntate coniuncti desiderij craticula inibì, vt antè dictum est, pendente: qua vtiq; ratione tam intrò nos recipere ad sensibilem Dei amorem, quàm foràs egredi vel extrouertere ad virtutum exercendos actus & opera bona æquè prompti ac parati erimus. Cauum etiam & patulum semper erit altare, quod est, cordis vnitatem nunquàm non sursùm versus ad cælũ cũ deuotione ac digno reuerentiq; cultu & famulatu patescere ac apertam esse debere. Atq; præter hæc omnia fenestram

Arula.

Annuli.

Primus.

II.

III.

IIII.

Circuli.

Vectis.

Laminæ.

Altare cur cauũ, nõ solidum fieri iussum.

Fenestra altaris quid si bi velit.

quandam habebit altare, per quam ignis in arula sub craticula pensili strui ac commoueri queat, eaq; contra solis ortum fiet. Hæc fenestra id sibi vult, humiliter nobis appetendã ac implorandam esse gratiam & opem omnipotentis Dei: quam quidem fenestrã quotiès nos erga illius largissima aperiemus dona, suũ ipse amoris ignem in nostra sensibili struet ac renouabit vnitate. Porrò vtì altare hoc foris ad tabernaculi introitum partìm meridiem versus, id est, ad lucem seu diem, positum fuit: ita planè & nostra nobis vnitas in partis nostræ sensitiuæ intimis in ipso rationis aditu est collocãda, vtì hoc pacto in cũctis sacrificijs, quæ DEO obtulerimus, in rationis nostræ tabernaculum introspicere, atque ita in omibus exercitijs nostris benè componi, atq; aptè ordinari queamus: & sic quidem grata acceptaque Deo erunt nostra sacrificia. Sed hactenùs tertiã ex septem præcipuis ad amoris cursum pertinentibus partẽ tractasse, satìs sit: in qua id nobis expositum atque declaratum est, quemadmodùm in sensibili aduersus Deum amore nos exercere debeamus: vtì per partem priorem veram egimus pœnitentiam, & per secundã in virtutibus moralibus tam erga nosipsos q̃ proximos nostros, benè compositi ac ordinati sumus.

¶Pars quarta è præcipuis septem, de integra tabernaculi constructione. Cap. VIII.

ATQVI iam figuram ipsam dilucida consideratiõe vlteriùs introrsùm insequemur, quo tum ex veritatis agnitiõe, tum diuino instituamur amore, qua ratione perfectum adipisci ac possidere queamus vitæ statũ, id est, vitam aptè cõpositam, & rationabilẽ seu consentaneam rectæ rationi: id quod quarta huius nobis propositę figuræ parte, de qua iam dicere instituimus, planè edocebimur.

TEXTVS Exo. 26.

Dixit Dominus ad Moysen: Tabernaculum ita fiet: Decem cortinas de byſſo retorta, et hyacintho, ac purpura, coccoq; bis tincto, uariatas opere plumario facies. Longitudo cortinæ unius habebit uigintiocto cubitos: latitudo, quatuor cubitorum erit. Vnius mensuræ fient uniuersa tentoria. Quinq; cortinæ sibi iungentur mutuò, & aliæ quinque nexu simili cohærebunt. Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, ut possint inuicẽ copulari. Quinquagenas ansulas cortina habebit in utraque parte, ita insertas, ut ansa contra ansam ueniat, & altera alteri possit adaptari. Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum uela iungenda sunt, ut unum Tabernaculum fiat. Facies & saga cilicina undecim, ad operiendum tectum tabernaculi. Longitudo sagi unius habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor: æqua erit mẽsura sagorum omnium. E quibus quinque iunges seorsum, & sex sibi mutuò copulabis, ita ut sextum sagum in frõte tecti duplices. Facies & quinquaginta ansas in ora sagi unius, ut coniungi cum altero queat: & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, ut cum altero copuletur. Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus iungantur ansæ, ut unum ex omnibus operimentum fiat. Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est, unum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi. Et cubitus ex una parte pendebit, & alter ex altera qui plus est in sagorum longitudine, utrunque latus tabernaculi protegens. Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis. Et super hoc rursus aliud operimẽtum de hyacinthinis pellibus. Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis sethim, quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem. In lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ cõnectatur: atq; in hũc modũ cunctæ tabulæ para-

parabũtur. Quarum uiginti erunt in latere meridiano, quod uergit ad austrum: quibus quadraginta bases argenteas fundes, ut binæ bases singulis tabulis per duos angulos subijciantur. In latere quoq; secũdo tabernaculi, quod uergit ad aquilonem, uiginti tabulæ erunt, quadraginta habentes bases argenteas. Binæ bases singulis tabulis supponentur. Ad Occidentalem uerò plagam tabernaculi facies sex tabulas, & rursum alias duas, quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi. Eruntq; sibi coniunctæ à deorsum usq; sursum, & una omnes compago retinebit. Duabus quoq; tabulis quæ in angulis ponẽdæ sunt, similis iunctura seruabitur. Et erũt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per unam tabulam supputatis. Facies & uectes de lignis sethim quinq; ad continẽdas tabulas in uno latere tabernaculi: & quinq; alios in altero, & eiusdẽm numeri ad occidẽtalem plagam, qui mittentur per medias tabulas à summo usque ad summũ. Ipsas quoq; tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos uectes tabulata contineant, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in monte monstratũ est. Facies & uelum de hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto & byſſo retorta, opere plumario & pulchra uarietate contextum: quod appendes ante quatuor columnas de lignis sethim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas. Inseretur autem uelum per circulos, intra quod pones arcam testimonij, quo & sanctuarium & sanctuarij sanctuaria diuidentur. Pones & propiciatorium super arcam testimonij in sancta sanctorum, mensamq; extra uelũ, & contra mensam candelabrũ in latere tabernaculi meridiano: Mẽsa enim stabit in parte aquilonis. Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto & byſſo retorta, opere plumarij: & quinq; colũnas deaurabis lignorũ sethim, ante quas ducetur tentoriũ, quarũ capita erũt aurea & bases æneæ.

¶Explanatio horum, & quid Tabernaculum, quid itèm Moses significet. CAP. IX.

HOC nimirùm tabernaculum Dominus à Mose exædificari iuxta figuram seu typicè voluit. Moses nanq; Princeps & Dux legis fuit, & sequester ac intercessor pacificatorius inter Deum & populum eius. Itaq; legem Dei nomine ipse instituit seu fundauit, iussitq; hoc extrui tabernaculum diuini cultus gratia, in quo habitaturum se dixerat Deus in medio populi sui, donec figuræ omnes re ac veritate, quam designabant, implerentur perficerẽturq;. Moses igitur, vt & antè dixisse me memini, Christum nobis figuratè significat, Ducem ac Principem nostrum in noua, id est, Christiana lege, fidissimumq; sequestrum ac mediatorem nostrum, quiq; figuras omnes ad æternam vsq; veritatem consummauit, Patremq; nobis cælestem blandum, placidum, benignum reddidit, idq; in omnibus rebus difficilibus seu necessitate quacunq;, vbicũq; id amanter ac pia cum fidutia petierimus. Idemque ipse iussu ac voluntate Patris spiritale construxit tabernaculum, quod est Ecclesia sancta, quæ post hunc gratiæ statum, in eo qui futurus est, gloriæ statu æternò perdurabit. Ecclesiam autem hanc efficiunt boni omnes cum Deo coniuncti & vniti, in vnum collecti atq; vocati, singuli quiq; cum cæteris omibus, vna lege, vna fide, vno baptismo, cunctorumq; concordi & consona charitate, ac consimilibus actionibus, necnõ æterno Dei amore eos oẽs complectente: ita vt singulus quisq; viuidus sit ac benè excisus & politus Dei tabernaculi lapis. Et quatenùs q̃dẽ vita cuiusq; & exercitia p̃clara celsa ac sublimia sũt, eatenꝰ quoq; plùs minùsve Dei exornat tabernaculũ, id est, ecclesiã sanctã.

Moses quid figuret.

Ecclesiã quã qui constituant.

¶ Cuiusmodi esse debeant, qui Domino Tabernaculum sint constructuri. CAP. X.

AT nunc susceptum persequamur argumentum, doceamusq;, vt vnusquilibet homo rationalis Deo suo spiritale conficere debeat Tabernaculum, in quo vnitus coniunctusq; DEO, in omnem commoretur æternitatem. Vbi si probè velimus institui, rectęq; edoceri, tria nobis attendenda veniunt: ex quibus priorem occupat locum, quòd Deus ad sui extructionem Tabernaculi duos potissimũ elegit viros, quorum alter Beseleel, alter Ooliab dictus est. Alterum verò est, quòd ex ijs illud rebus Deus confici voluit, quas populus Israeliticus sponte sua ac libẽs obtulisset. Tertium deniq; est, quòd Ithamar Aaronis summi sacerdotis filius, cuncta quę populus obtulit, excipiẽs, mox artificibus in Dei Tabernaculo laborantibus tradidit, singulis ea tribuens, quę ad quosque pertinerent. Primum horum satìs ea confirmant Domini dicta, quibus ait ad Mosen:

TEXTVS Exod. 31. *Ecce uocaui ex nomine Beseleel filium Huri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia, & scientia in omni opere ad excogitandum quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, marmore & gemmis, & diuersitate lignorum. dediq; ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam, ut faciant cuncta quæ præcepi tibi, Tabernaculum fœderis, & arcam testimonij, & propiciatorium quod super eã est, & cuncta uasa tabernaculi, mensamq; & uasa eius, cãdelabrum purissimum cũ uasis suis, & altaria thymiamatis & holocausti, & omnia uasa eorum, labiũ cum basi sua, uestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filijs eius, ut fungantur officio suo in sacris, oleum unctionis & thymiama aromatũ in sanctuario. Omnia quæ præcepi tibi, facient.*

Ex his, inquam, & animaduerti & probari potest, Dominum ex omni Israeliticæ plebis frequentia Beseleel & Ooliab vocasse ac delegisse, qui essent præ cęteris artificibus sapientia & scientia longè primi, scirentq; vtì fabricandum esset Dei Tabernaculum, & quicquid eò pertineret ornamentorum. Vndè si nobis itidèm stat sententia, æternam Deo exædificare intra nosipsos Tabernaculum, id principiò curandum est, vt Beseleel & Ooliab simus. Beseleel autem liberum dicimus arbitrium seu voluntatem, & Ooliab intelligentiam nostram, qbus nos scilicet obtemperare debebimus spiritui Dei, atq; ita omnigenis implebimur donis Dei, qbus sempiternum illi fabricemus intra nos Tabernaculum ex virtutum ornamentis ac decore confectum: perindè vt Beseleel atq; Ooliab iuxta figurã multijugis repleti fuere donis, quo in Dei Opt. Max. cultum ac famulatum, externum construerent Tabernaculum. Itaq; si hæc & aggredi & absoluere ac ad extrema perducere animus est, considerandum dispiciendumq; nobis est, qbus progenitoribus Beseleel, itemq; Ooliab in hanc lucem editi fuerint, ipsaq; adeò, vtì diuinitùs commemorantur, Patria ac auita eorum nobis vocabula, eorumq; sunt contemplandæ significationes. Beseleel quidem auum Hur, patrem Huri habuisse dicitur. Hur autem, si Latinè interpreteris, ignem sonat: & potest aptè æternę nobis charitatis DEI ignem significare, quæ fons est & origo cuiuslibet generationis cum gratia coniunctæ. Ex Hur porrò, id est, ex hac sempiterna Dei charitate, Huri, id est, diuina nascitur gratia. Huri nanq; idem est, quod longitudo mea, vel illuminator meus. Ex quo perspicuum fit, Dei gratiam, cuiuslibet hominis amãtis esse longitudinem. Quò enim vsq; gratia eum ducit, eiq; præscribit, eò vsq; ambulare potest: neq; verò longiùs. Sic itidèm diuinæ coruscatio gratiæ, hominis est illuminatrix, interiores illustrans oculos, & veritatis iter absq; errore docens, finemq; ac vitam, in qua bona cuncta abdita latent, demonstrans. Verùm enimuerò multùm omninò distat inter gratiam Iudæorum, & eam, qua nos modò pręditi sumus. Quantumcunque enim illi aut virtute aut gratia pollerent, at nihilominùs cuncti apud inferos gratiæ cogebantur prędstolari diem, in qua nos nati sumus

Beseleel mysticè quid.

Ooliab.

Hur quid sonet.

Huri quid.

Gratia quæ à qua quàm differat.

mus. Atque ea re clamabant ac deplorabant, altaq; trahebant suspiria, & eiulabant, quòd ex Hur progeniti essent. H nanq; litera, quæ nil significat aliud, quàm oris hiatum, vocis clamorem, & impetum spiritus, inter ipsos ac DEVM media erat interposita, idq; tam in gratiæ generatione, quàm regeneratione ad gloriam. Atquì hoc gratiæ die, H litera Domini IESV Seruatoris precioso sanguine abolita ac diluta est: & ita auum nos hodiè habemus Vr & patrem Vri. Quorum vterq; sine adspiratioue, id est, simpliciter absque H litera scribitur, eo quòd omnes cum Deo in gratiam restituti simus: eaq; de causa in spiritali nostrî generatione deinceps semper VR atq; VRI absque adspiratiõe capere debebimus. VR verò sine adspiratione, & lux, & ignis, & incendens, & fenestra Latinè reddi potest. Quibus quatuor rebus eiusdem numeri accipimus appellationes, id est, proprietates Dei, quę eędẽ & causa & origo sunt spiritalis nostræ generationis, itemq; virtutum nostrarum omnium. Siquidem DEVS lux est, in qua cuncta viuunt. Per hanc lucem creantur omnia, & distinctè ac discriminatìm in essentia sua naturali disponuntur, constituuntur, ac ordinantur. Ad hoc lumen vbi sese ex toto noster conuertit & adiungit spiritus, cuncta in nobis perficiũtur, & in suam reducuntur ac referuntur originem: sicq; nos eidem ipsi cõiungimur ac vnimur lumini, ac denuò ex ipso supra naturam in gratia nascimur seu regeneramur: in qua quidẽ regeneratiõe cuncta nobis propria redduntur, id est, nostra fiunt, eo quòd omnia benè ac rectè à nobis sint ordinata ac cõstituta, in suumq; relata ac reuocata principium. In hoc principio æternum quoddam intra nos natum sentimus seu inuenimus lumen, quod est ipse filius Dei, ex eodemq; lumine quatuor lucis genera suscipimus. Prima lux est cęli, quæ nobis communis est cũ cæteris animantibus rationis expertibus, eaq; externos atq; corporeos nostros illustrat obtutus: nec est vllum præstantius mundi decus ac ornamentum: Hac æternò carere cogũtur damnati ad Tartara: vt quorum in tenebris erit habitatio, eo quòd luce hac visibili frustrà, non ad summi creatoris cultum, vsi sint. Altera lux est supremi claritas splendorq; cæli, conditi à Deo oculis nostris gloriosis, in quò æternùm degent corpora gloriosa. Hac in claritate, sensibili quadam ratione cum ingenti gaudio & exultatione immensam gloriosi corporis Christi, itemq; nostrorum corporum sanctorumq; omnium conspiciemus claritatem atq; splendorem: perspicueq; ac dilucidè amoris signa, quæ suis gerent in corporibus, & quæ meriti erunt alij perferendis martyrij cruciamẽtis, alij alijs quibusdam ac diuersis asperioris vitæ colendis ratiõibus, quibus DEO seruierint, pro suarum quisq; virium facultate, rationabili seruato moderamine. Tertium lumẽ spiritale est, quod est naturalis tum angelorum, tum hominum intelligẽtia. Hoc in lumine supra ac præter sensuum actionem per ratiõem bonum malumq;, verum ac falsum nosse valemus: quod est initium primi decoris seu ornatus naturæ rationalis. Quartum lumen est gratiæ DEI, qua nos placeamus DEO, & ipse vicissim nobis prę cunctis summè ac vnicè placeat & cordi sit. Ista lux tũdemum in singulis quibusq; consummatur ac perficitur, vbi gratia cuiusq; mutatur in gloriam, & gloriæ modus ac mensura, gratiæ mensuræ æquabiliter respondet. Isthæc quatuor lucis genera ex æterno illo nos suscipimus lumine, id est, ex Dei sapiẽtia, quæ prima est veritatis omis creaturarumq; omniũ regula, fons & origo. Est deindè & altera proprietas Dei, qua is ignis appellatur, ignis vtiq; amoris, qui inter Patrem atq; Filium ab omni ęternitate incensus est, & ardet in æuum sempiternum. Hunc ignem Spiritũsanctũ dicimus, qui est liberrima Dei charitas, quæ vnà cum lumine sempiterno nostrę tam secũdum naturam creationis, quàm per gratiam reformationis ac instaurationis, & ad gloriam vocationis inuitationisq; causa est. Tertiam verò Dei proprietatem, incensionem seu concremationem intelligimus: quæ nobis in diuinæ naturæ vnitate eam significat personam, quæ Patris habet vocabulũ ob æternæ suæ actionis seu operationis principiũ ac fœcunditatẽ. Cuncta siquidem personarum operatio ex diuina vnitate trahit originem: eademq; ipsa vnitas omnes in sese trahit, rapit, consumit, absorbet amoris actiones, & quicquid diuersum illic apparet. Enimuerò vnitas hæc, fundum quoddam est & complexus amoris, quicquid amat vel amore prędितum est, in se per seipsam vel seipsa attrahens rapiensq;. Ista nanq; concrematio, pro suî ratione, perpetuò in vnitate cuncta comburit, incendit, absumit: nec in seipsam secundum essentiam discrimen vel distinctionem patitur. At nihilo seciùs vnaquæq; DEI pro-

H litera qd sibi velit.

VR & VRI mysticè qd.

Quatuor Dei proprietates.

Prima.

Quatuor lucis genera.

I.

II.

III.

IIII.

Altera DEI proprietas.

Tertia.

Vnitas diuina quid.

proprietas ſuum proprium ac peculiare agit opus, nunquã (vt antè dictum eſt) interiturum.
Quarta Dei proprietas. Quarta demum, quam in Dei cernamus, proprietas, feneſtra appellatur: qua nos verbi ſempiterni cũ natura noſtra vnionem accipimus. Hæc vnionis feneſtra, Dei regnum nobis patulum apertumq; conſeruat: & ipſa quidem Deo ex omni æternitate manifeſta fuit, at nobis opportuno eſt patefacta tempore. In hac autem vnione, Pater æternus ex amore immenſo ſuum nobis dedit filium: & filius viciſſim & ſeipſum & nos omnes Patri morte ſua amariſ-
Amor Patris & Filij, quis. ſima ex amore dedit: Paterq; vnà cũ filio, ex nimia charitate ſuũ nobis vtriuſq;, quo ſeſe mutuò complectuntur, largiti ſunt amorem, id eſt, Spiritum ſanctum: & ita vnio hæc nobis eſt
Ioan. 14. tripliciter renouata: quandoqdem manere apud nos atq; commorari ſtatutũ eſt Deo, ſi modò nos illi rectè, piè, & ex virtutis prẹſcripto viuemus. Ita iam quatuor nobis explicatẹ ſunt proprietates Dei, quas reperiamus in illo, quæ nimirùm totius vitæ noſtræ tam illius quæ eſt ſecundum naturam, quàm quæ ex gratia agitur, commune quoddam principium atque
VRI. finis ſunt: quæ omnia ex vocabuli VR ſignificationibus colliguntur. Vr autem filium habuit Vri: eodemq; modo etiam intra nos Vri, qui gratiæ deſignat plenitudinem, ex quatuor iamiamq; nobis enarratis Dei proprietatibus naſcitur ac gnatur. Vri nanq; vocabulum reddit Latinè, idem fit iuxta veteres, quod Lux mea, vel Ignis meus, ſeu Incendens me, aut Apertio mea: quorum quatuor ſingulum quodq; diuinæ gratiæ intra ſe complectitur plenitudinem, atq; interìm tamen non poſſunt alia ab alijs diſiungi ac ſeparari. Siquidem intra nos ex ipſo naſcuntur Deo ceu quædam illius ſimilitudines, & quatuor donis, priorib⁹ illis proprietatibus Dei, vndè progenita ſunt, modo quadruplici reſpõdent. Quos vbi nos quatuor modos ſeu ratiões conſequimur percipimúsve, ſingulares tum efficimur filij Dei: idq; hiſce donis quatuor, quæ nobis verus ac naturalis Dei filius, frater noſter Chriſtus IESVS morte ſua veneranda atq; digniſſima meritus eſt: quiq; idem ſingulum quenq; amantẽ hominem plùs plusq;, & aliter atq; aliter pro menſura ac ratione præſtantię ſeu dignitatis cuiuſq; in amando, & propinquitatis ſeu vicinitatis in cognoſcendo, adimplet. Quamobrẽ
Singulari amore p̃diti dictum I. ſingulus quiſque ſingulari quodam modo amans, ex gratiæ ſuæ plenitudine ita dicit: Lux mea in fundo intelligentiæ, ſeu Vis meæ intellectiuæ: Ignis meus in fundo voluntatis, ſeu Vis meæ amatiuæ: Incenſio ſeu Concrematio mea in fundo vnitatis ſpiritûs mei: Apertio mea in exceſſu mentis meæ. Iſta ſcilicet diuinæ gratiæ lux, in fundo intelligentiæ, omnis nobis veritatis ac ſapientiæ præbet teſtimonium. Naſcitur enim in nobis, & quidem abſq; intermiſſione, ex æterna veritate & ſapiẽtia Dei: atque indè ſpiritalis eſt & imaginis expers, ſu praq; memoriam in fundo intelligentię manet: ſicq; veritatem ſimpliciter ac nudè docet, abſq; exemplis foris petitis, vel inſtitutiõe externa: & quia parte ſenſitiua ſuperior eſt, æternaperſeuerat. Hac luce vita omis virtuoſa, ſiue cum virtute coniuncta, abſq; errore cognoſcitur, colitur, honoratur, atque dirigitur ſeu gubernatur. Hoc videlicet donum, eſt claritatis ex Deo naſcẽtis, primusq; intra nos modus ſeu ratio, qua primæ in Deo intellectæ proprietati ſimilamur ſeu ſumus aſſimiles. Deindè iterum is qui amat, ex experimento ac ple-
II. nitudine dicit gratiæ ſuæ: Ignis meus in fundo voluntatis ſeu vis meæ amatiuæ, abſq; medio, & ſine vlla ceſſatione ex ipſo flagrãs & ardens Spũſancto. Hic amoris ignis, ceu fundamentum quoddam eſt menti humanæ, ac donum præcipuum, & radix virtutũ omnium. Et licèt à Deo ſimul ac pariter lux nobis prębeatur & ignis, citiùs tamen ignem percipimus ac ſentimus. Vtrunq; nanque non naturæ, ſed gratiæ munus ac donum eſt: atque ita per Spiritum ſanctũ ex Dei ea libertate ſuſcipimus, priusq; ſentimus amoris ignem, quàm lumẽ: per ipſum autem ignem, amoris noſtri perſpicua ac dilucida in nobis cognitio perſeuerat. Deniq; gemina hæc proprietas, putà lux atque ignis, cunctas nos docet ac inſtituit re
III ipſa præſtare, moliri ac exequi virtutes. Tertiò deindè is qui amore præditus eſt ſingulari, adhuc profundiùs & interiùs ita ait: Incenſio ſeu concrematio mea in fundo vnitatis ſpiritûs mei, quæ abſq; intermiſſione ex celſiſſima naſcitur ac renouatur vnitate Dei, exigitq; à me ac trahit & inſtigat horis omnibus, in nihilum quaſi vt redigar in meipſo, quo vnum amore efficiar cum Deo. Hic tractus, interna quædã incitatio eſt ſupereſſentialis vnitatis Dei, in quam amantes oẽs eiuſdẽ amoris complexu liquefacti ſunt. Hinc verò quędam in nobis concrematio ſeu conflagratio oritur, id eſt, ardor ſeu æſtus occultus, isq; virium noſtra-

rum ſuperiorum implet vnitatem, atq; omigena in nobis comburit atq; conſumit media & imaginẽs: quæ quidem concrematio, virtutum omnium perfectio eſt. Etenim ſpiritûs quædam in amando defectio eſt, vbi is patientis modo ſeſe habet, conflagratq; & conſumitur incompræhẽſibili vnitatis Dei complexu: quæ quidem vnitas æterna quadam eſurie ac intima appetitione quicqd amat, dehiſcens abſorbet & conſumit in ſeipſa: ex eadẽq; vnitate noua quædam continenter naſcitur concrematio, in qua ſpiritus ſummum ac præcipuum ſuum facit ſacrificium: quandoquidem ardet & conflagrat, & in ſummam vſq; ſuã offertur beatitudinem ac felicitatem. Quartò demum, qui ſublimiter amat, ex inanitate ac IIII.
claritudine fundi ſui ita dicit: Apertio mea in nudo exceſſu mentis meæ, meipſum à meipſo ac rebus omnibus expediuit & denudauit, oſtenditq; ac patefecit mihi vitam æternã. Iſthęc apertio ſeu patefactio, quædam eſt reuelatio ſeu manifeſtatio ex vita abſcondita, quam viuimus cum Chriſto in Deo: & hæc manifeſtatio ſublimes & profundos, lõgos latosq; nos efficit, eo quòd immenſæ illi nos vniat vitæ, quæ ſuo complexu ambit omia, & cuncta comprẹhendit: atq; ea de cauſa cuiuſmodi hęc ſit manifeſtatio in ſeipſa, nos neutiquã verbis vllis conſequi aut exprimere valemus. Neq; enim aut demonſtrari poteſt, aut doceri, neque verbis, neq; exemplis, neq; vlla ſimilitudine. Manat autem ex Deo, & in eleuata ſeſe mente reuelat, detegitq;: cumq; in eam ſpiritus intendere ſeu contemplari molitur, mox modi expers, vnumq; cum ea luce efficitur, atque interìm omnem amittit diſtinctionem ac rationis conſiderationem ſeu animaduerſionem, in vaſtiſſimo illo diuinæ manifeſtationis circũplexu, vbi diuino illuſtratur ac perluſtratur lumine, & primæ vnitur veritati, quæ eſt ipſe Deus, ex qua hęc proficiſcitur manifeſtatio, quęq; omnem nos edocet veritatem, rurſumque in totius nos veritatis reducit fontem, vbi omnis veræ vitæ initium pariter ac finis eſt. Ex his id poteſt animaduerti, duas haſce poſteriores proprietates, putà cõcremationẽ & aper-
tionem, coniungere nos atq; vnire cũ Deo: ſimulque enodatũ nobis eſt, Vri per dona qua- Vri.
tuor gratiæ ſignificare plenitudinẽ. Ex Vri aũt prognatus eſt Beſeleel, quẽ ipſum ad extruendum veteris legis tabernaculũ ſpeciatìm ſibi Deus delegit: itidẽq; ex gratiæ Dei plenitudine morigera ac obediẽs intra nos naſcit volũtas, quã quidẽ & ipſã ſimiliter ad vitã rectè & ex virtute ducendã elegit Deus, in eaq; tũ in vita hac p̃ſenti, tũ in oẽm eſt regnatur⁹ æternitatẽ. Aduertẽdum eſt autẽ, quatuor iam dictas proprietates, vnà cum omibus Dei donis, duobus quibuſdam contineri & includi, quę ſunt Amor iuſtitię omnis, & Totius cognitio ve quib⁹ duob⁹ oia Dei donа includũt.
ritatis. Quiſquis enim perfectam in ſe iuſtitiam ſentit, idem ipſe igni Amoris ſui ad virtutes omnes ſe ſentit incitari ac ſtimulari, atque in hoc ipſo ſuũ ſentit concrematione ſeu conflagrationem, quę & offert & vnit eum DEO: ſicq; iuxta ſpiritalem rationem, Vri is eſt: ex Vri.
ipſoq; naſcitur BESELEEL, id eſt, obtemperans morigerumq; liberum arbitrium, ſeu libera Beſeleel.
voluntas. Quiſqs etiam omnis in ſe habet notitiam veritatis, idem ipſe ſentit lũmen ſuum, quo amore & actiones omnes amoris ordinantur ſeu componuntur: ſentit itèm apertionem ſui, in quã ſpiritûs cõcrematio ſempiterno quodã appetitu ac voluptate ſemper propendet: atq; hic aptè poteſt Achiſamech dici, & ex ipſo generatur Ooliab, id eſt, perſpicua Ooliab.
intelligentia, conſodalis Beſeleel, quem morigeram ac obedientem diximus figuratè ſignificare voluntatem. Omis igitur iuſtitiæ amor, & totius cognitio veritatis, per Vri & Achiſamech deſignantur. Hæc autem duo ex Deo prognata ſunt, nec poſſunt à ſe mutuò diſſepararі: cùm ſint velut germani fratres, ex vno eodemq; parente generati: aut tanquàm riui duo, ex vno fonte dimanantes: id quod vocabulum Achiſamech haud abſurdè videtur exprimere ſeu deſignare. Achiſamech enim ex Hebræo in Latinũ fit, roborans fratrẽ meum, Achiſamech quid ſonet.
aut fratris mei firmamentum. Ita nimirùm in veritatis lumine, amoris ignis iugiter corroboratur, & in mentis patefactione ſpiritus omninò concrematur, ac Deo vnitur. At nunc operęprecium fuerit, ad Ooliab Achiſamech filium, & Beſeleel ex Vri natum, animum aduertere: quos quidem conſtat ſocios fuiſſe electos à Deo, ad ipſius exædificandũ tabernaculum. Et ex ijs Ooliab, ſi Latinè interpreteris, idem eſt ſecundum veteres, quod Infirmans pa Ooliab qd.
trem, vel Protectio patris. Cùm enim Ooliab, id eſt, dilucida perſpicuaq; intelligentia, deorſùm ſeſe vertit attentione ac conſideratione ad virtutum bonorumq; operum multiplicitatem, ſublimis mens in dilucida nudæ veritatis cõtemplatione, in qua cęleſtis planè dul-

cedo ac voluptas cõsistit, prępedit. Altera verò nominis huius interpretatio, qua Ooliab, id est, clara ac lucida intelligentia, protectio PATRIS sui redditur, ad introspectionem pertinet, quę fit absq; vlla partis sensitiuæ occupatione: qua veritas omnis addiscitur, protegitur, & in seipsa fortiter retinet. Itaq; hæc gemina vocis Ooliab significatio cũ suis actionibus, quarum altera foràs, altera intrò respicit, nostræ intelligentiæ peculiaris ac propria vt maneat oportet, quoad præsens aget vita: sicq; Ooliab erimus, ex sublimi progeniti mẽte, oẽm contemplante & adspectante veritatem. Atquì Ooliab iste abietarius fuit seu materiarius faber: itaq; TABERNACULI tabulas seu asseres dolabat, secabat, & apto iungebat componebatq; ordine. Fuit itèm plumarius, sicq; nectebat copulabatq; cortinas, qbus TABERNACULUM tegebatur, & quicqd poterat excogitari, quod ad ornatum pertineret, acu pingebat in eis. Fuit etiam polymitarius, & ita disponebat ac componebat omnia, vt ad præcipuum ac decentissimum TABERNACULI ornatum pertinere videbatur. Deniq; ex tribu Dan oriundus fuit. Eadem igitur ratione etiam intelligentia nostra, magistra seu artifex erit, cunctaq; nostra perspiciet interiora, & ex ratiõe seu discretione vel prudentia, qcqd vel agere vel omittere intùs constituimus, considerabit: idque omne dolabimus seu secabimus, augebimus vel minuemus, in longum aut latum producemus ac extendemus, ita vt fit aptè compositum ac dispositum & relatum ad honorem Dei. Tum verò hunc animi nostri conceptum seu propositum, internis ac spiritalibus obtegemus ac incrustabimus actionibus, easdemq; recta iungemus ac mutuò sibi copulabimus intentione: indè porrò ornatus gratia acu pingemus in eis cuncta illa interna exercitia, & quicqd est occultæ præstantiæ vel dignitatis, quæ quidem BESELEEL, id est, obediens voluntas: & Ooliab, id est, perspicua intelligentia, omni ingenij acumine ac industria poterunt adinuenire ac comminisci. Deindè nostrarum considerabimus virtutum colores, & singulas quasq; virtutes proprio ipsarum collocabimus ac disponemus loco, vbi possint spiritui maximũ adferre decorem ac ornamentum. Ita postremò ex tribu Dan erimus oriundi, (Dan enim iudiciũ significat) eo quòd vitę nostræ TABERNACULUM recto ac vero cum iudicio occupemus possideamusque. Sed prętèr hæc vnà quoque BESELEEL VRI filius vt simus oportet, qui (vt sępè dictum est) voluntatem designat morigeram ac obtemperantem, quæ recens ac noua semper progignitur ex amore iustitiæ: id quod ipsius interpretatio nominis adstruit & confirmat. Est enim BESELEEL VMBRA DEI, vel VMBRACULUM diuinum. VMBRA autem figurã refert ac similitudinẽ cuiuslibet rei ipsam efficientis, si sit res ea benè media inter VMBRAM suam, lucisq; splendorem, atque adeò si sit firma ac stabilis, neque pellucida siue transpárens. In aere nanque aut igne, aut aqua concitata vel agitata, neque retineri neque agnosci satìs VMBRA potest.

Abietarij officium. Plumarij. Polymitarij Obediẽtia. Intelligẽtia. Dan qd sonet. Beseleel qd. Vmbræ qd sit.

EX his animaduertere licet, VMBRAM ex tribus effici, putà luce, medio, & re luci opposita vel obiecta. Eamobrem, vt nostrum prosequamur institutum, sciendum est, lucem, quę VMBRÃ DEI efficit, eam esse CHRISTUM IESVM secundum diuinitatem suam: medium autem, cuius fit VMBRA, venerandam illius esse humanitatem, cum meritorum ac gratiæ ipsius plenitudine: obiectum denique, quod ipsa fit VMBRA, nostram esse voluntatẽ, si non sit instar aeris transpárens prę superbia, neq; ceu ignis ardens amore inordinato: neq; demum aquæ more fluitantis aut concitatę, inconstans ac instabilis corporis sectanda voluptate: sed si sit fixè stabiliterq; ad lucem versa libenti ac voluntaria obedientia, tum demum BESELEEL, id est, VMBRA fit Dei. Quo nanq; momento temporis voluntas sese obfirmat stabilitéq;, eodem ipso Deus æternum lumen suum in intima infundit spiritûs penetralia, seu penitissimas spiritûs latebras ac recessus, quo cum lumine idem spiritus in intimis penetralibus vnitur: atque ex hac vnitate seu vnione gratiæ nascitur plenitudo in virium supremarum vnitate: gratiæ autem plenitudo gignit ex sese morigeram voluntatem, id est, BESELEEL VMBRAM Dei. Hæc autem omnia per CHRISTI merita pręclara atq; dignissima fiãt necesse est. Ita deniq; VRI sumus, per vnitatem seu vniõem cum Deo: & VRI, per gratię plenitudinem: atq; BESELEEL, id est, VMBRA DEI, per subditam obtemperantemq; voluntatem. Ita enim natura comparatum videmus, vt VMBRA omnem corporis, vndè fit, motum assimilet ac imitetur: & quôcunq; illud perrexerit, sequatur. Si igitur per voluntatis obediẽtiam VMBRA Dei sumus, imitemur oportet extrinsecùs humanitatem CHRISTI, eiusq; institutiões, idq; tam iuxta pręcepta, quàm consilia il-

Vmbra quibus è tribus fiat.

illius: habituri hac ratione primam, quę nominis BESELEEL significatione exprimitur, propriętatem. Iam quod ad alteram eiusdem vocabuli interpretationem attinet, qua dicitur VMBRACULUM diuinum, ea tum nobis quoq; rectè conuenit, vbi obediens voluntas diuinę sese subdidit libertati, in eademq; sui resignatione libertatem illam ac vnitatem, qua ipse fruitur Deus, gustu percipit: quod quidem volũtaria suĩ resignatione & abnegatione adipiscitur, in qua & ipse DEI, & DEVS illius fit VMBRACULUM: quãdo & ipse cum DEO, & in ipso DEVS manet, habitat, & quiescit, & alter alterum æterna fruitione circumplectitur: idq; in vnitate diuina, quæ omnis actionis ac gnationis seu effectionis tam naturalis, quàm illius quæ ex gratia est, & initium semper est & finis. VNDÈ etiam BESELEEL ex tribu IUDA, id est, confitente aut glorificante, originem duxisse rectè dicitur. Non enim potest vnquàm morigera voluntas non confiteri & gloria ac prędicatione efferre Deum in cunctis actibus suis, eo q; ex Deo genita sit, rursusq; in Deum cum omnibus actionibus suis propendeat: qua re etiã artifex est, & velut architectus, electa à DEO quæ illi extruat tabernaculum. Et in corde omis eruditi posuit Deus sapientiam, vt sciret fabrè operari, quę essent in vsum TABERNACULI. Sic planè singulæ quæq; vires hominis præclarę obediẽtię subditę, diuinitùs doctę sunt & sapientiã percepere, qua ęterna agant opera in TABERNACULO Dei. Ita iam & ortus seu generationes, & significationes eorum qui tam iuxta figuram quàm rem ipsam & veritatem, Dei exędificent TABERNACULUM, nobis expositę & absolutæ sunt. Nunc porrò de ITHAMAR, AARONIS põtificis filio, dicere instituamus, vtpotè qui populi ISRAELITICI munera oblata suscepit, ac indè artificibus distribuit, ex qbus spõtè ac vltrò oblatis, Dei est confectum extructumq; TABERNACULUM. AARON, si Latinè exprimas, idem est quod mons fortitudinis: significatq; figuratè supremam spiritus portionem, in qua regnat Deus. Ita enim ESAIAS propheta ait: Venite, ascendamus ad montem DOMINI, & ad domum Dei IACOB, id est, supplantatoris. quisquis enim ad hanc domum montemq; pertingit fortitudinis, is planè supplantat, id est, superat ac vincit omnia. Vbi etiã adiungit ESAIAS: Et docebit nos vias suas, id est, mandata sua: & ambulabimus in semitis eius, hoc est, cælestibus consilijs eius: Quia de (monte hoc) SION cùm sit totius speculatio veritatis, & omnis iustitiæ contemplatio, exibit lex: & verbum DOMINI de HIERUSALEM, quod est mons ipse, & visio pacis. Et hic AARON est fortitudinis mons insuperabilis. Ex quo ortus est ITHAMAR, qui nobis supernaturalem significat libertatem. Ex Hebræo nanq; si Latinis vocẽ hanc verbis exprimas, ITHAMAR idem est, quod insulæ palma. PALMA autem, vel huius nominis arborem, vel eius fructum, vel victoriam, vel manum significat explicatam. Itaque suprema portio spiritûs nostri, vnita spiritui Dei, montosa est insula, quam vastissima diuinitatis vnda circũfluit, & ad quam humanitatis CHRISTI SERVATORIS nostri riui & quotquot ad illum pertinent, confluunt. In hac insula ITHAMAR nascitur, id est, libertas, quæ palmę semper virenti haud absurdè comparatur, eo quòd & ipsa perpetuam seruet viriditatem, idq; ob sublimem ac præcelsam illius originem seu natiuitatem. Neque enim aut fulmina cæli, id est, omnes superbię venti simul collecti atq; in vnum coacti, quicquã ei officere aut eã lædere: neq; aut terræ aut aquarum frigora, quæ sunt maleuolentia, infidelitas, odium, inuidentia, instabilitas creaturarum, illius corrumpere aut perdere queunt viriditatem: In his em palmæ assimilis est: fructusq; eius, quemadmodùm & palmæ in SYRIA aut AEGYPTO nascentis, citò maturescunt. SYRIA qdem, vt quibusdam placet, ara aut sublimitas reddi potest Latinè: AEGYPTUS autem, tenebrę vel angustia seu tristitia. Vbi igitur venerabunda cum libertate Deo nosipsos dédimus ac resignamus, & in ara offerimus diuinę libertatis, quę sublimitatis omnis fastigium est ac celsitudo: iam tum libertas nostra crescit in SYRIA, citoq; maturos adfert fructus, eosq; DEO gratos valdè, putà DACTYLOS, id est, botros spiritales nos inebriãtes, efficientesq; vt supra omia Dei quendam gustum percipiamus. At verò dum abnegamus nosipsos, ac vltrò libentesq; seu liberè Deo nos resignamus, ac dédimus etiam in ijs omnibus, quę nobis aduersa seu contraria sunt, quæq; siue spiritui, siue naturę molesta ac grauia sentimus, iam nostræ palma libertatis in tenebris spiritûs, aut naturę angustia siue tristitia, id est, in AEGYPTO crescit, fructusq; illius celeriter assequũtur maturitatem: qui nos fructus æquabiles, sedatos seu trãquillos, Deiq; similes reddunt, atq; præ omibus virtutum fundum gustare nos faciunt. Hac nimirùm ratione ITHAMAR, id est, li-

Vmbraculũ diuinũ quã fiamus. Iudas quid sonet. Aaron quid sonet. Esa. 2. Mic. 4. Ithamar qd Palma. Libertas cur palmæ conferatur. Syria quid sonet. Aegyptus. Dactyli.

bertas ſumus, palmę eiusq; fructuum ſimiles: & hac libertate, ex peccatis & hoſtib⁹ noſtris victoriam reportamus, in eaq; virtutum noſtrarũ omnium abſq; vlla formidine fructus guſtamus. Ipſa quoq; cunctas virtutes noſtras inſernè, & Dei dona, quęcunque is nobis largitur, ſupernè ſuſcipit: atque adeò ipſamet vnicus fructus eſt, in qua cuncta bona noſtra finita ac menſa, collecta & aggregata ſunt: & ipſa tamen in fundo ſuo, vbi radices egit in liberrima vnitate DEI, immenſa eſt. Ad hęc, ex opulentia ac facultate ſeu poteſtate libertatis huius, cunctę vires noſtrę virtutum actus efficere queunt, ob eam videlicet, quam in illa habent, libertatem. Siquidem abſque libertate nulluni vnquàm opus meritorium peractũ eſt: atque indè etiam ipſa hęc libertas noſtra Ithamar Aaronis filio rectè aſſimilatur: quandoquidem omnes in ſe complexa eſt diuitias opesq; ſpiritales, ex quibus Dei eſt ædificandum tabernaculum. Eſt etiam palmę ſimilis, id eſt, manui explicatæ, quę ſemper quidẽ largitur aliqd, nec quicquam retinet: eo quòd ex opulentiſſima Dei libertate progenita ſit: & eam ob rem præfecit eam Deus theſauris ſuis, vt ſingulis qbuſq; viribus, in hoc tabernaculo laboraturis ea diſtribuat, quæ ſingulis congruant, quo poſſint quaſlibet exequi & perficere virtutes. Itaque danda nobis opera eſt, vt Chriſtum ſectemur, ſurſumq; in libertatem tendamus ac aſcendamus, in liberrimamq; nos offeramus atque dedamus vnitatem Dei: qbus rebus horis omnibus nobiſipſis emorimur, & æternam atq; liberrimam in Deo vitam poſſidemus. Quod idem Chriſtus quoq; fecit iuxta humanitatem ſuam iamindè à prima creatione ſpiritûs ſui, facietq; in æuum ſempiternum: vtpotè in quo omnis tum illius, tum creaturarum omnium, Deo coniunctarum atque vnitarum, felicitas ac beatitudo conſiſtit. Sic itidẽ fortiter & conſtãter deſcẽdemus, & abnegabimus noſipſos in omnibus rebus duris ac moleſtis, quæ nobis euenerint: & hac ratiõe crucem noſtram ferimus, & naturę morimur, atq; ſecundò Chriſtum ſequmur, q noſtra cauſa ad omnem ſeſe demiſit ſiue deſcendit miſeriam atque calamitatem, ad extremum vſque crucis ſupplicium: idemq; ipſe hiſce duabus rebus, id eſt, aſſcenſu & deſcenſu ſuo cum libertate coniunctus, nobis itidèm in Deo libertatem mercatus eſt, atque comparauit: ijſdemq; modis, non alijs planè, etiam nos hanc poterimus in nobis adipiſci libertatem. Ex his omnibus paulo fuſiùs pertractatis, facilè poteſt animaduerti, Vr qdem nos eſſe, ob vnionem cum Deo: & Vri ex Deo genitos, ob gratiæ plenitudinem: & Beſeleel atque Ooliab, ob morigeram voluntatem, perſpicuamq; intelligentiam, quas vtraſq; gratiæ ex ſe producit plenitudo: Ithamar quoque, Aaronis filium, per vitæ libertatem: in qua cunctas noſtras virtutũ actiones inſernè Deo ſurſum offerimus, donaq; omnia quę nobis diuinitùs pręſtãtur, ſupernè ſuſcipimus. Per voluntariam autem obedientiam, dilucidamq; rationem ſeu intelligentiam, ex liberis hiſce virtutum noſtrarum oblationibus, & largiſſimis Dei donis æternum intra nos Deo tabernaculum conficimus & exædificamus: quod qdem Chriſtus IESVS Deus ac Dominus noſter, ex vario ac omnigeno virtutum decore, elegantia ac ornamentis nos iubet extruere, quemadmodùm Moſes Dei vice omnis generis ſingularibus quibuſdam operibus externum conſtruì præcepit Dei tabernaculum. Quod nos ita demum explicare aggredimur.

Libertas cur Ithamar aſſimileẽ, aut manui explicatæ.

¶De cortinis tabernaculi. Cap. XI.

AIT Dominus ad Moſen: Decem cortinas de byſſo retorta, & hyacintho ac purpura, coccoq; bis tincto, variatas opere plumario facies. Hoc iã loco ea quæ de quarta principali parte tractanda ſuſcepi, explanare deinceps conabor. In hiſce verbis, quæ Moſi Dominus locutus eſt, vti ea ad longum pauloantè recitauimus, hoc in primis licet animaduertere, priùs Dominum tabernaculi tectum fieri demãdaſſe: deindè parietes, id eſt, tabulas quæ id ſuſtentarent: quo nimirùm id ſignificatur, ſæpiùs multo tempore diuq; virtutes exercitari oportere, antequàm fundum earum in illarum ornatu ac decore perſpicuè dilucideq; feratur, ſuſtineatúrve. Per decem autem cortinas, quas efficere iubemur, legis ac decalogi intelligi poteſt plenitudo in exercitationibus internis, quæ in rationali ſenſu agũtur, qui quidem quintuplex eſt, tum intrà verſus ad Deum, tum extrà verſus ad cunctos homines, iuxta Decalogi rationem ſiue modum. Hæc autem exercitatio rationalis, ſecundum diuinæ legis aut mandatorum Dei præſcriptum, & intrò & foràs reſpiciẽs ſi

Tabernaculi tectũ cur fundamẽto priùs fieri iuſſum.

Cortinę decem.

ue tendens, ex quatuor cõfecta ſit coloribus oportet. Quorum primus eſt albus inſtar lanæ ſubtilis & candidæ, id eſt, byſſinus: alter cæruleus ſiue hyacinthinus, tertius purpureus, velut ſanguis rubicundus: quartus coccineus ex cocco bis tincto. Quo nimirùm figuratè id exprimitur, ſingulas quaſq; virtutes noſtras, quatuor prę ſe ferre colores, id eſt, quadruplici ratione fieri ac exerceri debere. Ex quibus color primus, qui byſſinus eſt ex candido ac molli lino, myſticè deſignat, ſimplices ac innocẽtes nos eſſe oportere, hoc eſt, vt noſ-ipſos nulla in re neque quęramus, neq; ſpectemus: quod eſt initium quoddam cunctarum virtuoſarum ſiue cum virtute coniunctarum operationum. Vndè etiam ſtamen cortinarũ omnium ex filis byſſinis geminatis, id eſt, lino byſſino in fila gemina cõtorto, fuit: vt hinc intelligamus, noſtrarum itidèm virtutum omnium ſtamen gemina conſtare innocentia debere: & ita in ea virtutes omnes intexere valebimus, quod aliâs fieri non poterit. Eamobrem ſi ſimplices ac innocentes permanere velimus, virtutes cunctę ex filo candido & albicante, primò nobis inſtar ſtaminis præparandæ ſeu ſubſternendæ ſunt, ac diſponendæ: quod eſt, ne noſtrum ſiue lucrum, ſiue commodum neque in corporalibus, neque ſpiritalibus rebus pręcipuè ac potiſſimũ ſpectemus & aucupemur: & ita ſtamen noſtrum ex byſſo retorta ſeu geminata ductum & apparatum erit. Porrò ſubtegmen, quod primo loco intexemus, eiuſdem erit generis. Quanuis enim ſtamen, id eſt, vitæ nobis vltrò ſuſceptæ inſtitutum ſiue ſtatus proprius, innocens ſit, & candidus ac lenis, at nihilo ſeciùs in cunctis noſtris actionibus certandum nobis eſt, vt eandem innocentiam tueri ac conſeruare queamus. Semper enim hoſtis tartareus, mundus & caro noſtra, tentant nos, cupiuntq; perſuadere, vt noſipſos ſpectemus, & propria captemus & venemur cõmoda. Quibus ſi nos conſentiamus, commaculatur ac fœdatur, immò & deſtruitur iſtiuſmodi ſubtegmine ſtamen noſtrum. Id quod protoparenti noſtro Adamo accidit: qui cùm purus ac innocens à Deo cõditus eſſet, at tentatione pulſatus diabolica, relicto Deo, commodum ſuum aucupabatur: atq; eo ipſo, vtpotè tam impuro ac fœdo intexendo ſubtegmine, ſtatũ amiſit innocentiæ. Vndè ſi vitæ noſtræ inſtitutum ſiue ſtatum innocentem retinere volemus, pugnãdum nobis erit atq; obſiſtendum nobiſipſis, agẽdumq; vt noſipſos ſuperemus atq; vincamus in omnibus: ſicq; iam apparatum ſiue ductum atq; extenſum virtutum omnium ſtamen habebimus: Quotiès autem victores euaſerimus ſeruata innocentia, totiès eiuſdem generis ſubtegmen inteximus. Et hic primus cortinarum & virtutum omnium color eſt. Aduertẽdum etiam hîc eſt, tametſi vela hæc apud Latinos cortinę dicantur, non tamen eiuſmodi fuiſſe quę vltrò citroq; moueri poſſent: ſed erãt velut aulęa quædam vel velaria mutuò conſuta atq; connexa, vt pòſt audituri ſumus, ita vt ſimul ex omnibus vnum fieret tegmen vel operimentum, quo totum obtegebatur tabernaculum. Vndè etiam nos, quo ſit res perſpectior, cortinarum deinceps vocabulo vtemur. At verò color alius, in ſtamine nobis texendus, hyacinthinus erit, id eſt, cęruleus: q qdem color modò ſubobſcurus, modò dilucidior apparet, pro ratione plùs minúsve ex ſolis ſplendore illuſtrati aeris. Eamobrem diſcretionem ſiue rationem internam nobis color iſte ſignificat, qua nobis vtendum eſt in cunctis operibus noſtris: quæ nimirùm cæleſti ſemper illuſtratur lumine, id eſt, diuina gratia, magis tamen ac minùs, quatenùs qſq; diuinitùs illuminatus eſt. Et hic alter ſingularum tum cortinarum, tum virtutum color eſt. Tertius verò color, purpureus erit, ex conchyliorum ſucco vel ſanguine, quæ (vt fertur) cæleſti rore vitam ducunt. Per hunc colorem, animi pietatem ſiue largitatem accipimus, ex ipſo cordis fundo proficiſcentem, quæ ſanguinem hominis per cunctas diffundit venas, naturamq; omnem quodam calore & gaudio afficit: & vt piſcis in aqua, ita ipſa in diuina natat gratia: corq; pietate præditũ, cæleſti viuit rore, id eſt, ſingulari Sanctiſpiritus viſitatione. Itaq; ſi omnes noſtræ virtutum actiones ex hilari ac pio cordis fundo proficiſcãtur, amat nos hauddubiè omnipotens Deus, & colorem habemus tertium tum cortinarum, tum virtutum omnium. Quartus deniq; color, coccineus erit, id eſt, flammeus bis tinctus ſanguine vermiculorum, ex arborum (vt qdam volunt) folijs in eremo victitantium: qui nobis color charitatem deſignat, qua virtutes omnes nedum exornantur, ſed etiam perficiunt & conſummant: eſtq; rubicundo bis tincta colore, eo quòd tum DEO, tum proximis nos coniungat, perindè vt ignis ea omnia, qbus do-

Colores quatuor quid.

I.

Quale cortinarum ſtamen.

Subtegmen.

Gene. 3.

Color ſecũdus.

Hyacinthinus color quis.

III.

Conchæ.

IIII. color.

Ignis vis.

minari poteſt, coniũgit, ſuiq; reddit ſimilia. Et nos quidem ſi perexigui ac humiles eſſe vermiculi non recuſemus, fugiamusq; ea quæ mũdus expetit ac venatur, & in eremo vltra creaturas omnes vitam agamus, cibum inibi capiemus ex amœnis ac virentibus folijs, id eſt, cæleſtibus exercitationibus. Et hoc pacto pręclarum atq; eximium hunc coccineum poterimus efficere colorem, qui cunctarum eſt virtutum decus ac ornamẽtum. Enimuerò quiſquis in virtutibus charitatem exercet, is affectione ac deuotione ſanguinem abſumit ſuum, tum ad honorem Dei, tum ad vſum vtilitatemq; proximorum: & ſic colorem habet ignis, quẽ flammeum appellamus. Charitas nãq;, quicquid eſt in homine culparum ſiue defectuum, comburit, cunctasq; virtutes perficit & abſoluit: atq; is idem veſtem induit nuptialem, chlamydem illam coccineam, reuerà præclaram, quam Chriſtus IESVS præcelſus ac humilis amator illo charitatis geſtauit die, quo ex amore puriſſimo ſuum abſumpſit ſanguinẽ, præcipuæq; ac ſummæ charitatis opera ad honorem patris, cũctorumq; vſum mortaliũ perfecit & conſummauit. in cuius videlicet amoris ſui ſignum, hãc quam diximus, geſſit chlamydem coccineam: quẽadmodùm veſte purpurea, quam eodem tulit die, ſuam nobis voluit teſtari ac declarare pietatem ac liberalitatem. Ea nanq; inſigni ſolennitate ſpõſum ipſe agebat, optabatq; perſpicuum ac teſtatum nobis reddere, vti & fecit, regem ſe eſſe multò pijſſimum ac liberaliſſimum, itemq; principẽ verę ſynceræq; charitatis. Ita nimirùm cortinarũ vnaquælibet, hiſce quatuor iam dictis fuit tincta coloribus: & nobis ſimiliter virtutes ſingulæ, quadruplici ſunt colendæ ſiue efficiẽdæ ac actitandæ colore. Siquidem ſuſceptum vitæ genus ac inſtitutum, innocens erit, quod eſt ſtamẽ virtutum omnium: innocentia autem in cunctis bonis actibus certando ac dimicando ſeruanda tuendaque nobis eſt: quandoquidem innocentia omnes virtutum actiones confirmantur ac ſtabiliuntur: qua de re & ſtamen, pariter & primum eiuſdẽ ſtaminis, id eſt, virtutis omnis atque integritatis, ſubtegmen eſt: deindè cunctas noſtras virtutes diſcretio ſeu ratio moderabitur, in ijſdemq; demum & animi pietate ſeu largitate ex ipſo cordis fundo manãte prædiri, veraq; charitate pleni erimus. Et hi ſunt colores quatuor primi ſiue principales, qui virtutes omnes pro DEI exornant voluntate. Ipſos autem eoſdẽ colores iuſſi ſunt diuinitùs Beſeleel & Ooliab variare opere plumario, id eſt, acu pingere varia in cortinis, quę his tincta erant coloribus, quę ad ornatũ pertinerent. Eodem modo etiam noſtra obediens voluntas atq; intelligentia, omigena virtutum ornamenta his inſerent coloribus, id eſt, virtutibus quatuor, paulò antè commemoratis. In albo qdem innocentiæ colore, roſas pingent rubicundas, vti nunquã non vitijs ac improbitati oũi reſiſtamus: qua re innocẽtiã ſeruamus, naturamq; noſtrã crucifigimus: & ita rubentes habemus roſas, quarum eſt odor gratiſſimus, coloremq; album vehementer exornant. Deindè in eadem innocentia etiam Heliotropia pingemus acu, quæ nobis obedientiam deſignant. Sole nanque exoriente, contra illius radios ſeſe aperiunt, atq; omnibus horis cum illo circumacta ad occaſum vſque ſemper illum ſpectant, eiusq; velut inclinant ardori: noctibus autem claudũt ſeſe, ſuumq; abſcondunt colorem, rurſumq; Solis præſtolantur exortum. Sic itidèm nos quoque per obedientiam ad diuinæ gratiæ ſplendorem ac illuſtrationem, noſtra aperiemus & expandemus corda, ipſamq; gratiã perpetuò vera cum humilitate & animi ſubmiſſiõe ac inclinatione ſequemur, quãdiu amoris ſentiemus ardorem atq; ſeruorẽ. Vbi verò gratię illuſtratio nouos ſuos inſtinctus ſiue inſtigatiões, vel cõmotiões retraxerit, amorisq; ęſtũ ſiue ardorẽ aut nullũ aut exiguũ ſenſerimus, iam nox agit, & erga tentationes omnes noſtra occludemus corda: ſicq; aureum noſtræ charitatis obtegemus abſcondemusq; colorem, ac nouum rurſus Solis exortũ, cum nouo lumine nouisq; inſtinctibus ſeu commotionibus præſtolabimur: & hac ratione innocentiæ decorem ſaluũ ſemper ac integrũ ſeruare licebit. Atqui in colore hyacinthino, qui idem cæruleus eſt, aues pingemus acu plumis ſiue pennis varijs, id eſt, in ratione ſeu diſcretione noſtra pſpicua cõſideratione vitam actusq; ſanctorũ, qui quidem varij ſunt, circunferemus. Hos nanq;, pennas eorum dicimus varias ac multigenas, quæ gratiæ, elegantię ac admirationis habent plurimum, quibus illi ornati fuere, & ad ęternam ſubuolârunt beatitudinem. Haſce aues nos ſeriò ac diligenter conuenit animaduertere: quarũ ſi pennas habuerimus, ad eam, quam ipſi iam adepti ſunt, requiem quandoque peruenire valebimus. In purpureo autem colore, qui inſtar ſanguinis rubet, ſignificatq; pietatem vel liberalitatem, nymphæam effingemus, quæ nobis liberam omnium diuitiarũ opumq; Dei Opt. Max. poſſeſſionem deſignat. In nymphæa nanque quatuor animaduertimus, quòd caput ſemper ſuper aquas altiùs profert, & quatuor habet folia viridia inter florem & aquam, eſtq; firma in fũdo ac ſtabilis, & in ſuperiori ſui parte Soli ſeſe aperit, eſtq; medicinę loco ijs, q æſtu laborant. Sic nimirùm & nos pietate, largitate, ac libertate ſpiritũs fluxus largiſſimorũ donorum Dei poſſidere poterimus: & ita qdem folia habebimus virentia, id eſt, gratam iucundamq; contemplationem, vtì ſempiterna Dei pietas & largitas nouis continenter donis ac muneribus fluat: vtq; dona eadem diſcriminatim ſemper dimanent ac profluant pro ratione hominum amantium, quibus ea præſtantur: vtque præcipua ac potiſſima donorum omnium cauſa liberaliſſimum atque pijſſimum fundum ſit charitatis diuinæ, & huic proxima cauſa ſit ſapiens piumq; ac liberale creaturarum fundum, quæ ſe Deo conformare nõrint. Opulentiam nanque diuinorum munerum nemo neque ſcire neque poſſidere poteſt, niſi ſapiens atque liberalis & pius, qui ex diuitijs ac opibus Dei ſapienter ac piè & largiter creaturis omnibus impartiri ſciat. Hoc videlicet pacto exornanda nobis largitas eſt, ſicq; in donorum omnium fundo, id eſt, ipſo Spiritu ſancto firmabimur, quemadmodum Nymphæa in aquarum fundo fixa ſtabilitur. Cor autem ſupernè veritati ac iuſtitię Soli expandemus ſiue benefaciemus, futuri hac ratione totius orbis medicamentum. Qui enim ex animo largus & pius eſt, & Dei opes poſſidet, is non poteſt non largiri, conſolari, refocillare, refrigerare eos omnes qui mœrore correpti ſunt: atque ita denique ſuum quoq; purpureus color ornatum habet. In coccineo verò colore, id eſt, feruenti charitate, dilucidas ac micantes acu pingemus ſtellas, id eſt, pias, intimas ac deuotas preces pro vſu vtilitateq; proximorum: itemq; reuerentes & occultas inter Deum atq; nos exercitationes. Hæ nanq; ſtellæ ſunt, quæ ſplendore ac claritate ſua cælum terramq; illuſtrant, noſipſos quoque intùs lucidos ac fœcundos efficiunt, & in æternæ vitæ nos figunt ac ſtabiliunt firmamento. Præter hæc iam dicta, in his inſupèr coloribus quatuor, omnem virtutum decorem ac elegantiam effingamus, quæ quidem liberum arbitrium & perſpicua intelligentia noſtra, vera ex obedientia comminiſci atq; excogitare valebunt: & hoc pacto rem ipſam & veritatem exequemur ac perficiemus, quæ Iudæorum variatis eſt cortinis myſticè deſignata. Ait poſt hæc Dominus ad Moſen:

Charitas.

Ioan. 19.

Stamẽ virtutũ oim, qd.

Plumarium opus.

Heliotropia.

Hyacinthinus color.

Authore Ioſepho, nulla erãt picta in cortinis animalia: ſed ſi proprie loq velimꝰ, aues inter animalia nõ numerabimus.

Purpureus.

Nymphæa.

Longitudo cortinæ unius, habebit viginti octo cubitos: latitudo, quatuor cubitorum erit. Vnius menſuræ fient uniuerſa tentoria. TEXTVS Exo. 26.

Hæc ad eaſdem, quas iam tractauimus, cortinas decem pertinẽt. Vbi noſſe fuerit operæpreciũm, cortinas ſingulas vniuſcuiuſlibet coloris ex quatuor ſupradictis, ſeptem habuiſſe partes alias alijs cõſutas, ita variatas atque diſpoſitas, vt eſt ſuprà à me expoſitum atq; ordinatum: ſicq; cortinarum quamlibet vigintiocto eiuſcemodi partibus conſtitiſſe: quę qdem partes ſingulæ, vnius erant cubiti in latitudine: Vndè in vniuerſum viginti & octo cubiti fiebant, quæ erat ſingularum longitudo cortinarum. Ex qbus id poteſt animaduerti, virtutem quanlibet noſtram, viginti cubitos & octo in longum habere debere. Initium nanque & finis illius, in diuinæ gratiæ plenitudine ſit oportet. Enimuerò pius quiſq; ex gratiæ ſuæ plenitudine, quam habet ſpeciatim à Deo collatam ſibi, legem implet decalogi, idque pro modulo ſuo. Quod qdem ſeptem virtutibus principalibus fiat, neceſſe eſt, quarum ſingula quæq; ratione quadruplici, vt antè iam explicatum eſt, exercetur ſiue colitur: vndè fiunt cubiti vigintiocto, cuiuſlibet ex quatuor coloris partes ſeptem, quarum vnaquælibet cubiti menſuram in latum obtinet. In gratiæ autem plenitudine, quæ virtutum omnium fons eſt & clauſula, non niſi ſtatus vnus ſpiritalis & vita vna ſunt, ſicq; virtutum vnaquælibet in fundo ſuo cunctarum habet longitudinem: quandoquidem in candido innocẽtiæ colore inchoat, in eaq; perſeuerat innocentia, perficiturque & conſummatur in colore coccineo bis tincto charitatis. Latitudo autem cortinæ cuiuſlibet, quatuor erat cubitorum. Qua re nos docemur, vt noſtrum virtutis ſtudium & intrò ad Deum, & foràs ad mortales omnes exten-

extendere ac dilatare debeamus: quod ipsum quoq; in singulis quibusq; actibus bonis modo quadruplici agendum est. Quodlibet nãque opus bonum, quatuor habeat proprietates necesse est: ita vt fiat innocenter, moderatè seu rationabiliter, piè ac amanter: quarum proprietatum vnaquæuis cæteras in se complectitur. Neque enim disiungi aut diuelli se patiuntur. Vndè etiam pars quælibet subtegminis, in transuersum per cortinas, quatuor erat cubitorum, quos itidèm cortinæ cuiuslibet obtinebat latitudo. Ait indè Dns ad Mosen:

TEXTVS Exod. 26. *Quinq; cortinæ sibi iungentur mutuò, & aliæ quinq; nexu simili cohærebunt. An sulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, ut possint inuicẽ copulari. Quinquagenas ansulas cortina habebit in utraq; parte, ita insertas, ut ansa contra ansam ueniat, & altera alteri possit adaptari. Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum uela iungenda sunt, ut unum tabernaculum fiat.*

Istis nimirùm id significatur, intern os, id est, spiritales sensus nostros, colligendos atq; coadunandos nobis esse, seruandosq; liberos seu sanctè ociosos, vel quietos ac expeditos in sensu quodam rationali, & introuersione ad veritatem, quam Deus intùs exhibet & reuelat: atque inibì veram virtutum omnium mandatorumq; Dei legem docendos nos esse. Atquì in eadem ipsa vacatione seu ocio sancto secundum sensus, rationali quodam sensu foràs nos conferemus ad inspicienda scripta diuina, vitasq; sanctorum: sicque etiam foris eandem ipsam virtutum ac mandatorum Dei rationem edocebimur. Et hunc quidem geminum rationalem sensum, quo tum intrò tum foràs nos recipimus, duo illa vela cortinarum decem significant, in eoq; virtutes & præcepta Dei iunguntur ac adunantur. Habebũt autem singula vela ex his duobus ansulas quinquagenas hyacinthinas: præter quas, totidẽ circuli aurei fabricandi erunt, quibus cortinarum vela iungantur. Quibus docemur, in rationali nostro sensu desiderium quoddam seu appetitionem cum amore coniunctã, circũferendam nobis esse, qua Dei præcepta siue legem & virtutes omnes ad Dei honorem exequi ac perficere amanter cupiamus. Porrò sensus noster rationalis, quintuplex est, & singulus quisq; sensus Decalogum cunctasq; virtutes ex amore ad Dei gloriam & honorẽ colere ac perficere appetit: & ita vnusquilibet suos habet circulos decem aureos. vndè cùm quinque sint sensus, circuli quinquaginta fiunt. Concurruntq; in circulis singulis ansæ binæ, id est, ex velo quolibet ansa vna. Ansa autem quælibet illuminatam significat considerationẽ siue animaduersionem foràs vel intrò respectantem, vtrùm veritas quæ intùs ac foris docetur, aptè sibi consentiat atq; concordet, ita vt nusquã virtutum cortinæ in rugas cõtrahantur, sed in quadam semper æquabilitate aureis amãtis desiderij seu appetitionis circulis retineantur. Porrò cortinis hisce decem ita in vnum redactis atq; copulatis operimentũ, cortinæ vniuersæ latitudinem obtinebãt cubitorum quadraginta, & singulæ lõgitudinem viginti & octo cubitorũ, atq; hunc in modum vniuersarum latitudo cortinarum, operimenti æquabat lõgitudinem, & cortinarum longitudo eiusdem mẽsuræ erat cum operimẽti latitudine. Quæ nobis ex virtutum omnium, cunctorumq; mandatorum Dei adunatione atq; aggregatione statum vnum spiritalem effici demonstrant. Septem nanq; vittutes ratione quadruplici (vt antè diximus) cultæ, exercitatæ atq; possessæ, cubitos efficiunt vigintiocto: ijsq; exornamur atque docemur à dextris innocentiam, & quicquid præterea est rerum aliarum, quæ profectum nostrum iuuare queant: à sinistris autẽ, protegunt ac tuentur nos ab ijs omnibus, quæ nos impedire, distinere, aut torpore quodam afficere possint: sicq; virtutes eædem, spiritalis status efficiunt latitudinem: Præcepta verò decem, longitudinem absoluunt. Septem nanq; præcepta, quadruplici cultæ & exercitata ac obtenta modo, foràs erga proximos nos honestè & virtuosè componunt ac instituunt, idq; cubitis vigintiocto: reliqua verò tria mãdata, aptè ac virtuosè introrsum nos iungũt & applicãt ad Deũ cubitis duodecim, qui simul fiunt longitudo cubitorum quadraginta.

Sensus quintuplex.

Ansæ.

Quasi TEXTVS. Post hæc sciẽdum, tabernaculum in altum & latum figura fuisse tetragona siue quadrangulari. Parietes nanq; ex tabulis constabant, quarum erat altitudo vndiq; decem cubitorum: & pauimenti quoq; latitudo, decem erat cubitorum: ex quo facilè colligi potest, supernè inter parietes decem intercessisse cubitos in longum. supra verò parietes nõ erat tectum fastigiatũ, sed planum & æquabile, nec altius ipsis parietibus decem cubitorum. Longitudo autem tabernaculi, triginta fuit cubitorũ: quod quidem Orientem versus & Occidentẽ, perindè situm erat, vt quæ apud nos sunt ædes sacræ. Sed ad Orientem, id est, Solis exortũ, totum erat patulum, nullo illic erecto pariete, & ad Occidentem penitùs clausum fuit. Tres siquidem tabulatos habuit parietes, quorum vnus ad Austrum, alter ad Septentrionem, spectabat. & horum singulus quisq; triginta in longitudine, & decẽ habebat cubitos in altitudine: tertius autem paries ad Occidentem vergens, decem & in longum & altum cubitos obtinebat. Vbi verò antè dictum decem cortinarum operimentum, super tabernaculum extendebatur, eoq; tabernaculũ obtegebatur, non quidem vndiquaq; extra parietes terram attingebat, eo q̃ nõ nisi trigintaocto cubitos haberet latitudinis: vndè fit cõsequens, ad quodlibet tabernaculi latus cubito vno breuius fuisse, q̃ vt ad solũ vsq; tẽderetur.

Ex his nimirùm figuratè docemur, fundum liberi Arbitrij nostri simplex esse ac modi expers, nec vllis depictum virtutum formis ac imaginibus, semperq; in seipso à cunctis virtutum actionibus earumq; simulacris manere liberum ac expeditum: Porrò extra suam libertatem, omne virtutum genus siue modos omnes sursùm versus molitur, siue actitare incipit cubito vno supra seipsum: neq; enim quicquam spectat aliud, quàm honorem Dei: atq; ea re virtutum cortinæ, fundum illius contingere nequeunt. Deindè in Occidentali parte tabernaculi, operimentum istud cortinarum ita pendebat, vt cubitos in longum decem, in latum viginti & octo efficeret: cuius extremitas altera replicabatur nouem cubitis ab vno ipsius angulo, idq; ab imo sursùm versus ad angulum vsq; tabernaculi per cubitos decem in altitudinem: eodemq; modo operimenti extremitas altera etiã alia à parte replicabatur ad alterum vsq; tabernaculi angulum: & ita in tres erat replicatum partes: atq; in quolibet tabernaculi latere partes istæ replicatæ, nouem erant cubitorum in latum iuxta ipsorum laterum tabernaculi rationem. Pars verò media, quæ recta à summo tabernaculo deorsùm pendebat, decem cubitos longa, & totidèm lata erat, instar parietis ad Occidentem respicientis. Et ea qdem pars operimenti reflexa siue replicata, quæ ad dexteram erat, ad parietẽ Occidentalem ducebatur, læuam versus, ibiq; figebatur: ac deindè pars sinistra super hanc ad dexteram itidèm ducta, etiã ipsa figebatur. Atque hoc pacto duplicatæ erant partes ad Occidentem, & eadem mensura terram versus pendebant, quemadmodùm & in lateribus: vnanq; & eadem latitudo erat. At media pars, quæ à superiori tabernaculi parte rectà deorsùm pendebat, quæq; tum in longum, tum in latum decem obtinebat cubitos, supernè deorsùm submittebatur super hasce geminas partes, ita vt Occidentalem tabernaculi parietem ad terram vsque obtegeret, cubito vno cortinis omnibus inferior siue prolixior: vndè id potest animaduerti, cortinarum operimentum in Occidentali tabernaculi parte fuisse triplicatum. Hæc autem mystica ratione id nos instituunt, virtutum omnium statum in superiori tabernaculi nostri parte, id est, virium supremarum vnitate, triplicatum esse. Memoria nanq; veritatem & virtutes omnes in intellectum respiciendo possidet, quòd virtutum omnium rationes siue modi, isthic edocent. Intellectus vicissim ad memoriam reductus, eandem veritatem cunctasq; virtutes, memoriam contemplando, possidet, quòd in ea omnes virtutum rationes siue modi teneantur & conseruentur: at tamen fundum vnitatis minimè attingunt: quandoquidem vtraque, id est, & memoria & intellectus, virtutũ rationibus siue modis depicta sunt: atq; ita virtutum cortinę vtraque ex parte non nisi decem dependẽt cubitis terrã versus, similiterq; ad Occidentalem Tabernaculi partem. Enimuerò mo-

cortinas alia quanto breuiores fuisse quàm parietes, qd veliť.

Memoria.

Intellectus.

modos omnes virtutum ordinatos, nouem principales rationes complectunt atq; compræhendunt, quę significant nouē angelorū choros siue ordines, atq; sanctorū. At tertia sublimis vnitatis vis, quæ est voluntas, seu vis amatiua, cunctos virtutum modos charitate exornat atq; transformat: simulq; cubito vno, suo cum ornatu cunctisq; virtutibus ad fundum vsq; vnitatis, longiùs demittitur ac descendit: & sic decem obtinet cubitos, & totidem rectà demissas partes vel discrimina sibi mutuò coniuncta. Siqdē veram ac iustā virtutū omnium absoluit ac perficit longitudinem, idq; rationem omnem, cūctosq; modos ad fundum vsq; vnitatis pertranseundo, siue excedendo: in quo nimirùm descensu siue excessu eadem ipsa vis amatiua seu volūtas ex memoria nudam mentem, & ex intellectu nudam visionem efficit. Ipsa nanq; in vnitatem introspectione virtutes omnes perficiuntur & consummantur, cunctæq; vires modis ac formis destituuntur, eo quòd actio ista rationem excedat, nec rationis admittat modos: non tamen rationi repugnat: quum sit summus amoris actus, nec nisi modi ac formæ expers amor. In ipsa autem simplici ac modinescia essentia sua cubitos nouem, id est, nouem virtutum modos siue ratiōes possidet: ipsiusq; essentia propria, quidam est excessus cunctarum amandi rationum siue modorum absque modo: & hic est decimus cortinarum cubitus, qui ad fundum vsque simpliciter & in latum & longum excedit. Quanuis enim operum mensuræ seu cubiti breues sint, at amor perennis ac perpetuus est, semperq; renouatur, legemq; omnem perfectè adimplet, & vnitus ac affixus est siue adhærescit iugiter Deo, adeoq; cum vniuersis viribus nostris in fundum nos vnitatis adiungit & applicat: sicque demum cortinarum decem operimentum, omni cum ornatu absoluimus & consummamus.

Voluntas.

Cubiti nouem.

Cubitus decimus.

☞

¶De operimento ex sagis cilicinis confecto. Cap. XII.

CAETERVM præter id quod iam tractauimus, cortinarum operimentum, aliud insuper erat de pilis caprarum densè contextum, vti inferius opertorium à pluuijs ac tempestate aeris tueri posset. Cuius quidem conficiendi gratia DOMINVM hæc in verba Mosi locutum legimus:

TEXTVS Exod.26. *Facies & saga cilicina undecim ad operiendum tectum tabernaculi. Longitudo sagi unius habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor, æqua erit mēsura sagorum omnium.*

Per hæc saga vndecim ex pilis caprarum facta, perfectam accipimus humilitatem. vt enim caprarum est acer aspectus, & asperum appetunt cibum, libētesq; in rupibus asperis ac celsis locis versantur & cubāt: eodem modo præ cunctis virtutibus interiores oculos nostros humilitas acuit, facitq; nos vitam appetere asperam, rigidam, duram & abiectam, quæ eadem cibus est verè humilium. Christus autem rupes præcelsa, eorundem quies est & habitatio. Enimuerò humilitate demitti ac descendere, vltra omnem cælorū altitudinem ascendere est: & ita nosmet humilitas ipsa simus oportet, feramusq; eā intra nos, & in cunctis exerceamus actionibus siue operibus nostris. quæ enim ex DEI munere bona agimus opera, ea omnia humilitate sunt obtegenda ac operiēda: amissura alioquì elegantiæ ac decoris virtutisq; suæ colorem. Iam antè quidem dictum est de cortinis decem, legem Dei cunctasq; virtutes mysticè exprimentibus: hîc verò vndecim habemus saga ex pellibus caprinis cōfecta, quæ nobis modos omnes humilitatis designant. Eodē nanq; tepore quo virtutes colimus vel exercemus, simul nobis exercitanda colendaq; humilitas est, qua virtutes nostræ obtegantur: sicq; decem humilitatis sagis cilicinis, totidem cūctarum virtutum nostrarum cortinæ operiendæ sunt: sago autem vndecimo nosipsos operiemus. Atquì saga, triginta cubitos habent in longum: cortinæ verò, non nisi octo & viginti: simulq; saga ex omni parte tabernaculi ad terram vsq; submissa sunt, id est, cubito vno inferiùs quàm virtutum cortinę, eo quòd humilitas fundum siue fundamentum sit, virtutes omnes sustentans. Necesse est enim, ex humili fundo virtutes cunctæ proficiscātur & initium sumant, & in eodem quoq; desinant siue consummentur ac perficiantur: adeoq; in humilis resignationis fundo, requie potimur ac fructu virtutum nostrarum omnium, perindè vt in vera libertate. Libertas

Saga ex pilis caprarū, quid signēt.

Humilitas quale virtutū omnium tegmen.

Saga cur lōgiora cortinis.

tas enim & humilitas, id est, sublime ac demissum seu imum, eiusdem sunt præstantiæ ac nobilitatis. Et in his duobus quiescere nobis licet, in cęteris virtutibus minimè. Vndè etiam antè & pòst prestanda siue exercenda nobis humilitas est in virtutibus qbuscunq;, eo quòd virtutes omnes sustentet, conseruet, ac tegat operiatq;. Indè videlicet quolibet in latere saga cilicina infra cortinas omnes demissa, terram attingebant. Etem absque humilitate nullum potest inchoari opus bonum: sed neq; absolui ac perfici citra peregrinæ intentiōis admixtionem, quin illius causa pluris fieri ac meliores haberi velimus. Itaq; ex omni parte tabernaculi, saga humilitatis cubito vno submittemus infra cortinas omnes, quo per ea, siue ex eis virtutes cunctas & inchoemus, & perficiamus, & conseruemus, habituri hac ratione sagorum omnium longitudinem. Atqui latitudo eorundem, quatuor constabat cubitis, iuxta cortinarum singularum latitudinem. Vt enim virtutes ratione quadruplici exercitandę nobis sunt, ita eodem quoq; modo humilitate nobis sunt operiendæ. Omnis nanq; spes ac fidutia, vltra quæuis bona opera nostra, in Dei potissimum gratia constituenda nobis est, non autem præcipuè in actionibus nostris. Ait indè DOMINVS Mosi:

Humilitas cur tā sedulò exercēda.

Sagorum & cortinarum cur æqualis sit latitudo.

TEXTVS Exod.26. *E sagis quinq; iunges seorsum,* [quibus tegantur posteriora tabernaculi] *& sex sibi mutuò copulabis, ita ut sextum sagum in fronte tecti duplices.*

Horum verborum (meo iudicio) ista mens est & sententia, vnam dūtaxat partem dimidiam sexti sagi, in fronte tabernaculi duplicādam esse, & reliquam partem mediam in posteriori latere super tabernaculum. Ait enim DOMINVS paulo inferiùs hunc in modum:

TEXTVS Ibidēm. *Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est, unum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi. Et cubitus ex una parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum lōgitudine, utrunq; latus tabernaculi protegens.*

Quæ nos itidèm sic intelligenda putamus, ex qualibet parte dimidia sexti sagi, cubitum vnum deorsùm pendere debere, & cubitum alterum in superioribus tabernaculi super vltimum tecti illius sagum, id est, tertium circa finem assuendum esse, ita vt latera, id est, quatuor angulos aduersus ventorū impetus, atque omnigenas tueri valeant tempestates. Et hinc id cōstare potest, vndecim saga hęc cilicina, in duas esse redacta siue adunata partes, hoc est, vela duo, quæ ita erant ansis & fibulis connexa, vt pòst explicabimus, & vt suprà iam de cortinis dictum est: iacebantq; vela hæc in trāsuersum, operiebantq; tabernaculum & omne primū ex cortinis cōfectum opertoriū, idq; à summo partis anterioris ad posteriora tabernaculi ad terrā vsque.

Quasi TEXTVS.

Hæc autem id nos instituunt, humilitatem nostram bifariàm secari ac diuidi oportere, Humiles enim & erga Deum & erga proximos vt simus oportet. Eam ob rem rationali sensu nostro, quem esse quintuplicem diximus, totos ac indiuisos, id est, omninò ac humiliter vnà cum cunctis virtutibus nostris intrò nos recipiemus, sic vt veritatem cūctaq; dona Dei cum humilitate suscipiamus, ac humilitate subleuati, eadem ipsa virtutes nostras omes obtegamus possideamusq;. Hoc pacto quina habebimus coniūcta vela ad Occidentalē nostri tabernaculi partem, id est, sensus nostros ac rationem, siue partem sensitiuam ac rationalem iunctas humiliter coram Deo. Est autem de hoc quinque sagorum velo idem sentiendum, quod de cortinarum operimento antè commemorauimus, videlicet in posteriori tabernaculi parte tripliciter complicatū fuisse. Vt em virtutes nostræ triplici ratiōe in supremarū virū vnitate seu vnione possidentur, verbi gratia, secundum habitum, sapienter, ac amanter: ita etiam tripliciter humilitate obteguntur, quo eas perpetuò seruare ac retinere queamus. At verò cortina qdem non nisi simplex: sagum autem super eam triplex siue triplicatum, ad terram vsque demittitur: quandoquidem pro virtutum ratione voluntas seu

Humilitas qui diuidenda.

cortina cur simplex, sagū verò triplex fuerit.

vis amatiua sola indepicta ac modi experte cum amore omnes virtutũ modos in ipsum vsq; vnitatis fundum pertransit ac penetrat: & hac de causa cortina ad solũ demissa, simplex est. Pro humilitatis autem ratione, quæ cunctis virtutibus profundior est, vires nostræ supremæ cum suijpsarũ abnegatione, ad fundum vsq; humilis resignationis sese demittũt ac descendũt: id verò fundũ, liberũ, expeditum ac simplex est: in eoq; ipsi nos, vt ita dicã, humilitas & essentialis charitas, & vnitas, virtutum omnium opes ac diuitiẹ, cunctorũq; donorum plenitudo cum Deo sumus: atq; ob id, sagum quod terram attingit, triplicatũ est, eo quòd veram nobis designet supremarum virium nostrarum, ad intimã vsq; pacem, descẽsionem. At nunc reliqua sex saga altera ex parte exaduersò in vnum nobis velum copulanda sunt. Enimuerò quinq; sensus nostri ab externis ad interna nobis reuocandi ac reducendi sunt, ac humilitate adunandi, vniendi, & rationi subijciendi, ita vt liberè ac expeditè legẽ & virtutes omnes, absq; vlla in parte sensitiua complacentiæ aut delectationis captatione seu venatione, foris docere ac exercere queamus. Vbi em̃ quicquid præstare valemus, foris ac intùs erga Deum & proximos egerimus, minimè tamen concessum est, vt in ijs omnibus quæ rectè & ex virtute à nobis facta sunt, nobis ipsi placeamus: & hac re decem humilitatis saga habemus, quibus cũctas virtutum nostrarum cortinas omninò operimus. Verùm superest adhuc sagum vnum, necdum cæteris adiunctum, idq; nobis partiendum est, duplicãdumq; partìm in fronte, partìm in posterioribus nostri tabernaculi: & figuratè quidem nostrijpsorum, cunctarumq; actionum nostrarum displicentiam significat. Hoc ipso enim, quòd nobis in quibuslibet rectè factis ac bonis operibus nostris minimè placemus, simpliciter decẽ sagis cilicinis tecti sumus: atqui dum nobis ipsi displicemus, itemq; displicent nobis omnes actus nostri, iam tum antè & retrò super alijs sagis vndecimum sagum imponimus. Hoc autem postremum sagum, antè in longum bipartiendum est, quàm imponatur: indè pars altera, quæ duorum est cubitorum in latum, & triginta in longum, primo iungenda sago est in frõte tabernaculi, ita vt huiusipsius mediæ partis alter cubitus supernè in frõte tabernaculi pẽdeat, & vtroq; ex latere ad terram vsq; demissus sit, & prolixior ipsis tabernaculi parietibus: medietas autem altera, quę ęquè duos fuit cubitos lata, & triginta lõga, in Occidentis parte sago tertio finem versus assuta sit, latitudine quidem cubiti vnius, at longitudine triginta, ita vt alter medię partis huius cubitus, supernè in parte Occidentali assutus pendeat, & vtrinque non consutus solum attingat. Quorum si sensum spiritalem spectemus, quòd vltimum hoc sagum bipartitò sectum fuit, id significat, verè humili fundum ipsi hoc nunquàm non testari, ipsum neq; Deo neq; hominibus facere satis, & in cunctis actibus suis verę virtuti neutiquàm ex æquo respondere ac satisfacere: atque ita sagũ displicentiæ suę bipartitur, idemq; duplicat ac munit tabernaculum suum antè & retrò. Ex vera nanq; sui ipsius displicentia, videtur sibi & Deo & cunctis hominibus deesse seu minùs præstare in omnibus. Et hęc nostrî displicentia & antè & retrò in tabernaculo nostro cubito vno inferiùs pendebit, eo quòd adeò nos erga Deum humiliter submittemus, vt is nullo neq; sapore, neq; consolatione, neque omnibus omninò donis suis, quæ largiri nobis possit, in superbiam erigere: neque cõtrà vlla internæ consolationis subtractione neq; desolatione aut derelictione premere, vel angere aut grauare nos queat. Nam tametsi humilitas & libertas in suis actionibus mutuò sibi cõtrariæ sunt, nunquã tamen disseparantur. Vt enim mens siue animus libera cũ veneratione ad Deũ sursùm tendit ac ascendit in requiem sempiternam: ita etiam cũ libertate ac humili reuerentia descendit seseq; demittit in Deũ eandemq; æternam requiem. Et hîc eadem est ascensûs ac descensûs nobilitas & excellẽtia, cũ ex eodẽ virtutis fundo vterq; viuat ac opereẽ. Hunc igit̃ in modũ cubitus noster duplicatus erit, Deoq; deorsùm pendebit in posterioribus nostri tabernaculi. In fronte autem eiusdem tabernaculi nostri vnus deorsùm pendebit cubit⁹, quandoqdem ex humilitate vsqueadeò nos demittere ac abnegare, etiam subt⁹ mortales omnes, debebimus, vt neq; honor, neq; opes, neq; quicquam omninò ex reb⁹ secũdis ac prosperis quas mun-

Neminẽ sibi ex bõfactis suis placere debere.

Cur sagũ vltimũ bipartitò sectũ.

Origenes & Iosephus volunt, operimẽtum hoc ex integris vndecim constitisse sagis, totumq; operuisse tabernaculum: & quia duob⁹ cubitis saga cortinas excedebant, dicunt ea sub cortina fuisse replicata, ne ventus intrãs inter saga & cortinas, totũ concuteret operimentum. Vide Historiam Scholasticã Petri Trecensis.

Humilitatis & libertatis habitudo mutua quę.

mundus hic foris offerre queat, animo nos subleuare ac inflare vel exhilarare possit: adeoq; in humili nostrijpsorum resignatione submissi erimus, vt nulla neq; temporis neq; æternitatis molestia, mentem nostram aut contingere, aut premere ac prẹgrauare queat. Ista videlicet causa est, quamobrem sagum vndecimum antè ac retrò in quatuor angulis ad terram vsque submittebatur, id est, ad verę pacis fundum, quod res nulla perturbare potest. Ita ergo sagum hoc vndecimum communit nos ac probè tuetur contra aduersa ac prospera, & quicquid id est, quod vtrinq; lædere nos possit siue intꝰ erga Deum, siue foris erga proximum. Ait porrò Dominus Mosi:

Facies & quinquaginta ansas in ora sagi unius, ut coniungi cum altero queat, & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, ut cum altero copuletur. Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus iungantur ansæ, ut unum ex omnibus operimentũ fiat. TEXTVS Exod. 26.

Nimirùm vel hinc aduerti potest, istud sagorum opertorium ex duabus adunatum fuisse partibus, hoc est, velis duobus, quæ eadẽ fibulis & ansis hisce quinquaginta iungebantur. Atqui vndenam ansæ istæ confiei debuerint, non est expressum à Domino: ex quo colligi potest, ex ijsdem caprarum pilis siue cilicijs eas factas fuisse. Iam antè quidem in superioribus dictum est, humiles erga mortales omnes exercitationes, gemina esse sagorum istorum vela, siue duas partes humilitatis: & in qualibet ex his duabus parte, vbi iunguntur mutuò, quinquaginta faciemus ansas ex ijsdem cilicijs siue pilis caprarum, hoc est, ex eadem materia humilitatis. Ansæ autem istæ, quas in singulis efficiemus velis, internas figuratè significant, easdemq; insatiabiles siue insedatas cõtemplationes in quadam nos velut desperatione foris ac intùs nunq̃ nõ retinentes, neq; vlla nos virtute satiari, vel quietos siue sedatos intra nos esse patientes. Istæ nãq; internæ visionis ansæ nullam virtutem sentiunt, eo quòd ex humilibus caprarum pilis confectæ sint: eędemq; vtraq; ex parte sagis humilitatis fortiter annexæ & coniunctæ sunt, atq; ex humilitate celsitudinem ac fidelitatem diuini contemplantur amoris: coram quo insedata seu insatiabilis contemplatio foràs respectans, & in seipsa & in cũctis actibus suis minùs q̃ nihil ex seipsa se esse intelligit: & hac de causa verus humilis perpetuò queritur, idq; cum suijpsius & cũctorum operum suorum nihilipensione. Etenim visio atq; appetitio illius, ad quoddam tendũt deficere, seu annihilari ac velut perdi seu interire ob honorem Dei: & quicqd isto minus est, exiguum illi videẽ, visionique; ac appetitioni seu desiderio illius velut nihil est. Sicq; quinquaginta fundit fibulas æneas, quę sunt interna ac sensibilia omnis abiectionis, depressionis, humiliatiõis, & contemptus desideria appetitionesq;. Lingulæ autem fibularũ istarum, qbus insedabilis contemplationis ansæ iungẽdæ sunt, multigenæ ac variæ & desiderabũdæ seu affectuosæ sunt cogitationes de paupertate ac miseria, & semper gaudio quodã affici, quotiès aliqd eiusmodi sentire ac perferre contigerit. Porrò fibulæ istæ quinquaginta ex ære fabricatæ, totidèm aureos inferioris operimenti, quod ex cortinis constabat, obtegebãt circulos, ita vt vndiq; circa & per ipsas fibulas ac circulos inaurati tabernaculi parietes conspicerent̃: itemq; cuiuslibẽt sagi ansæ qnquaginta cilicinæ, totidẽ hyacinthinas cuiuslibet cortinarũ veli ansas operiebant. Quemadmodùm enim in cũctis virtutibus amantibus desiderijs & perspicua consideratione, qbus cũctas virtutũ cortinas iungam⁹ ac adunem⁹, præditos nos esse oportet: ita etiã iuxta humilitatis modũ sensibilia omis abiectiõis, depressiõis, contẽptûs nobis habenda desideria sunt, qbus omnes virtutũ nostrarũ cortinas obtegamus. Deniq; operimentũ istud sagorum, terræ fortiter funib⁹ & paxillis æreis vndiq; affixum erat, ne quo posset ventorum impetu disijci aut commoueri: eodemq; modo vires nostræ tum internæ tum externæ, sensibili quadam ac humili strenuitate ad fundũ vsq; humilis resignationis sese submittent, & in nostrijpsorũ abnegatiõe acquiescem⁹, ac cõmorabimur in Deo, ita vt cum cũctis viribus nostris deorsùm ac introrsùm agere ac pati queamus, non qdem iuxta inordinatã nostram ipsorum proprietatem, neq; pro naturæ nostræ libidine ac voluptate, sed pro DEI voluntate: quibus vtique rebus humilitatis operimentum fixum firmumq; perseuerat in nobis, non in præsenti duntaxat vita, sed etiam futura.

Vela sagorũ quid.

Ansæ.

Fibulę æneę.

Lingulæ fibularum.

¶De opertorio ex pellibus arietum rubricatis. CAP. XIII.

TEXTVS Exod.26.

Deindè præcepit Dominus Mosi in hæc verba:

Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis. Et super hoc rursus aliud operimentum de hyacinthinis pellibus.

Vbi principiò sciendum est, vtraq; hæc superiora operimenta ex arietum fuisse pellibus, & eiusdem magnitudinis. Ea nanq; cuiuslibet longitudo ac latitudo erat, vt tabernaculum supernè obtegeret, nec tamen vlla ex parte deorsùm pēderet, siue antè, siue retrò, siue à lateribus. Alterū autem ex pellibus erat rubricatis, alterum idemq; supremū ex hyacinthinis. Et priùs qdem quod ex rubricatis erat arietū pellib⁹, simplex ac essentiale significat desideriū Dei: itaq; quot eiusmodi simplicia desideria sensibili cū affectu Deo obtulimus, tot arietū pelles rubricatas in essentialis appetitiōis siue desiderij ac expectationis nostræ operimento iunximus. Affectus nanq; siue desiderij simplicitatem, qua solus Deus quęrit ac spectat, & pro scopo habetur, arietū pellibus: desiderium autē ipsum seu expectationē auidam, colori rubro, quo ex præcepto Dei simplicitas tincta est seu rubricata, comparamus. Iam in ariete quatuor animaduertere licet. Est enim cęteris ouibus robustior ac valentior, & inter pecora simplicior, ac minimè vafer vel callidus, & vt qdam volunt, primus omnium cessit in Dei sacrificiū, atq; postremò ex vermiū quos sentit in capite, commotione, quadam stimulatus impatientia, cum pari certamen inire solet. Quæ nos diligenter attendere debemus, vt eadem ipsa in sensibili Dei desiderio reperiantur. Est enim perspicuum satis, simplex Dei desiderium cūctis esse virtutibus fortius ac valentius. Neq; enim vel humilitas vel simul virtutes omnes desiderium hoc intra se compescere aut reprimere valent, quin vltra omnia sursùm enitatur atque feratur ad Deum. Vndè licèt sentiat se quispiam miserum, virtutibus destitutum, abiectum, contemptum, indignum Deo ac omni honore ex virtute nascēte, at nihilo seciùs simplex illius desiderium erga Deum, non se opprimi patitur, sed perseuerat, timoris expers, & vltra quæuis ad Deum sursùm contendens: ex quo patet, quod diximus, Dei auidum desiderium cunctis virtutibus esse valentius. Etenim vitia cūcta superat, & virtutes alias gignit atque producit, eo q; arieti comparetur, qui viribus præstat, & ouium parens est. Deindè inter cæteras virtutes, quas sensibilis affectus noster colere possit & exercere, simplex desiderium maximè commendandum est. Siquidem nihil nos aliud dicimus simplex hoc desiderium, quàm cupe nosipsos totos offerre ac dēdere Deo, & esse ac viuere ipsi soli ad ipsius laudem & honorē. Qua de causa idem simplex desiderium supra quascunq; virtutes alias in suis actionibus simplicissimū est. Quælibet nanq; virtus multis ac varijs modis discriminatim colitur ac exercetur: at desiderium & auida expectatio Dei, semp sibimet intēdit, nec alium nouit modum, præterquā vniformiter Deum appetere ac suspirare. Ad hæc etiam inter virtutes cæteras, arieti simile est hoc desideriū suaipsius simplicitate, & quod minimè nequā vel callidum est. Tendit enim continenter sursùm ad Deum appetendo, suspirando, auidè expectando absque vlla retrospectione. Deniq; eodem ipso momento, quo nos totos conuertimus ad Deum, dignum Deo facimus sacrificium: hoc videlicet, quòd præ omnibus absque hac vel illa ratiōe Deum simpliciter appetimus: & hic appetitus, fons, origo & fundum est simplicis desiderij seu expectatiōis. Quemadmodùm enim flamma ac scintillæ ex eodem emergunt igne, ita expectatio ac desiderium ex simplici appetitu siue appetentia Deum sentiēte exoritur & sursùm scādit. Et quotiès nosipsos obseruamus, simplicemq; nostram contemplamur appetentiam, totiès desiderium & auida expectatio nostra semp in seipsa velut agitatur ac concitatur, & quædam illius renouatur impatientia: quoniam quidem arieti similis est, concertanti atque in alios incurrenti, vbi vermes senserit in capite. Itidèm nanque & desiderium aduersum virtutes omnes luctari ac dimicare instituit: quādoquidem in ipsi us

Operimētū ex pellibus arietū rubricatis, quid.

Quę quatuor in ariete animaduertenda.

Simplicis erga Deū desiderij vis, q.

Quod si tabernaculum hunc in modum suis opertorijs vndiq; obtectum fuit, cortinæ frustra tam longæ ac latæ fuisse videntur, quando eas conspicere non licuit vnquā. Itaq; historia Scholastica dicit, quod forte omni ex parte cortinæ & saga funibus extendebantur circa tabernaculum, & paxillis æreis colligabātur funes, & in modum tecti dependentis circūquaq; attollebantur: vt & tabernaculum vndiq; videri posset, & circuiri ab ingredientibus sub cortinis.

us expectationis seu appetitiōis impetu nō illi satisfaciūt neq; sufficiūt virtutes omnes, neq; illius possunt sedare impetū: sed nimìs q̄ angustæ & exiguæ sunt illi. Ideoq; supra cūcta sursùm scandit, intenditq; sibijpsi ac cæteris virtutibus quibuscūq; eadē actiōe, eodemq; modo. In seipso nanq; simplex quoddam omnis innocentiæ ac veræ pietatis initium seu inchoatio est: & summus charitatis actus pro ratione affectūs vel appetitionis. Denique in vera humilitate fixè ac firmiter fundatum est. Eamobrem toto ac integro corde velut ex quodam exilio ac miseria cū Dauide propheta clamabimus ad Dominū: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: qn̄ veniam & apparebo ante faciem Dei? Porrò ignorandū non est, grande esse discrimen inter sensibile desideriū seu anhelam expectationem nostram, quæ semper in ratione permanet: & amorem spiritūs nostri, qui supra rationem nos ducit, vnitque cum Deo. Etenim internus spiritūs nostri amor, modi expers est, & seipsum absque intermissione velut totū operando exhaurit & consumit, redditq; spiritū amoris nesciū, id est, nihil (vt ita dicam) amando efficit. In excessu nanq; huiuscemodi operationis seu actionis amoris qua se is totū exhaurit, spiritus ipsemet amor fit, amor, inquam, essentialis & in habitū versus in fundo vnitatis suę. Et ita aptè satìs virtutū cortina eū designat, illa videlicet, quæ in Occidentali tabernaculi parte ad solum vsq; submissa pendebat. Idem præterea spiritūs nostri amor id quoq; efficit, vt nosipsos coram Deo in humilem nostrijpsorum abnegationem demergamus ac demittamus: sicque in humilitate quasi in nihilum redigimur. Isthæc enim nostri abnegatio, internus quidam & arcanus ac modi expers descensus est, in quo ab omni actione humili velut deficimus, & virtutibus cunctis excidimus. Atque hoc pacto ipsimet fundum efficimur humilitatis & virtutum omnium. Id verò sagum illud humilitatis, quod cunctas excedit cortinas, & ad terram vsque submittitur, nos docet instituitq;. Facit insuper amor spiritūs, & humilitas, vt nosipsos liberè DEO permittamus, dedamus ac resignemus. sicq; liberi efficimur & vnum cum libertate Dei: ac deinceps cuncta nostra opera liberè agimus, & vltra omnes actiones nostras in ea, in qua Deo vniti & coniuncti sumus, libertate perpetuò commoramur. Hæ nimirùm amoris summæ & excellentissimæ actiones sunt, quę nos supra rationem ducunt ac subuehunt, quæq; in omnem perdurabunt æternitatem, cùm per ea vnio nostri cum Deo semper renouetur. Adeoq; charitatis opera primam merētur stolam, hoc est, principalem ac præcipuam gloriæ vestem. Præter hæc, amor siue charitas in rationis lumine sensibili affectu seu desiderio, velut Dei instrumento, omnes virtutū modos seu omne virtutum genus agit ac operatur. Amor nanq; pro sensibilis appetitionis vel desiderij ratione vitam concupiscit & appetit intùs ac foris benè compositam, itemq; mortaliū omniū salutē ac vtilitatem: ac optat denique nunq̄ non tum à Deo, tum creaturis omnibus institui ac edoceri. Quamobrem per humile ac sensibile desiderium suum in rationis lumine veraque obedientia cunctas virtutum texit cortinas, easdemq; à summo vertice ad solum vsque tegit ac operit sagis humilitatis. Interìm tamen amor ipse in cunctis virtutum actibus minimè pressus ac indepictus siue absque formis & imaginibus perseuerat: quandoquidem non obsentire vel appetitū desiderij, neq; demum mercedis causa agit & operatur: sed in virtutibus quibuscunq; scienter ac sapienter perspicua cum attentione ac consideratione Dei dūtaxat honorem spectat, venatur, inquirit. Et ita ipsemet ansas facit hyacinthinas, & aureos circulos, quibus omnes virtutum cortinæ coniungūtur ac copulantur: at verò in humilitatis sagis iuxta sensibilem appetitum extrorsùm agendo amans appetitio seu desiderium ansas quidem ex ijsdem cilicijs, sed fibulas æneas conficit. Siquidem visio & appetitus illius prorsus ex proposito ad omnigenam sunt propensa abiectionem, humilitatem & contemptum. Cæterùm sensibile erga Deum desiderium nostrum, supra ea omnia subleuatum opera est, quæ secundum nostri affectūs vel appetitionis modum, agere & efficere queamus: & hocipso simplici Dei desiderio vltra omnes affectiuarum exercitationum modos in cælum sublati ac erecti esse debemus. Enimuerò desiderium hoc, sensibile affectūs opus seu actio est, ex sua natura perpetuò sursùm tendens, & neque vult neque potest ferri deorsùm. Qua re commodè satis operimento ex pellibus arietum rubricatis, quod supernè tabernaculo impositum, nusquàm neque antè, neque retrò, neque à lateribus dependebat, assimile dicitur. Et ipsum quidem desiderium augmen-

Psal. 41.

Psal. 72. Ad nihilū redactus sum & nesciui.

Stola prima quid.

gmentandum ac subindè multipliciter iterandum nobis est: & hinc in habitum vertitur, atq; ita essentialiter in nobis ppetuò pseuerat. Istud nimirùm simplex est optorium virtutũ earum omnium, quas sensibili desiderio, vel pro ratione sensibilis affectus seu desiderij nostri colere ac exercere possimus. At vltra hoc operimentum, aliud insupèr idemq; supremũ Dñs fieri mandauit, quod & ipsum fuit quidem ex arietum pellibus, sed hyacinthinis.

¶De supremo operimento tabernaculi ex pellibus arietum hyacinthinis. Cap. XIIII.

HOC verò supremum hyacinthinarum pellium operimẽtum, internam nostri desiderij cum vniuersis sensitiuis viribꝰ nostris in simplicem quandã totius partis sensitiuæ, siue (vt ita dicam) sensualitatis nostræ suspensionem absq; descensu subleuationem significat: in qua omne nostrum desiderium, omisq; exercitatio affectiua perficitur & cõsummatur: id quod probè satis summum tabernaculi opertorium, ex hyacinthinis confectum pellibus, designat, quod tegebat quidem tabernaculum, sed neque à fronte, neq; à tergo, nec ex lateribus deorsùm submittebatur. Quòd autem ex pellibus hyacinthinis, id est, cærulei coloris, vt dixímus, factum erat: id figuratè nos instituit, subleuatã sensitiuam partem siue sensualitatem nostram, rationabiliter possidẽdam nobis esse: ita videlicet, vt omnes vires sensitiuas in simplici quadam suspensione supra seipsas ex ratione secundum habitum nunquàm non complexas & constrictas teneamus. Atq; hoc ipso cũctos sensus nostros intùs & foris per rationem in nostra semper habebimus potestate. Cũcta verò opa ac desideria nostra, dilucidè nobis & inspicienda & pspecta habenda sunt, appetitioneq; & auida expectatione in simplicem vsq; suspẽsionem nostram nos subleuabimus, ita vt in singula quaq; bona actione nostra, rationẽ, affectum seu desiderium nostrum omne excedere ac transcendere, internamq; nostrã subleuationem interuisere seu visitare queamus. Porrò in vnaqualibet huiuscemodi noua visitatione sensitiuarum virium nostrarum subleuatio in simplici quadam suspensione absque descensu vel reuersione fortiùs stabilitur ac confirmatur: adeoque quotiès ratione omnes sensus nostros vincimus ac superamus, simpliciterque & absque impedimento ad partis vsque sensitiuæ subleuationem conscendimus & excedimus, totiès nouam pellem hyacinthinam supremo spiritalis tabernaculi nostri operimento adiungimus ac copulamus. Et hoc pacto externus homo noster perpetua quadam subiectione homini interiori iungitur ac vnitur: vndè continenter pax & requies in portione sensitiua augmẽtatur. Vt enim interior rationalis homo noster quadam sui ipsius in amando annihilatione sustollitur ac Deo vnitur, primamq; gloriẽ stolam meretur: ita exteriorem sensitiuum hominem nostrũ desiderabunda appetitione & expectatione subleuari, ac interiori homini in simplici quadam eademq; rationali suspensione vniri oportet: qua re proximam meremur stolam, id est, alterem gloriæ vestem: quam quidem in supremo expectamus iudicij die, quo corpora nostra gloriosa sensus æquè habebunt gloriosos, foris ac intùs diuina repletos gloria, idq; pro mẽsura dignitatis nostræ ac meritorum ipsorũ. Isthæc autem duo suprema ex pellibus arietum operimẽta, quæ supernè tabernaculo imposita erant, neque longitudine, neq; latitudine, neq; vlla re alia, præterquàm colore, discrepabant. Etenim quatenùs Deum desideramus, suspiramus, auidè expectamus, eatenùs cunctæ vires nostræ sensitiuæ supra seipsas in quandam suspensionem attolluntur ac subleuantur: quantoque tum ampliùs simplex nostrum exercemus desiderium siue expectationem auidam, tanto continenter magìs ac magìs sustollimur, ac firmiùs suspendimur. Neq; enim alterum sine alterutrius sensu vel perceptione exerceri facilè potest, eo quòd gemina hæc sint, eadẽq; suprema in ascensu sensibili spiritalis nostri tabernaculi operimenta, quæ separari non possunt, & in quibus cuncta nostra sensibilis exercitatio in supremo gradu suo perficitur ac consummatur. Non tamẽ eiusdem coloris sunt. Inferius nanq; operimentum, quod est auida expectatio nostra, coloris est rubicundi instar flammæ, suapte natura semper in sublime tendentis: at supremum opertorium nostrum, id est, simplex subleuatio siue suspẽsio, omnibus supereminet, estq; hyacinthini siue cærulei colo-

Operimẽtũ supremum cur ex pellibus hyacinthinis factũ.

Proxima stola.

Historia Scholastica vult, vtriusq; huius optorij pelles funibus & paxillis æreis ter ræ circunligatas fuisse.

coloris. Et hìc cunctæ vires nostrę sensitiuæ, simplices fiunt & actionis exptes, subleuanturq; supra seipsas, & rationi coniunguntur ac vniuntur: sicq; sensitiuę partis nostrę subleuatio, colore obtegitur ac opitur hyacinthino vel cæruleo, id est, lumine rationali. Quemadmodùm em supremæ spiritũs nostri vires, in diuina claritate simplices redduntur, ac sustolluntur, & transformantur, eidemq; diuinæ claritati vniuntur: ita & vires seu potentię sensitiuę in lumine rationis nostræ simplices fiunt ac transformantur, nostræq; vniuntur intelligentiæ: in quo nimirùm totius partis nostrę sensitiuę pax & sedata tranquillitas consistit, eo q hìc omne nostrum sensitiuum experimentum atq; pceptio siue sensio, lumine rationali obtegitur, & intellectu seu intelligentia rationali transformatur, omneq; itidèm sensibile desiderium ac anhela expectatio nostra spiritali transformat amore. Hũc videlicet in modum omne nostrum sensitiuum expimentum vel sensio simpliciter in intelligentiam nostrã subleuanda est: tota verò intelligentia nostra in diuinam est erigẽda ac sustollenda claritatem, Ita ergo interna esse debebimus expectatione pditi, affectuq; ac desiderio nunquàm nõ sursùm scandemus: & hoc ipso iugiter firmiùs suspendemur. Et hic supremus ac præcipuus in sensibili ascensu nostro decor est ac ornatus: quo etiam omne tabernaculi nostri tectum supra parietes absoluitur ac consummatur.

¶De tabulis & basibus earum. Cap. XV.

SEQVITVR indè figura tabernaculi hunc in modum: Ait Dominus Mosi:

Facies & tabulas stãtes tabernaculi de lignis sethim, quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem. In lateribus tabulæ duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur: Quarum uiginti erunt in latere meridiano, quod uergit ad austrum: quibus quadraginta bases argenteas fundes, ut binæ bases singulis tabulis per duos angulos subijciantur. In latere quoque secundo tabernaculi, quod uergit ad aquilonem, uiginti tabulæ erunt, quadraginta habentes bases argenteas, binæ bases singulis tabulis supponentur. Ad Occidentalem uerò plagã tabernaculi facies sex tabulas, & rursum alias duas, quæ in angulis erigãtur post tergum tabernaculi. Eruntq; sibi coniunctæ à deorsum usque sursum, & una omnes compago retinebit. Duabus quoq; tabulis, quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. Et erunt simul [in parte Occidentali] *tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per unam tabulam supputatis.* TEXTVS Exo. 26.

Ista videlicet externi tabernaculi forma ac figura fuit. Ait Dñs Mosi, vt faceret ex lignis sethim tabulas tabernaculi stantes. Tabulæ istæ ex lignis sethim, liberã designãt in nosipsos potestatẽ, qua nobisipsis liberè dominamur, id est, libertatem animi, vt & antè iam dictum est in tertia parte principali. Hoc ipso enim quo nostrî potentes sumus, ac in libertatem vindicati sumus ex gratia Dei, iam ligna sethim habemus, vndè cunctas spiritalis nostri tabernaculi tabulas conficere queamus. Atqui nosse conuenit, tam liberè tantaq; potestate & auithoritate nosmetipsos nobis pṡidere, nosq; possidere debere, vt diuina freti gratia, omnigenam voluntatis proprietatem viriliter absq; labore abnegare & abdicare possimus, quo gratissimam exequamur voluntatem Dei: & vt quemlibet inordinatum naturæ appetitum vel affectum ac propensionem superare ac euincere, nosq; in spiritalem appetitum vel affectum & supernaturalem in Deum propensionem subleuare queamus. Vbi igitur hac ratione nosipsos possidemus, ac nostrî potentes sumus, iam liberum habemus ac minimè depressum recteq; compositum & benè constitutum ac ordinatum, & ad quælibet virtutũ genera siue modos, quos asserum designat multitudo, æquè paratum animũ. Cunctæ autem tabulæ erectæ stabunt: quod est, liberum animũ nnstrum cum cũctis actibus bonis liberè nos ad Dei honorem sustollere debere. Et tabula quæq; denos cubitos in longitudine habebit. Vbi aduertendum est, vnumquodlibet liberũ animi propositũ vel cõceptũ, originem trahere

Tabulę ex lignis sethim, quid.

Asserum multitudo.

here ex DEO ac libero ſpiritus fundo, idq; per naturalem ſpiritûs libertatem, nouumque diuinæ libertatis inſtinctum. Porrò animus liber in vnoquolibet libero conceptu ſeu propoſito ſenſuum omnium tum externorum tum internorum, vſqueadeò potens eſt, vt ei ſubeſſe ac obtemperare cogantur: colitq; & exercet eos intùs ac foris in vera obedientia, iuxta omnem modũ quo ſingulus quiſq; liber conceptus ſeu propoſitũ, à Deo ac ratione propria illuminatur. Ideoq; tabula quæq;, id eſt, vnumquodlibet liberum propoſitum, decem habet cubitos in longũ: quãdoquidem quodq; eiuſmodi propoſitũ, tam externorum quàm internorũ quinq; ſenſuum potens eſt, ita vt omnibus illis decem in Dei cultu ac ſeruitio vti queat. Animus nanq; liber, ſenſus omnes ceu propria ſua poſſidet inſtrumenta, quibus foris ac intùs omnes virtutũ modos agere poſſit, idq; iuxta omnem rationem, qua à Dei ſpiritu, propriaq; ſua ipſius libertate mouet. Enimuerò ſupra ſeipſum in diuino quodam experimento ſeu ſenſu ſuſpenſus eſt, atq; indè liber eſt: & in ſeipſo intellectuale quoddam ac rationale ſentire ſeu experiri eſt, quod eſt cum bona voluntate coniũctum: atq; ita virtutibus locuples eſt. Habet autem ſub ſe ſenſitiuũ quoddam percipere vel ſentire, quod idem rationi ſubditũ eſt. atq; hinc homo eiuſcemodi foris in cũctis actibus bonis prõbè ac benè moratus eſt. Ita ergo quodlibet liberum propoſitũ cubitos denos lõgum eſt: quandoquidem animus liber quenuis decem ſenſuum in perfecto opere cõponit, ordinat, exercet, & ipſemet liber permanet ac neutiquã impeditus, exceditq; & tranſcendit vltra actus omnes ſiue opera in quoddam ſentire ac expiri diuinum: quod expeditum ac ocioſum eſt omnis libertatis fundum. Habet verò tabula quæque in latitudine cubitum & ſemiſſem. Qua re id edocemur, quodlibet liberum propoſitum, eiuſdem latitudinis eſſe oportere, cùm animus liber corpus & animam ceu cubitum ac ſemiſſem ad DEO ijs ſeruiendum, contineat ac complectatur. Quod vt fiat, LECTOREM aduertere velim. Anima quidem cubitus integer eſt, quoniamquidem perfectas in ſeipſa actiõnes habet: nempe amare & cognoſcere: at tamen ſemis cubito opus habet ac indiget, id eſt, corpore ipſo. Niſi enim corpori iuncta eſſet, non poſſet vtiq; mereri. Interìm tamen corpus nõ niſi ſemis cubitus eſt. Cunctæ nanque corporeæ actiones abſque ſpiritûs operibus Deum neq; attingere, neq; beatitudinem promereri poſſunt. Atq; hinc anima ſimul & corpus vnum efficiunt hominem, quo natura hominis corporea cũctis ſuis actibus nobilitatem, dignitatem, libertatem & æternitatem ex naturæ ſpiritalis, cũ qua perſona vna idemq; homo eſt, nobilitate, dignitate, libertate ac æternitate, accipiat & adipiſcatur. Et hunc in modum tabula quæque, id eſt, vnumquodq; liberum propoſitum ſiue conceptus, cubitum ac ſemiſſem habere debebit in latitudinem, alioquì minimè idoneus futurus, qui in tabernaculi Dei parietẽ iungatur. Erunt porrò incaſtraturæ duæ in lateribus tabulæ cuiuſq;, quibus tabula tabulæ connectatur: atq; in hũc modum cunctæ tabulæ parabuntur. Vbi noſſe fuerit operæprecium, vnumquenlibet hominem liberum, ſemper in ſeipſo ſecundum habitum ſpontanea ac libera præditum eſſe propenſione in Deum & ad virtutes omnes omnemq; honeſtatem: & ipſa hæc libera propẽſio, totum in ſe hominem complectitur, putà cor, ſenſus, animam, vires omnes, liberum animũ, mentemq; excelſam & ſublimem. Efficitur autem ac obtinetur libera hæc propenſio eodẽ momento, quo ſe totum homo colligit, ac liberè ſtatuit & proponit omnipotenti ſeruire Deo cũ tota ſubſtantia omniq; facultate ſua, id eſt, ſeipſo toto, & quicquid in omnem pſtare poterit æternitatem. Et hoc nos liberum propoſitũ ſeu liberum conceptum appellamus. Hoc verò antecedat & conſequatur neceſſe eſt liberæ voluntatis ſpontanea propẽſio, quã nos incaſtraturis comparamus, quibus tam aptè ac ſcitè tabulæ iunguntur, vt per eas perſpici non poſſit, neq; vllo ex latere parietis, vlla iuncturę inæqualitas animaduerti. Enimuerò poſt quodlibet liberum propoſitum libera propenſio ſecundum habitum ſemper in homine perſeuerat, donec is ad ſeipſum intrò reuerſus, liberam hanc ſuam propenſionem obſeruet: vbi tum rurſus illi id, quod amat, ſeſe manifeſtat: & per diuinam gratiam ac liberam ſui ipſius propenſionem, animus liber denuò amore permouetur, ſiue ad amandum incitatur: ſicq; iterum nouum hìc fit propoſitum, & cum alijs omnibus erigitur ac ſtatuitur ad honorem Dei. Atq; hunc in modum cuncta libera propoſita fiunt ac parantur, inter quæ media ſemper intercedat oportet libera ac voluntaria propẽſio, quę eſt incaſtratura, quibus cuncta

Tabulæ latitudo qd ſi bi velit.

Anima qui cubitus integer ſit.

Corpus qui ſemis.

Quali erga Deũ & virtutes omnes propẽſione qſq; pditus.

Propẽſionis huius & incaſtraturæ collatio.

cta æqualiter iungũtur & connectũtur, & ad Dei erigũtur honorem. Iuſſit indè DOMINUS, vt harum tabularũ viginti ponerent in latere meridiano ad AUSTRUM vergente. Qui nobis viginti tabularum ad AUSTRUM Solem verſus ſtatuendarũ numerus, ea omnia myſticè deſignat libera propoſita, quæ Dei præcepta, quod ad cunctos virtutum actus attinet, antecedunt. Quoduis em opus bonum, priùs in animo liberè concipit ac proponit, q̃ vel foris vel intùs agat. Vbi igitur toti nobiſcũ liberè concipimus ac ſtatuimus, offerimusq; totos nos ad exequendas virtutes omnes iuxta diuinorum rationem mandatorũ, iam integrũ decem tabularum numerũ ſtatuimus ac ereximus ad honorem DEI. Vbi verò nobiſipſis nuſquàm nec vlla in re placemus, nec amamus noſipſos, iam fundum habemus liberũ, vacuum ac expeditũ: atq; ita demũ omninò ac liberè Deo nos rurſus offerre poterimus in pura quadam tranquillitate ſiue tranquillo ſilentiò, in quo nimirùm commorari & quieſcere ſtatutum ac placitum eſt Deo. Et hoc pacto diuina quoq; conſilia exequimur, & reliquas decem tabulas conficimus. Etenim hæc ſumma eſt omniũ conſiliorũ Dei, vt noſipſos deſeramus, vincamus ac ſuperemus, totosq; nos Deo dedam⁹ ac offeramus, & ipſum, vnitati & quieti operam dando & vacando, ſequamur. Itemq; cuncta eò ſpectant mandata Dei, vt vitijs omnibus valefaciamus, eaq; ſuperemus, & ex vera obedientia ob honorem DEI totos nos liberè ad exequendas colendasque virtutes omnes offeramus. Ita iam viginti nobis tabulæ in dextro latere confectæ ſunt. Iuſſit autem Dominus, vt his viginti tabulis quadraginta baſes argenteæ funderentur, ſic, vt binæ baſes ſingulis tabulis per duos angulos ſubijcerent. Iſtæ baſes argenteæ, ſolo incũbebant, & in eis tabulæ erectæ ſtabant. Hìc nimirùm inſtituimur, ſub quolibet libero propoſito, ſi modò Deo id ſtatuere ac erigere velimus, mundam nobis habẽdam eſſe conſcientiam, & cor liberũ, expeditũ ac formis & imaginibus vacuum: quæ ſunt duæ baſes argenteæ, neceſſariò ſupponendæ cuilibet vel actioni vel propoſito, quod liberum eſſe debeat. Cunctæ verò baſes iſtæ tabernaculi tum fundũtur, quando noſipſos expedimus, liberamus, exoneramus à vitijs & peccatis, & ab omni inordinata affectione vel propenſione in quanlibet rem creatam. Voluntaria nanq; inordinata propenſio in quippiam extra Deum, ſi ſit abſq; iudicio & repræhenſione, ſemper peccati occaſio eſt. In latere quoque ſecundo tabernaculi, quod vergit ad AQUILONẽ, viginti tabulæ erunt, quadraginta habẽtes baſes argẽteas. binæ baſes ſingulis tabulis, vt in prioribus, ſupponent. Quibus videlicet edocemur, liberè nos intùs nobiſcùm ſtatuere ac proponere debere, abſq; vlla detrectatione vel renixu patienter ac moderatè ferre & perpeti nos velle, quicquid Deo permittente nobis euenerit, qualicunq; id ratione acciderit, ſiue intùs ſiue foris, ſiue nobiſipſis, ſiue proximis noſtris: & hoc pacto robuſti ac communiti erimus à ſiniſtro latere aduerſus AQUILONEM, id eſt, contra ea omnia, quæ nos vlla ratione tentare vel premere ac prægrauare queant: ſimulq; hoc ipſo in perpeſſione ſeu afflictione qualibet præceptis Dei facimus ſatis, & priores tabulas decem à ſiniſtris ſtatuimus & confecimus. Qui ſi pretereà conſilijs quoq; diuinis morem gerere volemus, non ſolùm ita vt iam dictum eſt, aduerſa quæcũq; occurrentia perferre æquanimiter ſtatuemus, ſed liberè etiã in Deũ procũbemus, & plùs quoq; perpeti velle nobiſcũ proponemus, ac totos nos liberrimæ Dei creatoris dedemus & offeremus voluntati, ita vt quod is ab omni æternitate nobiſcùm agere conſtituit ac deliberauit, id nobis pręcipuo gaudio ſit: ſicq; pati abſq; animi dolore vel afflictione poterimus. Quicqd em in natura intùs vel foris perpeſſi erimus, ſpiritum noſtrum gaudio afficiet, ſi tamẽ is totum ſe Deo permiſit, dedidit ac reſignauit, libereq; ſecùm ipſe cõſtituit, abſque detrectatiõe vel voluntatis contradictione in omni derelictione totum ſe offerre Deo. Hunc in modum ſi noſipſos in afflictiõe abnegaſſemus, iam planè diligeremus inimicos noſtros, & oraremus pro perſequentibus nos. Et ſi ita ſpiritus noſter cum diuina concordaret voluntate, & in derelictiõe eſſet reſignatus, felix nimirùm & beatus ac propè immutabilis foret. Siquidem cõſolatio ac deſolatio, habere & carere, & quęuis demũ temporarię viciſſitudines ac mutabilitates, æquè illũ exhilararẽt, haberetq; quicqd vellet, nec poſſet quicquã velle inordinatũ. Hac videlicet ratione decẽ poſteriores ſiniſtri lateris noſtri tabulas abſolueremus, & conſi

Historia Scholaſtica dicit, baſes has perforatas fuiſſe, & in earũ foraminibus cardines aureos immiſſos in vtroq; angulo tabulę eminẽtes, ſicut i ſcrinijs fieri ſolet.

Cõſiliorũ Dei omniũ ſumma quę.

Mandatorũ Dei omniũ ſcopus.

Baſes q̃ qñ & quî myſtiĉè fundant.

Aquilo.

Inimicos q̃ facilè diligeremus.

consilia quoq; DEI reuerà exequeremur: vinceremusq; nosipsos & omnia, & eas denique opes ac diuitias possideremus, in quibus omnigena proposita bona & initium capiunt ac finem. Iam quid bases argãteæ sub quolibet libero proposito sibi velint, paulò antè explicatum est: ideoq; hoc loco missum facio. Deinde post hæc locutus est Dns ad Mosen:

TEXTVS Exod.26. *Ad Occidentalem uerò plagam tabernaculi facies sex tabulas, & rursum alias duas, quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi. Eruntq; sibi coniunctæ à deorsum usq; sursum, & una omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per unam tabulam supputatis.*

Superiùs quidem duo tabernaculi latera, putà australe & aquilonare, & externè & internè proposuimus ac declarauimus: iam agè ipsam animaduertamus externam operis structuram, quo spiritalis significatio rectiùs perspici, & planiùs intelligi queat.

Quasi TEXTVS. Singulum quodque latus siue paries ex his duobus, triginta habebat cubitos in longitudine. Quilibet enim viginti cõstabat tabulis, quarum vnaquæuis cubitum ac semissem lata erat, vndè simul fiebant cubiti triginta: & in altum singuli parietes denos obtinebãt cubitos, quòd eadem esset tabularum altitudo. Erat autem inter vtrunq; hunc parietem interuallum decẽ cubitorum: sicq; parietem Occidentalem decem quoq; cubitos lõgum effici necesse erat, vt posset vtrunque latus attingere. Atq; huius causa præcepit Dominus, vt iam recitaui, sex parari tabulas, quæ longitudine, latitudine ac basibus, tabulis cæteris per omnia assimiles forent. Atqui sex istę tabulæ in medio partis Occidentalis collocatæ, non nisi nouem in planitie occupabant cubitos, eo quòd singulæ cubitum tantùm ac dimidium latæ essent: & ita in quolibet angulo semis cubiti spatium vacuum remansit: quibus implendis Dominus tabulas binas fieri iussit, eiusdem quidem cum cęteris longitudinis, sed latas duntaxat cubitum semissem, singulis instar aliarum binis basibus suppositis. Atq; in hunc modum Tabernaculum illud Iudaicum perfectum & absolutum, triginta cubitos lõgitudinis, decem latitudinis ac decẽ altitudinis obtinuit, ex tabulis quadragintaocto, quæ singulæ in binis erant basibus argenteis collocatæ. Operiebatur deniq; idẽ tabernaculum quatuor antè commemoratis opertorijs.

Sed iam nos porrò octo has tabulas, quas ad Occidentem Dominus constitui iussit, spiritaliter explanemus.

¶De tribus virtutibus Theologicis. Cap. XVI.

Sex Tabulę. Octo igitur tabulæ, in occasum, vbi erat tergum Tabernaculi, & latera iungebãtur, respectãtes, præcipuam ac principalem spiritalis status eminẽtiam vel præstantiã significant. Sex enim tabulæ in medio collocatæ, sex præcipuos ac excellentes animi conceptus vel proposita designant, quibus cuncta libera proposita connectũtur. Tres nanq; intra nos virtutes reperimus, quæ & vniant nos Deo, & virtutum aliarum omnium causa, fons & origo sint: putà fidem, spem, & charitatem: & harum singula quæq;, bina proposita libera, in quibus fundetur ac stabiliatur, antecedentia habeat necessum est: sicq; tribus virtutibus sex libera proposita adiunguntur. Et primum quidem liberum propositum, in quo nostra fundata fides est, illud dicimus, vt ex gratia Dei nobiscũ statuamus subleuare ac sustollere nosipsos vltra cælos omnes simplici quadam vnius, in quem credimus,

Virtutes principales quot & q̃.

Propositũ liberum I.

Dei

Dei contemplatione siue intuitu, qua re fides in Deo fundatur. Alterum propositum liberum, quo fidem nostram absq; errore colimus, exercemus ac possidemus, istud est, vt libero animo constituamus ac proponamus distinctè credere ea omnia, quæ sancta credit ECCLESIA catholica: & in his ita simplici ac minimè curioso fundo simus, vt neque proprius sensus, neq; naturalis ratio nostra aliquam in nos dubitatiõem, vel opinionem, vel titubationem aut hæsitationem adducere queat: sed nec quæuis omninò creaturæ, quantũuis illæ expeditę videantur, aut quælibet agant mira, ac prodigijs & miraculis clareant, aliquid à fide vera diuersum ac nouum in animos nostros imprimere valeant. Ista scilicet gemina sunt libera proposita, quæ nos credulos vel fideles efficiunt, & in fide absque errore conseruant: eaq; duæ mediæ tabulæ in Occidentali tabernaculi parte, designant. Præter has verò binas tabulas, aliæ duę iunguntur, singulæ in lateribus singulis: & per has alia quędam duo libera proposita, spem perfectam præcedentia, significãtur. Primum ex his liberũ propositum, in quo spes pfecta fundatur, eiusmodi est, vt proponamus per merita Christi liberè accedere ad Deum, idq; cum perenni fidutia: necnon simpliciter ingredi in Deum, vbi spes & confidentia ęternam attingit ac possidet pacem. Et his duobus spes sedatur ac tranquillatur, & in opulentia illa, quæ Deus ipse est, fundatur. Alterum liberũ propositum est, quo liberè nobiscùm constituemus supra omnia Deo confidere, daturum eum nobis, qcquid in hac vita temporaria tum intùs tum foris nobis erit necessarium: & hîc tanta nobis semper retinenda simplicitas erit, vt in nulla re creata auxilium, consolationem, refugiũ captemus aut inquiramus, nisi quatenùs rationi rectæ cõsentaneum & ad Dei honorem erit: & quicquid ex creaturis acceperimus, siue prosperũ id fuerit, siue aduersum, vt id omne de manu Domini, tanquàm nobis optimum, suscipiamus: sicq; expediti permanebimus, & absque quarũlibet rerum tędio ac molestia vitam transigemus. Quinetiam ita omninò ac simpliciter Deo cõfidemus, vt siue sani, siue ęgri, siue senes, siue miseri ac calamitosi simus, seu quauis demum necessitate & afflictione premamur, nullis vnquàm imposturis, nulli incantationum generi, nullis ioculatorum præstigijs spem aut fidem commodemus, sed soli duntaxat DEO, & causis naturalibus cum Dei voluntate coniunctis, quatenùs licet, fidem ac spem adhibeamus: & ita quatuor iam tabulas, totidemq; libera proposita habemus, in fide ac spe nos retinentia. Quinta verò ac sexta tabulę his adiunctæ, singulæ à lateribus singulis alia insup gemina proposita libera nobis referunt, veram antecedentia charitatem. Et horũ quidem prius liberum propositum, in quo charitas inchoatur, tale est, vt ex libero fundo, & in virtute Spiritussancti Deum ęternò amare firmiter statuamus. In hoc autem proposito tam simpliciter & ita penitùs ex amore amori nos dedemus ac trademus, vt nulli, prętęrquã soli æternæ Dei charitati, viuam', nec quicquã in nostra simplicitate aliud, nisi amorẽ duntaxat, sciamus ac sentiamus. Si em charitati Dei omninò ac toti viuimus. iã liberè eũ amore in amorem nos demergimus: & hac ratiõe amor possidetur. Enimuerò si simplici quodam ingressu in totius vsq; simplicitatis fundũ sequamur amorem, iam per fidem ad cognitionem, per spem supra spem ad adęptionẽ apprąhensionemq;, & per amorem deniq; ad æternam possessionem ac fruitionem pertingimus: quod quidẽ prius est liberũ propositum, in quo nostra fundatur charitas, & ęternæ, quę Deus ipse est, charitati vnitur. Posterius verò siue alterũ propositũ liberum, est, quo nobiscùm constituamus, nosmetipsos & proximos nostros, ad Dei cultũ & obsequiũ duntaxat, non autem aliter, amare. Quocunq; enim modo siue nosipsos, siue proximos aliter diligimus, quàm ad Dei famulatũ & cultũ, amor iste inordinatus est, ac prętęr ordinem, & intima nos virtutis ratione, & simplici in Deũ accessu & introitu despoliat. Si verò & nosipsos & alia quæuis Dei causa amamus, iam nobisipsis & alijs omnibus ordinatè ac rationabiliter vtimur ad honorem DEI, & secundum illius voluntatem: sicq; charitas benè in nobis componit ac ordinat erga Deũ & creaturas omnes. Etenim amor siue charitas absque respectu simpliciter nos in Deum deducit. Et isthæc charitas pura ac mera est, absque huius vel illius commodi priuati intuitu, eademque essentialiter beatos nos efficit. Quinetiam impellit & vrget nos in cunctis virtutibus ac operibus bonis, vt in illis Dei semper spectemus honorem: & istiusmodi virtutes ac opera bona sequuntur nos, & ornamẽto nobis sunt in vita ęterna, distinctè tñ ac discriminatìm, magis ac

II.

Tabulę duę aliæ.

I

II.

Tabulę duę aliæ.

I.

II.

minùs, quatenùs ea magna ſunt, & ex amore fiunt ac peraguntur. Cæterùm binæ illæ tabulæ, in angulis tabernaculi conſtitutæ, quibus vtrunque latus iungitur ac vnitur tergo eiuſdem tabernaculi, ſingulæ ſemiſſem duntaxat cubitum habẽt in latitudine. Per eas igitur naturam noſtram corpoream accipimus, vtpotè quæ non niſi inſtrumentum quoddam eſt, quo vel agamus, vel patiamur. Non enim in ſuis propenſionibus libera & virtuoſa eſt, neque ex ſeipſa vllos habet aut efficit actus virtuoſos: ſed quia ſpiritui in cunctis illius liberis propoſitis & actibus liberis vnita eſt, indè ipſa quoque ex virtutibus libera fit, & copulatur atq; coniungitur liberè vtroq; ex latere, id eſt, ad dexteram & ad læuam, ita vt agat liberè, & patienter ac æquanimiter patiatur, idq; iuxta DEI præcepta & conſilia: retrahitur quoq; & cohibetur ac retinetur in ijs omnibus, quæ poſſent illi eſſe commoda & iucunda contra honorẽ Dei, abnegatq; ſeipſam in quibuſlibet rebus duris, moleſtis & aſperis, quæ ſint DEI cauſa pferendæ. Ad hęc animus liber liberè naturam corripit, apphendit, & inſtar reliquarum tabularum ſtatuit ac erigit ad facienda quæque ad honorem Dei, & vt ſit diuinę dedita ac reſignata libertati ad carendum illis omnibus tum in tempore, tum ęternitate, ad quæ propenſi ſumus. Ita ergo DOMINUS iuſſit, vt tabulas, id eſt, libera propoſita noſtra ſtatuam ac erigamus, & vt ſint tabulæ ſibi coniunctæ à deorſùm vſq; ſurſùm, & vna omnes compago retineat, hoc eſt, vt poſteriores tabernaculi tabulę iunctę ſint laterum tabulis, cõnectendis atq; copulandis duabus illis tabulis, quæ in angulis poſitę ſunt, quibus reliquæ omnes iunguntur ac retinentur. Eundemq; in modum quoad liber ſpiritus noſter in mortali hoc deget corpore, cum eadem hac natura corporea ex vtroq; latere liberè cũctis virtutibus deditus erit ac operam dabit, vt eas colat & exequatur, & aduerſus vitia bellum gerat, ijsq; reluctetur. Quæ duo eiuſdem meriti ſunt. Quantùm enim virtutes amamus, tantũ ea quę illis contraria ſunt, contemnimus ac aſpnamur: nec poteſt ſpiritus abſque corpore merita ſibi comparare. Iuſſit inſupèr Dominus, vt duabus tabulis, quę in angulis ponẽdæ erant, ſimilis iunctura ſeruaretur, qualis erat ſex intermediarũ, eſſentq; ſimul tabulę octo, & baſes earum argenteę ſedecim. Quę nobis planè confirmant, naturam corpoream ſuo iunctam ſpiritui, & ſpiritum corpori nõ modò in cunctis propoſitis liberis, ſed etiã in virtutibus omnibus coniunctum eſſe oportere: atq; hac demum ratione ſpiritale TABERNACULUM conſiſtere ac ſtabile permanere, Deoq; aptum & accommodum eſſe poterit. Quid autẽ geminæ baſes argenteæ quibuſuis tabulis ſuppoſitę ſibi velint, iam antè expoſitum eſt, dictumq; cuilibet libero propoſito mundam conſcientiam & memoriam formis ac imaginibus nudatam ſupponendam eſſe, ſine quibus duobus, ceu baſibus geminis, nullum poterimus liberum propoſitum ſtatuere ad honorem Dei.

¶De vectibus & circulis tabularum. Cap. XVII.

TEXTVS Exod. 26.

LOcutus eſt indè DOMINUS Moſi, dicens:

Facies & uectes de lignis ſethim quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi: & quinq; alios in altero, & eiuſdem numeri ad Occidentalem plagam, qui mittẽtur per medias tabulas à ſummo uſq; ad ſummum. Ipſas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos uectes tabulata continent, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.

Hîc iam aduertendum eſt, vectes iſtos quos DOMINUS fieri mandauit, virgas fuiſſe grandes ligneas, paulo tenuiores brachio hominis: mittebanturq; circunquaq; in TABERNACULI parietibus per circulos aureos tabulis benè fortiter infixos: quod idcircò fiebat, vt parietes cuncti firmiores eſſent, ſtarentq; immoti aduerſum impetus ventorum & quoſuis alios caſus aduerſos. Atquì quãtæ longitudinis vectes ſinguli eſſe debuerint, & qua ratione diſponi & applicari, quo tabulas firmas retinerent, non eſt expreſſum à DOMINO. Quæ cauſa eſt, cur non eadem hinc ſentiant, ſcriptisq; tradiderint homines ſancti atq; doctores, ſed pro ſuo quiſque iudicio ita vt viſum illis fuit, hinc agant. Quamobrem etiam nos, ſalua tamen cuiuſlibet gratia rectiùs ſentientis, animi noſtri hac de re ſententiã & opinionem proferemus.

Rusbrochij de tabernaculi ſtructura opinio.

In quolibet igit̃ tabernaculi latere, vt equidem arbitror, vbi mediæ duæ tabulæ in ipſo laterum medio copulabant̃, id eſt, in ora vndecimę tabulæ, quę ea eſt tabula in quolibet latere, in qua Dei conſilia initium ſumũt, & à nobis inchoantur, quinq; erant circuli aurei à ſurſùm vſq; deorſùm, p quos vectis vnus è lignis ſethim, totus vndiq; laminis aureis inſtar aliorũ vectiũ tectus, mittebat̃: ſtabatq; rectus & arrectarius, eiuſdẽ planè longitudinis cũ tabula ipſa, quẽadmodũ ſolet ad oſtia columella quędam adiungi, ad quam vtraq; oſtij pars concurrit. Et hi duo vectes ſemper in circulis permanebant, etiam tum cùm aliò TABERNACULUM deportaret̃. Alij verò quatuor vectes vtriuſq; lateris in tranſuerſum, iacebant in tabularum medio, idq; ab ipſo primo aditu ad extremũ vſque TABERNACULI angulũ, ita vt in crucis morem vtroq; in latere circa vectem arrectariũ ſiue erectum ac inſtar tabularũ ſtantem, concurrerent: quandoquidem vectis erectus, in medio quatuor horum vectium cõſtitutus erat, duobus quidem ex his intrinſecùs, & alijs duobus extrinſecùs poſitis. Quælibet autem tabula binos habebat circulos aureos, per quos vectes iſti immittebant̃, qui tabulas fixas firmasq; retinebãt. Deĩdè in occidẽtali parte TABERNACULI in ora quartę tabulę, in qua nos fidẽ noſtram inchoamus, itidèm vectis erectus ſtabat in quinq; annulis aureis, perindè vt in lateribus: & vtraq; ex parte vectis huius, in ipſo tabularũ medio vnus duntaxat vectis tranſuerſus poſitus erat, ad angulũ vſque pertingens: & in ipſo iungebãtur vectes laterũ, ita vt aptè alij alijs mutuò necterent̃: quẽadmodũ tubarũ partes, aut põtificalis virgæ fruſta copulari ſolent. Atq; hunc in modũ vectes in vtroq; TABERNACULI latere & Occidentali parte per circulos aureos immittebant̃: ſiquidẽ velut cõmuni quadam clauſura tabulas omnes amplexabant̃ & continebant. Porrò reliqui duo vectes, qui æquè ad Occidentalem TABERNACULI partem pertinebant, ſimiliter in tranſuerſum poſiti erant in ſuperiori tabularũ partẽ, ſicuti & in medio: peruenìebantq; & ipſi ad vtriuſque lateris angulos: atque indè vlteriùs in eadem TABERNACULI ſuperiori parte alium faciebant vectem, vtrunq; latus complectentem itemq; introitum ipſum: & hic vectis ex tribus iunctus erat partibus in priori TABERNACULI angulo: in duobus verò poſterioribus angulis, ſuperioribus vectibus in Occidentali parte ſupernè poſitis cõiungebat̃: ſicq; tres iſti vectes TABERNACULÛ ſupnè oĩnò cõplectebant̃. Atq; ad hęc in ſuprema cuiuſlibet tabulæ parte binos annulos aureos faciebãt, ptęrq; in anguſtis illis tabulis quę in angulis erant collocatæ, quę vnum duntaxat ſupernè atq; vnũ in medio habebant circulum. At tamen ſciẽdum hîc eſt, vectem hunc ex tribus partibus compactum, non quidẽ ipſius DOMINI iuſſu, ſed de communi omnium artificum ſententia & conſenſu, ob ornatum, conſonantiam, firmamentumq; TABERNACULI, confectum eſſe. Quod quidem ita ſe habere, vel ex ipſo conſtare Exodo poteſt, in cuius fine, vbi Moſes commemorat ea, quæ ab artificibus facta erant, ita ſcriptũ inuenimus: Fecit & vectes de lignis ſethim, quinq; ad continendas tabulas vnius lateris TABERNACULI, & quinq; alios ad alterius lateris coaptandas tabulas: & extra hos, quinq; alios vectes ad Occidentalem plagam TABERNACULI contra mare. Fecit quoq; vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vſq; ad angulum peruениret. Hac nimirùm ratione tabulæ extrinſecùs habebant vectes in tranſuerſum poſitos ſupernè ac in medio: itẽq; tres alios vectes ſtantes & arrectarios, qbus tranſuerſi iungebant̃ ac cõnectebantur, & infernè quidem fundati atq; inſerti baſibus argenteis, ita vt capſula vel ſcrinium cum ſuis aſſerculis imæ parti connecti & compingi ſolet. Sed iam ſpiritalem horum ſenſum aduertamus. Quinq; igitur vectes iſti, quos DOMINUS Moſi vt in vtroq; latere & poſteriori TABERNACULI parte fierent imperauit, quibusq; TABERNACULUM firmum ac ſtabile contineretur, id nos inſtituunt, internũ hominem noſtrum æterna cum Deo vnione ſe coniũgere, & libera quadam concordia cum internis ijſdemq; liberrimis Dei operationibus conſentire debere. Hæc autem vnio ſimul cum concordia triplici modo colenda, exercenda, poſſidenda eſt: quod eſt ſtatûs ſpiritalis firmamentum ac conſeruatio. Tabulæ nanque dextri lateris quandam concordiæ rationem ſiue modum nos docent eiuſmodi, quo nos totos vera cũ obedientia ad virtutes omnes offeramus, ac nihilominùs ſoli permaneamus cũ Deo in ſimplici quadam quiete, abſtractione, ac nuditate. Tabulæ verò ſiniſtri lateris

Iosephus velle videtur, vectes omnes ex partibus cõſtitiſſe, & partes ſingulas quinos in lõgum cubitos habuiſſe, aliasq; alias ita fuiſſe copulatas, vt non niſi vnus vectis videretur.

Quinq; vectes quid.

Tabulæ ſiniſtri lateris quid.

teris

teris aliam concordiæ rationem nos instituunt, hanc videlicet, vt in omni afflictione & perpessione nosipsos abnegemus, & sine optione vel delectu nos resignemus, ac diuinæ permittamus dedamusq; libertati: quod dum facimus, omi liberamur cura ac solicitudine, & Dei planè ac omninò proprij efficimur, qui tum nos expeditos ac solos citra vllum impedimentum sicut seipsum possidet. Eæ demum tabulæ, quæ Occidentalem efficiunt parietē, tertium concordiæ modum nos edocent, vt videlicet Deum nobisipsis & creaturis omnibus amanter colamus, eiq; famulemur, tamq; simpliciter cum fidutia ac spe bona illi innitamur & adhæreamus, vt quam in Deo sentimus & experimur fidem siue fidelitatem, ea creaturarum omnium consolationi ac fidelitati præponderet: atq; ita totos nos omninò ac liberè nostro amore illius dedemus ac offeremus amori, tamq; sublimiter cū amore in amore commorabimur, vt Deus vicissim nobis proprius fiat. Sicut ergo tres tabularū parietes siue partes vnum efficiunt tabernaculum, ita triplex hæc concordia & consensio statum efficit spiritualem. Habebant verò singuli tabularum parietes siue partes vectes quinq;, quibus continebantur. Eodem quoq; modo & nos in liberę nostræ consensionis vel concordiæ qualibet ratione vel parte liberam Dei in nobis operationem modo quintuplici suscipiemus. Et hic quintuplex diuinę intra nos operationis modus, vbi nos intùs cum eo concordamus, instar quinque vectium siue claustrorum est, quibus nostrum tabernaculum, id est, omnem cum virtute coniunctam siue virtuosam vitam nostram stabiliamus, confirmemus, colamus, exerceamus, & obseremus necesse est, si modò eam retinere & conseruare velimus. Iam antè quidem in superioribus dictū nobis est, Deū ex nomine vocasse ac delegisse Beseleel, vt esset architectus ad extruendū externū Dei tabernaculum cum omibus, quę ad id pertinerent: vtq; impleuerit eum spiritu Dei, sapientia & intelligentia & sciētia, quo Dei fretus donis, opus susceptum expleret & absolueret. Beseleel autem, vt itidèm superiùs explicuimus, figuratè voluntariam ac vltroneam obedientiam, vel concordiam & consensionem cum Deo significat. Itaq; concordia hæc vnà cum libera in nos operatiōe Dei, spiritale nostrū tabernaculū & cuncta ad id pertinentia conficere debebit. Etenim concordia nostra cum Deo consentiens, nunquàm non Dei spiritu & sapientia ac intelligentia scientiaq; repletur: atq; hoc ipso stabilis permanet, exitq; cum virtute siue virtuosè triplici modo, quēadmodùm tres tabernaculi parietes nos docent, itidèmq; in vnione & quiete æternum habet ingressum in Deum: id quod luculenter Beseleelis vocabulum nobis designat, vtpotè q vmbra Dei, vel diuinum vmbraculū Latinè exprimitur. Vmbra qdem Dei, concors est nostrī motio iuxta omnem rationem, qua se intra nos Deus ipse mouet. Vmbraculum verò diuinum, vnio ea est, quam nos possidemus vnà cū Deo, in qua quiescere ac commorari libitum ac statutū est Deo. Vbi igitur hūc in modum vniri ac conspirare siue concordare cum Deo statuimus, iam liberam Dei in nos actionem siue operationē, nostrā efficimus, & hi vectes nostri sunt. Qua em hora nosipsos & actiōes nostras liberè Deo dēdimus ac donamus, eadem ipsa vicissim nobis & seipsum, & liberas in nos operationes suas largitur Deus: quę nimirùm mutua donatio vel largitio, cōcordes nos facit, cùm altera alterius causa sit. Non tamen id ita accipi velim, quasi nos Deū largitione nostra cogere possimus. Neq; enim eo quòd illi nosipsos damus, ipsè necessariò se nobis vicissim largitur: sed largitio illius omni æternitate nostram præcedit, & ex liberrima bonitate proficiscitur. Semper ille nostram expectat ac sustinet dationem: cumq; nos liberè dare volumus, illius vicissim largitionem liberè suscipere possumus. Est igit vtraq; datio seu largitio, tum illius, tum nostra, libera ac volūtaria: sed illius tn potior ac principalis est: nec quicq omino boni absq; libera illius ope efficere valemus. At rursus tn ille nos sanctos efficere nō potest, nisi & nos liberè adhibeamus id quod nostrū est. Atq; ea de causa voluit Dns, vt vectes extrinsecus in tabulis p circulos aureos, imitterēt, id est, vt illis freti virtute ac libera erga ipsum fidutia, cūcta nostra opa & inchoare & pficere meminerimus. Ipso nāq; Apostolo teste, cū Deo ac libera illius in nos opatiōe possumus oia. Vndè etiā sū nobis spm, itēq; sapiētiā, intelligētiā & sciētiā liberè largit, quo viuiscamus, actusq; vitales liberè efficere ac opari possimus. Et ipsa quidem Dei in nos inspiratio, vectis arrectarius est, in cuiusq; parietis medio stans rectus, eo quòd ipsa hæc inspiratio in Deum nos erigat, viuificetq; eamq; nos planè in medio partis cuiuslibet concordiæ

Beseleel my sticè quid.

Beseleel qd sonet.

Quid Deus pro nobis sibi donatis, donet.

Phil. 4.

no-

nostrę suscipimus, gratię plenitudinem semp secùm in nos aduehētem. Eoipso autem quo Dei suscipimus inspirationem, nostrum illi vicissim spiritū damus: qui nimirùm actus conscietiam nostram repurgat à vitijs, ab omniq; nos imagine & simulacris expedit ac liberat: & hæ bases nostræ argenteæ sunt, in quibus omnes tabulas, id est, cuncta libera virtutum ꝓposita nostra collocamus ac fundamus. Mutua verò hæc Dei ac nostra adspiratio, cum Deo nos in vnitate obfirmat stabilitq;: & in hac opatione spiritus noster iugiter renouatur & fit viuacior, quandoquidem fundum hoc vitale est totius concordię nostrę. Idemq; concors ac viuidum fundum semper ęternò ac stabilè pseuerat in vnione & actione, vbi consciētia sordes non contrahit, & cor siue memoria expers imaginum pmanet: in qua demum puritate omnes nostras statuimus tabulas, quæ sunt cuncta nostra virtutum colēdarum proposita libera: & Deus ipse in eadem cunctas suas liberas in nos opationes fundare constituit. Vndè etiam tres isti vectes arrectarij sub prima basi argētea tabularum illarum omnium, in quibus præcepta, cōsilia, fidémve inchoamus, defixi ac cōstabiliti erant: quod est in cuiuslibet concordiæ medio, vbi præcepta cum consilijs per liberam Dei in nos operationem copulantur ac vniuntur: sicq; cōscientia pura, prima cuiusuis tabulæ basis est, quòd in ipsa bona omnia initium accipiant, & sit patula Dei habitatio. Sciendum porrò est, præcipuas tres tabulas, quæ nos in fide aut Dei consilijs subrigunt, extrinsecùs in priori ora sua quinq; habuisse annulos aureos, in quibus vectis arrectarius stabat. Etem eo ipso quòd internus homo noster modis omnibus benè cōsentit & cōcordat cū Deo, nos animo liberi sumus, nec hæremus vspiàm: & in vniuscuiuslibet cōcordiæ medio Deus ipse cum gratiæ suæ plenitudine adspirat seu inspirat & commorat: quę nimirùm illius adspiratio vel inspiratio noster est vectis arrectarius, stās rectus ab imo ad summū vsque: Hinc verò tum ratio ipsa, tū omis sensus noster interior, qui quintuplex est, exhilaratur: quoniamquidem sensus isti interni sursùm versus ad Deum sese aperiunt & expandunt, amanterq; liberam Dei in nos actionem, velut certam ac viuam causam, æternamq; cōseruationem ac firmamentum spiritalis vitæ nostræ ambiunt & complectunt: atq; hinc ijdem interiores sensus nostri perpetuò erga Deum patuli pmanent, & nunquàm nō diuinis inspirationibus amanter sese inclinant: & adiungūt: quà re nos viui permanemus in Deo, & spiritus Dei in nobis. Et id quinq; aurei significant annuli, qui semp vectem arrectarium in cuiuslibet parietis medio stātem continebant. Cæterùm, quod iam antè diximus, per vectes arrectarios vtriusq; lateris, vtraq; ex parte in medio vectes duo transuersarij rectà ferebant, ita vt alter alterū aptè cōsequeret, idq; à primo tabernaculi aditu, ad extremū vsq; angulum. Partis autem Aquilonaris vectis arrectarius, vnum duntaxat transuersarium vectem vtraq; ex parte in parietis medio habebat, ad vtrūq; postremū tabernaculi angulū pertingentem: illiq; alij vectes trāsuersarij, qui erant in lateribus, copulabant. Vndè id nos instituimur, ex libera Dei inspiratiōe vel adspiratione, quæ totius vitæ nostræ spiritalis fons est, vna ex parte promanare in nos intelligentiam & scientiam, id est, in exitu, vbi ad DEI præcepta & virtutes nos vertimus & accommodamus. Intelligentiam autem ex DEO manātem, internam dicimus Dei reuelationem ac manifestationem, interiora nostra patula siue aperta retinētem, & intellectū nostrum vltra imagines omnes, omnemq; occupationem & inquietudinem in nudam quandam tranquillitatem seu internum silentium subuehentem. In qua quidem tranquillitate siue silentio intellectus noster diuinam attingit inspirationem, quæ est arcanum quoddam & occultum susurrium ad aures nostras interiores, audire nos faciens, id est, intelligere intùs ac percipere: quod ipsum habiles ac idoneos nos efficit ad omnem, quam DEI spiritus nos docet, auscultandam & suscipiendam veritatem. Et hoc pacto intellectus noster iugiter erit subleuatus ad inspirationes Dei. Per hunc verò intellectum subleuatum, ratio nostra ex inspirationibus Dei diuinā suscipit scientiam, eandem ipsam rationem omninò illustrantē, nosq; intùs videre facientem, & omnem veritatem distinctè nos docentem: efficientem quoque, vt perspectum ac exploratum habeamus, qua ratione foris ac intùs viuendo, veritati morem gerere, ac obsequi debeamus: qąque demum totos nos veritati dēdere ac viuere oporteat, si esse liberi, Deumq; & nosipsos citra impedimentum possidere velimus. Prætereà vbi itidèm cum exercitationibus diuinis, fide, spe & charitate ad Deum

Tabulæ.

Cōsciētia q̄ qd basis sit.

Quinq; aurei annuli.

Intelligētia ex Deo manans, quæ.

Inspiratio diuina qd.

m nos

nos conuertimns, ex inspirationibus illius intelligẽtiam & scientiam adipiscimur, quo intùs videre & audire possimus, quid credere, quid sperare, quid amore prosequi debeamus: vel quid ab amore pstitum nobis sit, & quid nos vicissim amori debeamus. Atq; vbi nos eiuscemodi visum & auditum ex Dei spiritu vel adspiratione intùs consequimur, illustrati ac viuidi, & veritati diuinisq; institutionibus foris & intùs obsequẽtes ac morigeri permanemus. Et hi sunt vectes transuersarij vtroq; in latere, itemq; in tergo tabernaculi, ex interioribus foràs ad virtutũ actus prodeuntes, quibus docemur, statuere nos ac erigere iuxta pcepta Dei. At porrò in altera liberæ concordiæ nostrę parte, vbi p diuina cõsilia intrò nos recipimus, & vnimus cum Deo, siue vbi libero animo per fidem, spem & charitatem subrigimus ac sustollimus nos in Deum, ibì nimirùm ex Dei inspirationibus sapientiam diuinã intra nos adipiscimur ac suscipimus. quæ quidem sapientia simplex est, & introrsùm trahens: simulq; appetitioni gustum quendam pbet spiritalem, qui nobis in nauseã vertit, nosq; despicere ac aspnari facit, quicquid caducum est & temporarium. Etenim sapientia hæc, vitæ æternæ fructus quidã est: p eamq; sitibundus vel desiderabundus introitus vel assẽsus noster in Deum ppetuò pseuerat. In lateribus nanq; tabernaculi æternum quendam sentimus introitum: at in parte Occidentali ppetuum expimur assensum. Quartus enim & quintus vectes partis Occidẽtalis in tabularũ superioribus iacẽt, sempq; sursùm nos trahũt in Deũ fide, spe & charitate. Atquì laterũ vectes intrò nos ducũt: ideoq; sapientiã in nos manantẽ, fame quadã & appetenti gustu nunq̃ nõ sequi debebimus. Cùm em̃ ita eã seqmur, eiq; morẽ gerim⁹, vtroq; ex latere in introitu nostro tam profundè p nos eaipsa pmánat, vt per eam in internũ quoddã ac spiritale sentire vel expimẽtum demergamur: idẽq; sentire vel expimentũ in vnionis vel vnitatis profunditatẽ nos ducit, & in pace ęterna nos firmat stabilitq;. Eadẽ quoq; sapiẽtia in parte Occidẽtali in assensu nostro vsq; adeò in sublime nos erigit, vt fame ac gustu nosipsos excedamus, attingamusq; celsitudinem ac sublimitatẽ, vbi tum idẽ repimus sentire, cuncta nostra interiora complectens siue ambiens ac penetrãs: sicq; vnà & spirit⁹ & natura nostra subleuantur ac subriguntur: & in hac subleuatione inattingibilem quandam expimur libertatem, cuius nos neq; fundum, neq; celsitudinem vnquã attingere queamus. Quę nimirũ inattingibilis libertas, postremus vectis est, supnè vtrunq; latus, & tabernaculi aditum siue introitum ambiens & amplectens: quem tamen ipsum Dñs fieri non mãdauit, quoniam quidem exercitatione fit in nobis, quando libero animo per gustum internum diuinumq; sentire vel expimentum, continenter ad eam scandimus altitudinem ac sublimitatem, vbi vires nostræ supiores gustu & expimento seu sensiõe vnitatem possidẽt. Ibì planè expeditum hunc sempiternæ DEI libertatis complexum vel ambitum reperimus, cuncta nostra libera proposita & virtutes nostras omnes excipientem: in quo etiam cũctos sensus nostros internos in diuinam quãdam sensionem vel experimentum sustollimus, inibiq; statuimus, firmamus ac stabilimus. Itaque sensio hæc vel expimentum vnit nos, & gustus trahit nos: sed inattingibilis libertas Dei, confirmat ac stabilit nos. Et isti tres vectes eiusdem sunt præstantię & altitudinis. Cùm autẽ ex diuinæ sapientiæ influxu gustamus & sentimus, simul quoq; quartum qntumq; vectes in introitu & assensu habemus: atq; hocipso postremũ adipiscimur vectẽ siue claustrum, quod est immobilis libertas Dei. Atque hi tres vectes in vnitate ac vera concordia iuxta omia Dei cõsilia stantes, firmos ac stabiles nos retinent.

Vectes trãsuersarij.

Vectes qui quò nos trahant aut ducant.

Vectis postrem⁹ à dño fieri nõ iussus, quid notet.

Vectis postremus qd.

In historia Scholastica, Vectium quibus tabernaculi parietes continebantur, alia descriptio habetur, & est eiuscemodi: Erat, inquit, iuxta summitatem parietis supremam [cubito vno distans à tecto] vnus ordo vectium extensus in lõgum per totum parietem, [nõ tamen in ipso introitu] & iuxta summitatem inferiorẽ alius ordo in eundem modũ, & in media planitie tres ordines: [ita vt singuli ordines ab alijs duob⁹ cubitis distarẽt] vt quod dictum est, quinque vectes fuisse in vno latere, potiùs ad numerum ordinum, quàm vectium, referatur. [Erant igitur in quolibet pariete à summo ad imum vsque non nisi vectes quinque transuersarij, quibus tabernaculum retinebatur.] Erant autem in vnaquaque tabula quinque annuli, & in quolibet duorum parietum, vectes triginta. [Omnes em̃ vectes ex quinq; cubitorum partibus connexi & coniuncti erant, sicq; fiebant partes LXX, in quolibet latere triginta, & in occidẽtali pariete decem.] Et in quolibet duorum parietũ vectes triginta: quia quinq; ordinum quilibet sex vectes habebat: in latere occidentali decem vectes, bini per singulos ordines. Igitur iuxta

hunc sensum deinceps de vecte illo dicturi sumus, qui Domini iniussu factus est.

Iam porrò cunctæ tabulæ nostræ intrinsec⁹ & extrinsecùs inaurandæ nobis sunt: quod ita fiet, si cũcta nostra proposita libera in Dei ac proximi charitate statuemus ac subrigemus. Deinde etiam circuli duo aurei in qualibet tabula fundendi sunt in medio ac parte superiori, per quos omẽs inducemus vectes nostros trãsuersarios. Quibus annulis aureis hoc nos edocemur, in quolibet libero proposito essentiali amore nostro oẽm Dei in nos operationẽ amplecti seu ambire nos debere, id est, vt amor noster tam simplex sit, adeoq; sese demittat ac demergat in Deum, & Deus in ipsum, vt in vnoquolibet libero proposito per cunctas actiones nostras, omnemq; in nos operationem Dei & cuncta Dei dona penetrare ac pertransire queat. Siquidem Deus suo in amore tam expeditus ac liber est, adeoq; cum amore in nos illabit ac sese demergit, vt p cunctas & suas & nostras actiones penetret ac transeat, & commoret ac habitet essentialiter in nobis. Vbi si nos quoq; in illo habitare velimus, eadem ratiõe ei respõdeamus oportet. Hæc verò mutua per amorem immersio siue demersio alterius in alterum, æternam efficit inhabitationem: & hi sunt patentes aurei nostri circuli, quibus nimirùm & DEI & nostras actiones, cnnctaq; Dei dona amplectimur & ambimus: dandaq; nobis opera est, vt in quolibet libero virtutis proposito inhabitationem nostram penetrabili vel penetranti amore nostro inuisamus. Ita nanq; & suam DEVS visitat: & hoc pacto cunctos nostros fundemus circulos. Enimuerò in vnoquouis libero proposito tam nos viuidos esse decet, vt sentire queam⁹ in nobis amantissimũ cor, cõflagrãs atq; colliquescẽs, & à nobisipsis deficiẽs in Deo ac laude Dei: & hoc ipso aureum fundimus annulum in DEO, qui idem annulus radicitùs infixus erit patẽti cordi nostro, id est, naturæ nostræ corporeæ. Efficit autem hic circulus, vt semper simus sitibundi, alacres ac celeres, & prompti atq; parati ad virtutes omnes, & nunquã non sensibiliter propensi in Deum: quibus rebus humanitati Seruatoris nostri, iuxta illius naturam corporalem, assimiles efficimur & vnimur. Præterea verò etiam spiritum nostrũ sentiemus amãdo exultare in Deo, & deficere in amore ac beatitudine: & hac re alium fundimus circulum aureũ in Deo, q radicitùs fixus erit in spiritu nostro. Annulos autem istos plures efficiemus intrinsecùs ac forinsecùs & sursùm in Deo: semperq; patulos eos seruabimus erga Dei actionem. Essentialis nanq; charitas nostra, tam capax ac lata erit, vt Dei in nos operationem & cuncta nostra exercitia ambiat & complectatur: quod idem aptè satis circuli illi aurei significant, qui in tabularum medio ac parte superiori infixi erant, & vectes cunctos ambiebant.

Tabulę nr̃æ qui deaurãdæ.

Aureis annulis qd doceamur.

Circuli aurei qui.

Quàm capax debeat esse charitas.

¶ Quid significet, vectes tabularum aureis laminis fuisse obductos.

CAPVT XVIII.

AIT indè Dominus, vt vectes isti aureis laminis obducerentur: cuius est iste sensus seu ratio interior, viuidum quendam & actuosum amorem, inter Deum & nos semper medium intercedere debere, qui liberas Dei in nos operatiões, & liberam nostrî applicationem & accommodationem vniformiter transformet, obducat & operiat. Et hic amor ociosus esse non potest. Colit̃ enim & exercetur inter viuum Deum, ac viuentem spiritum nostrum: atque eamobrẽm quantum in nobis actuosi experimur amoris, tantum quoq; in gratia viuimus: itemq; quãtùm sentimus essentialis in nobis amoris charitatem nostram, actuosam ambientis & complexantis, tantum & nobisipsis excidimus & in amorem demergimur, tantumq; felices ac beati sumus. Atquì charitas actuosa inter Deum & nosipsos tum actus nostros, tum Dei quoq; intra nos actiones obducet ac trãsformabit. Et hæ sunt laminæ nostrę aureæ, qbus cũctos vectes nostros obducem⁹. Amorem autem hũc actuosum charitatem dicimus, spiritum nostrum in gratia viuere & increscere facientem. Hoc vnicum charitatis vinculum amorem nobis confert, exigitq; ac reposcit nostrum amorem, & ipsum amor siue charitas est: quandoquidem amantem illam inter Deum & nos adspirationem, quæ nõ potest vnquàm nõ operari, efficit. Ista nanq; mutua adspiratio, vita nostra spiritalis est quæ eadem charitas nostra est, & hìc Dei ac nostri amoris quædam cõiunctio & vnitio est. Istæ videlicet laminæ nostræ aureæ sunt, quibus cuncta

Laminæ aureæ.

Dei dona & omnes actus nostri transformantur & obducunt. Nullum enim supernaturale donum Deus frustrà largitur. Vndè necesse est, vt illius gratiæ semper respondeamus ac vicem reddamus: necesse est cunctos illi demus actus & opera nostra nostro obducta amore, si cuncta illius suscipere & consequi dona velimus eius charitate obtecta & obducta. Hic amor geminus ita cultus & exercitatus charitas est, in quo spiritalis vita nostra consistit. Vt enim in natura siue corpore inter geminum quendam corporeum motum vitam ducimus, ita & in gratia inter duas motiones spiritales vita nobis agenda est. Primus quidem motus, ex quo mortales omnes in corpore siue natura vitam trahunt, Dei virtute agit ac operatur: & hic est cæli influentia siue motus, qui est communiter à Deo cunctis præstitus creaturis sub sole viuentibus atq; crescentibus ad extremum vsque diem. Cum hoc motu corporea nostra natura consentiat & cõcordet oportet, si vita incolumi esse debeat. Agit enim hic motus cæli in singulas quasq; creaturas, ita vt quæq; capax est. Hac de re ex influentia siue motu cæli interiora nostra viuunt, si tamen ita simus constituti, vt eum capere possimus. Etenim pulmo vitalis, quem in nostro corpore gerimus, mobilis est & spongiosus ac leuis, agitq; semper ac mouet sese, & cæli motui respõdet. Attollit etiam & aperit sese instar follis, & influit in eum spiritus siue aër: rursusq; cõtrahitur & effluit spiritus: vndè porrò sanguinis riuuli per venas omnes dimanant, ac vitalem spiritum cũctis membris aduehunt ac impertiunt. Et hoc pacto sensitiuam obtinemus vitam, & visum quidem & auditum foris, & gustum ac tactum intùs agentem. Atq; ita vitalis pulmo noster cõtinenter agat, & cæli motioni respondeat oportet, si nobis vita debeat salua permanere. Actu verò suo, id est, motione sua, horis omnibus spiritum in nos attrahit dormientes ac vigilantes, siue id compertum siue incompertum ipsi habeamus: moxq; rursum intrò receptum reddit spiritum: atq; hoc ipso cor nostrum vitam seruat, refrigerat ac reficitur seu recreat. Spiritum autem siue aera, quo nostra cõsistit vita, medio sensu, id est, odoratu arripimus & haurimus. Siquidem odoratum nostrũ cum interno pulmonis motu, vecti illi tabernaculi arrectario comparamus, qui in parietis cuiusq; medio stetit, quo nos mutuam inter Deum & nos adspirationem accipimus, eo quòd hic quidem vitę nostrę naturalis adspiratio seu inspiratio sit, illic verò vitæ nostræ spiritalis. Et vt in corpore siue natura corporea inter cæli ac vitalis pulmonis nostri aerem attrahentis motum, vitam agimus: sic & in gratia inter diuinę gratiæ & liberi arbitrij nostri cum DEO consentientis & concordantis, & ipsa cõcordia DEI spiritũ in nos attrahentis motione viuimus. Vbi igitur in corpore rectè valemus, & aer gratus ac suauis est, eumq; nos intrò attrahimus, cor nostrum reficitur, cõfirmatur, impletur, forasq; velut trahitur ad ipsam aeris suauitatem: ex quo deindè salus augescit & incolumitas, natura hilarescit, sensus subtiliores, acutiores, pspicaciores, lucidiores redduntur: cũq; spiritum denuò reddimus ac emittimus, iutùs inanes reddimur, appetimusq; nouum ac recentem recipere spiritum: siquidem ex aeris vel spiritũs renouatione naturalis nostra subsistit vita. Quæ quidẽ etiã eodẽ modo in anima spiritaliter aguntur. Quotiescũq; enim spiritum nostrum amanter in Deum emittimus, illiusque vicissim spiritum in nos haurimus ac recipimus, iam sani & incolumes sumus, illiusque spiritu viuaciores, robustiores, saniores efficimur, quàm antè eramus. Etenim spiritus eius, cælestis quidã ac planè suauis aer est, spiritum nostrum in suam ipsius attrahens ac rapiens suauitatem: tum verò spiritus noster inanis fit ac dilatatur, & quoddam in eo desiderium & appetitus accenditur, quo nos rursum Dei spiritum noua cum gratia in nos adducimus attrahimusq;. Hac ipsa autem attractione cælestem quendam olfactu percipimus odorem, omne peccati virus depellẽtem, animas sanitati restituentem, mortuis vitam reddentẽ, & eos qui viuũt, in vita conseruantem. Quem qui odorem vel suffitum non persentiunt, mortui quidem illi sunt, fœtentq; ac pútent coram Deo. Qua de re danda nobis opera est, dilectissimi, vt omni hora in gratia nos instauremus ac renouemus, & intùs cælestem sequamur odorem, omne suũ simile ad se attrahẽtem: eidemq; tractui amanter dabimus spiritũ nostrum, internum auditum, visum, gustum & tactum nostrum, & cuncta hæc ille suo spiritu suisq; donis renouabit: in quo nimirùm, vt est antè dictum, spiritalis nostra consistit vita. Atqui vt vberiùs instituamur, semper nobis naturalis vitæ nostræ fragilitas attendenda est. Si quod enim eiuscemodi mediũ sese inter nos

Motuũ duorũ mysticorum primus.

Pulmonis descriptio.

Odoratus nr cui vecti cõferendus.

Odor quis qui nobis sequendus.

&

& aerem interponeret, vt recẽtem subindè spiritum singulis quibusque horis captare ac intrò recipere non liceret, haud dubiè prę focati expiraremus. Semp enim absq; grandi aliquo temporis interuallo nouus hauriendus nobis spiritus est: vndè nullo vnquàm tempore cæli motus intermittitur: sed ppetuo suo cursu ac motu cælum naturalem nostrã tuetur & conseruat vitam, agitq; ex virtute Dei, nullum vnquàm defectum patiente. At verò elemẽta, ex quibus constamus & compositi sumus, inter se contraria sunt: quo fit, vt alia ab alijs sæpenumerò premãtur, atq; indè nos aut calore nimio aut frigore, humore vel siccitate immodica laboremus: ex qbus natura nostra ęgrè afficitur, motus illius fit inordinatus, & ita nos ægrotare necesse est. Quòd si morbus vsqueadeò naturæ pręualeat ac dominetur, vt motus naturalis intra nos sua destituatur actione, nec cæli motioni respondeat, eodem momento sensus cuncti nos deficiunt, itemq; vita nostra naturalis. Iam verò eadem ista, quæ de corporis vita commemorauimus, cuncta itidèm in spiritali vita nostra repiuntur. Vbi enim spiritus noster cum amore aliquam creatæ rei in se trahit imaginem, ita vt ea intùs depingamur, Deiq; amori intra nos ea præponderet, iam planè medium suscipimus: cuius causa Dei inspirationem seu adspirationem recipere nõ valemus, sicq; in peccatis nos emori necesse est. At tamen diuinæ gratiæ cælestis motio nunquàm quiescit: sed cùm nos cum eadem Dei gratia non benè concordes sumus, nimiùm incalescimus, id est, ad amorem terrenum plùs satis propensi, in diuino amore nimiùm frigidi, in corporis sectãdis vtendisq; commodis immoderatiùs humidi, ac plùs æquo sicci, id est, desides ac tepidi nimis in subleuata nostri ad Deũ applicatione: & ita diuinæ motioni nostris actibus non benè respõdemus: atq; eam ob rem ægrè affecti & malè constituti sumus, nec possumus nõ aduersa laborare valetudine ac morbo corripi. Iam si hic morbus liberam nostram cum Deo consensionem & concordiam prorsus eluctetur ac superet, tum omnis spiritalis motus noster planè perturbat: eodemq; ipso momento in peccatis morimur. Erigendum igitur nobis est spiritale tabernaculum nostrum, virtutibusq; exornandum, quemadmodùm suprà id explicatum nobis est. Quò spectat etiam hoc, quod Dominus Mosi ait: Et eriges tabernaculum iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est.

Corporali vitæ quõ spiritalis conferenda.

¶De cortina siue velo, & columnis positis in tabernaculo ante Sancta Sanctorum. Cap. XIX.

TEXTVS Exo. 26.

DIxit prætereà Dominus ad Moysen: Facies & uelum de hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, et bysso retorta, opere plumario et pulchra uarietate cõtextum: quod appendes [intùs in tabernaculo] *ante quatuor columnas de lignis sethim: quæ quidem ipsæ deauratæ erunt, & habebũt capita aurea, sed bases argenteas. Inseretur autem uelum per circulos, intra quod pones arcam testimonij, quo & sanctuarium, & sanctuarij sanctuaria diuidentur.* [quod pindè accipiendum est, vt nos hodiè templum à choro distinguimus.

Primò hic iuxta literã, quæ huc ptinent, cõsideremus. Pauimentũ quidẽ tabernaculi, vt suprà diximus, triginta habebat cubitos in lõgitudine: idemq; in duas partes distinguebatur. Etenim quatuor istæ columnę & velũ, quorũ hic meminit Dns, ita constituebantur & collocabant, vt decem pauimenti cubiti in parte Occidentali, & viginti in Orientali remanerent: sicq; pars ea quæ vergebat ad Occidentem, quoquouersum planè quadrata erat. Siquidem denos cubitos lõga, denos lata, ac totidem alta erat. Et hęc ipsa pars adytum vel sanctuarium sanctuarij, vel sancta sanctorum dicebatur: reliqua verò portio simpliciter sanctum vel sancta appellabat. In priorem nanq; partem ingredi nemini concessum erat, præterquàm summo saeerdoti: at in aliam partem communiter sacerdotes oẽs ingrediebant. Velum autem, quod inter vtrasq; partes pendebat, etiam ipsum quadratum erat, decem habens cubitos tam in longũ quàm in latum, ita vt omni ex parte prohiberet ab adspectu partis interioris. Neque enim lumen vllum in hac parte erat, nisi quantũ posset ex anteriori à cortinę lateribus, vel per ipsam quoque cortinam penetrare. De arca verò testi-

Sanctã sanctorum qd.

monij, quæ in hac intima parte collocata fuit, itemq; de alijs rebus quæ in parte priori fuêre, pòst, DEO volente, dicemus. Iam agè columnas & cortinam, quibus tabernaculum distinguebatur, spiritaliter cõsideremus. Itaq; animus aduertatur: Quatuor hîc habemus bases argenteas, in quibus collocatę ac fundatæ sunt totidem columnæ ex lignis sethim, eædemq; inauratæ, & in eis capita quatuor omninò aurea: in quibus quatuor erant circuli aurei, ad quos velum siue cortina quatuor ansis hyacinthinis appensa fuit, eademq; quadruplici ex colore cõfecta, videlicet hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso retorta: ac partibus deniq; quatuor constitit, id est, partes singulæ ex singulis coloribus. Quæ quid nobis significent, iam explicandum est. Superiùs quidem dictum est, semper intra nos commorari ac permanere Deum, si tamen munda simus conscientia & corde à formis & imaginibus absoluto siue indepicto præditi: id quod bases illæ argẽteę nos instituunt, quæ singulis erant tabulis suppositæ. Hic iam porrò docemur, Deum intra nos quatuor cum proprietatibus cõmorari. Habitat eñ in nobis DEUS cum propria claritate sua, cum propria opulẽtia sua, cum vnione & cum essentia sua. Cumq; nos in spiritûs nostri simplicem essentiam siue simplicitatem intrò receperimus, quatuor has in Deo proprietates & reperiemus & possidebimus. Vndè tum spiritus noster ratione quadruplici formis absolutus siue indepictus efficietur: quam spiritûs nostri ab imaginibus denudationem quatuor istæ columnę designãt argenteæ, sub quatuor itidèm hisce columnis collocatæ. Quod vt se habeat, diligenter aduerti velim. Primò quidem eodem ipso momento, quo nos totos amanter intrò recipimus in nudam spiritûs nostri simplicitatem, ibidèm immensæ obuiàm venimus claritati diuinæ, in eaq; intellectus noster ita fit considerationis expers, atqueadeò cunctis exuit ac nudatur simulacris & imaginibus, ac si nihil vnquàm vel visu vel auditu perceperimus. Ista verò spiritûs nostri ab imaginibus denudatio diuina perfusa claritate, prima nostra basis argentea est in fundo intelligentiæ nostræ. Secundò commorat, vt diximus, Deus in spiritûs nostri simplicitate, immensa cum opulentia sua: atq; ita in eadem ipsa amanti nostri introuersione, vbi diuinæ occurrimus claritudini, has diuitias & hanc opulentiam sentimus & experimur: in qua nimirùm spiritus noster adeò omis interim volũtatis & appetitionis fit expers, quasi nihil sit neq; in cælo, neq; in terra, quo nos egeamus, eo quòd illi hîc opulentię coniuncti ac vniti sumus, quæ Deus ipse est. Et hæc nostræ introuersæ voluntatis expedita nuditas, diuina perfusa opulentia, altera nostra basis argentea est in fundo nostræ voluntatis seu vis amatiuæ. Tertiò deindè eodem temporis puncto, quo nos in diuinam claritatem ac opulentiam intrò recipimus, tertiam inibi proprietatem sentimus, id est, vnionem, qua se spiritui nostro coniunxit Deus. Per quam vnionem id nos habemus, vt affectu prorsus liberi, & nihil penitùs viscosi simus, ita vt nec ipsi cuiquam placere appetamus, nec quisquam nobis placere queat, q nos possit aut velit à Deo & virtutibus abducere vel abstrahere. Non enim potest hac in vnione creatura vlla latére vel delitescere, neq; libére, neq; commorari: atq; ea de causa semper soli cũ Deo, & omnibus in rebus affectu penitùs liberi & expediti, ac prorsus nihil viscosi permanemus: Hoc ipsum autem, putà quòd in ipsa cũ Deo vnione nusquã affectu hęremus, sed liberi ac minimè viscosi sumus, tertia nostra basis argentea est. Quartò demum habitat Deus cum essentia sua in simplicitate spiritûs nostri. Quapropter cùm per Dei claritudinem & opulentiam, vnionemq; cũ DEO nosipsos deserimus, cunctaq; vincimus ac superamus, omnemq; ptransimus & excedimus multiplicitatem ac distinctionem, iam tum in simplicem nostrę essentię ptingimus nuditatem, atq; inibi diuinæ essentiæ immensam sapientiam & inexhaustam ac infinitam sentimus profunditatem: quæ quidem simplici visioni nostræ ceu vasta quædã ac deserta solitudo proposita est, in quam nulla vnquã neq; corporea, neq; spiritalis imago ptingere potest. Et huiusipsius vastę ac desertę solitudinis contemplatio & possessio in nuditate essentiæ nostræ, quarta nostra basis argẽtea est. Istæ videlicet quatuor bases argenteæ, expeditum, à formis & imaginibus absolutum ac indepictum in nobis fundum efficiunt, in quo perenniter mansurus ac habitaturus est Deus perindè vt in seipso: in ijsdemq; basibus, quatuor collocabimꝰ columnas inauratas ex ligno sethim. Prima columna in prima collocanda basi, noster est intrò versus ac nudus intellectus, quo liberè & expeditè citra impedimentũ ppetuò sursùm tẽdemus, simpliciter semper

Proprietates dei quot & quæ.

Quatuor columnæ argẽteæ quid.

I.

II.

III.

IIII.

Colũna prima quid.

per inspiciendo diuinã claritatẽ, id est, ęternę manifestationem siue reuelationem veritatis, in nobis iugiter lucentis ac cõmorantis, & in qua per spiritûs nostri nuditatẽ siue ab imaginibus denudationẽ fundati sumus. Altera columna in altera basi, noster est introrsùm versus, expeditus ac nudus amor, quo nos iugiter sursùm scãdemus, & quidem simpliciter in incomphenfibilem Sanctispiritûs bonitatẽ, qui opes ac diuitias suas, quæ ipsemet est, in spiritûs nostri simplicitatẽ, ac expeditam liberæ voluntatis nostræ profundit subleuationem. Tertia columna basi tertię imponenda, spiritûs nostri vnitas est, quæ viuido quodam ac perpetuo vtetur ascensu ad dignissimam vsq; vnitatem DEI, sine intermissione dantem & recipientem, nec vllum feruenti amore præditum in seipso durare sinentem. Quarta columna in basi quarta constituenda, occultus quidam & essentialis ascensus est cũ essentia nostra in diuinam essentiam, & cũ natura nostra in sublimem ac celsissimam Dei naturam. Etenim iure meritoq; quælibet natura rationalis suũ debet inquirere ac inuestigare principium & originem. Et hæc diuinæ naturæ abyssus inuocat abyssum, id est, omnes cũ Deo per amorem coniũcti & vniti, intrò vocant voce occultarũ viarum eius, quæ sunt quatuor abyssales Dei proprietates, quibus is absque modo spiritûs nostri illustrat ac ditat simplicitatem, semperq; in vnitate conseruat ac possidet & stabilit firmatq; in propria essentia sua. Ita iam quatuor habemus columnas, simplicem nos docentes ascensum in Deum per quatuor illius proprietates, quas paulò antè cõmemorauimus. Et hic ascensus in quadam semper simplicitate manet supra rationem nostram, colituq; & exercet cum libertate quadã in amore: id quod aptè satis columnæ significãt, vtpotè ex ligno sethim confectæ & inauratæ. Atqui capita earum aurea sunt: quãdoquidem in ascensus huius fastigio nõ nisi essentialem sentimus amorem, qui celsitudinis omnis fastigium est. Sentimus autem amorem hũc, cùm & nostrijpsorum & rerum omnium imaginibus exuimur ac nudamur, simpliciterq; cũ DEO ingredimur in puritatem vsq; spiritûs nostri. Porrò ex capitibus hisce aureis velum ex quatuor confectum coloribus pendet quatuor ansis hyacinthinis totidem insertis circulis aureis, qui capitibus aureis infixi sunt. Hoc igitur velum, quadruplici colore insigne, virtutum nobis designat plenitudinem, idq; quadruplici ratione virtuosa siue cum virtute coniuncta. Annuli autem vel circuli aurei procedentem siue emanãtem significãt Dei gratiam, ex illa iugiter vnione profluentem, quam nos amore essentiali in DEO possidemus: suntq; hîc circuli propendentes quatuor numero, eo quòd & diuina gratia modo quadruplici, id est, quadriformi cum proprietate, in nos prománet. Vndè etiam vnaquæq; virtus quatuor habet modos, id quod cortina quatuor constans coloribus, nos instituit. Ex qualibet nanq; proprietate diuina supra rationem in nuda essentia spiritûs nostri cũ Deo nos vniente, alia quædã nobis conferẽ proprietas, in lumine rationali nos virtutibus exornans. Atq; indè colũnæ simplicis ascensionis in Deũ erectæ stabant in adyto seu interiori tabernaculo intra velum siue cortinam ante arcam Dei: at virtutum cortina in propatulo pẽdebat, ita vt conspici posset à sacerdotibus quibuscunque tabernaculum ingredientibus. Distinguebat enim cortina hæc, sancta à Sãctis sanctorum vel sanctuario sanctuarij: sed columnę intùs in ipso hoc sanctuario erant collocatę. Ita ergo & nos cuncta virtutum exercitia ratione quidem capere atq; intelligere valemus: sed simplex in Deum ascensio, cum Deo nos vniẽs atque coniungens, cùm sit mensuræ ac modi expers, semp ratione supior est, nec potest intellectu apphendi. Neq; aliter eam nosse licet, quàm nudo amore & simplici aspectu in diuino lumine. Ex hoc porrò simplici in diuino lumine diuinaq; opulentia ascensu, dona Dei cuncta promanant: in ijsdemq; donis Dei omnes nostræ virtutes & bona opa pendent. Atque eam ob rem virtutum cortina in diuinæ gratiæ aureis pendebat circulis: & circuli aurei gratię Dei, in columnarum pendebant capitibus aureis, id est, in vnione illa, quam in amore essentiali in DEO possidemus, vbi per amorem vnum cum DEO sumus. At verò inter aureos diuinæ gratię circulos & virtutum cortinam, mediæ intercedebant ansæ hyacinthinę, quæ cortinas circulis copulabant. Quæ quidem ansæ hyacinthinę rationalẽ nostram cõsiderationem significant, cùm est

II.

III.

IIII.

Quid quatuor colũnis doceamur.

Velum quadruplicis coloris, quid.

Annuli siue circuli aurei.

In capitibus hisce quatuor columnarũ vectis iacebat ligneus decẽ cubitorũ longitudinis a latere in latus, qui columnas immobiles retineret.

Ansę hyacinthinę.

est illuminata diuinitùs: & hac ipsa consideratione rationali id nos adspectabimus, vtì cuncta Dei dona ad id profluant, quo nos DEI similes reddant: aut introrsùm trahant, quo nos vniant DEO. Et in hacipsa consideratione ansæ nostræ fortiter iunguntur supnè circulis aureis. Sed & nosipsos conspiciemus ac sentiemus p DEI gratiã promanantes quidẽ cum virtutibus cunctis, & intrò nos in vnitatem recipientes. Et in hac cõsideratione ansæ nostrę virtutum nostrarum omnium velo siue cortinæ firmiter adiunctæ sunt, eademq; cortina in diuinæ gratiæ circulis aureis ęternò manet appẽsa: idq; ansis intermedijs, id est, intermedia illuminata ratione nostra, tũ nosipsos, tum amabilia DEI dona adspectãte. Atq; hocipso nos DEI similes sumus. Porrò similitudo hæc in ea pendet vnione, quam in amore essentiali possidemus in DEO, pindè vt circuli aurei vnà cum velo in aureis pendent capitibus columnarum. Iam enim antè nobis dictum est, DEVM æternò cõmorari in simplicitate spiritûs nostri quadruplici cum proprietate. Ex quibus duę priores pprietates ex sua natura emanant: reliquæ introrsùm trahunt. Enimuerò ex natura Deus veritate & amore emanat, trahitq; intrò vnitate & essentia. Aeterna veritas generat ex Patre, & amor æternus ex vtroq; promanat, id est, ex Patre & Filio: & hæ duæ sunt emanantes Dei proprietates. Itemq; diuinæ naturæ vnitas tres personas amoris nexu introrsùm trahit, diuinaq; essentia vnitatem in quadam tranquillitate fruitiuo quodam amplexu in amore essentiali complectit: quę sunt duę intrò trahentes Dei pprietates, atq; hoc pacto spiritûs nostri simplicitatem supra captum ac intellectũ rationis nostræ possidet Deus: & his nos vniti sumus simplici ea assensione, cuius suprà mentionem habui. Atquì animus nunc aduertat, obsecro. Ex æterna illa veritate & claritudine, quæ Deus ipse est, ratio nobis siue intelligentia, & scientia & sapientia præstat, itemq; vera in cunctis virtutibus discretio, eo quòd virtutes omnes hæc ipsa discretio doceat: sitq; & color primus & prima pars textilis cortinę nostrę, siquidem virtutũ oim decus est & ornamentum. Nec immeritò discretio ista hyacinthina dicit vel cærulei coloris: quandoquidem citra laborem ex diuina ad nos veritate pmanat: ideoq; nec falli potest. Interìm tamen non ex natura, sed gratia eam percipimus. Siquidem omnes diuinæ gratiæ circuli in aureis pendent capitibus æternę charitatis Dei. Prętereà ex sempiterna eademq; amantissima Dei opulentia, id nobis præstat & conferet, vt ex amore simus misericordes, benigni, clementes, ac largiflua seu pmanante liberalitate præditi. Et hęc liberalitas nostrũ exornat & implet affectum & desiderium, pendetq; in bonitate ac opulentia Dei. Itaq; non potest vnquàm nõ largiri & ignoscere: nec tamen vllum vnquàm defectum patitur, quoniam in fundo suo, vbi in sanctis spiritûs pendet opulentia, semper plena ac locuples perseuerat: estq; hęc altera in cũctis virtutibus proprietas, quę nos virtutum omnium gaudia, ac diuitias gustare facit: eadẽq; ipsa liberalitas purpura nostra est, & proxima pars textilis cortinę nostræ: per eamq; virtutes omnes & cũcta bona opera nobis ęterna redduntur & offerunt DEO. Sic iam duas habemus promanantes in virtutibus proprietates, qbus Deo similes esse conamur. Sed pter has, ex Dei vnitate æternum quendam siue perpetuũ in nos proficisci sentimus tractum siue exactionem intrò trahentem, volũtatem nostram seu vim amatiuam nunquàm nõ mouentem, nosq;, vt amemus, exigentem atq; cohortantem. Sentimus aũt ad hanc vnionem inuitationem & adhortationem, quotiès intrò nos recipimus, vnionemq; quæ Deo est cum spiritu nostro, adspectamus: cui tum inuitationi nobis obtemperandum est. Etenim diuina vnio omnem nostram amantem appetentiam vel appetitum, vt cum amore intrò veniat, trahit & adhortat: & ad id eadẽ appetentia nostra supra omnia maximè propensa est, atq; indè charitas (id est, verus amor) in nobis nascit, exercet, & confouetur ac nutritur: estq; tertia proprietas, omnes nostros actus bonos & virtutes viuida conseruans: & color tertius, itemq; pars textilis tertia cortinæ nostræ. Est enim coccus bis tinctus, instar flammæ rubicundus: eo quòd vnio illa, quæ inter Deum & nos agitur, ignis consumens sit. Vbi igitur ad ignem nos adiungimus, in igni vt renouemur necesse est, nouoq; amore accendamur: atque tum & Deum & nos quoque, & mortales omnes perindè vt nos ipsos amamus, dum id eis ex animo cupimus, & ad hoc eos amamus, vt sint & ipsi vnũ cum Deo: & ita coccus hic bis tinctus est, amore scilicet Dei & proximi: quo etiã virtutes oẽs benè componuntur, rectęq; ordinant. Quarta deniq; proprietas, qua spiritûs nostri simplicitas æter-

Proprietates Dei quot & quæ.

Discretioni qd reliq; debeant virtutes.

Liberalitas.

Liberalitati qd reliq; debeant virtutes.

Coccus bis tinctus, qualis.

Cocco bis tincto, quid significetur.

æternò possidetur à DEO, illius essentialis est intra nos existentia: quæ quidem proprietas & ipsa introrsùm trahit. Enimuerò in sese nos attrahit, efficitq; nos à nobisipsis aberrare in infinitam ac abyssalem quandam & incognitã caliginem: vbi tum nosipsos in vastissima ac deserta amittimus solitudine: amittẽdo autem nosipsos, beatitudinem inuenimus, & inueniendo eligimus, & eligendo eligimur: atq; inter Eligere hoc & Eligi, innocẽtia nascitur, q̃ quarta proprietas est, in qua virtutes omnes & inchoãtur & consummãtur. Per innocentiã enim vsq; adeò in nostrã demergimur electionem, tamq; fortiter amore in DEO capimur, constringimur & complectimur, vt nihil aliud neque possimus, neque velimus, neque sciamus, quàm in omnem æternitatem cum amore in ipso pmanere: quod ipsum & in omni essentia & cunctis actibus nostris simplices & expeditos nos efficit. Neque enim quicquam vel in tempore vel ęternitate quęrere aut spectare valemus, quàm quod sit placitum DEO. Tum verò etiam quartum habemus cortinæ nostræ colorem, id est, partem textilem byssinam fili seu lanæ cãdidæ ac præstãtis, qua virtutes cunctas possidemus. Siquidem p innocentiam victoriæ palmas gestamus, & agnum sequimur p vias omnes beatitudinis ipsius. Hunc igit in modum ex quatuor virtutum modis vitam efficimus virtuosam: quemadmodùm & colores quatuor ac totidem partes textiles vnum efficiebãt velum, singulis partibus à summo in ima protensis, & in latũ duos ac semissem obtinẽtibus cubitos, ac decẽ paulo minùs in longum, eo quòd velum ipsum propemodùm ad terram vsq; dependebat. Cæterùm hoc idem velum opere plumario varijs erat intextum ac acu pictum ad ornatum ptinentibus rebus: vt verbi gratia in parte coccinea stellis vel astris, in purpurea nympheis, in hyacinthina auiculis, in byssina rubentib⁹ rosis: sicutì & operimentum Tabernaculi, de quo suprà dictũ est. Et nos quoq; eodem modo in vita nostra virtuosa omnigenum virtutum decorem & ornatum texemus ac acu pingemus, ita vt superiùs in eadem hac quarta parte principali de cortinis explicatum ac annotatum est. Ferẽ quoq;, Mosen in ijsdem antè commemoratis, quibus Tabernaculum tegebat, cortinis res gestas Patriarcharum ac Prophetarum literis ac imaginibus acu pingi & intexi iussisse, itemq; mira illa, quæ circa eos gesserat Dominus in Aegypto, & in egressiõe ex Aegypto, & ab ipsa adeò mũdi origine, quo indè populus institueret, ac in fide roboraretur, ad spem inuitaret ac pertraheret, Deoq; per amorem coniungeret ac vniret: atq; ita Domini aduẽtum expectare essent idonei, vtpotè qui promissus illis erat, quòd ex eorum semine ac gẽte nasceretur, putà Christus IESVS Dei filius, natus secundum carnem ex MARIA virgine. Eadem planè ratione in vita nostra virtutibus colendis dedita, & nos quoque texemus ac acu pingemus, id est, pspicuè amãterq; considerabimus, nostraq; in memoria ppetua quadam renouatione ac alteratione cuncta ea mira circunferemus, quę Deus suis cum amicis ab ipso mundi exordio pegit: maximè verò historiam vitãq; amabilissimam Domini Saluatoris. Quę cùm nos omnia pspicuè contemplamur, animaduertimus, ac exploramus, nimirùm Deum ipsum, cunctosq; illius amicos ex ipsius gratia, sapienter, liberaliter, amãter siue ex charitate ac innocenter agere ac opari inuenimus: tumq; ad eorum exemplum nostram quoque vitam effingere atque componere connitemur: atque insupèr etiam cælestes acu pingemus atque intexemus imagines, id est, dilucidam illam ac mutuam inter DEVM & singulos quosque sanctos in lumine gloriæ contemplationem, liberalem quoque beneuolentiam ac fidelitatem, quam & DEVS amanti cuilibet, & vnusquilibet amans illi vicissim exhibet: necnon amorem ardentissimum, in quo Deus cum amicis, & amici cum DEO sensibiliter colliquescunt: ac puram denique innocentiam, in qua DEO vniti cuncta bona possident, adspectabimus & contuebimur. Hac enim ratione viuunt sancti in gloria cęlesti: & hanc eorum vitam amanter considerabimus, appetemus, amabimus, & anhelo cum desiderio semper expectabimus: dabimusq; operam, vt cunctas nostras virtutum cortinas hisce imaginibus intexamus & acu in eis pingamus: sicque omnem exornabunt vitam nostrã. Denique ex his iam dictis instituimur, quid colũnę quatuor interiores, earumq; velum seu cortinę, figuratè significent.

Innocentiã qd à qbus debeatur.

Quibusnã singulæ veli partes depictæ.

cortinę q̃ pictura ferantur ornatę.

Pingẽdũ nõ bis mysticè quid.

¶De cortina & columnis, in tabernaculi introitu siue aditu constitutis. Caput XX.

TEXTVS Exod.26.

DEindè locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta, opere plumarij: & quinq; columnas deaurabis lignorũ sethim, ante quas ducetur tentorium, quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

Hic iam primò externam horum structuram & effigiem inspiciamus. Columnæ istæ in tabernaculi introitu, quinq; erant numero: quarum duæ extremæ, singulæ singulis primarũ tabularum cuiusq; lateris oris incastraturis iunctæ erant, vti & tabulæ alię alijs iungebãtur. sicq; tres duntaxat tabulæ intra ipsius introitûs spatium erant collocatæ, quæ quatuor efficiebãt æquales aditus seu transitus vel æqua interstitia, p quæ in ipsum tabernaculum inter columnas patebat ingressus. Porrò extrà ante has columnas tẽtorium istud siue cortina pendebat, quæ in latum quidem cubitos decem, at in longum quinque tantùm habebat, ita vt pars media infernè patula permaneret, quo liber citra impedimentum & aditus & exitus pateret. Pendebat autem in vecti supremo ex tribus partibus composito, cuius suprà memini, qui idem etiam hasce firmabat columnas: quãdoquidem per columnarum capita ferebatur. Sed nunc horum sensum spiritalẽ planè pspiciamus. Bases, quibus columnę insistũt, æneę sunt. significãtq; sensibilem quãdam, sed castam ac sanctam naturæ voluptatem. Atq; voluptas hæc naturæ, conscientię puritate, cordisq; ac spiritûs à formis & imaginibus expedita nuditate, de quibus suprà diximus, paratur ac obtinetur. Etenim naturę gaudium, quies, pax & sedata tranquillitas à Deo & virtutibus ad nos proficiscuntur, crescuntq; semper ab intimis extrà versus. Et in hac voluptate naturę sensibili quinq; sensus nostri interni fundantur, adeoq; vnum sunt cum eademipsa voluptate: & ita quinq; sunt columnæ ac bases totidem. Simplex nanque spiritûs asscẽsus post se trahit sensus internos, vires corporeas, & quicquid in natura sensu ac vita pditum est. Vndè etiam sensus internos sensibiliter atque simpliciter erectos, cõtinenterq; spiritui adiũctos & applicatos esse oportet: qua re in ipso nostri tabernaculi introitu quinq; columnas habebimus. Et ipsæ quidem ex lignis sethim erunt, & auro obductæ siue inauratę. Cùm enim sensibili ascensu spiritum nostrum sequimur, tum sensus nostri interni liberi sunt ac diuino pleni amore. Siquidem natura spiritui morem gerens & sequens spiritum, libera est, instar auium nemora syluasq; incolentiũ, potensq; in amore, sicutì pisces in aquis. Atque indè etiam eadem natura nostra corporea spiritui nostro omni in exercitio coniuncta & vnita esse debebit: id quod angustę illæ nos tabulæ docent, quæ in postremis tabernaculi angulis erãt constitutę, vt antè explicatum est, quęq; suis circulis vectes excipiebãt, & incastraturis cęteris tabulis connexę atq; coniunctę erant. Prętęr hęc quoq; sensus nostri interni simpliciter ac sensibiliter erecti esse debebũt, spiritumq; in omni virtutum genere siue modo sequentur: quo fiet, vt actus nostros omẽs cum quadam voluptate ac delectatione exequamur. quod nimirùm duę extremę nos columnę instituunt, quę ad cuiuslibet prioris tabulæ primam oram, id est, in vtroque priori tabernaculi angulo, quolibet in latere adiunctæ & collocatæ erant. Singulę nãque sua in tabula simili ac eadem incastratura vtroq; in latere tabernaculi vectibus vtrinq; siue à lateribus procedentibus, ac primæ tabulæ coniunctæ erãt: habebantq; omẽs istæ columnæ qnq;, capita aurea, instar aliarum, quę intùs in sanctis sanctorum positæ fuere. Enimuerò in simplicis ac sensibilis asscensus fastigio non nisi sentire reperimus: idemque sentire & mensurę inibì ac modi expers est: atq; ea re diuinum ac fruitiuũ, alijsq; omnibus exercitijs & profundius & latius est. Vbi iam nosse fuerit operæprecium, sentire nostrum trifariàm distingui. Est enim sentire sensitiuũ, est rationale, est & diuinũ. Cumq; tria hæc in vnius hominis vita simul concurrunt, magna tũ voluptas in sentire infimo, claritasq; ac opulentia & maior ac vberior voluptas in medio, ac diuina demũ fruitio & gaudium opesq; prorsus immensæ, in sentire supremo versantur. Ex quibus perspicuum fit, supremum hoc sentire, vltra modum sensitiuum sentire nostrum excedere, itemq; sentire rationale. Et sentire quidem sensitiuum, quatenùs beluinum seu bestiale est, ratione ac bona voluntate Dei præceptis subdendum est: at sentire illud sensitiuum, quod multa est dignũ laude, sensibilis est vnitas cordis nostri: quæ dum sensibili erga Deum amore fustollit ac exornat, nostri est altare sacrificij, in quo

Bases.

Angustæ tabulæ.

Sentire nostrum quotuplex.

quo naturam nostram corpoream in DEI cultu ac seruitio, ad DEIq; honorem immolamus, offerimus ac concremamus. Et quotiès eadem natura nostra diuino tangit ac pmouetur amore, intimũ quoddam sentimus desideriũ seu expectationem auidã, simplicemq; suspensionem, quæ sunt arietinæ pelles nostræ rubricatæ ac hyacinthinæ, quibus tabernaculum nostrum supernè obtegimus ac operimus. Et hic sensibilis erga Deum amor, cuncta rum virtutum nostrarũ moralium decor est & ornamentũ: semperq; ratione illuminata & charitate excitat ac renouat, quod est spiritale sentire nostrum. Corporeum nanq; sentire nostrum, in sensu vel sentire pendet spiritali: & ita cũcta aptè rectęq; sunt ordinata. Etenim omis vita nostra è supernis ad nos proficiscit. Hinc etiã spiritali sensu vel sentire nostro, Deo obtemperamus, cum eoq; consentimus atq; cõcordes sumus, & cũcta opera nostra liberè agimus: at sensu vel sentire diuino, Deo supra rationẽ vniti & cõiuncti sumus, & in hac sublimi ac præcelsa vnione libertatem, sapientiam, ocium internũ, ac omne bonũ absq; mensura possidemus. Ex hac porrò vnione cũ Deo, & spiritus & natura nostra iuxtà Dei voluntatem ordinatè mouent: ex quo tum sensibilis in nobis existit castaq; naturę voluptas, & subdita tranquillitas, seu sedata subiectio: quæ sunt æneę bases nostræ in ipso tabernaculi nostri introitu. In his autem basibus quinq; sunt columnæ constitutæ, quæ sunt quinq; interni sensus nostri, liberè ac amanter subleuati ac erecti, spiritumq; nostrũ insequentes semper in sentire diuinũ, quod capita aurea designant, deficientem. Etenim sentire hoc diuinum, amor essentialis est: ideoq; capita hæc aurea sunt, pindè vt ea quæ intra sancta sanctorũ posita erant. Et per ipsa hęc capita vectis supremus ex tribus cõpositus, qui supernè vtrunq; latus & introitũ antè complectebat, de quo anteà dictũ est, perferebat: idemq; vectis quinq; has colũnas immotas firmasq; retinebat: quãdoquidẽ supremus is erat tabernaculi nexus ac firmamẽtũ, iungebãturq; illi duo vectes superiores, in parte occidẽtali supnè collocati.

Pelles arietum rubricatæ.

Columnæ quinque.

Vectis hic nõ nisi decẽ cubitos longus per colũnarum istarum capita ab angulo in angulum vsq; perlatus, vt quibusdam placet, vectis ille fuit, qui domini iniussu factus est. Et quia Moses dicit, per tabulas omnes eum immissum fuisse, posset forsitan ille accipi vectis, qui intra tabernaculum tribus colũnis in sanctuario impositus erat. Is em per tabulas quolibet in latere finibus extremis perferebatur.

Quod igit ad sensum spiritalem attinet, supremus hic vectis immotam significat libertatem illam, quam in Deo supra virtutes omnes possidemus. In libera nãq; Dei intra nos opatione, eũdem gustu ac sensu spiritali sequimur: & ita spũs noster iungit ac vnit Deo, & in immobili Dei libertate firmat. Cùm enim Deum in immota gustamus ac sentimus libertate, hoc ipso suprema pars tabernaculi (id est, spiritûs) nostri Deo vnit, & absq; reflexione firmat ac stabilitur. Id quod aptè satis Moses expressisse videt, quando tres vectes, siue vectem vnũ ex tribus compositũ, in suprema sui tabernaculi parte reponi iussit, quo priores columnæ cũ tabulis omibus fixæ retinebant. Atq; indè etiam natura nostra corporea dum Deus intra nos agit, ipsa quoq; amore sensibili permouet, libereq; ac amanter spiritum sequitur. Et in hac ipsa sequela seu actu sequendi, gustu ac sensu perfunditur ac penetratur, & diuinę copulat ac vnit libertati. Atq; hoc pacto nos & ab intimis foràs vsque, & ab externis introrsùm vsque Deo iungimur ac libertate donamur, discriminatim tamen, id est, cum medio ac citra mediũ. Quod nimirùm primæ columnæ satis nos instituunt, quæ capitibus suis in vecte supremo fixæ atq; firmatæ erãt. Quicquid enim creatũ est, in seipso nutat ac instabile est: neq; omnis nostra naturalis libertas firmos ac stabiles reddere nos potest: quamobrem diuinam intra nos operationem vt sequamur oportet: & ita supra naturam subuehemur ac subleuabimur, Deoq; in suaipsius immobili libertate vniemur. Est prætereà sciendum, in quinque istarum columnarum capitibus in introitu tabernaculi forinsecùs cortinam hãc vel tentorium in quinq; circulis aureis pependisse, singulis circulis ad singula capita annexis. Porrò cortina hæc eadem instar alterius interioris, & illius quoque qua operiebatur tabernaculum, ex quatuor constabat coloribus, vario intextis decore ac ornatu arte Phrygia. Atquì nõ nisi ad medias columnas ptingebat, tabernaculo ad hominis staturam infernè patẽte, quo sacerdotib' sacrificãdi causa semp & ingredi & egredi citra præpedimẽtum liceret: tum etiam, quo communis populus deuotiõis ac pietatis augmentãdæ gratia liberè posset introspicere. Foris autem ante hoc velum sagum pendebat cilicinũ decem cubitos lõgum, &

Vectis supremus qd.

Creati quæ natura seu conditio.

& nouem latũ, idq; ad ſolum vſque ſubmittebat, quo cortina hęc itemq; aditus vel introitus tabernaculi, à pluuijs, ventis, ac omnigena tempeſtate communiret. Et iſtud quidem ſagum cilicinũ, ex vncinis pendebat æneis affixis in media parte ſagi vndecimi, deorſùm cubitum vnum, ꝓpendentis in fronte tabernaculi: deponebat autem & auferebat cælo ſereno, noctibus verò & quotiès opus eſſet, rurſus ad vncinos appẽdebat. Erat igit tabernaculi ſpecies vel adſpectus ceu vilis cuiuſdam domunculæ, vtpotè quod omni ex parte pellibus caprinis obtegebat. Deniq; hunc in modum ꝓfectum atq; abſolutũ erat tabernaculum. Sed nũc quid iſta ſibi velint, animaduertere debemus. Iam ſuprà dictũ eſt, cũctas corporeas vires noſtras ſpiritum in illius ſimplici aſſcenſu ſubſequi debere: ſicq; natura noſtra ſubleuatur, vniturque ſpiritui in quodam ſentire diuino, quod nimirùm priores columnæ cũ ſuis capitibus nos inſtituebant. At verò hîc iam noſſe cõuenit, vbi quiſpiam diuino ſenſu vel ſentire plenus eſt & abundat, plenitudinem hanc foris ſeſe in verbis & actibus declarare ac manifeſtam reddere. Itaq; veritas interna in ipſo homine viuẽs, foris eum verbis veracem, prudentẽ ac diſcretum ſiue circũſpectũ efficit. Interna autem pietas ſiue liberalitas, foris hominem conuerſatione benignum, pium, liberalem, & in omni neceſſitate officioſum reddit. Atquì charitas interna foris hominem miſericordem, rectumq; ac iuſtum in cunctis ipſius actibus facit. Interna demum innocentia, foris hominem in omni illius vita ſimplicem, innocentem, ac ſapientem efficit. Propter has quatuor virtutes, cortina hæc extrà ante tabernaculum pendens, quatuor erat tincta coloribus, ſicutì & illa quæ intùs erat in adyto, & qua tabernaculũ tegebat: habebat quoque anſas hyacinthinas & circulos aureos æquè vt velum interius. Nam & virtutes internæ, ac bona opa externa, cuncta in diuina pendent gratia, quam circuli aurei deſignant. Et diuinam quidem gratiam ſemper nouam ac recentem recipere licebit, ſi æternam Dei charitatem ac bonitatem cũ donis nouis ac omni bono iugiter emanãtem contemplari volemus. At tamen anſas noſtras, id eſt, adſpectum internum ſemp ſubleuemus, ac diuinæ bonitati iũgamus ac vniamus oportet: ſicq; anſæ noſtræ aureos ꝓfluentis gratiæ circulos excipiũt & amplectunt: itemq; gratia promanãs, interni adſpectũs noſtri anſas viciſſim in ſe recipit & complectit: atque hunc in modum virtutum bonorumq; operum noſtrorũ cortinæ ſemp in aureis diuinæ gratiæ circulis appenſæ manent. Volebat quoq; Dominus, vt in hoc exteriori velo omnis generis ad ornatum facientia acu pingerent ac intexerent: quod eſt, inſpicere atq; attendere nos debere mores externos actusq; ſanctorum, vt quemadmodùm illi quandoque egerunt, ita & nos faciamus: vt etiam actus noſtri cunctis poſſint hominibus exemplo eſſe, ſicut & illorum. Non tamen velum hoc externum ad ſolum vſque deponi debet: ſed aditus pateat oportet. Cuncta enim externa opa noſtra tam expedito ac libero exequemur animo, vt ad rationẽ introitus ſemper promptus atq; paratus nobis ſit: & ita veritatem intùs paratam hauriemus, quam foris re ipſa ac opere ꝓſtabimus & excolemus. Et ſi quem diſcendæ ac noſcendæ veritatis cupidum ac ſtudioſum perſpexerimus, illi interiora noſtra pandemus ac aperiemus, docebimusq; eũ proximam, quam ſcire poterimus, virtutum omnium veritatem, vt ſic ſeipſum noſſe diſcat, quãtùm virtutibus & veritati ſimilis aut diſſimilis ſit. Et hîc danda nobis opa eſt, vt hac in parte ſubmiſſi, humiles ac minimè elati ꝓmaneamus, etiamſi tanta vitæ integritate ac ſanctimonia, tantaq; ſapientia prædìti eſſemus, vt verbis & exemplis mortales omnes inſtruere poſſemus. Cùm enim omnis ſana doctrina & virtus ex DEO ſit, nequaquã ſuperbia moueri debemus, ſi ſuam Deus bonitatem, nomenque ſuum, per quem ipſe velit, declaret, illuſtret, ac manifeſtet. Quæ etiam ratio fuit, vt ventorum exurgente tempeſtate ac pluuijs cadentibus, ſagum cilicinum forinſecùs ante tabernaculum ſuſpenderet: nõ hominum cauſa, ne tabernaculi decorem & ornatum cõſpicerent, ſed ob ipſum tabernaculum, ne illius ornatus ac elegantia labe aut vitio adſpergeretur. Eundemq; in modum quilibet illuminatus homo verbis & actibus vnumquéq; edoceri appetentem inſtituet, quo viuere poſſit: ſemper tamen ſeipſum habebit cõtemptui, & ſic omnem ſupbiæ impetum arcere ac vincere poterit. Et reuerà quo ſeſe propiùs ac penitiùs ꝓſpectum habebit, eo ſe cõtemptu planè digniorem reperiet ac ſentiet. Quicquid em culpæ ac vitij in nobis hæret, id à nobiſipſis habemus: & horum grandis eſt numerus. Quicquid autẽ virtutis eſt in nobis, à Deo habemus,

Tabernaculi Moſaici aſpectus qualis.

Virtutũ internarum energia q̃.

Cortina q̃dricolor quid.

Circuli aurei,

Anſæ.

☞ Exterioris veli ornatꝰ, quid.

Externa qui exequenda.

Interiora noſtra cui & qui pãdẽda.

Humilitatis pręconium.

Sagũ cilicinũ foris appenſum, qd.

& id perparum ac perrarum eſt, ſi cum illis compares, quæ obtinere poſſemus, ſi benè parati eſſemus. Atq; eam ob rem humilitatis ſaga cilicina ſemper ad terram vſque demittemus, cùm nobis virtutum cauſa præſtatur aut exhibetur honor, ne ſecùs quàm oportet, de nobis ſentiamus. Reuerà enim iniuria nobis fit, cùm honos omnis vni debeatur Deo, qui virtutum omnium fons & cauſa eſt. Cùm autem contemptu afficimur, aut indignè tractamur, humilitatis ſagum ante nos appendemus: & ita ſentire poterimus rectè ac dignè nobiſcùm agi, eo quòd nec Deo, nec nobiſipſis, nec vlli omninò id præſtemus, quod iure meritoq; deberemus: vt planè dignum ac ęquum ſit, & à nobiſipſis & creaturis omnibus cõtemptu ac ignominia nos affici. Quòd autem etiam noctibus ſagum hoc ante Dei tabernaculum ſemper oppanſum fuit, id myſticè deſignat, non niſi humilitatem illis exhibendã eſſe, qui abſq; metu ac timore, & citra repræhẽſionem ob ſua malè acta vitam agunt: cuius generis ſunt illi, qui ſciẽtes ac prudẽtes malè faciunt, qui hauddubiè inſtar noctis obſcuri ac frigidi ſunt: ſicq; nullam omninò virtutem doceri poſſunt. Etem in peccatis occæcati ac obdurati ſunt, veritatisq; doctrinam nec ferre nec audire æquanimiter valent, quòd illis aduerſa & cõtraria ſit: ſed homines pios, virtutumq; actus & opera contemnunt. Hos nimirùm miſſos vt faciamus, & ſibijpſis permittamus, humiliterq; ac patiẽter feramus oportet: quæ eſt præcipua ac optima ratio ſiue modus, quo nos erga illos geramus: & ita demũ noſtrũ ꝓficitur cõſum maturq; tabernaculũ: ſimulq; pars quarta ex pręcipuis ſeptem, explicita atq; explanata eſt.

Sagũ cilicinum ad terram demiſſum, quid.

Sagi noctuni oppanſio, quid.

Obdurati quõ ferẽdi.

PARS QVINTA PRINCIPALIS. CAP. XXI.

SEQVITVR hinc pars quinta principalis: eademq; de illis erit, quæ in priori tabernaculi parte fuêre: quæ quidem Sanctum dicebatur, & ab ipſo tabernaculi introitu ad velum vſq;, quod erat ante Sancta ſanctorum, porrigebatur. Itaque dicetur hîc de candelabro aureo, de altari aureo, de menſa propoſitionis, de ſacerdotibus Iudaicæ legis in hoc tabernaculo miniſtrantibus, de eorum cultu ſeu veſtibus, itemq; conſecratione & ſacrificijs, quæ Deo inibì offerebant. Quæ nos cuncta ita explicabimus, vt perſpicuũ fiat, non niſi figuram fuiſſe veritatis illius, quæ hodiè in Sancta ECCLESIA Catholica agitur. Et initium quidem ab ipſo candelabro ſumemus.

¶De candelabro tabernaculi aureo. Cap. XXII.

DIXIT Dominus ad Moyſen: *Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile eius, & calamos, ſcyphos & ſphærulas, ac lilia ex ipſo procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, & tres ex altero. Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphærulæq; ſimul & lilia: et tres ſimiliter ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulæq; ſimul & lilia: Hoc erit opus ſex calamorum, qui producendi ſunt de haſtili. In ipſo autem candelabro* [id eſt, haſtili ipſo inter medios calamos aſſurgenti] *erunt quatuor ſcyphi in nucis modum, ſphærulæq; per ſingulos & lilia. Sphærulæ ſub duobus calamis per tria loca, qui ſimul ſex fiunt, procedentes de haſtili uno. Et ſphærulæ igitur & calami ex ipſo erunt, uniuerſa ductilia de auro puriſſimo. Facies & lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum, ut luceant exaduerſũ. Emunctoria quoq;, & ubi quæ emuncta ſunt, extinguantur, fiant de auro puriſſimo. Omne pondus candelabri cum uniuerſis uaſis ſuis habebit talentum auri puriſſimi. Inſpice, & fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt.*

TEXTVS Exod. 25.

¶De candelabro ſpiritali. Cap. XXIII.

PER hoc igitur candelabrum aureum, Domini Saluatoris noſtri humanitatem cum diuinitate coniunctam ſpiritaliter accipimus. Ipſe nanq; Dominus noſter IESVS Chriſtus ſecundum humanitatem ſuam totius mundi (vt ita dicam) lucifer eſt, maximè tamen Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ, & cuiuſlibet hominis boni ac pij. Secun-

dum Diuinitatem autem, aureus est, tum etiam q; ex amore nobis datus, & iuxta humanitatem charitatis filius est. Cui si nos vniti atque cõiuncti simus, iam planè filij sumus, in illi-
Roma. 8. usq; spiritu clamamus, Abba Pater. Ipse nimirùm aureum candelabrum est, ductum ac fa-
Galat. 4. brefactum per Spiritum sanctum inter Patrem cælestem, & intemeratam sempq; virginem
Hastile candelabri. MARIAM, intercedente officiosa ac reuerenti annunciatione ac salutatione Angelica. Huius candelabri hastile in medio assurgens, humana Christi natura est, quæ vltra omnia exaltata ac sublimata est, & vnum est cum verbo æterno, ex quibus fit vna hypostasis vel persona. Et ex vtroq; latere candelabri huius, tres procedunt calami aurei, id est, simul sex calami circa
Calami aurei. hastile: quibus significantur tres vires corporeę, totidemq; spiritales Domini nostri IESV Christi, quæ à primo suæ creationis initio semper ad Dei Patris honorem erectę ac subleuatæ fuerunt. Cuiusmodi porrò fuerit candelabri effigies, ita mihi ex Bibliorum verbis colligere videor: Bini quiq; calami sphærulam habebãt infernè in ipsa suî ad hastile iunctura, vt
Sphærulæ. sex calamorum tres sphærulæ aureæ fuerint. Figuratè autem id ista significãt, Dei spiritum amãtissimè Christi IESV humanitatem amplexum esse, ac modo triplici ad DEI honorẽ erexisse. Enimuerò potentem eam reddebat, vt vinceret omnia: sapientem, vt nosset omnia: ac vltroneam & voluntariam ad omnem iustitiam exequendam. Quæ eadem etiam nos sentie-
Phil. 2. mus in nobis, si tamẽ illi vniti sumus. Ita enim & Apostolus ait: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo IESV. Si igitur nobisipsis emortui sumus, & in ipso viuimus, cum cunctis nostris viribus nos subrigemus ac subleuabimus, ita vt Dei honorem semper spectemus: atque hocipso & potentes manebimus ad nosipsos semper vincendos, & sapiẽtes siue scientes ad perspiciendas cognoscendasq; culpas ac defectus nostros, & spõtanei ad virtutes exequen-
Psal. 50. das. Hinc videlicet Propheta Regius in Psalmo quodam precabatur dari sibi diuinitùs spiritum principalem, id est, Patris potentiam, qua confirmaretur ac corroboraretur, & in DEO
Ibidẽm. exhilaresceret: itemq; spiritum rectum, id est, filij sapiẽtiam, qua renouaretur, institueretur,
Ibidẽm. & expurgaretur à vitijs: atque etiam spiritum sanctum, quo nomine idem ipse sanctus expri mitur Spiritus, vtì ne laberetur in vitia, sed in cunctis persisteret virtutibus ac perseueraret. Qua oratione ac desiderio nos quoq; ad Deum vti debemus, vt & ipsi eadẽ impetrare queamus. At nunc candelabri ornatum inspicere pergamus. Quilibet calamus tres habebat sphæ-
Sphęrulę calami cuiusque quot. rulas aureas in ascensu suo, & supra sphærulas singulas scyphum aureum, supernè patentem, ac infernè rotundum instar nucis clausum: ex cuiuslibet autem scyphi fundo interiori lilium aureum procedens. Eademq; omnia etiam hastile medium habebat, ita vt cuncta hęc scitè atque appositè triplici ordine alia supra alia posita essent in ipso candelabro, supre-
Lucerna calami cuiusque qualis. mumq; cuiuslibet calami lilium, alterius calami summum ęquè lilium æquaret. In ipsa autẽ parte suprema ita calamus quisque elaboratus atq; fabrefactus erat, vt lucerna aurea illi imponeretur, quæ vas aureum erat instar lampadis seu lychni pensilis aurei. Hastile verò medium, vltra sex calamos sublimiùs attollebatur: & in ipso eminenti suo vertice aliam insupèr sphærulam auream habebat, atque super hanc alium scyphum, itemq; lilium aureum. Etenim hastilis huius quatuor erant ordines vel genicula, at calamorum tres tãtùm. Totius autem candelabri altitudo, viri staturam exæquabat. Videamus nunc, quæ sit horum omnium
Candelabri aurei mysticatio. mystica significatio ac institutio. Nimirùm candelabrũ hoc aureum adspectandum ac contuendum nobis est, hoc est, humanitas dulcissimi saluatoris nostri, vt ea triplici ratione seu modo à spiritu Dei sublimata, subleuata ac exornata sit. Eũdemq; decorem & ornatum humanitatis imitari conabimur. Christus enim caput nostrum est, nosq; membra eius, vt planè dignissimũ sit eatenùs illi similes nos esse in omnibus, quatenùs possibile est, & viriũ nostrarum potest pstare facultas. At nunc animũ aduertamus. Spiritus quidem Dei vnitus spiritui Christi, corpoream eiusdẽ naturam amore circũplectebat, itemq; cunctas corporis vires, fecitq; vt spiritui morẽ gererent ac obsequerent, idq; in quibuslibet etiã rebus duris ac asperis, & omi officio seu famulatu diuinitùs ordinato, ad mortẽ vsque. Et hæ sunt infimæ
Sphærulæ infimæ qd. sphærulæ aureæ triũ illorũ geniculorũ siue ordinũ, qui in sex calamis & ipso candelabri hastili fuêre. Itidèm nanq; & Christo sphærulę septẽ sunt. Eũuerò naturã Christi corpoream, subditam ac morigeram esse oportebat, promptamq; ac paratam & alacrem ad virtutes omnes peragendas, quarum septem principales sunt, quibus aliæ omnes cõtinent ac com-

prę-

Scyphi quales & quid. prehendunt. At verò septem hisce sphærulis totidèm scyphi aurei superimpositi erant, supernè quidem patuli, at infernè rotundi, in nucis modum clausi. Quibus nos docemur, dignissimũ atq; amãtissimũ domini nostri Christi IESV cor erga spiritum suum nunquàm nõ supnè quidem patulũ fuisse, idq; ad cũctas pficiẽdas virtutes, quæ (vt iamiam dictũ est) numero septenario includunt: atqui infernè rotundum fuisse, & occlusum omnigeno naturæ & sensuum gustui ac commodis & oblectamentis. Procedebantq; hinc & velut excrescebant amabilia quædam ac gratiosa lilia aurea, quę sunt amabiles ac honestissimi mores
Lilia aurea. illius, quibus satìs superq; nos docuit, nobisq; testatũ reliquit, purum se ac innocentissimũ instar liliorũ in cũctis suis actibus fuisse. Et hæc est infima ornatûs Christi ratio in illius cælesti ascensu, atq; etiã cũctorũ hominum eum sequi ac imitari, & eius quandam apprehendere similitudinem volentium. Sed præter hũc ornatum, alium quendam longè celsiorem, in illius ascensione cælesti animaduertere debemus: hunc videlicet, quòd spiritus Dei spiritalem Christi naturam, id est, animã eius q; vires supremas, amore complexus fuit, easq; iustitiæ ac legi, & omnibus quę de ipso iamindè à mũdi origine scripta ac prædicta erant, subdidit & fecit esse subiectas, vt ea omnia pro paterna voluntate exequerent. Itaq; & fuit semper, & est etiã idemipse Christus IESVS dulcissimus saluator noster, etiã spõtè ac vltrò subditus orbi toto ad extremũ vsq; diem, id est, omibus in eũ ita vt oportet credentibus, eumq;
Apoc. 1. appetentibus & concupiscẽtibus. Etem docuit ac redemit nos, & lauit nos in sanguine suo ab oĩbus peccatis nostris. Et hęc vltronea Christi subiectio, mediæ nostræ sphærulæ aureæ sunt, in quibus cunctę virtutes nostræ iam indè à primo homine ad vltimũ vsque fundant.
Scyphi supnè patuli, quid. His autem septem aurei scyphi supernè patuli impositi erant, qui vastum significant ac latè patẽtem spiritûs & omnium virium eius appetitum, quę quidem paratissimę prorsusq; voluntarię erant ad ea omnia exequenda ac peragenda, in quibus Dei patris honos, ac nostra necessitudo cõsisterent. Hæc ille pcipuè appetebat, vtpotè quę cibus illius erant, sicutì
Ioan. 4. ipse ait, & potus, ac vita, & in quibus suo placebat patri, quæq; nobis Dei gratiam & misericordiam conciliârunt. Infernè autem rotundus erat & clausus instar scyphi aurei. Neque enim totus hic terrarum orbis vllã tenebat creaturã, in qua suum captaret commodũ, aut in qua caput reclinaret suũ. Quod igitur ad vitę huius tempus attinet, miser & exul erat: sed
Lilia aurea. virtutibus vltra modum locuples. Vbi sanè magnoperè connitendum nobis esset, vt & nos idem sentiremus. Semper enim hinc lilia excrescebant aurea, quę simplicem Christi intentionem designant, qua virtutes quaslibet patri cælesti offerebat. Etenim cunctæ illius virtutes ceu aurea quędam lilia sunt cælestis planè odoris, quę cælum terramq; & cõpleuerũt & exhilarârunt. In illius enim innocentiæ substantia radices egerant, & ex profunda humilitatis eius valle assurgebant & excrescebant: aderatq; eis sol æstuantis amoris ac flagrantis appetentię illius, quibus paternam exequebat voluntatem. Et ita iam alterã ornatûs Christi in illius ascensu rationem habemus. Tertia porrò ratio id nos instituit, Dei spiritum Christi IESV domini nostri humanitatem tam amãter complexam fuisse; tam introrsùm trahendo possedisse, vt cunctæ illius vires vltra omnes suas actiones tractum illum in sui spiritûs vnitate sentirent: cui tum tractui intrò trahenti eædem omnes eiusdem humanitatis Christi vires semper obtemperabant. Agebat enim innocentiæ statum, eratq; perfectus simul & viator & comprehensor. Huic ergo tractui Dei intrò trahenti morigerum ac obedientem se præbere, tertiæ sunt sphærulæ aureæ tam in hastili, quàm calamis, in quibus etiam supremæ sunt. Erant autem impositi sphærulis hisce septẽ scyphi aurei supernè patuli: qui my-
Cur scyphi supnè patuli, infernè clausi esset. sticè designãt, Christi humanitatem cum vniuersis viribus suis Deo patuisse, & ad Dei capessenda excipiendaq; dona semper paratam fuisse. Quodq; scyphi ijdem infernè rotundi & clausi erãt, id sibi vult, eandẽ ipsam illius humanitatẽ in omi vndecunq; oblato honore & in quibuslibet perceptis donis, non se extulisse, nec quicquã indè sibi arrogasse. Vt enim Deus illam per seipsum ad celsissimũ ac summũ euehebat ac subleuabat honorem: ita ea in imam ac maximam sese demittebat humilitatem, totius mũdi ferens peccata & opprobria.
Mat. 3. Et hoc ipso summam implebat ac perficiebat iustitiam, Deo patri præ omnibus longè gratissimam. Atq; eam ob rem ex profundissima hac humilitate & abiectione aurea procedebant lilia summi ac excellentissimi honoris & reuerentiæ, quæ vnquã Deo pręstita vel exhibita

bita fuerint. Non enim poteſt quiſquã habere honorem Deo, niſi humilis: nec ſapit, neque libet cuiquam honore Deum afficere, præterquàm humili. Atquì Dominus noſter IESVS Chriſtus totius mundi homo humilimus fuit: ideoq; illius erga DEVM reuerentia ſurſùm tendens, longè maior ac delectabilior fuit, & ex ardentiori proficiſcens affectu & appetitu, quàm vel totius mundi. Itaque lilia calamorum omnium altitudinem attingebant, quandoquidem CHRISTVS Dominus cum vniuerſis viribus & actibus ſuis, omniq̃ue facultate ſua erectus erat, paternum ſemper ſpectans & quærens honorem. Quod etiam nos, quoad fieri poteſt, ſentire conabimur. Porrò haſtile medium cubito vno vltra ſex calamos eminebat. Etenim humana CHRISTI natura vltra ea omnia, quæ merita fuit, aut mereri potuerit, ſubleuata eſt. Nam quòd DEVS homo factus eſt, & homo DEVS, id modis omnibus omne excellit meritum, hoc eſt, mereri id nemo poſſet. Hic igitur cubitus eminens eſt, quem ſolus Deus ex ſua immenſa bonitate confecit. Vndè etiam quantoperè Deus ſeſe deiecerit, quamq; in ſublime humanitatem extulerit, nemo pręter ipſum vnum capere dignè poteſt. Simul etiam haſtile medium ſolum vltra omnes calamos efferebatur. Neq; enim vlla ex parte Chriſti humanitas ſibijpſi innitebat, ſed verbum, cum quo vna ſimul perſona erat, ſimpliciter ſequebat. Cõſtabat enim perſona Chriſti ex duabus naturis. Ex omni nanq; æternitate genitus eſt è Patre, atq; indè Dei filius & Deus verus eſt: & temporaliter quoq; ex virgine matre natus eſt, vndè filius hominis ac verus eſt homo. At tamen quælibet in ipſo natura id omne permanſit quod erat: Non enim poterat diuinitas mutari in humanitatem, neque humanitas in diuinitatem: ſed vniebant ſimul in perſona filij: & vnaquælibet natura, illius propria natura erat. Verus enim Deus eſt & homo verus. Quapropter nos quoq; diuina freti gratia, noſipſos ac propriã perſonam noſtram ſemp abnegabimus, & in Chriſto deificatã ſequemur ac imitabimur naturã noſtrã: ficq; æterna illa, quæ Chriſtus ipſe eſt, veritate poterimus trãsformari, viuetq; tum ille in nobis, & nos in illo. Habebat inſuper in eminenti hoc cubito haſtile aliam quandam ſphærulam aureã, eiq; impoſitum ſcyphum aureum, & indè procedens lilium æquè aureum. Quæ id nos docent, Chriſti Ieſu humanitatem in primo ſuo, quo in Deum tendebat, ſimplici aſſcẽſu, vſq; adeò ęterna fuiſſe charitate circumplexam, vt abſq; reflexione in ea charitate nõ poſſit non penniter permanere: & hæc eſt ſuprema noſtra ſphærula aurea. Cui impoſitus ſcyphus aureus ſupernè patulus, ſimplicem illam ac laxam creati ſpiritũs Chriſti apertiõem ſiue hiatum ſignificat, qui idem & fuit ſemper, & eſt etiamnum æterna veritate, diuinaq; claritate plenus. Idem autem ſcyphus infernè rotundus & clauſus fuit: ſiquidem creatus Domini IESV ſpiritus, ſecundum ſimplicem ſuum aſſcenſum, obtutus ſuos in ipſam perpetuò defigit diuinitatem, nec reſpiciens vnquàm, nec deſpiciens. Indè verò ex ipſo hoc ſimplici intuitu liliũ aureum vſq; ad haſtilis verticem excreſcens, intimam deſignat in amore liquefactionem atq; annihilationem, quæ vnquàm exercitata ſit, quam Chriſtus ipſe coluit & exercuit. Ipſemet enim præclarus ille lilij flos eſt ex radice Ieſſę aſſcendens, quem nobis Eſaias propheta deſcribit, vbi ait: Requieſcet ſuper hunc florem ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectũs, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eũ ſpiritus timoris Domini. Qui quidem ſeptem ſpiritus Domini, aut dona ſeptem Sanctiſpiritũs appellantur: quæ ſeptem illę lucernæ candelabro huic impoſitæ, exprimũt. Ait em̃ D. Ioannes Euangeliſta, vidiſſe ſe ſeptem lampades ardẽtes ante thronum, quæ ſunt, inquit, ſeptem ſpiritus Dei. Rurſusq; eodem libro vidiſſe ſe affirmat agnum ſtantem tanquam occiſum, habẽtem cornua ſeptem & oculos ſeptem, qui ſunt, ait, ſeptem ſpiritus Dei, miſſi in omnem terram. Qui quidem agnus nõ niſi Domini IESV humanitas fuit, noſtrorum cauſa peccatorũ innocenter mortis ſupplicio affecta. Idemq; planè Dominus noſter IESVS Chriſtus ſeptem habuit cornua fortitudinis ac decoris, ipſa videlicet ſeptem dona Spirituſſancti, aut DEI ſpiritũ ſeptemplici ratione operantem. Quibus ille cornibus ſiue donis hoſtem vicit antiquum, & quicquid nobis officere ac impedimento eſſe poſſet: ijſdemq; cunctis in virtutibus cõmunitus ac exornatus fuit. Habebat etiam dona hæc ſeptem velut oculos ſeptem, quibus iuxta humanitatem ſuam virtutes omnes diſtinctè ac dilucidè cognoſcebat, ſentiebatq;. Enimuerò donum quodq; virtutis vnius principalis ex ſeptẽ illis primarijs ac præcipuis virtutibus, ſi-

Humilitas Chſti quãta.

Haſtile calamis lõgio fuiſſe, quid ſibi velit.

Ioan. 14.

Sphærula aurea.

Scyphus.

Lilium aureum.

Eſa. 11.

Lucernæ candelabri quot & qd.

Apo. 4. & 5.

Cornua ſeptem.

ſimulq; aliarum omnium virtutũ, quæ ex illa naſci queant, fundũ ipſum ſingulariter agnoſcere atq; ſentire vel experiri facit. Faciunt, inquã, ſeptem hęc dona ſentire ac perſpicere, vtì ſpiritus Dei, hominis ſpiritum ſeptemplici ratione moueat & incitet ad virtutes omẽs, quæ quidem coli ac perfici queãt. Atq; ea re neq; virtutes à donis, neq; dona à virtutibus diſiungi aut diuelli ſe patiuntur, quãdo non poteſt vlla virtus abſq; Dei donis eſſe meritoria: ideoq; mutuò ſemper iuncta eſſe ſibiq; cohęrere oportet.

Donorum Dei energia, quæ.

¶ De ſeptem Donis Spirituſſancti. Cap. XXIIII.

HInimirùm ſeptem ſpiritus, qui ſunt ſeptem dona Spirituſſancti, vt D. ait Ioannes Euãgeliſta, in omẽm terrã miſſi ſunt, haud dubiũ quin fructificãdi cauſa. Vt enim in Sapientiæ libro ſcriptum eſt, ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum. Cuius quotquot voci auſcultare nolunt, æternò pereãt neceſſe eſt. Ex his igitur animaduerti poteſt, ſeptem lucernas ſeptem ſignificare dona, cùm ea ſeptem virtutibus coniũguntur. Ipſæ autem lucernæ aurea erãt vaſa, in quæ puriſſimum fundebatur oleum oliuarum, à populo Iſraelitico allatum, quo ſemper lucerna arderet in tabernaculo teſtimonij extra velum, quod appẽſum fuit teſtimonio, id eſt, intùs in tabernaculo ante Sãcta ſanctorum. Sed iam myſticum ſenſum attendamus. IESVS Chriſtus ipſiſſimum aureum candelabrum noſtrum, ſpiritu & vniuerſis viribus ſuis iugiter ad Patris ſtabat erectus honorem: ficq; omẽs perficiebat virtutes, eratq; aureus ille lilij flos, in quo Spiritus Dei cum cũctis donis ſuis requieſcere voluit. In ea nãq; celſitudine, vbi virtutes initium ſumunt, etiam conſummãtur, id eſt, in ipſo Spirituſancto, qui eſt virtutum omẽium fons & origo. Atq; eam ob rem ſi nos quoq; cãdelabri huius quãdam adipiſci ſimilitudinem, donorumq; Dei intra nos geſtare lucernas volumus, ſpiritus noſter intùs erectus ſtet oportet ad honorem Dei, ita vt in ſuprema noſtrĩ portione trãquillum quoddam ſentiamus ocium vltra omnem tum mundi occupationem & inquietudinem, tum dæmonis tentationem, tum naturæ vel carnis commotionem. Et quotiẽs noſipſos obſeruamus, cũctasq; vires noſtras ad Dei honorẽ ſubrigimus, iam tum donorum Dei lucernas excipere parati ſumus. Ad lucernam autem tria hæc neceſſariò adhibẽda ſunt, putà vas, oleum, & ellychnium ardens. Per vas, promptam paratamq; accipimus ad virtutes omnes voluntatem: Per oleum, bonorum ac virtuoſorum operũ plenitudinem: Per ellychnium, rectam intentionem. Per ignem deniq;, quo ellychnium incendebatur, donum Dei, quod accendit omnia, & ardere facit ad honorem Dei. Neq; enim vel intùs in tabernaculo, vel in altari ſacrificij, quod erat extra tabernaculum, vllus alius debebat ignis eſſe, quàm qui miſſus erat cælitùs à Deo, poſteaq̃ tabernaculum ipſum, cũctaq; ad id pertinentia pfecta & abſoluta erant: de quo nos igne poſteà ſuo loco dicturi ſumus. Hũc autem ignem, poſtquã ſemel miſſus erat diuinitùs, ſemper deinceps in altari ſacrificij ardere oportebat, dicente Domino, quòd perpetuus eſſet. Itaq; in altari quidem ſacrificij alebãt eum continenter ſacerdotes manè lignis appoſitis, in lucernis autem oleo oliuarum infuſo. Erãt autem Aaroni pontifici filij duo Nadab & Abihu, ambo ſacerdotes. Hi duo quodam tempore ignem alienum ſuis impoſuêre thuribulis, qui erat ignis aliundè, quàm ex altari ſacrificij, allatus: eumq; Deo offerebãt: egreſſusq; ignis à Domino, mox vtrunq; extinxit. Eodem igitur modo Dominus Deus noſter ignem ſuum, id eſt, amorem quem miſit in terrã, in cordis noſtri vnitate & animæ intentione ppetuò vult ardere: vtq; eum nos foueamus & alamus, corpus quidem noſtrum aſpera & pœnitentię actibus dedita vita premendo & caſtigando, in internis autem exercitijs recta intentione pinguedinẽ ac ſimplicitatem ſeruãdo. Ita nimirùm materiam iam habemus, putà ligna ſicca & oleum oliuarum, quibus Dei ignẽ ac lumẽ conſeruemus. Porrò naturã noſtrã corpoream afflictam & depreſſam ſenſibili erga Deũ amore cõcremabimus, & hoc pacto repurgatam Deo offeremus. Spiritalis verò natura noſtra, recta intẽtione ad Deum ſubleuata ac erecta, ſemper ac ppetuò diuino ardebit ac flagrabit amore, & ad Dei honorem: ficq; lucidior multo ipſo quoq; ſole erit, & perenne fiet Dei ſacrificium. Semper autem cauendum nobis eſt ab igni alieno, id eſt, corporis delicijs ac voluptatibus, & ab omni erga quaſuis res creatas amore inordinato: necnon à ſimulatione ac fictione: & vt nihil ipſi doceamus vnquã, nec ab alijs traditum vel do-

Apoc. 5.

Sap. 1.

Lucernæ ſeptem quid.

candelabrũ quĩ & quale Chſs fuerit.

Spũi nrõ ſtandum.

Lucernę q̃ tria neceſſaria.

Leuit. 6.

Leuit. 10.

Perpetuus qui nobis myſticè foueãdus ignis.

Ignis alienus qd & quàm cauendus.

ctum ſuſcipiamus, quod non ſit Sanctorum ſcriptis, Diuinisq; literis conſentaneum. Maximè verò in quibuſlibet actibus bonis dãda nobis opera eſt, vt ne quid in illis caducũ ac temporariũ præcipuè ſpectemus & aucupemur, ſed Dei ſemper abſq; intermiſſione quęramus ac ſpectemus honorẽ. Huc videlicet cuncta noſtra referemus ac dirigemus opera, quæ tum benè ordinata erũt, omnemq; fidutiam noſtram in Dei immẽſa collocabimus fidelitate, in eaq; nobiſipſis abnegatis, Deo in iuſtitia ſeruiem⁹. Nã ſi noſtro in tabernaculo ignẽ geram⁹ alienũ, id eſt, in corde noſtro amorẽ extraneũ ac alienũ, Deiq; amore ac donis in illius cultu ac famulatu vti nolim⁹, iam planè corã Deo in peccatis emorimur. Quapropter æterna Dei contemplanda nobis & inſpiciẽda charitas eſt, inſtar viui fontis ſeptẽ prománãs riuis, & vt ſol fulgens ſeptẽ emittens radios, ac velut ignis deniq; conſumẽs, ſeptẽplici modo operãs & agẽs. Quæ nimirùm Dei ſpiritus eſt cũ donis ſuis, 7. aureis deſignatus cãdelabri lucernis.

¶De dono ſapientiæ. Cap. XXV.

SVprema quidem lucerna in ipſius haſtilis vertice poſita, ſanctum ſignificat Spiritum, & ſapientiæ donum. Vbi enim eſt Domini ſpiritus, illic etiam ſapientia eſt: & vbi vera eſt ſapientia, ibi quoq; Domini ſpiritus adeſt: quippe qui donorum omnium fons viuus eſt. Supremus, inquam, ex hoc viuo diuinæ charitatis fonte prománans riuus, ſapientiæ ſpiritus eſt, quem nos vſitata voce ſapidam dicimus ſapientiam. Hæc in Domini IESV totam permanauit humanitatem: ex cuius plenitudine, omnes nos quoque compleri poterimus. Exigit autem à ſpiritu noſtro primarius ac ſummus hic riuus, vt ſit ſimplex, expeditus, imaginum expers, immobilis, liber, abſque curis, ſibijpſi perpetuò moriens, viuensq; in Deo. Et ita ſummæ iuſtitiæ virtutem agit ac operat: ſicq; agendo ac operando, ſpiritus ſapientię adipiſcitur. Eo ipſo enim quo noſipſos & cuncta excedimus, diuinam inuenimus ſapientiam: & in hoc exceſſu iuſtitiæ oleum offerimus in ſupremam liberi arbitrij ſeu liberæ voluntatis noſtræ lucernam. Hoc verò oleum diuina ſapientia ſemper accenditur & ardet, ſi tamen quale oportet ſimplicis intentionis ellychnium illi impoſuerimus. Etem ſimplex intentio noſtra, dilucidus eſt noſtræ innocentiæ adſpectus, in quem diuina ſapientia ſemper irradiat: eademq; ipſa ſapientia tum ſpiritum, tum naturam claritate ac diuino ſapore permánat. Et quatenùs quidem claritas iſta & ſapor comprehendi poſſunt, donum ſapientiæ ſunt: quando verò vtraq; infinita & velut abyſſus quædam ſentiuntur, ipſe nimirùm eſt ſpiritus Dei, qui bonorum omnium fons eſt. Ita iam ex ſuprema lucerna ſummum Dei donum, id eſt, ſapientiã ſapidam didicimus. Itidèm quoq; prima ac ſuprema virtus, iuſtitia eſt. Prima autem ratio ſiue modus, quo virtutes omnes inchoamus & auſpicamur, innocentia eſt. Et poſtrema quoq; ratio, qua cunctas conſummamus & abſoluimus virtutes, æquè innocentia eſt charitate obducta & operta. Atque hunc in modum cortinas noſtras teximus, quibus tabernaculum noſtrũ tegimus ac operimus. Quarum primus color, id eſt, prima pars textilis, byſſinus eſt, id eſt, innocentia, vt ſuprà explicuimus: & poſtremus ſimiliter in fundo ſeu ſtamine candidus eſt color. Idem nanq; ſtamen eſt, ſed coco bis tincto intexit: ſiquidem ſtaminis huius ſubtegmen coccus eſt, quo charitas figuratè ſignificat. Accedat autem his oportet Dei donũ, id quod velum ſeu cortina deſignat intùs pendens in tabernaculo, per quam Dei actionem noſtramq; cooperationem accipimus. Prima enim pars textilis, quã intra nos texit Deus, coloris eſt hyacinthini, & poſtrema candidi. Vbi enim Deus ſuum intra nos opus inchoat, principio & virtutis & noſtrijpſorum quandã nobis cognitionem præſtat, perficit autem intra nos opus ſuum ſpiritali puritate ac innocentia. Dumq; ſuũ ille perficit opus, nos interìm vnà operari incipimus eadem innocentia, quæ nobis præſtatur à Deo. Atq; tum primũ Dei donum capeſſimus ac apprehendimus, cunctosq; actus noſtros intentione ſimplici in eadem perficimus innocentia, coco bis tincto intexta & obducta. In ipſa nanq; ad Deum reditione ſimplex intentio diuino ſeſe amore, qui coccus bis tinctus eſt, ſemper accenſam ſentit. Iam porrò in candelabro noſtro ſex inſupèr alias lucernas adiungere debebimus, vtrinque tres, ita vt primi tres ordines à dextris, & tres alij à ſiniſtris conſtituti, ſint lucernæ illius, quæ haſtili impoſita eſt. Quæ quidem ſex lucernæ, ſex reliqua ſunt dona Spirituſſancti. Horum tria ſuprema dona à dextris

Sapida ſapientia quid.

Sapientia q̃ quõ ſuenia.

Iuſtitia.

Innocentia.

Cortinarũ color I. qs aut quid.

Coccus.

Coccus bis tinctus.

Lucernę ſex q̃ ſex dona repſentent.

xtris ſuſcipiemus, eaq; internam noſtram exornabũt vitam, quę ſunt, Intellectus, Conſiliũ, & Fortitudo. Porrò reliqua tria à ſiniſtris accipiemus, quæ externam decorabũt vitam noſtram, & ſunt hæc, Scientia, Pietas, Timor Domini.

¶De dono Intellectûs. Cap. XXVI.

INTER hæc dona ſex, præclariſſimũ ac nobiliſſimum eſt donum Intellectûs, eò quòd id doceat nos Devm Opt. Max. in multiplici illius opulentia ac bonitate contẽplari ac attendere ſiue conſiderare. Eſtq; donum hoc lumen quòddam ſupernaturale, intellectum noſtrũ in illius faſtigio ſeu ſublimitate illuminare volens, ſi tamen ipſi nos intùs ſubrigere ac ſubleuare, & huic lumini obtemperare velimus. Exigit nanq; lumẽ iſtud ab interiori homine noſtro, vt ſenſus ac ſenſibiles imagines omnes tranſcendat & excedat: vtq; naturę emoriamur, ac viuamus in ſpiritu: & ita internus homo ab externò diuiditur. Enimuerò ſi ſenſibiles formas ac imagines excedere, & naturę mori velim⁹, iam hãc inuenimus lucem, & doni huius claritudinem in intellectûs noſtri faſtigio ac celſitudine ſuſcipimus. Siquidẽ moriendo donũ hoc intellectûs ꝓcipimus, & ꝓcipiẽdo naturæ morimur. Hinc verò ſingularis quædam in nobis excreſcit virtus, quæ ex Deo nobisq; trahit originem, putà ſpiritalis ſurſùm tendẽs appetitus erga Deum, hominem noſtrum interiorem peruigilem ſemper ac viuum efficiẽs ſiue cõſeruans. Efficit enim viuidus hic appetitus, vt homo noua cum complacentia continẽter Deũ conſpiciat & conſideret tum in ſeipſo, tum in multijugis donis illius: & in hac contuitione, naturæ noſtræ mortificatio iugiter renouatur: ſicq; vita ſpiritûs noſtri in gratia ſuccreſcit, atq; per hoc nobiſcùm lumẽ perſeuerat. Eſt etiam viuus hic ſurſumq; tendẽs appetitus interni gaudij noſtri oleum, quod nos perpetìm Deo offerre debemus in honeſta liberæ voluntatis noſtræ lucerna. Imponemus autem oleo huic rectę intẽtionis ellychnium, quod eſt, vt nobis nihil æquè placeat atq; Deus: & ita oleum iſtud ſurſùm tendẽtis appetẽtię noſtræ, dono intellectûs accẽdetur, ardebit ac lucebit: atq; hinc interior homo noſter tum hìc, tum in futura æternitate viuet conſpicietq;. Etenim donũ hoc dilucidè ac citra laborem diuitias Dei contemplari nos docet, & vt DEVS per ſeipſum & cum cũctis donis prománet, vtq; illi nos intùs nobiſipſis & cunctis virtutibus, quas ꝑſtare poſſimus, reſpondere debeamus. Atquì ſapientiæ donũ ſupra ſeipſum ſubleuat hominem, facitq; eum ſimpliciter mentis deſigere obtutus in Deũ, colliqueſcere, in nihilũ quaſi redigi, ac emori ſibijpſi in amore ac vnione cum Deo. Atq; hoc pacto permultùm ſanè intereſt inter primũ ſapientiæ donũ, quod nos introducit & vnit: & iſtud illi proximũ intellectûs donum, quod nos adducit ſeu deducit, & acceſſum noſtrum intùs illuſtrat.

Quid doni ſit itellect⁹.

Donũ intellect⁹ qui obtineatur.

Oleum.

Ellychniũ.

Donorũ ſapiẽtiæ & intellect⁹, diſcrimen.

¶De dono ſcientiæ. CAP. XXVII.

TAmetſi ordo exigere videt, vt de tertio & quarto donis ad hominem noſtrũ internum in illius perpetuo ad Deum aſſcenſu pertinẽtibus, hoc loco agatur: illis tamen interìm poſtpoſitis, de quinto dicere quippiam aggredior, hoc eſt, de ſcientiæ dono, tum q̃ ita materiæ mihi propoſitæ congruat, tum ob eã, quæ hiſce duobus donis inter ipſa eſt, ſimilitudinẽ. Vt enim donum intellectûs, dextrum latus, id eſt, internum noſtrum ad Devm acceſſum, exornat & illuſtrat, dum nos intrò vocat, ſiue exigit à nobis, vt intrò ingrediamur, docetq; nos Devm contemplari, & contueri in ſeipſo & multifarijs donis ipſius: eodem modo ſcientiæ donum, ſiniſtrum latus (id eſt, rationalem exitum noſtrum) decorat ac illuſtrat, dum nos foris dirigit, docetque tum noſipſos, tum omnes virtuoſarum actionum modos diſtinctè ac diſcriminatìm attendere & cõſiderare. Attñ vtraq; hæc, vna eademq; veritas operat, & intrò nos vocãs ad Devm, & foràs dirigens ac mittens ad noſipſos. In ipſo igitur ſupernaturali noſtro ad Devm cum intellectualibus formis ſeu imaginibus acceſſu, lumen iſtud donum intellectûs appellat: eo quòd ſubleuet nos, ac intellectum noſtrum ſupra illius naturam illuſtret & ornet. Vbi verò cũ formis ſeu imaginibus ſenſibilibus ad ſacram ſcripturã, ad vitam ac geſta ſanctorum, & ad cuncta demum creata à Deo & condita, rationabiliter egredimur, omniaq; hæc cũ interna ſupernaturalis ſciẽtiæ plenitudine adſpicimus & conſideramus: iam idem lumen, ſcientiæ donum dicitur, eo quòd inſtituat nos, vt foris rationabiliter vitam ducere & conuerſari, reſq; ſenſibiles rationabiliter ac ſpiritaliter intelligere debeamus. Quanto autem ad Devm acceſſus, eo

Lat⁹ dextrũ.

Siniſtrum.

Intellect' & ſciæ dona q̃ differant.

qui ad creaturas fit, exitu præclarior ac ſublimior eſt: tanto itidèm intellectûs donũ, ſcientiæ dono celſius ac nobilius eſt. At nihilominùs vtroq; hoc dono præditi vt ſimus oportet: non enim abſq; externa virtutum ſtudioſa ſeu virtuoſa vita intùs ad DEVM accedere valebimus. Atq; eamobrem ſi ſanctiſpiritûs donũ ſcientiã intra nos adipiſci ac pcipere volumus, illius exactioni vt ſatisfaciamus neceſſe eſt, id eſt, vt internam in nobis geramus ſtrenuitatem, qua ſemper vitijs emori, ac virtutibus viuere, ſemper etiam magis ac penitiùs virtutes cognoſcere, ac iuxta eas agere ſtatuamus ac enitamur. Huc enim ſciẽtiæ donum nos impellit & vrget: horumq; cauſa nullis neq; ſumptibus, neq; laboribus, qui tamen rationabiles ſint, parcere debebimus. Omnibus nanq; virtus digna eſt. Quantùm autem interna hæc in nobis augeſcit ſtrenuitas ac bona opera, tantùm quoq; ſemper ſcientia hæc in nobis augetur & creſcit. Cuiuſlibet enim horum profectus, alterius cauſa eſt: & ita ſemper coniuncta ſint oportet. Semper igitur in libera noſtra voluntate viuidam quandam geremus ſtrenuitatem ac diligentiam erga virtutes omnes, ſicque etiam tertiam lucernam noſtram oleo inſtructam habebimus: cui tum verum ac congruum imponemus ellychnium, illud videlicet, vt cunctos actus & opera noſtra diuino offeramus honori: & ita oleum noſtrum ſcientiæ dono incendet & ardebit, vndè nos intùs illuſtrabimur ac feruefcemus. Tum verò foràs nos recipiemus ad omnigena opa bona, rurſumq; intrò nos conferemus cũ intima erga DEVM appetentia vel delectatione, atq; inter hanc extrouerſionem ac introuerſionem, ſeu exitum & introitum noſter intellectus commorabit, & vtriq; faciet ſatis. ET hîc iam ſemper nos in claritate tam foris quàm intùs renouabimus: quandoquidem vtrinque ſeu vtrobiq; virtutem vnam primariam, Deiq; donum habemus. Id quod pulchrè ſatis & appoſitè binæ illæ lucernæ, haſtili vtrobiq; proximæ, ſignificant. Cùm autem hunc in modum intùs & foris in virtutibus & claritate nos renouamus, iam noſtra incaluit ac ferbuit ratio: tumq; diſcretionem adepti ſumus, quæ proxima eſt virtutum omnium ratio ſiue modus. Iam quoq; hyacinthinum, id eſt, cęruleum teximus colorem, qui proximus eſt noſtrarum cortinarum color. Etenim in ſupioribus dictum eſt, vt per iuſtitiam ac primum Dei donum, innocentiam obtineamus, quam illic primum eſſe modum ſeu ratiõem diximus, in qua virtutes oẽs, diuino freti adiutorio, inchoamus. Porrò diſcretio hæc, id eſt, ratio noſtra diuinitùs illuminata, & intùs & foris proximam nobis cunctis in virtutibus demonſtrat ac indicat veritatẽ. Sed iam latiùs vtroque in latere cum lucernis, cum donis & cum virtutibus eò pertinentibus, foràs progrediamur.

Oleum quĩ nr̃m ſciæ dono incẽdendum.

Innocentia.

¶De Conſilij dono. Cap. XXVIII.

EA nimirùm, quæ dextro in latere cãdelabri, tabernaculi intima verſus, pxima hinc ſequitur lucerna, donũ cõſilij nobis figuratè deſignat. Quod quidem conſilij donum, internus quidam intrò trahẽs tractus vel inſtinctus eſt Spirituſſancti, voluntatem noſtram ſeu vim amatiuam intùs permouẽs, exigensq; à nobis, vt omnem mundi fugiamus occupationem & inquietudinem, itemq; homines quoſcũq; foràs nos pellicientes atque trahentes, necnon omnem internam multiplicitatem, & vt ſpiritûs amemus vnitatem ſiue vnionem. Quę eadem etiam Chriſtus nobis conſulit, vbi ait: Vnum eſt neceſſarium: &, Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quę habes, id eſt, miſſa fac externa omnia, ac in teipſum ingredere, & ita ſequere me in pace interna, in vnitate & quiete. Huic ergo cõſilio ſi morem nos geramus, omni multiplicitati emorimur: ſicq; quartam adipiſcimur virtutem principalem, quę eſt, amans vel amoroſa in vnitatem noſtri inclinatio vel propenſio. ET ita nos inclinãtes, amanter in vnitatem propendemus, & omnem obliuioni tradimus multiplicitatem. Atque hoc eſt quod Propheta regius ait, noſtræ ſcilicet loquens potentiæ ſeu vi amatiuæ: Audi filia cõſilium Domini, & vide vnitatem, & inclina aurem tuam in ipſam vnitatem, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui, id eſt, omnem occupationem & creata omnia. ET tunc concupiſcet rex decorem tuum, quoniam tum ipſe eſt Dominus DEVS tuus, & adorabunt eũ cũctæ vires tuæ. Atq; ita nos perpetuò illi ſacrificia offeremus ac munera. Etenim vis noſtra amatiua ſeu voluntas perpetuò ac continenter in vnitatem ſpiritûs noſtri ſeſe inclinabit ac propenſa erit: & hoc ipſo quarta lucerna noſtra, id eſt, vis amatiua,

Luc. 10.

Mat. 19.

Pſal. 44.

oleo

oleo plena erit ac abundabit. Iſthæc nanq; amans vel amoroſa noſtri in vnitatem inclinatio ſeu propenſio, æternæ pacis noſtræ oleũ eſt, quo nos omnes profligamus ac depellimus hoſtes noſtros, ac perpetuã in Deo requiem adipiſcimur, modò tamen congruũ & quale oportet, ellychnium in eo geramus, ita vt ſpiritûs noſtri vnitas, in Dei demergat & excidat vnitatem: Sic enim vnitatẽ noſtrã in Deo fundatam inuenire poterimus: vbi tum oleum noſtrum Domini conſilio accendit & ardet: & hoc pacto internã adipiſcimur ſimplicitatem, in qua nos clarificatam ſeu illuſtratã ſpiritalem conuerſationem noſtram coram Deo fundare debemus: & ita intrò verſi manebimus, Deusq; æternò in nobis commorabitur, nosq; viciſſim in Deo.

¶De dono pietatis. CAP. XXIX.

AT verò quinta lucerna, quæ iam ſequitur, foràs nos recipiemus. Siqdem collocata ea erat in altero latere proxima quidem haſtili, vna excepta, itidemq; extrema ſiue extima præter vnã. Significat autem lucerna hæc donum pietatis. Nã quemadmodùm Deus omnipotens per ſeipſum ſemper in vnitatem introuerſus eſt, ita etiam ad creaturas omnes gratia ac pietate ſua extrouerſus eſt. Cumq; hanc intra nos ſuſcipimus ac ſentimus pietatem, illi morigeros & obſequentes nos prębere debemus. Nam conſilij donum ob introuerſionem, at ſcientiæ ob extrouerſionem diuinitùs nobis confertur: & ſingulo cuiq; dono obtemperãdum ac obſequendum eſt. Etenim inter Dei ac proximi charitatem commorari debemus: ſicq; iuxta charitatis inſtinctũ ac motionẽ, amãter nos & intrò & foràs recipere valebimus. Per ipſum autem Dei donum ac amãtem noſtram extrouerſionem quinta in nobis virtus primaria excreſcit, ipſa videlicet miſericordia, quę noſtra emollit corda, omniumq; facit neceſſitatibus condolere & compati: adeoque oleum illud eſt, quo cũcta ſanãtur vulnera. Vndè etiã ſemp nobis in quinta lucerna noſtra, id eſt, libero affectu vel appetitione noſtra, circũferenda eſt. Miſerebimur autem omnium neceſſitudines & calamitates ob honorem DEI, habituri proindè rectæ intentiõis ellychnium in hoc oleo noſtro. Porrò in neceſſitudine noſtra promanantem Dei liberalitatem ſeu pietatem amãter adſpectabimus, eiq; nos amanter dedemus ſiue trademus: atque ita ellychnium noſtrum dono pietatis eius incendit & ardeſcit, ſicq; nos tam in virtute quàm in dono ſemper creſcimus ac renouabimur. Cùm enim diuinam in nobis ſentimus pietatem, liberalitas ſeu largitas in nobis naſcit, quæ tertia virtutum ratio vel modus eſt, eaq; nos purpuram teximus, colorem tertium cortinarum noſtrarum. Vbi autem ex ipſo fundo liberales ſumus, ſeu intima liberalitate præditi, iam nos continere non valemus, quin ſemp intrò influamus in vnitatem, itemq; per miſericordiã foràs pmanemus. Cuius nos exemplũ propriè in Chriſto reperimus: qui ſeipſum totũ dedit Patri in ſimplici vnitate: & hoc ipſo intrò ingrediebatur, arduumq; ſpiritûs conſilium in amore ſequebatur: itidemq; nobis totum ſeſe ac omninò dedit viuens ac moriens, & in præſtantiſſimo ſuo ſacramento: ſicque amanter gratia & pietate ſua liberaliter foràs egreſſus eſt, adeoq; in omnem nobiſcùm permanſurus eſt ęternitatẽ, ſi tamen nos vi noſtra amatiua inter eam quę in vnitatem fit introuerſionem, & cum pietate extrouerſionem, commorari volemus, & cuiq; ex his morem gerere.

Donũ pietatis qua lucerna ſignificetur.

Miſericordia qd virtutis ſit.

Largitas quĩ in nobis naſcatur.

¶De dono fortitudinis. CAP. XXX.

SEQVITVR hinc ſexta lucerna, vltimus candelabri noſtri à dextra parte decor & ornamentum. Et figuratè quidem lucerna hęc donum fortitudinis deſignat, quod intùs nos mouet, poſcitq; & exigit à nobis, vt vltra ea omnia quæ Deo diſſimilia & impari a ſunt, ſemper animo ſubleuati ſimus: itemq; docet nos, vt neq; noſipſos, neque vires noſtras alicuius pẽſi habeamus, vel ne de his quippiam magnificè ſentiamus, ſed vt ſponte ac liberè diuinæ nos virtuti ac potentię tradamus, in eaq; omne poſſe noſtrum ſeu totam virium noſtrarum facultatẽ fundemus, futuri hocipſo in omni pugna & concertatione ſecuri. Cui ſi nos exactioni obtemperare velimus, libera voluntas noſtra diuinæ vnitur virtuti ac potentiæ, atq; indè veram nos ſentimus pœnitentiam, omnem dubitationem, diffidentiam, formidinem, & voluntatis inconſtantiam ac mutabilitatem à nobis auferentem, & in dono fortitudinis nos firmantem ac conſtabilientem. In hac porrò fortitudine certã ſpem

Fortitudinis donum qua lucerna ſignificetur.

Magnanimitas.

concipimus, nunquàm nos in mortiferum aliquod vitium lapsuros: vndè tum sexta exoritur virtus principalis, quæ est honesta magnanimitas: qua præditi, nullo negocio cõtemnimus quicquid vitiosum est, & caduca ac labentia cuncta paruipendimus. Non enim isthæc curamus: neque formidamus quenquam, nec in aliquo spem præcipuè collocamus nisi in Deo: neminem neq; magnum, neq; potẽtem ducimus, nisi Deum. Animi nanque honestas cum diuina virtute coniuncta, vltra omnes nos creaturas euehit, poscitq; à nobis vt Deo famulemur, gratesq; laudesq; agamus, & eum adoremus. Atq; ita in sexta lucerna nostra vitæ æternæ oleum cõtinemus. Cumq; Deum animo libero, sublatis ac erectis viribus, & cunctis actibus nostris laudamus, iam planè viuidi, robusti ac inuicti & insupabiles sumꝰ: quantoq; tum acriùs impugnamur ac tentamur, eo sumus robustiores: quandoquidem Dei certamus virtute, quæ prorsus insuperabilis est. Et semper quidem ac perpetuò excelsus animꝰ noster reuerenti ac honorifica cum laude sursum tendet ad Deum: sicq; reges vncti erimus, & ex omni certamine palmam semper feremus, viuumq; nostræ salutis oleũ reportabimus: modò tamẽ rectæ intẽtionis ellychnium illi impositum habeamus, ita vt magnanimitas nostra planè sentiat, longè maiori Deum Opt. Max. tum laude, tum honore dignũ esse, q̃ creaturæ omes illi exhibere queãt. Neq; enim satis eũ pro dignitate laudare valemus. Cùm em illius cõtemplamur magnitudinem ac maiestatem, tam nos simplices efficimur, vt modum omnem amittamus, & quanam ratione Deum laudibus vehere debeamus, incertum nobis sit. Et ita quidem laudando, in illius laude semper deficimus: & deficiendo, spiritus noster gaudium sentit, & salutem, ac beatitudinem: & hinc ellychnium nostrum virtute noua accenditur: simulq; animus noster denuò impetu quodam concitatur: & ita nos continenter nouę laudis oleum apportamꝰ, dicimusq; cum virgine Matre: Magnificat, id est, magnificè laudat anima mea Dominum. Et exultauit spiritꝰ meus in Deo salutari meo. Quæ nimirùm vita planè cælestis est.

Deũ satis dignè laudari nunquàm posse.

Luc. 1.

¶De dono timoris Domini. Caput XXXI.

Septima demum lucerna, quæ iam sequitur, à parte sinistra cãdelabri extima est, & vltimum candelabri nostri ornamẽtum. Per eam autem, timoris Domini donum accipimus, quo omnem virtutum decorem ac ornatum & inchoamus, & perficimus, & æternò possidemus. Etem cum amore & reuerẽtia coniũctus timor, pmanet in seculum seculi, eumq; nos Deo debemus. Timorq; iste propria nos voluntate despoliat, & efficit vt sentiamus nõ nostri iuris, sed Dei proprios nos esse. Omne quoq; peccatum depellit, ac deinceps à peccatis nos pseruat, & ad virtutes omes, cunctosq; actus & opa bona nos incitat, omemq; cruciatum facilè tolerat. Cùm em Deus ipse illius ferat onera, nulla eum necessitas, nulla afflictio pgrauare potest. Huius timoris quisqs expers est, is idem omni quoq; gratia & virtute caret. Eam ob rem cumprimìs necessarium nobis est nosse, quanam ratione timorem hũc adipisci queamus. Initium quidem timoris Domini, internus quidã horror est, immissus ac incussus nobis à Deo, dum nostra nobis errata & vitia ob oculos statuit ac demõstrat, ijsdemq; intùs nos reuerberat ac perterret, simul etiam intelligere nos facit atq; agnoscere, quàm exigui sumus ad illius immensam maiestatẽ ac magnitudinem, coram qua angeli cõtremiscunt, & cui resistere nullus potest. Et hæc Maiestas ac magnitudo illius, ęternò se nos abiecturam ac reprobaturam comminatur, nisi humilem ob cunctas culpas & peccata nostra agẽdo pœnitẽtiam, ipsi subditi ac obtemperãtes simus. Sapiẽtia illius ob maleacta nostra nos obiurgat ac reprahẽdit, & intima nostra perspicit: iudicabitq; nos quãdoq; ex iustitię prescripto, & ab ęterno nos regno excludet ac exhęredabit, ni morẽ illi geramus, attẽdamusq; institutiones & doctrinas illius, & iuxta eas vitam agere cõnitamur. Bonitas eius nostram incusat & coargnit infidelitatem, suamq; ęternam nobis ostendit ac proponit fidelitatem, qua nos ab omi ęternitate summè dilexit, & in hoc exilio amantissimè requisiuit: cõminaturq; nobis, se ęternò nobis alienam prorsus futuram, nisi resipiscamus, ac reuersi cum ipsa in gratiã & cõcordiam redeamus, & virtutibus nos exornemus. In his igitur si Deo obsistamus ac reluctemur, & eius dona cõtemptui habeamus, iam planè peiores efficimur, ac magìs magisq; inidonei & imparati ad illius dona capessenda & percipien-

Psal. 18.

Timoris efficacia.

Timor dñi qui obtinendus.

Maiestas Dei quid nobis suggerat.

Sapientia.

Bonitas.

enda, & virtutes colendas ac ppetrandas. Porrò cùm ex formidine quadam, qua nobisipsis timemus, nõ autẽ ex Dei amore bona aggredimur opa, timor istiusmodi seruilis est: & donec bonos actus & opa charitati iungamus, nihil aut parùm illis meremur. Itaq; nosipsos ex amore abnegabimus, & humili cum reuerentia, institutionibus, doctrinis & obiurgationibus Dei obtemperabimus: sicq; donum hoc amabile, castum Domini percipiemus timorem, permanentem in seculum seculi, & tam in ista quàm futura vita. Indè iam maiestati ac magnitudini illius spontè subditi erimus, sapientiæ obediemus ac auscultabimus, & cum eius bonitate consentiemus, concordabimus ac vniemur: erimusq; flexibiles ad ipsius voluntatem, & timore illius adimplebimur: & ita animi fastus, audacia & elatio ex nobis depellet, & septimam virtutem principalem obtinebimus, putà humilitatem cũ timore & amanti erga Deum reuerentia cõiunctam. In quibus nos omnem fundabimus vitam nostram. Humilitas nanq; cum timore cõiuncta, obedientes, patientes, nihil admodùm curantes, sed potiùs paruipendẽtes nosipsos, culpas ac defectus proprios nunquàm nõ agnoscentes & confitentes, atque planè persuasum habentes nos efficit, omni honore & quibuslibet rebus bonis indignos nos esse. Facit insupèr timor humilis, diuinis & Ecclesiæ nos parére mãdatis. Itemq; docet ac hortat nos parcè vtì verbis, nisi vtilitas aliud exigat: sensibus frenũ inijcere, & corde, moribus, habitu ac omni demum conuersatione humiles ac modestos esse. Denique hoc oleum est, quod nos Deo in septimam lucernam nostram offerre debemus. Huic autem rectæ intentionis ellychnium adhibebimus, illud videlicet, vt mens & intentio nostra sit, humilitate nosipsos nihilipendere ac exinanire propter honorem Dei. Dum autem ita nos annihilamus, humilitatem sentimus modi expertem, cuius fundum nemo attingere vel peruestigare queat. Ipsa enim fundi nostri quies est, & cunctis virtutibus profundior. Quam cùm nos sentimus, neque DEVM satis extollere, neq; nos satis abijcere ac deprimere nostro pro desiderio & amoris nostri exactione valemus. Sed deficimus vbique, & deficiendo requiem & salutem & beatitudinem sentimus. Atque hic ellychnium nostrum nouo ac amanti & filiali incẽditur timore: vndè porrò noui ac recẽtes humilitatis cunctarumq; virtutum actus prodeunt & emergunt, quibus nos singulis renouamur horis. Per ipsum igitur amabile timoris Domini donum, in æterna descẽdemus humilitate: & per donum fortitudinis, cum perenni laude in DEVM ascendemus: & inter ascensum hũc in laude, & cùm humilitate descensum, charitas in nobis exercetur, quarta videlicet virtutum omnium ratio siue modus. Sicque coccineum teximus colorem, instar flammæ rubicundum, qui cortinarum nostrarum color quartus fuit. Donum nãque fortitudinis, amoris in nobis ignem struit, concitat, poscitq; à nobis, vt cunctis pariter assumptis & collectis creaturis cum æterna laude ad Dei celsitudinem ascendamus. Donum autem timoris, eundem in nobis amoris ignem struit & commouet, exigitque à nobis, vt coram diuina maiestate ac celsitudine cũ creaturis omnibus, cum reuerentia ac humili cultu & famulatu nos demittamus ac humiliemus. Sic nimirùm Christus IESVS Dei filius secundum humanitatem, quę omnium nostrùm exẽplar est, vitã exegit suam. Cũq; hiscè duobus nos satisfacimus, coccineus ac flammeus diuini amoris in nobis color viuit: efficimurq; Christi similes, eidemque vnimur, qui scilicet donorum ac virtutum omnium plenitudo est: per quem nos dona cuncta suscipere, & virtutes oẽs operari possumus: sine quo nec valemus, nec habemus quicq̃ penitùs. Quapropter illius necesse est spiritum vt percipiamus cum septem principalibus donis eius: quibus tum septem has virtutes primarias consequemur: id quod septem nos lucernæ instituunt. Singulæ nanque virtutes & vniuersæ in donis DEI viuant oportet, si tñ virtutes esse debeant: & in vnaqualibet virtute quatuor nobis habẽdæ sunt proprietates, quæ sunt quatuor illæ rationes vel modi, quos suprà commemorauimus. Etenim in singulis virtutibus innocentes, discretos, liberales, & charitate plenos sentiamus nos oportet: & hi quatuor colores sunt cortinarum, quibus obtegebatur tabernaculũ. Vndè etiam singularum vel omniũ cortinarũ longitudo viginti & octo cubitos obtinebat: siquidem virtutes septẽ ratiõe quadruplici cultæ & exercitatæ, cubitos octo & viginti efficiunt: & decem præcepta eodem quadruplici modo exercitata, cubitos quadraginta faciũt: In his autem septem virtutibus primarijs & decem præceptis omnis vitæ perfectio exercetur.

Timor seruilis qs aut qualis.

Psal. 18.

Humilitatis laus & efficacia.

Timoris humilis energia.

Septimæ lucernæ oleũ.

Suam qui vitã exegerit Christus.

Plenitudo virtutũ omis quis.

Virtutes in donis Dei viuere.

¶De

¶De septem emunctorijs aureis, & purgamentorum receptaculis. Caput XXXII.

Emũctoria quid.

Forcipes aureæ seu aurei, quid.

Forcipũ loco mysticè nobis vtenda, quæ.

Virtutes q̃b⁹ cur quasi ignotæ futuræ.

Intentionis quãta exigatur simplicitas.

Resecamentorũ demersio.

Iussit deindè Dominus, vt emunctoria quoq;, & vbi, quæ emuncta essent, extinguerentur, de auro purissimo fierent. Hęc emunctoria, septẽ forcipes aureæ fuêre, quibus adusta ellychnia repurgarẽtur ac resecarentur, quo lucernæ clariùs lucerent: erantq; lucernis singulis singulæ adiũctæ forcipes. Quòd autem ad spiritalem rationem attinet, docẽt nos septem aurei forcipes isti, Dei Spiritum septem donis suis in spiritu nostro amabilem quandã struere inquietudinem: quæ quidem inquietudo septiformis est. Etenim dona septem ad eiusdem numeri virtutes primarias nos mouent ac incitant, singula dona ad virtutes singulas, quemadmodùm antè explicauimus. Cùm igitur in aliquo dono virtutẽ aliquam perficimus ac perpetramus, eamq; Deo offerimus, ibi tum isthanc sentimus inquietudinem. Nam singulum quodq; donum, virtutis renouationem exigit à nobis: & hinc ipsa inquietudo magis ac magis iugiter augmentatur. Isthæc autẽ singuli cuiusq; doni exactio, nostraq; inquietudo, aurei forcipes nostri sunt, quibus adusta ellychnia resecamus, lucernasq; nostras repurgamus. Inter ipsos enim cunctæ virtutes nostræ præcidũtur, ita vt quædam nos capiat obliuio virtutum earum omnium, quas vnquàm ꝓpetrauim⁹, ac si nihil egerimus aut opati simus. Sicq; semper deintegrò seu denuò inchoamus, perindè vt illi qui nihil sunt, statuuntq; operã dare atque conniti, vt quippiam fieri possint. Atq; hoc pacto virtutes nostræ nobis incognitæ & nullius pẽsi ac existimationis manẽt. Singula nãq; dona id flagitant ac exigunt, vt deintegrò absque retrospectiõe incipiamus: quemadmodùm lucernæ cùm purgatæ sunt, tum denuò clariùs lucent. Itemq; poscũt singula dona, vt animo minimè pacato singulis quibusq; Dei instinctibus siue motionibus obtemperemus: & ita magis ac magis illustrari, & continenter in virtutibus ac donis renouari poterimus. Modò em̃ nos parati simus, bona cuncta in nobis renouare vult Deus. Instrumẽta verò illa, in quibus quæ emuncta essent, extinguerentur, aurea septem vascula fuêre. Quęlibet nãq; lucerna suum habebat vasculum vel receptaculum aureum cum aqua, in qua ellychniorum purgamenta seu resecamẽta extinguebãtur, ne aut tetrum odorem, aut atrum & obscurum fumũ in Dei tabernaculo redderẽt. Quibus nimirùm id nos edocemur, quodlibet donum id à nostro exigere spiritu, vt intentio nostra in qualibet virtute primaria tam simplex sit, vt amorosum quendã ad Dei vnitatem in nobis sentiamus excessum. Quod etiam in Christo nostrũm omnium speculo facilè potest animaduerti. Is enim in qualibet ab ipso peracta virtute, tam amãter excessit spiritu, vt cum amore paternam inuiseret vnitatẽ. Et his illius amantissimis excessibus, quibus in qualibet virtute primaria ad Patrẽ sese recepit, omnes nostros iungemus ac vniemus excessus. Illius nãque amãtissimi excessus, aurea nostra vascula sunt, plena aqua, id est, iustitia & veritate: in quas nos adusta ellychniorũ nostrorum resecamenta demergemus, hoc est, cunctos virtutũ nostrarum, quas perpetrauimus, actus in eis extinguemus ac immergemus, illius eos iustitię & veritati commendantes, & pręclarissimis eius meritis vniẽtes: alioquì cunctarum virtutum nostrarum ellychnia coram Deo & omnibus Sanctis eius fumum fœtoremq; dabunt.

¶De pondere candelabri. Cap. XXXIII.

TEXTVS Exod. 25.

AIT porrò Dominus Moysi: Omne pondus cãdelabri cum uniuersis uasis suis, habebit talentum auri purissimi. Inspice, & fac secundum Exemplar quod tibi in monte monstratum est.

Taléti quanta diuersitas.

Hoc genus põderis, quod hîc Talentum dicitur, apud Iudæos grauissimum ac maximum erat: quanquàm idem triplex apud eos erat, putà Mercatorum, quod habebat libras quinquaginta: Ciuitatum vel Ciuium, quod septuaginta: & Sanctuarij, quod centum & viginti libras cõtinebat. Ex quibus perspicuum fit, vnum Sãctuarij talentum, reliqua duo, Mercatorum ac Ciuiũ, pondere exæquasse. Atque huiuscemodi pondus talenti Dominus Deus candelabrum suum cum vasis ipsius habere voluit, & quidem auri purissimi. Itaq; hoc grauissimo

auri pondere æternum nos charitatis pondus accipimus, quam nos DEO debemus. Qui enim nobis erga DEVM gerendus est amor, is tãti sit põderis oportet, vt & nobisipsis & cũctis rebus præpõderet, nec possit vnquàm vel consolationem reperire aut requiem, præterquàm in charitate illa, quę DEVS ipse est. Quãobrẽ affectos nos sentiemus, velut mercatores prę-sentis seculi ac ciues supernę Hierusalem. Tãtus enim sit amor noster in hac vita necesse est, vt caducis omnibus ac fluxis reb⁹ prę-ponderet: atq; ita nos talentũ habebimus, id est, maximũ mercatorum pondus. Siquidem mercatura vel negociatio, mutua quædã permutatio est, qua res chara chariori commutat. Quisquis autem æterna deserit, ijsq; præfert ac potiora ducit temporaria, is mercator rectè dici nõ potest. Non enim ꝑmutat, sed bona sua omnia pro rebus nihili tradit. Nam tametsi totum is mũdum obtineat, si deserat DEVM, nihil habet: cùm sine Deo omnia nihil sint. Si igit̃ amoris nostri pondus rebus omnibus præponderare volumus, cor sensusq; nostros occludamus, & sub diuinis cohibeamus ac refrenemus mandatis necesse est. Enimuerò sensus quilibet incustoditus, ad terrenum gustum, commodum, solatium nos inordinatè foràs educens ac pelliciens, velut ostium est in mortem ęternam nos seducens. At verò cum ęterna ac semper mansura, tam nobis intùs benè placent ac sufficiũt, & explent animũ nostrum, vt cuncti externi sensus nostri à quibuslibet rebus extraneis expediant̃ ac intrò pertrahant̃, ita vt singulis quibusq; sensibus foris ac intùs Dei exequi prę-cepta possim⁹, id demũ amoris põdus est, quod ad verum mercatorem pertinet: atque hoc ipso illi nos negociatori similes sumus (de quo Dominus ait in Euangelio) quęrenti bonas margaritas, id est, lapides precioso: inuentaq; vna preciosa margarita, cũcta sua vendenti, eamq; comparanti. Attamen charitatis nostræ põdus adhuc grauius sit oportet. Quanuis enim hîc velut mercatores nos sentiamus, insupèr tamen etiã vt cælestis Hierusalem ciues nos sentiemus. Et hac de re charitatis nostræ talentũ, tanti debebit esse ponderis, vt eadem ipsa charitas nostra nobisipsis præponderet, & absque intermissione demergat̃ in DEVM. Hoc videlicet æternum amoris põdus est ad ciues pertinens. Cùm em̃ angelici spiritus inæquali ac dissimili amoris exercitatione inter sese in cælis cõcertarent ac præliarent̃, quotquot ex illis sese abnegabant, & cum amore in DEVM se demittebant ac immergebant̃, ij iustitiam operabantur, & hocipso palmam obtinebant & victoriam, Beatiq; & felices effecti, Deo vniebãtur, & per amorem mutua inter se cõcordia deuinciebãtur, & ita ciues permanserunt, ciuitatemq; Hierusalem supernam cum Deo in perpetua pace possident. Quotquot autem sibijpsis placebant, & cum amore sibijpsis inhærebant ac innitebãtur, illi nequiter ac infideliter agebãt: ideoq; victi ac debellati & despecti sunt ac in Tartara detrusi, sempiternis plenis cruciatibus. In quorum locum & ciuitatem, quam illi amiserunt, si nos introduci, eamq; possidere & in illi⁹ ciues ascribi delectat, iustitia nobis colenda ac sectanda est, hæc videlicet, vt vsq; adeò nobis cordi sit & placeat, sufficiatq; Dñs DEVS noster, vt nosipsos modis omnibus abnegemus, & in qualibet virtute primaria tantum habeat ponderis charitas nostra, vtì nos diuinæ charitatis sentire faciat vnitatem: quæ tum nostrum transformabit, consumet, & in vnam quodammodo secũ essentiam absorbebit amorem. Et hoc pacto illud quoq; charitatis talẽtũ, quod ciuiũ est, perficimus: qñquidem totã hæc amoris legem adimplet ac perficit. Atq; hoc ipso Beatis spiritibus similes efficimur, & Christo vnimur, vtpotè aureo candelabro nostro, qui in omne æuum in aula gloriæ cælestis nostrũm omnium lucifer erit. Iam quòd Dominus candelabrum hoc in australi tabernaculi parte collocari voluit, illius hæc est mystica significatio, Dominum nostrum IESVM Christum cũ omni suo ornatu ad dextram interni tabernaculi nostri consistere debere, vt ex illius illustratione perspiciamus, vtì modis omnibus viuere nos conueniat. Deniq; etiam hęc addidit Dñs: Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Quibus verbis ad-

cęlestiũ qnãta prę terrestrib⁹ habenda cura.

Mercatura.

Cũcta nihil absque Deo esse.

Amoris põdus mercatoriũ quod.

Matt. 13.

Charitatis põd⁹ ciuile.

Esa. 14.

Cãdelabrũ curi australi parte locatum.

monemur eundem in modum vnumquẽlibet hominẽ introſpicere debere, & tum CHRISTVM, tum ſeipſum attendere & conſiderare, & conuenienter illis, quæ nos hîc tradidimus atque docuimus, agere ac operari.

¶De altari Thymiamatis. Cap. XXXIIII.

TEXTVS Exod. 30.

SED iam cum figura penitiùs introgrediamur.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Facies quoque altare ad adolendum thymiama de lignis ſethim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id eſt, quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipſo procedent, ueſtiesq; illud auro puriſſimo, tam craticulam eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. Faciesq; ei coronam aureolam per gyrũ, & duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera, ut mittantur in eos uectes, & altare portetur. Ipſos quoque uectes facies de lignis ſethim, & inaurabis. Ponesq; altare cõtra uelũ, quod ante arcam pẽdet teſtimonij coram propiciatorio, quo tegitur teſtimonium, ubi loquar tibi. Et adolebit incenſum ſuper eo Aaron, ſuauè fragrãs. Manè, quando componet lucernas, incendet illud: & quando collocabit eas ad ueſperum, uret thymiama ſempiternum coram Domino in generationes ueſtras. Non offeretis ſuper eo thymiama compoſitionis alterius, nec oblationem & uictimã, nec libabitis libamina. Et deprecabitur Aaron ſuper cornua altaris ſemel per annum in ſanguine, quod oblatum eſt pro peccato, & placabit ſuper eo in generationibus ueſtris. Sanctum ſanctorum erit Domino.

Altare nm quod.

Hactenùs verba Bibliorum, quæ dum explico, attentum lectorem eſſe velim. Subleuata libera voluntas humanitatis Seruatoris noſtri, omnium noſtrûm in conſpectu DEI PATRIS altare eſt. Et in ipſo Aaron ac filij eius, id eſt, Chriſtus & ſectatores illius, perpetuò adolebunt ac offerent PATRI cæleſti thymiama gratiſſimi odoris, hoc eſt, omnes illas virtutes internas, quas Chriſtus ipſe perpetrauit, quæq; vnquã perpetratæ ſunt & ꝓpetrabũtur à cunctis hominibus bonis, idẽ ipſe Chriſtus IESVS Dominus noſter ſuo offeret PATRI, & nos oẽs vnà cum illo offeremus. Hoc autem venerandũ altare, vnum duntaxat cubitum longum, itemq; latum eſt. Etenim libera ſanctorum ac bonorum omnium voluntas, vnum eſt cum Chriſti IESV voluntate, cuius (vt diximus) libera voluntas, noſtrûm omium altare eſt: vtpotè in qua omnes nos vnius animi ac ſententię, vnius voluntatis, eiuſdẽq; libertatis viuimus, quæq; nos omes æternò in ſe circumplectitur. Atquì altare hoc in altitudinem duos obtinet cubitos: ſiquidem libera humanitatis Chriſti voluntas ſubleuata eſt tum patris potentia, quę prior cubitus eſt: tum ſuisipſius meritis, quæ ſunt alter cubitus. Ipſe nanque ait: Pater meus vſque modò (id eſt, ex omni æternitate) opatur, & ego opor. [Procedẽtq;, ait DOMINUS, ex altari hoc cornua,] videlicet quatuor: nam quadrangulum eſſe debebat. [Et deprecabitur Aaron ſuper cornua altaris ſemel per annum in ſanguine, quod oblatum eſt ꝓ peccato] populi Iſraelitici, [& placabit ſuper eo in generationibus veſtris.] Etenim altare hoc cum ſacrificijs ſuis [ſanctum ſanctorum erit Domino.] Quæ quidem ſi ſecundum ſenſus accipiamus, altare iſtud crucis Dominicę figuram gerit, quę quatuor habuit cornua, id eſt, extremitates quatuor: ſuper quibus Aaron, id eſt, Chriſtus ſemel deprecatus eſt, non in ſanguine hircorũ aut vitulorũ, ſed proprio ſanguine ſuo, quẽ pro peccatis populi ſui obtulit: ſicq; placauit Patrem in omnibus ſuis ad ſe pertinentibus. Idemq; altare crucis, ſanctificatum eſt precioſo ſanguine illius, ex capite, ex pedibus, ex manibus eius largiter promanãte, & quatuor crucis cornua mirificè exornante. Iſta, inquam, poſſint ſecundum ſenſus ita accipi. At mihi de interno liberę volũtatis eius altari ſermo eſt, quod Domino ſanctũ ſanctorum eſt, itemq; quatuor cornua habet magnæ virtutis ac decoris. Etenim libera hęc illius voluntas obedientia ſe demiſit, naturamq; illius corpoream ſupauit, ac morti obtulit, et quidem morti crucis: qua re noſtram occidit mortem, & ea omnia debellauit ac vicit, quæ nobis officere poſſint, & eſſe impedimento, modò tamen ipſi obtemperare velimus: & hoc cornu primũ eſt, quod omnem humilitatis profunditatem attingere poteſt. Eadem quoq; libera eius voluntas, ad æternam Deo patri præſtãdam ac exhibendam laudem & honorem ſeſe ſubleuauit: in quo nobis imitãdus eſt DOMINUS IESVS, ſi DEVM in illius gloria cõtemplari volemus. Et iſtud alterũ cornu eſt, quæ vltra omnis altitudinis verticem ſcandere poſſit. Tertiò libera eius voluntas ad dexterã liberè proceſſit, veritatẽ & virtutes verbis ac vita docẽdo ac exercendo. Quod idẽ nos quoq; ſentiamus oportet, ſi virtutibus locupletes eſſe velimus: eſtq; hoc cornu tertium, quo omnis noſtra latitudo corroborari ac exornari debet. Quartò deniq; libera humanitatis Chriſti voluntas, etiã ad ſiniſtram promanauit cum gratia, clementia & miſericordia erga neceſſitates omnes tum corporeas, tum ſpiritales: idemq; etiam nos ſentire debebimus, habituri indè cornu quartum, quo gratiam obtinebimus & gloriam in longitudinem dierum, id eſt, in æuum ſempiternũ. Habebat præterea altare iſtud in medio craticulam (vt opinor) ex lignis ſethim, aureis obductam laminis, in qua thymiama adoleretur ad honorem Dei, & cõſummationem ſiue perfectionem ſacrificiorũ q̃ Deo offerebanẽ. Iſthæc craticula occultã ac liberã illã deſignat reuerẽtiam, quã libera humanitatis DNI voluntas erga ſempiternam gerit diuinitatem. Cuius reuerẽtiæ quãto nos plùs in nobis ſentimus, tãto DEO viciniùs ac ꝓfundiꝰ vniti, & in maiori libertate firmati ac ſtabiliti ſumus. Siquidem omniũ noſtrûm occulta erga Deum reuerẽtia, vnum eſt cum viuida illa reuerẽtia, quæ in medio liberæ voluntatis humanitatis Chriſti aſſurgit, & fertur in ſublime. Vndè etiam omniũ noſtrûm craticula eſt, in qua Chriſtus vnà cum omnibus nobis cuncta virtutum internarum ſacrificia in Dei patris honorem perenniter adolebit. Porrò altare hoc, & illius craticula, & cornua quatuor foris & intùs ac vndequaq; auro puriſſimo obducta erunt. Libera nanq; humanitatis Chriſti volũtas, & quotquot illi vniti ſunt, in quodã amoris cõplexu ꝓpetuò viuent. Enimuerò hoc altare, illud aureum eſt igniti & ardentiſſimi plenum amoris, quod D. Ioannes vidit ante thronum diuinæ contemplationis. De quo Dominus porrò Moſi imperans, Facies ei, inquit, coronam aureolam per gyrum. Quod eſt, omnes nos in vniuerſum vno, licèt inęquali, in Chriſto gaudio, quod is voluntatis ſuæ libertate emeritus eſt, coronandos ac circumplectendos eſſe: ſed noſtram voluntatẽ in illius abnegemus neceſſe eſt: atque ita & ipſe in nobis, & nos in illo viuemus, & coronã aureolam geſtabimus. Sub hac corona DOMINUS voluit aureos duos annulos per ſingula latera, in quę vectes ex lignis ſethim inaurati mitterentur ad portandum altare. Per hoſce duos vectes ex lignis ſethim, ęternam Dei omnipotentis, eandemq; liberrimam accipimus voluntatem & cognitionẽ: inter quas & fuit, & eſt etiamnum humanitatis Chriſti libera volũtas, quę (vt diximus) noſtrûm omium altare eſt, fixa ac conſtabilita: idq; per circulos aureos, qui & illius & noſtrę quoq; charitatis opera & actus ſignificant. Illius enim libera voluntas amanter ſeſe obtulit ad agenda, omittenda, perferenda omnia, quę Deus ex omni ęternitate ipſum agere, omittere ac ꝓpeti voluit, conſtituit, & præordinauit. Quod nos quoque itidèm in nobis ſentire debemꝰ: & hi duo priores ſunt annuli aurei, quibus æternos Dei vectes circumplectemur. Deindè quemadmodũ Deus ab ęterno pręuiderat, conſtituerat, amauerat, ita ſeſe humanitas Chriſti in ęternam diuinitatis claritatem & amorem amãtiſſimè reſignauit & obtulit: qua in re etiam nos illum eodem modo, quàm poſſumus amantiſſimè, imitari debemus: ſicq; poſteriores duos conficimus annulos aureos, quibus tùm cognitionẽ, tùm charitatem illius ęternò cõtinemus. Si enim Chriſto vniti ſumus, ita cum illo dicimus: Domine Deus, ſicut ſcis & vis, ita fac nobiſcùm in tempore & æternitate. atque hocipſo vitam planè ſuauem ducimus. Ponemus autem altare hoc contra velum, quod ante ſanctuarium ſanctuarij pendet, quo virtutum internarum cortina exprimitur, ita vt virtutes ac veritatem cognoſcere poſſimus: itemq; ponemus ipſum ante arcam teſtimonij coram propiciatorio, quod eſt, ante illum locum, in quo arca cum propiciatorio collocata eſt, hoc eſt, ante locũ diuinæ clementiæ

Ioan. 5.

Altare quũ crucis figuram gerat.

Heb. 9.

Cornu altaris primum.

II.

III.

IIII.

Craticula.

Apoc. 8.

Exo. 30.

Aureola altaris quid.

Vectes duo.

Circuli aurei.

Duo priores annuli aurei.

Velum.

tiæ ac ꝓpiciationis. Neque enim altare hoc intra Sancta ſauctorum conſtitutum erat, ſed in priori parte Tabernaculi, quemadmodùm Dominus Moſi iuxta figurã imperauit. Vbi tum nos Deum ꝓpetuò adorabimus, & ipſe nobis intùs loquetur, ſicut Moſi foris manifeſtè locut⁹ eſt: nosq; illi intùs quidem amore, foris autem virtutum bonis actibus reſpondebimus. [Et adolebit] inqt deindè Dominus, [incẽſum ſuper altari Aaron, ſuauè fragrans. Manè, quãdo componet lucernas, incẽdet illud: & quando collocabit eas ad veſperũ, vret thymiama ſempiternum coram Domino in generationibus veſtris.] Quanam ratione incenſum iſtud adoleri atque offerri conſueuerit, quidq; ſiguificauerit, pòſt Deo donante explicabitur, vbi de ſacrificijs ſermo erit.

Quod ſanct⁹ Paulus thuribuli aurei meminit intra Sancta ſanctorum poſiti, videtur eo hoc ſignificaſſe altare: quod tamen non in ſanctis ſanctorũ, ſed in priori erat tabernaculo. itaque fieri poteſt, vt ꝑter iſtud altare, ad quod bis in die neceſſum erat ingredi, Salomon in tẽplo ſuo multis augmẽtato, etiam huiuſmodi thuribulum intra adytũ poni fecerit ad vſus ſummi ſacerdotis. Vide plura in hiſtoria Scholaſtica Petri Trecenſis.

¶De labio ſeu mari æneo. Caput XXXV.

DIXIMVS iam de ijs, quæ in priori Tabernaculi parte poſita fuere: at nunc de Labio æneo acturi ſumus, foris extra Tabernaculum intra altare holocauſti & tabernaculi introitum collocato. Antè enim quàm ſacerdotes Iudaicę legis ſacras ſumerent veſtes, manus ac pedes abluere iuſſi erant, dicente Domino ad Moſen:

TEXTVS Exod. 30. *Facies & labium æneum cum baſi ſua ad lauandum: poneſq; illud inter tabernaculum teſtimonij & altare. Et miſſa aqua, lauabunt in ea Aaron & filij eius manus ſuas ac pedes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij, & quando acceſſuri ſunt ad altare, ut offerãt in eo thymiama Domino, ne forte moriãtur. Legitimum ſempiternum erit ipſi & ſemini eius per ſucceſſiones.*

Labiũ æneũ. Hoc labio æneo ſenſibilis quędam exprimitur ſtrenuitas, qua vnuſquilibet ſacerdos erga Dei cultum prędituſ eſſe debet. Baſis autem ænea, cui labium hoc impoſitum erat, ſenſibilem aduerſus Deum amorem ſignificat, in quo omnis noſtra ſtrenuitas fundãda eſt. Hoc labium cum ſua baſi quandiu in nobis ſentimus, vitalem diuinę gratiæ & miſericordiæ nobis aquam habemus: in qua ſemper nos lauabimus, antequàm ſacris induamur ornamentis, & ad Dei altare aſſcẽdamus. lauabimus, inquam, nos & expurgabimus cum vera cordis contritione, veraq; pœnitentia in aquis diuinæ gratię & clementię, & cum intima deuotiõe erga diuinam gratiam. Manus autem noſtræ ſunt, inordinatę actiões noſtrę: & pedes ſunt appetitiões inordinatę, in quibus quotidiè delinquimus. Nam tametſi Aaron & filij eius ſancti eſſent, eosq; elegiſſet Deus ex omni illo populo ad cultum ſuum, attamen lauandæ illis erant, manus ac pedes, antequàm in tabernaculum ingrederẽtur ad altare Dei: alioquì morte ſubitaria extincti perijſſent. At verò illorum incenſum non niſi aromatum quædam confectio erat, quam in altari adolebant ad honorem Dei: ſicq; figura duntaxat noſtrarum fuit virtutum internarum, atque precum quas facimus coram Deo. Non eſt igitur fas cuiquam ſuę confidere ſanctitati, ſed ſpem ſuam omnem potiſſimùm in Dei miſericordia collocare: in qua etiam manus abluemus ac pedes noſtros, id eſt, humiliter vera cum pœnitentia corã diuina benignitate & miſericordia queremur ac confitebimur, ſæpiùs nos quotidiè ex quadam negligẽtia delinquere tum actibus, tum appetitionibus & deſiderijs inordinatis: & ita manus pedesq; lauabimus. Habebat verò labium iſtud ſiue lauacrum ſupernè mulierũ ſpecula, quo ſacerdotibus ſeſe loturis in ipſis ſpeculis perſpicuè animaduertere liceret, ſi quã vel in facie vel veſtibus maculam gererent, vt eam abolerent. Eodemq; modo etiam nos ad Dei altare aſſcenſuri, dilucidè nos in rationis noſtræ ſpeculo conſiderabimus: & ſi quã peccati maculam noſtra in facie, id eſt, conſcientia repererimus, eam priùs, quàm aſſcendamus, diluemus. Conſiderabimus itidèm veſtes, id eſt, mores, verba, actus, & conuerſationem noſtram foris inter homines, num quis damnum ex nobis patiatur. Qua in parte omnis, quam præſtare ac noſſe poteſt, cuique adhibenda opera eſt, ne quiſquam ipſius occaſione ſcandalum

Baſis ænea. Qua nos lauãdi aqua. Manus. Pedes. Specula. Veſtes.

lum patiat: alioquì nunquã ipſe à Deo exaudiet, cùm indignus ſit, qui in ſuũ internũ admittatur tabernaculum, vbi Deum adoret. Vndè etiam labium iſtud ſiue lauacrum inter tabernaculi introitum, vbi aureum erat altare, & alterum altare holocauſtorum, in quo pecora immolabant, poſitum erat: hac videlicet ſignificatione, hominem noſtrum externum per virtutes morales, honeſtam cõuerſationem & aſperę pœnitẽtię ſtudium, in externo noſtro Tabernaculo Deo offerre nos debere: itẽq; hoĩem noſtrũ internũ per virtutes internas, exercitia ſpiritalia, intimas ac pias preces in aureo altari noſtro: atq; hoc pacto & egrediemur & ingredimur in Dei cultu ac famulatu. Verùm prohdolor quotidiè in his ſæpenumerò impedimur, idq; cordis tum inſtabilitate, tum multiplicitate. Quapropter labium hoc habebimus, id eſt, ſenſibilem quãdam ſtrenuitatem inter introitum & exitum noſtrum: idemq; labium in ſenſibili erga Deum amore ceu baſi fundatum erit: ſicq; labium noſtrũ habebimus cum baſi ſua. In hoc verò labium fundet Deus aquã gratiæ ſuæ: in qua ipſi nos abluere debebimus, quotiès opus erit: maximè tamen antè quàm ornamentis induamur & aſſcẽdamus ad altare Dei. Sic enim Dominus Moſi ait, lotionem hanc Aaroni & ſemini eius legitimum ſempiternum fore per ſucceſſiones. Atquì ſpiritaliter omnes, ſemen Chriſti ſunt: præcipuè verò, boni ſacerdotes ſpiritali imitatione & ſancta vita ſua: adeoq; omnes nouę legis ſacerdotes, veritatem illam vita & moribus exprimere obſtricti ſunt, quã veteris inſtrumenti figura deſignauit. Atq; eamobrem nouæ legis ſacerdotes iure meritoq; foris quidem bonis moribus, ac intùs ſanctis exercitijs, perindè ornati eſſe deberent, atq; Iudaicæ plebis ſacerdotes in Dei cultu ſingularibus veſtium ornamentis inſtructos ac decoratos eſſe oportuit, quemadmodùm iam dicturi ſumus.

Lauacri pōſitio quę qd ſibi velit. Labium. Lauandi qũ & q ſimus. Chriſti ſemen qui. Sacerdotes q qd maximè deberẽt.

¶De cultu ſeu veſtibus ſacerdotum. Cap. XXXVI.

POſtea quàm igit̃ Dominus & atrium Tabernaculi, & ipſum Tabernaculum, cum illis quæ in eo poſita erant, atq; altare holocauſtorũ & labium ante tabernaculum conſtituta, ita vt ſuprà commemorauimus, fieri mandârat, iuſſit itidèm Moſi, vt vectes ac ornamenta confici curaret, quibus ſacerdotes in ipſius miniſtraturi Tabernaculo induerent. Vbi principiò id aduertendum eſt, nullos alios Dominum in Iudaica lege ſacerdotes habere voluiſſe, præterquàm Aaronem Moſis fratrem, & quatuor illius filios Eleazarum, Ithamar, Nadab & Abiu, & qui ex eis deinceps per ſucceſſiones naſcituri eſſent: ita vt ſemp vnus aliquis ſummus eſſet ſacerdos, id eſt, Pontifex. Aaron autem primus oĩm Pontifex maximus, & illius quatuor filij, primi eſſent minores ſacerdotes. Pręcepit igit̃ Dn̄s, vt ad Aaronis ac filiorum eius vſum, ornamenta ac veſtes Moſes parari iuberet. Quatuor enim ſpecialibus vtebant̃ ſacerdotes veſtibus ſeu ornamentis, dum ad Tabernaculum miniſtraturi ingrederent̃. At Pontifex ſuo functurus officio, eaſdem quidem etiam ipſe habebat veſtes, ſed inſupèr alijs quatuor ſplendidioribus induebatur.

¶De quatuor minorum ſacerdotum veſtibus. Cap. XXXVII.

PRima veſtis ex quatuor, quibus communiter ſacerdotes vti oportebat, candida fuit, ex byſſo retorta contexta, quam nos feminale vel femorale dicimus. Hanc veſtem, poſtquàm manus ac pedes lauiſſet, induebat ſacerdos infernè: deſcẽdebatq; à lumbis illius vſque ad genua. Iſthæc cãdida veſtis ex byſſo retorta geminã deſignat puritatem, videlicet corporis munditiã, & fortem ac virilem aduerſus ſingulos beſtialis appetitûs motus reluctationem. Altera veſtis etiã ipſa ex byſſo retorta fuit, ceu lineum indumentum, & ad talos vſque ſubmiſſa, corpus omne circũplectens, nec lata nimiũ, ſtrictis manicis, ꝑ ſingulos humeros aureis nodulis ipſum capitium conſtringentibus, ne quas contraheret rugas. Byſſus retorta cordis munditiam, & morum ac totius externæ coram hominibus conuerſationis & operum ſignificat honeſtatem. Tertia veſtis, balteus fuit quatuor digitos latus, ſic in rotundo textus ac velut reticulatus, vt colubri pellis, quam exuit in ſenectute, ſimilitudinem referre videretur. Cuius ſtamen omne byſſinum fuit, varijs intextũ floribus, ſubtegmi-

Veſtis prima. II. III.

Poteſt hinc coniectura capi, ante id tempoꝛis non fuiſſe vſum femoralium.

Tametſi veſtis hæc capitium haberet, non tamen eo ſua obtegebant capita.

Stamen. gmine hyacinthi, cocci & purpuræ. Hoc stamine puram nos accipimus conscientiam cum
Subtegmen. vitæ innocentia cõiunctam: idemq; stamen intexim' subtegmine hyacinthi, id est, cælestis
intentionis: & purpuræ, id est, omnium rerum illicitarum abstinentiæ: & cocci, hoc est, vi-
rilis ac fortis strenuitatis, qua tum Deo, tum cunctis hominibus satisfacere velimus: atque
etiam elegantium florum, vt videlicet alios verbis ac bonis exemplis ad Deum traham' ac
IIII. instituamus. Quartum ornamentum est Tiara ex bysso cãdida, sed Vide Iosephum & histo-
multùm diuersa à pontificali cidari, de qua pòst dicem'. Erat autẽ riam Scholasticam.
in modum paruuli calamaci aut cassidis, habens vittas, quæ inuolutæ identidèm cõnecte-
Mitra. bant, ne facilè dilaberet: eratq; illi impositum aliud quoddam velamen byssinum, descen-
dens vsq; ad imam barbam, celans pilei hui' vel Tiaræ ligaturas. Mitra hæc vel Tiara, liberta
tem designat curarum ac solicitudinum expertem. Siquidem libera voluntas, quæ capiti so
let cõparari, in vnoquolibet sacerdote imaginib' ac curis vacua esse debet, ita vt in omi suo
officio & cultu diuino nullis distineatur aut implicetur impedimentis vel medijs, ac Deo
omnipotenti dignè sacrificet: sicq; caput illi' ornatum erit Tiara vel Mitra puritatis, & forti
expeditæ nuditatis casside, quam nemo debellare poterit, quãdiu imaginum expers pseue-
rauerit. Porrò tiara hæc fortiter stringenda est vittis hyacinthinis, id est, integra mũdi con-
temptione & auersione, per preces intimas ac deuotas, & cælestia exercitia. Hæc nimirùm
quatuor vestiũ gña vel ornamenta, ad omes Iudaicæ legis sacerdotes, in Dei Tabernaculo
ministrantes, atque ex illis, quæ Deo quouis modo offerebantur, victitantes, ex ęquo & in-
Vestib' virtutes exprimi. discriminatim pertinebant. Quib' ijsdem quatuor virtutum modis seu generib' iure meri-
toq; sacerdotes omnes præditi esse deberent, qui hodiè ex Christi patrimonio vitam du-
cunt, atque ad hoc in sancta Ecclesia constituti sunt, vt DEO illiusq; populo seruiant. Et
reuerà quicunq; sacerdotes hisce virtutib' carent, ij planè indigni sunt ex illis viuere bonis,
☞ quæ Dei filius suis cruciatib' ac morte nimis acerba emerit' est. Idemq; de illis omnibus di-
ctum sit, qui vel ob preces horarias vel alias obsecrationes, quas in Dei honorem & pro il-
lorũ, qui ea vndè victitant, Deo obtulerũt, peccatis facere deberent, reditus percipiunt.

¶De vestibus Pontificis vel summi sacerdotis. Cap. XXXVIII.

HAS easdem, quas modò explicuimus, vestes & ornamenta vulgarium sacerdotum, etiam Aaronem pontificem indutum esse oportebat. Enimuerò prælati omnes, siue sublimis siue inferioris ordinis sint, illis instructi & ornati virtutib' sint oportet, si tamen Deo placere velint, quæ quatuor his vestibus designantur. At verò p̃ter has vestes, alijs insupèr 4. p̃clarioribus ornamentis siue vestibus Aaron indui debebat: quibus itèm quatuor virtutes singulares exprimũtur, quæ pręter antè commemoratas, singulis Pontificibus ac Prælatis meritò inesse debebunt.

Quasi TEXTVS. Prima ex his vestibus, tunica fuit hyacinthina talaris, manicata, duas ha
bens incisiones, ligaminibus duobus consuta super humeros, & p Vide Iosephum & Scholasticam Historiam.
latera in modum Dalmaticæ facta, cuius capitium (id est, pars supe
rior, per quam caput inferebatur) non ex transuerso super scapu-
las, sed in longum, fuit sectionem habens à pectore vsque ad medi-
as scapulas. Vbi tamen ne qua appareret turpitudo antè vel retrò, aperturæ
huic assuta erat vitta hyacinthina, caudas habẽs duas itidèm hyacinthinas.

TEXTVS. Exod. 28. *Deorsum uerò ad pedes* [fimbriæ loco] *eiusdẽ tunicæ per circuitum quasi mãla*
Punica pẽdebant ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & byssо retorta, mi
stis in medio tintinnabulis [septuagintaduobus,] *ita ut tintinnabulum* *esset aureũ*
asit
& mãlum Punicum, rursumq; tintinnabulum aliud aureum & mãlum Punicum.

Quæ quidem tintinnabula idcircò, vt Dominus ait, adiuncta erant, vt audiretur sonitus Pontificis ingredientis & egredientis sanctuarium in conspectu Domini, & ne moreretur.

Hæc

Hæc igitur hyacinthina tunica, quam Iudaicus Pontifex super tunicam byssinam, quæ sa-
cerdotibus cunctis communis erat, induebat: Euangelicam mysticè refert veritatem; quan-
doquidem hyacinthus coloris est cærulei. Hanc autem Euangeliorum ac nouæ legis verita-
tem vnusquilibet Episcopus ac Prælatus suo geret in pectore, & in omni sua vita præ se fe-
ret ac declarabit. Atquì cælestem veritatem hanc adipisci nemo potest, nisi per imaginũ eli-
minationem ac libertatem curis vacuam: quod nimirùm (vt paulo superiùs dixi) ad omnes Ligamẽ anterius.
ex æquo sacerdotes iure pertinet. Porrò ligamen anterius tunicæ huius, id sibi vult, vnum-
quenq; Prælatum intellectum suum formis & imaginibus nudatum, cum amore ad nudita Posterius.
tem conuertere debere. Ligamen posterius id significat, eò ipsum conniti debere, vt vitã do
ctrinamq; illius sequi, populo frugiferum sit. Duæ autem, quæ erant in humeris iuncturę, q̃
his ligaminibus cõsuebantur vel retinebãtur, perpetuum designant desiderium tùm hono
ris diuini, tum salutis animarum. Manicæ, quibus vtraq; brachia stringuntur ac obtegunt, Manicæ.
fortem significant vtroq; ex latere contra aduersa & ꝓspera reluctationem, quæ huic verita
ti medium obijcere aut imagines aduehere possent. Capitiũ, id est, pars tunicæ supior, per Capitium.
quam caput infertur, sectum in longũ, hoc nos instituit, Prælati sapientiam in suis actibus
vtroq; ex latere, id est, erga bonos & malos pro cuiusque necessitate & salute, discretã seu
partitam esse oportere, ita vt alios consoletur, alios obiurget: his durum, illis pium ac beni-
gnum se p̃stet. Attamen sapientia ipsa in se diuidi non potest. Ideoq; capitium istud vittam Vitta.
habet cum caudis hyacinthinis, qua scissiones illius patulæ teguntur, & absque rugis reti-
nentur: significatq; principalem Prælati intentionem, qua is Dei honorem, & plebis Domi-
nicæ vtilitatem ac salutem semper spectare debet. Fimbrię tunicę huius, tintinnabula erãt
aurea septuagintaduo, eædemq; Euangeliorum designãt veritatem, quam Christus IESVS p
septuagintaduo disseminauit idiomata, id est, p omes fines ac terminos orbis terrarũ. Et in- Tintinnabula.
ter singula tintinnabula, singula erant mãla punica colorum quatuor, quos suprà expressi-
mus. Quæ quidem hoc nobis figurata significatione loquuntur, omes illos qui hanc verita
tem per Spũm sanctum docuerint, eandem etiam viuendo coluisse ac obseruasse. Quò facit Malapunica quadricolo-
etiã hoc, q̃ singulis tintinnabulis singula iuncta fuêre mãla punica colorum quatuor. Ita ria, quid.
enim vestiti erant atq; assimiles vitæ Christi virtutib' quatuor, putà bysso puritatis ac inno
centiæ, purpura subditæ ac morigeræ obedientiæ, cocco bis tincto iustitiæ, per quã omnia
virtuti contraria superarent, eisq; obsisterent, ac hyacintho simplicis ac cælestis intentio-
nis, qua semper in his absq; duplicitate perseuerarent. Sic igit̃ Prælati cuiuslibet doctrinam Doctrinam, vita docẽtis ornandam.
vita illi' commendare ac exornare debet. Nisi enim doctrinæ vita sit ornamento, plerunq;
doctrina superuacanea est ac infrugifera. Idcircò autem, vt Dominus ait, tintinnabula hæc
tunicæ Pontificis annexa erant, vt egeredientis & ingredientis in Tabernaculum sonitus au
diretur, nec moreretur. Etenim Prælatus omnis nedum actibus, sed etiam verbis sibi com-
missos instituere obstrictus est. Quod si quis ex illius silẽtio mortuus fuerit, id est, lapsus in
peccatum, rationem hinc reddet iusto iudici Deo.

Vide Scholasticam historiam & Iosephum. Sexta Pontificis vestis fuit ephod vel superhumerale, Quasi TEXTVS.
de prædictis quatuor coloribus auroq; contextum, su
pernè potẽs, sine manicis, ad modũ colobij descendens vsq; ad renes, adeò
vt cingi posset: superiorem quidem tunicę hyacinthinæ partem contegẽs,
at inferiorem minimè. Ora verò laterum à manicis vsq; deorsùm, vncinis
& annulis aureis iungebantur: & in pectore locus illi vacuus relictus erat
magnitudine palmi, in quo Rationale (ornamentum scilicet, de quo pòst
dicemus) inserebatur: eiusq; partem superiorem per vtrũq; humerum insi
bulabãt duo lapides onychini auro clausi, in quibus erãt exculpta nomina
filiorum Israel lingua Hebræa, in singulis lapidibus sex nomina iuxta ordi
nem natiuitatis eorum. In lapide quidem dextri humeri, nomina erãt sex
primogenitorũ, putà Ruben, Simeonis, Leui, Iudæ, Dan & Nephthalim.

In

In lapide verò sinistri humeri, Gad, Aser, Isachar, Zabulon, Ioseph & Beniamin.

Per suphumerale istud, spiritûs nostri vnitatẽ accipimus: quippe q̃ virtutes omnes in sese vnit, idq; p̃ internã aureorũ suorũ vncinorũ exactionẽ, & desiderantẽ aureorũ annulorum nostrorum applicationem, coniunctionemq;. Hanc vnitatem propriè ac reuerà cõsequi & possidere nemo potest, nisi per studiosam ac seriam veritatis Euãgelicę, de qua superiùs sermo fuit, exercitationẽ. Estq; vnitas ista quatuor ornata coloribus, eo quòd virtutes omnes in ipsa & initium capiant, & desinant seu finiantur, coloremq; & ornatum suum ex ipsa habeant: cunctæq; in ea non nisi vna virtus ac vna vita sunt, idq; per aurum intextum, id est, charitatem, diuinumq; amorem, qui virtutes omnes ex vnitate producit, reducitq; in eandem. Nullas aũt vestis hęc manicas habet, quando spiritûs vnitas, quatenùs vnitas est, semp tota intra se permanet, nec vlla ex parte ad creaturas sese cõfert & adiungit: atq; indè virtutum omnium fons est, quoniamquidem & riuulos ex sese emittit, & nihilominùs tota intra se perseuerat. Habet etiam locum in pectore vacuũ siue patulum palmi magnitudine in longum ac latum, eo quòd desiderãtem sui vel in se introspectionẽ, nunquã non exigat. Eratq; in singulis humeris lapis onychinus auro inclusus, duodecim Patriarcharũ nominibus exculptus. Voluit em̃ Deus, ne vulgaris populus Israeliticus vnquàm fidei & iustitiæ patrum suorum obliuisceret: & ea de causa nomina eorum his duobus insculpta lapidib⁹, Pontifex in omnibus quæ faciebat sacrificijs, suis in humeris gestabat. Lapides isti onychini seu onyches fusci vel subcãdidi sunt, humani vnguis similitudinem referentes, candidis cingentib⁹ zonis ac venis: ferunt nasci in Arabia & India. Per has gemmas, ijsque insculpta nomina, duodecim Apostolos accipim⁹, qui nostri sunt Patriarchæ, vtpotè qui DEO nos spiritu ac fide genuerunt. Quos fuscos fuisse, rectè quis dixerit, ob eorum abiectam & despectam vitam, & instar vnguis humani p̃spicuos per diuinam sapientiam. Ijdemq; sub vngue hoc p̃spicuo ac pellucido carnem gerebant sanguinolentam, ob p̃secutiones quas p̃tulerunt: erantq; cincti zonis candidis, dum cunctas despicerent res temporarias, ijsq; carebant, nisi quantùm stricta poscebat necessitas. Creuerunt autem in Arabia, id est, subtiles ac humiles fuêre, & per hæc maiores nostros quæ fidei sunt, edocuerunt, atq; ad DEVM conuerterunt. Clusi etiam auro fuerunt, hoc ipso quòd spiritûs vnitatem in diuino amore possiderent. Vtroque in humero positi erant, quando ad fidei communionem & ethnicos & Iudæos, quibuscunq; libitum esset fidem Christi recipere, admiserunt ac susceperunt. Et quotquot hodieq; Prælati ac Doctores istarum gemmarum virtutibus præditi cernuntur, eorum & doctrina & vita imitanda est: sunt enim veri pastores: sed aliorum non itèm.

Vestis sine manicis, qd sibi velit.

Iosephus sardonyches, Septuaginta interpretes smaragdos ponũt. Sed nos tutius Scripturæ verbis inhæremus.

Onyches seu lapides onychini, quales.

¶De balteo Pontificis. CAP. XXXIX.

CINCTVM autem erat superhumerale istud alio balteo præter eum, quo tunica byssina cincta erat, quo tum Pontifices, tum minoris ordinis sacerdotes indifferenter vtebãtur, cuius suprà meminimus. Etenim spiritûs nostri vnitas nisi exerceatur, ac fortiter cingatur quinq; illis virtutibus, quas suprà diximus per balteum accipì, diuturna ac durabilis esse non potest. Inspiciat igitur quilibet virtutes baltei, cingatq; ita vt oportet vnitatem suam.

¶De RATIONALI. Cap. XL.

Quasi TEXTVS.

TERTIA vel septima Pontificis vestis, quadrãgula fuit, palmi habẽs mẽsuram tam in longum, quàm latum: eratq; duplex, ne gemmarum põdere rũperetur, ijsdem quatuor coloribus ac auro interstincta ac intexta, quibus & superhumerale. Ponebatur autem in Pontificis pectore eo in loco, quem antè diximus vacuum relictum, qui & ipse quadrangulus erat. Positi quoque sunt in hoc ornamẽto quatuor ordines lapidum auro inclusorum: lapides terni per singulos ordines: qui ijdem singuli singulis duodecim Patriarcharum, populi Israelitici progenitorum ac capitũ, nominibus cęlati fuêre. In primo versu erat lapis sardius, & topazius, & smaragdus: in secundo, carbunculus, sapphirus & iaspis: in tertio, ligyrius, achates, & amethystus: in quarto, chrysolithus, onychinus, & beryllus. Erãt etiam in hocipso Rationali scripta hæc nomina, IVDICIVM & VERITAS, vel DOCTRINA & VERITAS. Habebatq; per singulos angulos annulum aureum, id est, quatuor simul annulos, in quorum supremis duobus insertæ erãt duæ catenæ aureę, sibi inuicèm velut cãcellatìm instar X literæ cohęrentes, quæ sursum ferebantur vsque ad Pontificis scapulas, vbi duobus innectebãtur vncinis aureis superhumerali firmiter insertis. Infimis verò duobus annulis assutæ erant duę vittę hyacinthinę, quæ circa latera ductę duobus aureis annulis, qui sub vtroque onychino lapide in superhumerali fixi stabant, inter scapulas inserebantur, vt stringeretur fortiterq; cohæreret Rationale cum superhumerali, maneretq; iunctura fabrefacta, & à seinuicẽ Rationale ac superhumerale non possent separari.

Exo. 28.

Deniq; hoc ornamentũ Dñs Ratiõale iudicij appellauit. quod sanè preciosũ fuit, designatq; hoĩs rationẽ supnaturali lumine illustrãtã, q̃ quidẽ oĩa rectè & ex veritate iudicare nouit. Ipse em̃ Dñs, vt dixi, ornamẽtũ hoc, ratiõale appellat. Et hæc illũinata hoĩs ratio, duplex est, qñ & intrò inspicit in vnitatẽ, & foràs virtutes oẽs adspectat: idq; ita eã agere necesse est, si modò id quod patet, in vnitate spiritûs implere debeat. Vndè etiam quadrãgula est, palmũ vnũ longa, itemq; lata. Est em̃ illius p̃fecta actio, quæ est foràs ac intrò respectare, semperq; in vnitate fixam p̃manere. Habet colores quatuor, eo quòd ipsa cunctis virtutib⁹ ordinem ac decorem præstet: virtutesq; omnes vna dũtaxat in ea virtus sunt, quod aurum intextum significat. Hoc nimirùm illuminatæ rationis ornamentum, Prælatus quilibet & Doctor in suo interno adspectu p̃petuò antè se geret, p̃indè vt Pontifex Iudæorum suo illud semper gestauit in pectore, dum sacrificaret. Erant p̃tereà in hoc rationali quatuor gemmarum auro inclusarum ordines, singulis gemmis singulorum Patriarcharum insculptis nominibus: simulq; additis his dictionibus, Iudicium, Doctrina, Veritas. Quæ q̃dem gẽmæ duodecim in rationali positæ, totidem nostræ fidei articulos referunt, quibus nostra ratio & exornata & illustrata est, & supra rationẽ euecta: qui illius p̃cipuus decor est & ornamentum. Atq; in his duodecim fidei nostræ articulorum gemmis duodecim Apostolorum Christi nomina innotuerunt. Siquidem ex eorum doctrina, vita fidesq; ipsorum perspicit: quæ propriè illorum nomina sunt. Hæc autem non alia sunt, quàm iudicium, doctrina, veritas.

Rationale iudicij.

Gemmæ 12. in Rationali positæ, qd.

¶De prima gemma, primo Patriarcha, primo Apostolo, & primo fidei nostræ articulo. Cap. XLI.

PRIMVS horum lapidum preciosorum, Sardius dictus est, inscriptus nomine Ruben primogeniti Iacob patriarchæ. Estque lapis hic ruber instar terræ rubentis, & inter gemmas q̃dem vilior habet: sed refert nobis primi articuli fidei nostræ figuram. Cùm enim per fidem & charitatem rubro huic lapidi, id est, Domino nostro IESV Christo iungimur & vnimur, per ipsum illuminamur, & cum fide in supernaturalem quãdam cognitionem Patris eius ducimur, qui est initium totius fidei nostræ. Nemo em̃ venit ad Patrẽ nisi per cognitionẽ Filij. Id quod in D. Petro Apostolo perspici licet, qui hanc gemmam, id est, articulum hũc posuit in ipso nostræ fidei limine ac introitu. Enimuerò Ruben primogenitus Iacob, qui D. Petri typum gessit, Latinè versus, idem est quod Visionis filius, aut Videns filium, seu Videns in medio, vel Videns per medium. Quæ omnia si bene

Gemma prima quid aut qualis.

Ruben qd aut cuius typus.

benè inſpicianť, aptè ſatis D. Petro Apoſtolo congruere videnť, vtpotè qui Apoſtolorum princeps eſt, & primus omnium vocatus ac electus. Idemq; per Patris reuelationem factus eſt viſionis filius: viditq; in ſpiritu filij pſonam vnitã humanitati noſtræ, & ait: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Atq; etiam vidit in medio, id eſt, inter Patrem & Spiritum ſanctum Filium pſpexit, mediam in diuinæ naturæ vnitate pſonam. Per idemq; medium, id eſt, per Filium, æternum adſpexit Patrẽ, qui eſt ſempiternum adorandæ ac celſiſſimæ Trinitatis principiũ. Atq; in hoc Chriſtianę fidei ſymbolum exorſus, ita ait: CREDO IN DEVM PATREM OMNIPOTENTEM, CREATOREM CAELI ET TERRAE: quæ verba ſatis indicant, quàm benè dictus ſit conſimilis Ruben patriarchę, quẽ viſionis filium in noſtra lingua ſonare diximus. Cui propterea Dominus IESVS opportunè reſpõdit: Tu es Petrus, hoc eſt, cognoſcẽs veritatem, denudans affectum, ſoluens conſcientiam, & cognitus à Deo. Neque abſurdè Dominus noſter IESVS Chriſtus vili gemmæ huic comparatus eſt. Etenim perquàm ſimilis illi eſt, & in doctrina, & vita, & in morte ſua: reiectus indignè ac viliter à Iudæis, & infra mortales omnes ab eis infimus ac viliſſimus habitus, ac neci datus. Sed hoc ipſo ſynagogam illi euerterunt ſuam, & ſic Eccleſia ſancta & vnitas fidei noſtræ in hoc lapide Chriſto fundata eſt, ad quam confluere atque per fidem, ſpem & charitatẽ adiungi licet, quibuſcunq; libet, cuiuſuis illi nationis ſint. Deniq; hoc primo articulo ratio illuminatur à Patre, & fide ſupra ſeipſam per Filium in Patris cognitionem ducitur, qui adorandæ Trinitatis ac totius noſtræ fidei ſempiternum principium eſt.

Mat.16. ARTI.I. Mat.16.

¶De altero noſtræ fidei articulo. Caput XLII.

PROXIMA Rationalis gemma, topazius eſt, cui inſcriptus erat Simeon ſecũdo genitus Iacob Patriarchæ: ſignificatq; nobis gemma iſthæc alterum ſymboli Apoſtolici articulum. Simeon autem, D. Andreæ apoſtoli CHRISTI, & fratris Petri, typum geſſit. Nam ſi Simeonẽ ex Hebræo in Latinum conuertas, idem eſt quod auditio vel (vt veteres habent interpretationes) exaudibilis. Quę quidem in Andrea apoſtolo perſpicuum eſt inueniri. Is enim primùm audiuit à D. Ioanne Baptiſta: Ecce agnus Dei. audiuit deindè etiam ab ipſo Agno, cùm eſſet in mari cum fratre ſuo Simone Petro: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominũ. Et quia exaudibilis, id eſt, audire parat' ac habilis fuit, idcircò internũ intra ſe teſtimoniũ & occultam ſenſit inſpiratiõem Dei Patris. ſicq; relictis & abiectis omnibus, Chriſtum ſequebatur, intùs quidem inſpirationi Patris pfecta ac integra voluntate, foris autem Filio perfectis actibus ac operibus reſpondens ac morem gerens. Quòd ſi Andream vertas Latinè, vt quibuſdam placet, idẽ eſt quod, Reſpondens pabulo. Ita nimirùm Diuus hic Andreas Apoſtolus verbo Dei, quod reuerà cibus & pabulum eſt æternum bonorum omnium, reſpondit, & hocipſum quod reſpondit, verbis quoq; & actibus perfecit ac declarauit, dicens: ET IN IESVM CHRISTVM FILIVM EIVS VNICVM, DOMINVM NOSTRVM. In quo fidei noſtræ articulo Chriſtum IESVM topazio cõparamus, vtpotè qui inſtar topazij per æternam charitatem ſuam aurei eſt coloris: & vt eadẽ gemma omni fertur reſplendere colore, ita & ipſe ſanctorum & virtutum omnium præſtãtia, ornatu, nobilitate, ſed longè vltra omnem modum illis excellentiùs refulget. Quicquid enim habent ſancti, per ipſum vtiq; adepti ſunt. Fertur etiam topazius dum Solis tangitur radio, omniũ gemmarum ſuperare claritatem: & Chriſti itidèm humanitas per eam quam habet cũ verbo ęterno vnitatem, claritudine ac nobilitate ſanctos & angelos omnes longè lateque excellit ac ſuperat. Et in hac humanitatis illius cum verbo æterno vnitate vel vnione, diuini Solis reflexu tam fulgida, clara ac glorioſa eſt, vt omnes tum ſanctorum, tum angelorum adſpectus & obtutus in ſe rapiat, & ſimplicem quendam intuitum vel viſionem eis imprimat: quod idem præſtat etiam bonis quibuſq; hominibus, quib' iſta eſt cla.itas reuelata ac manifeſtata. Hunc in modũ topazius quoq; lapis adſpectus, omes quibus propoſit' eſt, nimio fulgore ſuo in ſe trahit, eisq; ſeſe imprimit: & vt dicit, ſi polire eũ tẽtaueris, obſcurat: ſi ſuę naturę eũ relíqueris, clarior demõſtrat. Itemq; ſi ęterni claritatem verbi perſcrutari ac peruęſtigare velis, claritas illius obſcura tibi reddet, vel teipſum obſcurabit, amittesq; eam: ſed ſi ita, vt eſt in ſeipſa, eam relinquas, & ſequaris eam ſimplici adſpectu ac contuitione

Simeon qd ſonet, aut referat. Ioan.1. Mat.4. Andreas qd. ART.II. Topazij clarias.

cum

cum tuijpſius abnegatione, clarior tibi apparebit, ſuaque te luce illuſtrabit. Denique gemmam hanc reges & principes potiſſimùm amant, nec ea quicquam precioſius in ſuis theſauris arbitranť. Sic nimirùm quotquot Chriſtum præ rebus omnibus eligunt, amant ac poſſident, illi reges & principes ſunt, nec quiſquam alius omninò. Quod videlicet Diuus fecit Andreas Apoſtolus: qui iuxta Græcam etymologiam virilis appellat, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, id eſt, à viro, putà Chriſto, quem virilibus ac ſtrenuis actibus ad mortem vſque ſectat' eſt. Dicitur etiam Andreas, quanuis violenter, decus in ſtatione: Etenim duobus diebus in cruce perſtitit, docens populum Domini. Et in vltimo eius ſpiritu Chriſtus IESVS pclariſſimus topazius noſter, tantam illi contulit claritatem, vt hominum oculis conſpici nõ poſſet: cum eademq; claritate ſuum reddidit ſpiritum, æterna deinceps claritudine pfruiturum. Hoc demum articulo ratio in ſimplici contuitione diuino transformat lumine, efficitq; hominem & foris & intùs virtutibus & veritati morigerum & obſequentem.

Topazij nõbilitas. Andreas Grecè quid.

¶De tertio ſymboli Apoſtolici articulo. Caput XLIII.

TEr tia gemma ſmaragdus fuit, Leui cęlata nomine, qui tertius fuit filius Iacob patriarchæ. Refertq; gemma hæc tertium noſtræ fidei articulum: quemadmodùm Leui, Iacobum filium Zebedæi, Saluatoris Apoſtolum. Eſt enim Leui in noſtro idiomate idem quod additus vel applicatus. Quod nimirùm docet nos inſignis Apoſtolus iſte in eo, quem ipſe addidit, noſtræ fidei articulo, dicens: QVI CONCEPTVS EST DE SPIRITV SANCTO, NATVS EX MARIA VIRGINE. Vbi tum natura noſtra æterno eſt addita ſiue iuncta verbo, idemq; verbũ noſtrę naturæ applicatũ eſt, atq; hoc actũ eſt in intemerata virgine per illius virtutes, & Sãctiſpiritûs opationem. In hoc articulo filium Dei gratiſſimæ huic gẽmæ ſmaragdo ſimilẽ dicimus: cuius quidem ſmaragdi tãta viriditas eſt, vt nihil poſſit omninò viride illi æquiparari, & ipſas quoque herbas & gramina ſuperet. Implet etiã & ſatiat ac reficit ſua viriditate adſpectãtium oculos. Sic quòd verbum ęternum Patris omnipotentis homo factum eſt, color eſt omnium qui vnquàm viſus ſit, gratiſſimus ac viridiſſim': tantaq; vnionis hui' viriditas, elegãtia, iucunditas eſt, vt nullus ei alius color poſſit comparari: atque hoc ipſo cuiuſlibet hominis, interna contemplatione ad id parati, impleuit, exatiauit, refecitq; adſpectum & oculos. Scalpentibus quoq; ſmaragdum non alia oculorum gratior refectio eſt, ita viridi lenitate laſſitudinem mulcet: poſſuntq; in eo ceu ſpeculo quæq; ei oppoſita agnoſci & conſpici. Ita & nos cùm animi conſideratione pſcrutamur, quiſnam ſit ille q noſtra cauſa naturã noſtrã ex amore ſuſcepit, quædã nos capiat neceſſe eſt admiratio: illiusq; ob maieſtatem ac magnitudinem, ſatis eum pro dignitate laudare non valemus. Cùm itèm modum ppendimus, quo homo factus eſt, non poſſumus non erubeſcere, quòd vili ſe ſacco noſtro induit: & ob humilitatem eius, ſatis nos abijcere ac demittere nequimus. Cùm denique cauſam expendimus, quamobrem homo factus ſit, eſt ſanè vndè gaudeamus: neque tum noſtro pro voto ac deſiderio ſatis eum amare poſſumus. In hac triplici ratione CHRISTVM* præclariſſimam ſmaragdum ingenti cum deſiderio adſpicere, & amãter ſcalpere ſiue pſcrutari atque cõſiderare debemus: idq; nobis ita facientibus, nihil poterit eſſe iucundius, neque quicquam pindè rationis noſtrę allicere & ad ſe rapere obtutus. Siquidem illius nobis intùs impreſſam imaginem, nosque rurſùm in illum per eius gratiam & vitam virtutibus deditam transformatos reperimus. Auertamur igit, obſecro, penitùs à cunctis rebus temporarijs, noſtrosq; ob oculos ſemper iſtud ſpeculum geſtemus. Quod quidem ſtudioſè fecit Apoſtolus Chriſti D. Iacobus, qui ſupplãtatorem ſignificat, eo quòd caduca omia & temporaria conculcãrit ac vicerit. Fuitq; filius Zebedæi, qui in noſtra lingua donatum vel dotatum ſonat: licetq; nobis per eũ Chriſtũ accipere, de quo in illius natiuitate ſancta canit Eccleſia Catholica: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Qui etiam dotatus fuit, quando in eo totius eſt gratiæ plenitudo: per eumq;, quicquid & habemus & habituri ſumus, adipiſcimur. Poteſtq; hinc vtcunque animaduerti, Iacob nos eſſe oportere, id eſt, ſupplantatores: itemque filios Zebedæi, id eſt, Chriſti, qui nos morte ſua genuit ac regenerauit in vitam æternam.

Leui quid ſonet. ART.III. Smaragdi viriditas qta. Iacobus qd. Zebedæus. Eſa.9.

¶De quarto Symboli Apostolici articulo. Caput XLIIII.

Carbũcul?

QVARTVS lapis preciosus, carbunculus dictus est, inscriptum habens Iudæ vocabulum, qui quartus fuit Iacobi Patriarchæ filius. Per hunc lapidem, quartum intelligimus symboli Apostolici articulum: & per Iudæ nomen, D. Ioannem insignẽ Christi Apostolum, ac Euangelistam ob scriptum Euãgelium. Iudas, enim est confitens, vel glorificans: qualis etiam hic noster fuit Ioãnes Apostolus & Euangelista. Etenim in ipso mox sui Euãgelij exordio, tum æternam Filij ex Patre generationem, tùm etiam temporalem in carne natiuitatem confitetur ac glorificat. Atque alibì quoque in suæ Epistolæ initio ex omnium persona Apostolorum ita dicit: QVOD fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. Rursumque in hoc quarto articulo eundem confitetur filium, dicens: PASSVS SVB PONTIO PILATO, CRVCIFIXVS, MORTVVS, ET SEPVLTVS. In quo articulo CHRISTVM carbunculo assimilem dicimus. Est enim carbunculus ignitus vt carbo, cuius fulgor nec nocte vincitur, adeò vt flammas ad oculos coràm inspicientium vibret. Et CHRISTVS itidèm instar carbonis ignitus fuit in omni vita sua, maximè verò in passione, & cùm cruci affigeretur. In morte autem vsqueadeò emicuit atque resplenduit, vt ne omnes quidem peccatorum caligines hanc illius possint superare claritatem: per ipsamque mortem suam, quandam ex se splendidam mittit flammam, id est, Spiritumsanctum in omnes cum amore ipsi præsentes. Atque eam ob rem virtutibus nos exornare, & cum amore ad venerandam ipsius mortem, in qua vita nostra perpetua initium sumere possit, conuertere debemus. Quod sanè Diuum Ioannem fecisse, in aperto est: quippe qui & singulari Dominum amore complectebatur, & ea de causa vicissim à Domino singulariter ac præ cæteris Apostolis diligebatur: cui aptè consentit ipsum illius vocabulum, putà IOANNES, quod est apud nos, GRATIA DEI: vel, IN quo diuina inest gratia.

Iudas.

1. Ioan. 1.

ART. IIII.

Carbunculi descriptio.

Ioannes qd.

¶De quinto nostræ fidei articulo. Caput XLV.

QVINTA gemma sapphirus fuit, inscripta nomine Dan quinti filij D. Iacob Patriarchæ, per quam nos quintum ęquè fidei nostrę articulum accipimus. Dan autem S. Thomam Apostolum nobis refert: siquidem Dan iudicium significat, quod est ferre sentẽtiam, vel iudicare: quod tum D. Thomas fecit, quando respõdens Domino, ait: Dominus meus & Deus meus: illisipsis verbis veram edicens sentẽtiam. Et quantè aliquãdiù de Christi resurrectione hæsitauerat, quintum hunc nobis promulgauit articulum, ita dicẽs: DESCENDIT AD INFERNA, TERTIA DIE RESVRREXIT A MORTVIS. In quo nos articulo more nostro Christum Dominum sapphiro assimilamus, cuius duo ferũtur esse genera: Vnum flaui coloris cum purpura, aureo velut puluere mixtum: Alterum coloris cærulei, in radiorum Solis reflexu igneum ex se fulgorẽ vibrans: nõ tamen gemma hæc perlucida est siue perspicua. Quę nos omnia in Christo in hocipso quinto articulo inuenimus. Illius em̃ p̃clarissima anima ad inferna descẽdente, corpus interìm iacebat in sepulchro, flauo ac mortali colore ob animæ emigrationem: & purpureo, ex roseis sanguineisq; vulneribus suis: intermisto puluere aureo, ob eam, qua Diuinitati semper coniunctum erat, sicut & anima, vnionem. Anima verò ad inferna, splendida planè ac cęlesti colore insignis, descendit, ita vt amicos suos omnes miro afficeret gaudio, beatosq; ipsa sua claritate efficeret. Porrò à resurrectiõe vsq; adeò ingens & efficax tum corporis, tum animæ illius claritas est ex diuini Solis irradiatione, vt micantes flagrantesq; ex se vibret radios, inflãmetq; amore quotquot ad ipsum propiùs sese adiungunt. Neque tamen sapphirus hic noster Christus IESVS perspici potest, vtpotè qui secundum Diuinitatem fundum penitùs aut finem non habet. Vndè etiam rectè à D. Thoma positus est articulus, hac gemma mysticè expressus, cùm secundum quosdam Thomas in nostro sermone abyssum, id est, profunditatem impenetrabilem, sonet.

Dan quid sonet.

Ioan. 20.

Sapphirus quotuplex.

Thomas qd.

¶De sexto fidei Apostolicæ articulo. Caput XLVI.

SEXTA gemma Iaspidis habet nomen, cælata vocabulo Neptalim sexti filij Iacob Patriarchæ: nobisque sextum fidei articulum refert: quemadmodùm per Neptalim, Iacobum Alphæi Domini Apostolum intelligimus. Nephthalim enim, si interpreteris, idem est quod habitatio, vel comparatio, siue conuertens eos, aut latitudo eorum. Quæ omnia sanctus hic Apostolus eo, quẽ fidei inseruit, articulo nos docet, dum ait: ASSCENDIT AD CAELOS, SEDET AD DEXTERAM DEI PATRIS OMNIPOTENTIS. Per habitationem enim, quam Neptalim significare diximus, Domini Assensio accipi potest, per comparationem vel æqualitatem consessus eiusdem in paterna dextera: quibus Apostoli propriè ac reuerà conuersi sunt, & à cũctis rebus tẽporarijs abstracti, eumq; per amorem secuti in cælum: vbi tum dilatati vel potiùs longè lateq; diuisi sunt, ad instituendos ac conuertendos populos toto vbique orbe terrarum. In hoc autem articulo Christum Iaspidi similem dicimus. Iaspis enim viridis est, gratus oculis, proximeq; ad smaragdi viriditatem accedit. Rectè igitur Domini Assensio illi comparat̃, quæ & ipsa viridis fuit, vtpotè eo facta tempore, quo virent gramina cãpi: & grata adspectu Apostolis illã adspectantibus, adeoq; iucunda, vt deindè in omni vita sua illius non possent obliuisci. Quod idem nos quoq; in nobis sentire debemus, ita vt interioribus contemplemur oculis præclarissimã hanc gemmam Dominum nostrum IESVM Christum, verbum æternum cum abundantissima viriditate, nostra causa in nostram sese demisisse naturam: atque indè tanto afficiamur gaudio, vt nihil æquè nos exhilaret: quandoquidem adspectus hic longè gratissimus est. Deindè etiàm vt contueamur eãdem hanc eximiam gemmã nostra cum natura assendisse in cælum, & consedere in paterna dextera, locumq; nobis gloriæ præparasse: Cuius nos meritò ingens semp tenebit desiderium. Atq; ista contemplãdo, cũcta nobis nocentia facilè euincere ac superare poterimus. Quod etiã in hoc ipso D. Iacobo Alphæi, animaduerti potest. Iacobus enim vt quidã volunt, supplantãs festinãtem dicitur, id est, supplantans diabolum, mundũ & carnẽ: quorũ singuli in nostri pditionẽ & exitiũ festinãt: eosq; nos pessum premere & conculcare necesse est, si Iacobus esse volemus. At insupèr etiam Alphæi filij simus oportet. Per Alphæum enim Christum intelligimus. Est enim Alphæus, Latinè redditus, idem quod doctus, vel documentum, vel millesimus. Et Christus secundum diuinitatem Patris documentum vel doctrina est, & secundum humanitatem doctus est à Patre: itemq; millesimus est, eo quòd omnes in se numeros complectat̃, & per eum eiusque merita perfectus electorum numerus absoluatur atq; consummetur.

Gemma 6.

Neptalim siue Nephthalim, qd.

Iaspidis descriptio.

Iacobus qd.

Alphæus.

¶De septimo Apostolici symboli articulo. Caput XLVII.

SEPTIMVS lapis preciosus, positus in ornamento pectoris summi sacerdotis, *ligyrius dictus est, septimi Iacob Patriarchę filij, id est, Gad nomine inscript°: significatq; nobis septimum Apostolici symboli articulũ. Gad autem S. Philippum apostolum designat. Gad enim Latinè Felicitas, vel Feliciter, exprimitur: quam quidèm felicitatẽ beatus hic apostolus Philippus nos docet, p̃senti hoc septimo fidei articulo generale cunctorum hominum iudicium commemorans, quod meritò BONORVM FELICITAS, aut BONIS FELICITER CEDENS, dici potest. Illi enim tum beatitudinem corporum simul & animarũ percipient, idq; feliciter, eo quòd digni sint, testimonium eis ferente ipso iudicio Dei. Ait ergò Philippus apostolus: INDE VENTVRVS EST IVDICARE VIVOS ET MORTVOS. id est, bonos & malos. In quo iudicio extremo Christũ gemmę ligyrio vel lyncurio cõparamus: cuius est color igneus ac rubicũdus, rapitq; ad se calore suo naturali & sereno aere res siccas ac leues propè positas: nascituq;, vt ferunt, ex vrina lyncis congelata ac versa in lapidem: quam tamen egesta terra protinùs bestia operit, inuidẽs eam hominum vsui. Sic nimirùm Christus in iudicio ex sacris vulneribus suis rubicundus ac rutilo cum fulgore apparebit: atque per abundantissimum charitatis ipsius ardorem suauissimus quidam ex ipso manabit spiritus, quo leuia quoque & sicca ad se rapiet, id est, omnes à peccatis exoneratos ac expeditos, qui leues sunt: & ardenti plenos amore, quos rectè siccos dicimus: qui etiam soli illi adsunt, aptiq; & idonei sunt, qui ab ipso trahantur. Qui autẽ vitam degunt instar pecudum ac belluarum, gemmam hanc arena obtegunt, id est, rebus tem po-

Forte *lyncurius legendum.

Gad.

vide Plinium lib. 37. cap. 3.

Ligurij vel ligyrij descriptio.

porarijs. Neq; enim Christum in illius iudicio videndi vllo tenentur desiderio: & quia nequam ac improbi sunt, iustum illud iudicium & æquissimam sententiam verentur, neque cuiusquam salus, priè illis curæ est. Et iure sanè articulus iste Philippo attribuit. Quidam enim veteres Philippum Os manuum, vel Os lampadis interpretant. Et in tremendo illo iudicij die manus loquent, ora silentio contrahent: quod est, bona opa piasq; actiones faciliùs illic exaudiendas esse, quàm verba. Loquet etiam ibi os lampadis. Vas quidem lampadis nostræ, vel ipsa lampas nostra, charitas est, & oleum misericordia: quas qsquis hîc excoluerit, & in alios pio ac liberali animo declarârit & præstiterit ac exercuerit, illius tum loquentur actus, vbi ora obmutescent.

Philippus qd sonet.

Lãpas & oleum nostrũ quid.

¶De octauo symboli articulo. Cap. XLIX.

OCTAVVS lapis preciosus, Achates dictus est, eiq̃ inscriptum fuit nomen Aser octaui filij Israelis, & designat octauum nostræ fidei articulum, & Aser figuratè D. Bartholomæum Apostolum significat. Aser enim idem est quod templum, vel diuitiæ, seu beatitudo, aut beatus erit. Quę quidẽ omnia D. Bartholomęus Apostolus hoc suo articulo nos instituit, ita dicẽs: CREDO IN SPIRITVM SANCTVM. Quisquis enim credit in Spiritum sanctum, id est, charitatem Dei, firmamq; erga eum fidutiam gerit, illius templum, in quo oret, idem ipse est Spiritussanctus: eiusq̃ diuitiæ, quibus abundè contentus est, itemq; beatitudo illius, in qua sperat, cuiq; totus innititur: & quotquot demum in vera fide sancto spiritui confidunt, perenni perfruent beatitudine. Et hanc fidem quã habemus in Spiritum sanctum, gemmæ huic Achatæ conferimus, quæ fusca est vel nigra, habens in medio circulos nigros & albos, iunctos & variatos: ferturq; eum à quo gestatur, gratum cunctis quibuscum viuit, & amabilem efficere. Eodem quoque modo credere in Spiritum sanctum, fuscum hominem reddit, id est, moribus humilem, ac fundo animi purum, mundum etiam ac purum intentione, & humilibus insistentem exercitijs, quod albi nigriq; circuli designant. Quos nimirùm semper iunctos esse oportet, ipsumq; ambire ac penetrare hominem, & mutari ac renouari exercitatione, quotiès id agere licebit. Faciũt enim hominem ipsos gerentem tum Deo, tum cunctis ad Deum pertinentibus, gratum ac amabilem. Id quod sanctꝰ hic Apostolus etiã suo nos nomine docet: quod, si interpreteris, fit apud nos, filius suspendentis me, vel filius suspendẽtis aquas. Ingredi enim in Spiritum sanctũ cum fide & amore, causa est quòd quis supra seipsum suspenditur, vbi tum ex sanctispiritûs inspiratione percipit, esse se illi filium suspendentis siue suspensi: rursumq; ipse intùs sancto respondet spiritui, velle se filiũ esse suspendentis aquas vel suspensi ad aquas, id est, ad dona Spiritussancti, quæ nos faciunt suspendi, itemq̃ filios nos efficiunt, præstantq; vt in hoc perseueremus.

Aser quid.

Achatę descriptio.

Bartholomæus quid.

¶De nono articulo fidei apostolicæ. Caput L.

GEMMA nona amethystus fuit, cęlata nomine Issachar noni filij Iacob patriarchæ: ꝑ eamq; accipi licet nonum sanctæ fidei articulum, & per Issachar sanctum Matthęum Apostolum & Euangelistam, qui Euangelium suum Hebraicè conscripsit. Issachar enim Latinè memorem sonat, vel Domini reminiscentem, aut virum mercedis, vel Mercedem meam. Quæ cuncta in Apostolo Matthæo reperiũtur. Is enim benè suæ salutis memor fuit, cùm mũdo & vitijs valefaceret. Fuit item Domini memor, quãdo Christum sua excepit domo, illiusq; effectus Apostolus, virtutũ eum studio sectabatur. Fuit itẽ vir mercedis, id est, mercede dignus, quando Christi Euãgelium conscripsit, docuit, obseruauit, nonũq; hunc articulum in symbolo collocans, dixit: SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM. Potestq; demum verissimè nunc dicere, Deum esse mercedem suam. Est nanq; reuerà Deus æterna merces illius, pro rectè factis ac bonis operibus ipsius. Porrò articulum hũc haud incongruè amethysto comparaueris: cuius color purpureus est, permixto colore violaceo, & quasi rosæ nitor, leniter quasdã flammulas fundens: potestq; facilè scalpi: & in India nascitur. Et hęc omnia figuratè ad sanctam Ecclesiam possunt accommodari. Est enim purpura excellenter ornata, id est, sanguine Christi IESV & Apostolorum ac Martyrum: qui violaceo permixtus colore est, hoc est, omnigenis virtutibus: vibratq; leniter flãmulas quasdam

Issachar qd.

Mat. 9.

Amethysti descriptio.

Ecclesia cui gemmæ cur aptè cõferatur.

dam instar rosarum rubentium, quibus interna designatur charitas, quæ in sancta Ecclesia exercitata est, nobisq; declarata ac manifestata per insignes actus & opa externa. Facilè etiam Ecclesia sancta scalpi potest: qñquidem verè credentes & fideles, cuncta Ecclesiæ sanctę mandata & inchoant, & pficiũt citra difficultatem. Crescit deniq; amethystus in India, quæ ad Orientem sita est. India, intùs dilucidus, aut præcessio illuminans, redditur. Crescit itaq; sancta Ecclesia & suis augescit incrementis ad æterni Solis ortũ: crescit etiam in nutu dilucido in occultis, & in illuminante præcessione, quæ sunt exempla sanctorum bonorumq; hominum. Atq; his D. Matthæus Apostolus suo quoq; nomine adstipulat. Matthæum nanq; quidem datorem consilij, vel donum festinationis interpretantur: quod est gratia Dei, sub vno momento cuncta nobis necessaria perficiens, si tamen rectè ac ordine cum sancta Ecclesia communione siue communitate nos coniungere atque vnire velimus: siquidem vna est Ecclesia toto orbe terrarum, eademq; cum omnibus suis meritis vnicuilibet fideli communis.

India quid sonet.

Matthæus quid.

¶De decimo sanctæ fidei articulo. Caput LI.

DECIMA gemma chrysolithus fuit, decimi filij Iacob patriarchę, id est, Zabulon cęlata nomine: per eamq; nos decimum ęquè symboli Apostolici articulum, & per Zabulon Simonem Saluatoris apostolum accipimus. Est enim Zabulon in nostro sermone idem quod Habitaculi substantia, vel Habitaculum eorum, vel Habitaculum fortitudinis, seu Habitaculũ pulchritudinis, aut Flux⁹ noctis, siue iusiurandũ eius. Et hæc omnia S. Simon apostolus decimo hoc articulo nos instituit, ita dicens: SANCTORVM COMMVNIONEM, REMISSIONEM PECCATORVM. Quæ nimirùm communio sanctorum cum mutua charitate, habitaculum ipsorum & cohabitationis siue collectionis substantia, id est, sustentatio vel subsistentia est: eademq; in diuina charitate communio, ipsamet eorum omnium habitaculum est, & fortitudo, & pulchritudo. Nam communis omnibus CHRISTVS cum vniuersis meritis suis, per amorem manauit in sanctos suos, & ipsi vicissim in eum: atq; in hocipso vita subsistit planè iucunda, quæ est mutua communio, gaudio & beatitudine affluens. Porrò sanctorum hanc communionem & remissionem peccatorum per noctis fluxum, id est, duo Ecclesiæ sacramenta, putà baptismum & pœnitẽtiam, consequimur. Hæc nanque fluxus sunt, qui in fide vera noctem obscurã, id est, peccata eluunt. Atque hoc iusiurandum est omnipotẽtis Dei, iam indè ab Abrahami patris nostri temporibus, quòd sese nobis impartiret faceretq; communem, & per abũdantissimam charitatem suam, suo nos sanguine ablueret. Cui nos illius iuramẽto, quod per seipsum præstitit, quo incunctantiùs ac firmiùs assentiremus, fidemq; commodaremus, suaipsius morte consignauit: mortisq; suæ merita, sanctæ quidem Ecclesiæ in peccatorum remissionem, & sanctis in glorię ipsorum decus ac ornamentum, communia fecit ac elargitus est. Hunc articulum chrysolithꝰ lapis designat, qui perspicua claritudine ac viriditate sua mari assimilis est, fulgetq; vt aurum. Sic nanque sancti omnes ac boni quique homines gratia & gloria pellucent: & virides sunt, id est, iucundi ac grati adspectu ob vitæ suæ sanctimoniam: & fulgent instar auri, diuino amore eos omnes penetrante ac permeante. Atque hoc triplex ornamentum sanctis bonisq; omnibus commune est: siquidem status hic est Ecclesię sanctæ nedum in præsenti, verùm etiam futura vita. Quotquot autẽ rubri maris colorem, id est, vitam improbam ac vitijs deditam deposuerunt, atque à sese repulerũt, chrysolitho possunt similes dici. Est autem mare hoc, rubrum ex ipsa regione vel fundo, in quo situm est, quod est inter Hiericho & Zoara. Hiericho lunam significat, Zoara bestiam rationem occæcãtem. Ita inter lunam instabilitatis ac inconstantiæ, & contra rationem obsequi bestialitati, vel illi parti quæ rationis expers est, Mare rubrum (id est, vita peruersa) perseuerat. Neque potest aliqd vitæ particeps in hoc rubro mari vitam retinere, & quicquid in ea vitæ expers est, ad ima ruit. Vndè etiam eo loci Mare Mortuum dicitur, quòd nulla illic fiat nauigatio: estq; instar bituminis vel picis tenax, arripitq; & extinguit quicquid in ipsum venerit. Et sic commodè sanctis peccato comparatur, vtpotè quod hominem spiritaliter rapit & capit, atq; interficit coram Deo, atq; istiusmodi mortui ruunt ac merguntur in Tartara. Eamobrem si peccatorum no-

Zabulon.

Chrysolithi descriptio.

Rubri maris color quid.

Hiericho. Zoara.

Rubrum mare.

Mare mortuum.

nostrorum remissionem, sanctorumq; communionem adipisci velimus, chrysolitho similes simus, & Domini Apostolum Simonem imitemur oportet. Nam vt quidã interpretãtur, Simon auditor est mœroris, videlicet cordis sui, & obediens tum Deo, tum Ecclesiæ sanctæ. Neq; obscurum est, vero cordis dolore ac mœrore peccatorum remissiõem, veraq; obedientia sanctorum communionem obtineri.

Simon quid sonet.

¶De vndecimo symboli Apostolici articulo. Cap. LII.

VNdecima gemma onyx dicta est, inscriptum gerens nomen Ioseph vndecimi filij D. Iacob patriarchæ. Per hãc gemmã vndecimum sanctæ fidei articulum intelligimus, & per Ioseph, Christi apostolum Thaddæum, qui aliâs dictus est etiam Iudas Iacobi: fuitq; iam dicti Simonis frater. Ioseph enim in nostro idiomate augmentum, vel appositionem, vel Domino iustificatum significat. Atq; isthæc eadem D. Thaddæus Apostolus vndecimo, cuius ipse author est, nostræ fidei articulo nos instituit, dum ait: CARNIS RESVRRECTIONEM. Vbi nimirùm corpus suæ animæ denuò copulabit, quod gaudiorum nostrorũ augmentum erit: atq; ita nos Domino iustificabimur, quando eum perenni cultu, famulatu, ac laude cũ omibus nobis ab eo donatis, id est, anima ac corpore, psequemur: & hocipso onychino lapidi similes erimus. Cuius quidem gemmæ duo quidam volunt esse genera, quorum alterum in Arabia, alterum in India reperiatur. Et de priori, quod Arabia proferat, superiùs egimus: cuius duo erant lapides in suphumerali Põtificis, in quolibet humero vnus. Hic autem de quo nunc sermo est, in Rationali ante pectus Pontificis positus, in India nasci videtur: cuius est mixtus color, albus & rubicundus, estq; pellucidus instar vnguis humani, specie ignea, albis cingentibus zonis, aut venis candidis. Itaque gemma hæc homines gloriosos seu glorificatos post iudicium significat: qui tũ pellucidi, candidi, splendidi instar Solis erunt, idq; ob conscientiæ puritatem: admixto colore rubro, eo quòd bestialibus appetitionibus suis resistẽdo, carnem suam crucifixerint: adiũcto insupèr alio quodam singulari colore rubro ex Christi sanguine, quo nos omnes abluti sumus. Atqui in India interim nascamur oportet. Est enim India, vt quidam volunt, Prę cessio illuminãs: vt nouerimus, vitam sanctam in nobis præcedere (hoc est, primùm à nobis coli) oportere. Erit prætereà in sanctis glorificatis species ignea, id est, interna flagrãs charitas, omninò eos penetrans: cinctiq; erunt venis aut zonis lacteis vel candidis, quæ sunt cunctæ illæ liberæ conuersiones ad Deum, quas eidem vnquàm obtulerint. Ea nanq; libertas tum cinget nos, ducetq; in Deũ, rursumq; in nos, ac porrò in sanctos omnes, iuxta omnem beatitudinis rationem, quam quidem liberis actibus emeriti erimus. Sed ad hæc vt ptingere queamus, Apostolo huic psentis articuli authori similes esse debebimus. Sunt autẽ Apostolo eidem prę vitæ excellentia duo nomina, quorũ primũ Iudas, alterum Thaddæus est. Iudas, confitentem vel glorificantem significat. Et nos igit Deum tum verbis tũ actibus glorificabimus ac confitebimur, atq; ardenti amore ex cordis affectu amabimus: Atq; per hæc Thaddæus efficiemur, qui apprehẽdens principem, vel apprehensio principis, reddi potest. Quæ vtraq; nobis eueniẽt. Cùm enim apprehenderimus Christũ eximium principem, nos quoq; illius apprahensio erimus: in quibus duobus salus ac beatitudo nostra sita sunt.

Ioseph qd.

Onychis seu onychini lapidis genera quot.

India quid.

Zonæ eandidæ quid.

Iudas.

Thaddæus.

¶De postremo symboli articulo. Cap. LIII.

GEmma duodecima, eademq; postrema Rationalis, Beryllus fuit, vltimi filij D. Iacob, putà Beniamin, cęlatus vocabulo. Itaque per hanc gemmam extremum nostræ fidei membrum, quod eiusdem cõsummatio & clausula est, accipere licebit: per Beniamin autem, Matthiam Apostolum Domini. Quidã enim Beniamin filium dexteræ, vel filium virtutis, vel filium dierum, aut filium virtutum interpretantur. Atque isthæc omnia Symboli clausula MATTHIAS Apostolus nos edocet, dum ait: VITAM AETERNAM. Quisquis igit cum sancto hoc Apostolo & credere & sperare vult æternã vitam, virtutis filius sit oportet, id est, per virtutum studium ac exercitationem virtuosus efficiat. Porrò per virtutes, filius dexterę fiet in Christo: ficq; filius erit dierũ, dierum inquã, finem non habentium: simulque filius virtutum earum omnium, quas vnquã tum Christus

Beniamin.

Quis quõ Beniamin fiat.

ipse, tum sancti illius omnes præstiterint atq; coluerint. Quod quidem etiam Beryllus gemma figuratè significat: Est enim Beryllus lapis pallidus transpãrens: & gignit in India similis smaragdo, sed cum pallore: semperq; Berylli sexangula figura artificum ingenijs poliunt: quoniam hebescunt, nisi color repercussu angulorum excitet. Huic nimirùm gemmæ similes esse debebimus, si vitam æternam obtinere volemus. Erimus, inquã, velut smaragdus virides, id est, virtutibus cunctis amabiliter exornati: quæ tamen viriditas cum pallore coniuncta erit, vt simus magna cum reuerentia coram Deo demissi ac verecundi: hos verò duos colores, vbicunq; sunt, diuina gratia suis radijs semper penetrat. Deindè etiam in India commorabimur, putà, vbi diuinæ gratiæ sol ppetuò exoritur: pleniusq; nosipsos & exęquabimus figura sexangula, reddituri ita demũ splendorem reciprocum in vitam æternam. Primus angulus planiticm inchoans, humilitas est, coniũcta cũ obedientia erga DEVM & Ecclesiam sanctam. Alter angulus planitiem absoluens siue consummans, amicabilis est patiẽtia cũ voluntatis resignatione. Tertius angulus ordinem inchoans, diligẽs ac seria volũtas est, bonis actib⁹ ex rõne ac discretiõe exornata. Quartus angulus oẽm ordinẽ cõsummans, fortis amor est, idemq; impatiens. Quintus angulus, qui scalpendi initium est, libera est sui ad DEVM cũ reuerentia subleuatio. Sextus angulus, qui nos pficit & absoluit expeditus atq; imaginũ expers est adspectus in nuditate cõtemplans. Hoc pacto quisqs sexangulus est, is in sempiterna Dei gloria perenni coruscoq; splendore fulgebit. Id quod satis probari potest etymologia nominis sancti Matthiæ Apostoli: quem qdam interpretant donationem Dñi, vel donantem se Domino, vel paruũ, id est, humilẽ Dei. Quæ quidem tria, ea omnia, quæ iam commemoraui, nos instituunt. Primùm enim suscipiamus in nobis necesse est Dei dona semper parata, si tamẽ illi placere velimus: rursumq; nòs totos DEO donemus: atque in his duobus semper maneamus pusilli ac humiles, futuri hoc ipso similes tum Matthiæ, tum cæteris Apostolis Domini: licebitq; nobis possidere cũ eis vitam æternã. Hic iam nosipsos explorare atq; examinare debemus: & si quidem virtutes iam dictas in nobis repererimus, assimiles sumus gemmis duodecim in Rationali collocatis, id est, in ornamẽto illo quadrãgulo ĩ põtificis Iudæorũ pectore in quadrato suphumeralis foramine positi, de quo psens nobis sermo texit: vitaq; exprimim⁹ atq; colim⁹ id, quod duodecim Patriarcharũ noĩa hisce gẽmis inscripta, figurata significatiõe referũt, fidẽq; pfectã retinem⁹ cũ articulis duodecim, itẽq; duodecim Apostolis similes sum⁹, à qbus symbolũ istud, anteq diuiderent, inter ipsos mutuò cõfectũ atq; cõpositũ est, singulis articulos singulos digerentibus, tametsi in omnib⁹ omnium articulorum notitia prorsus euidens & explorata inesset. Quare veram Christianamq; illi fidem in rubra petra Christo IESV fundârunt ac constituerunt, eandemq; postmodùm maximè seriò ingentiq; eorum labore & docuêre alios, & ipsi viuendo coluerunt: atqueadeò in ipsa quoq; vltimum reddidere spiritum, & quemadmodùm Christus magister eorum, suo sanguine consignârũt, quò & fidem ipsis accommodemus, & virtutibus excolendis in vitam eos æternam subsequamur.

Berylli descriptio.

Prim⁹ Berylli angulus quid.

II.
III.
IIII.
V.
VI.

Matthias.

Symbolum Apostolicũ quõ confectum.

¶De quatuor ordinibus gemmarum & articulorum fidei nostræ. Caput LIIII.

NIMIRVM quas iam pertractauimus gemmas cum duodecim filiorum Israelis nominibus, in rationali in ipso summi sacerdotis pectore quadruplici ordine digestę atque collocatæ erant, ita vt singuli ordines ternas cõplecterentur gemmas cum totidem nominibus: quibus insupèr vno in loco isthæc vocabula addita fuere,

IVDICIVM, DOCTRINA, VERITAS.

Atque hunc eundem in modum duodecim sanctæ fidei membra, cum vita Apostolorum in Prælati cuiuslibet atque etiam hominis illuminati ratiõe illustrata per quatuor ordines collocata erunt, in singulis ordinibus ternis articulis cõstitutis: ficq; & verum ferre iudicium, & docere veritatem poterit. Horum quidem Ordinum primus docet nos vnum credere Deum in Personarum Trinitate, Patrem omnipotentem, & vnicum Filium eius, eũdemq; conceptum de Spiritusancto, natum in carne nostra ex MARIA virgine. Alter ordo instituit nos

ordinũ quatuor primo quid doceamur.

nos, eundem filium passum sub Pontio Pilato, crucifixum, mortuum & sepultum, descendisse ad inferna, tertia die resurrexisse à mortuis, ascẽdisse in cælum, & sedere ad dexteram
III. Dei Patris omnipotentis. Tertio docemur ordine, indè venturũ eum iudicare viuos & mortuos: atque vt firmiter credamus in Spiritum sanctum, & vnam sanctam Ecclesiam catholi-
IIII. cam. Quarto demum ordine instituimur credere sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, Vitam ęternam, AMEN. Ista videlicet fides cum illis quę suprà diximus, coniuncta operibus, nostram tum exornare, tum illuminare debet rationẽ, atq; etiam supra rationẽ ipsam in nudam nos perducere veritatẽ, vbi abũdè explebimur atque contenti erimus.

¶De quatuor annulis aureis & duabus catenulis Rationalis.

CAPVT LV.

Quasi TEXTVS. HAbebat deindè Rationale per singulos quatuor angulos aureum annulum, in quorum supremis duobus insertæ erãt duę catenę aureæ, sibi inuicẽ velut cancellatim, seu instar X literæ, ante pectus Pontificis, vbi mutuò iungebantur, cohærentes: quę sursum ferebantur vsque ad Pontificis scapulas, vbi duobus innectebantur vncinis aureis superhumerali firmiter insertis.

Quibus id nos instituimur, rationem illuminatam cum omi suo ornatu in spiritũs vnitate per duos annulos aureos duabus catenis aureis in duobus itidèm vncinis aureis affigi & innecti oportere. Ex his prior annulus aureus est, vt supra rationis (id est, suum ipsius) ca-
Annulꝰ prior quid & qualis. ptum ac intelligentiam, DEO bene cõfidat. Alter est, vt citra considerationem in vnitate contempletur. Hisce duobus ratio seipsam excedit. In priori autem annulo catena pẽdens,
Catena. est amor absq; formidine sursùm ascendens. Alterius annuli catena, pax est formis & imaginibus vacua in DEO, quam nullus pturbare poterit. Isthęc duo, putà amor citra timorẽ ascendens, & pax imaginum expers in vnitate, semp etiam absque disseparatione mutuò si
Vncini. bi iuncta manent atque cohærent, perindè vt ambæ catenulæ Crucis instar ppetuò sibi mutuò copulantur. Atqui duo his vncini aurei adhibendi sunt, id est, gemina quędam eadẽq; supernaturalis in vnitate conseruatio, per dona Dei & vnitatis spiritũs nostri subleuationẽ siue sursùm attractionem.

Quasi TEXTVS. Erant etiam, vt dictum est, in infimis duobus angulis Rationalis, duo annuli aurei, missa per eos vitta hyacinthina, quæ circa latera Põtificis ducta, ibidèm ad balteũ fortiter iungebat: indè verò duabus extremitatibus suis à tergo ad binos illos vsque ferebatur onychinos lapides, qui in superhumerali fixi stabãt, atq; inibi singulæ ipsius extremitates singulis aureis annulis inserebantur, vt stringeretur fortiterq; cohæreret Rationale cum superhumerali, maneretq; iunctura fabrefacta, & à se inuicèm Rationale ac superhumerale non possent separari.

¶De vitta hyacinthina Rationalis, quid significet. Cap. LVI.

Aurei duo annuli. EX his intelligi licet, rationem illuminatã, dum deorsùm respicit, duobus aureis annulis præditam esse debere, qui sunt, Amor virtutum, & Charitas erga proximum. Nam tametsi ingens fides, & perspicax intelligentia in aliquo inesse possint, etiam si nõ deorsùm aspiciant per actus & opera bona, mortuæ tamen essent coram Deo.
Vitta hyacinthina. Per hos autem annulos geminos, putà virtutum amorem & proximi charitatem, vitta hyacinthina, id est, discretio seu moderatio inseretur, ac penetrabit: eademq; vitta, id est, discretio, ad balteum adiuncta erit. Quæ enim ex illuminata ratiõe pficiscitur discreta consideratio, ad balteum adiũcta esse debebit, regetq; ac moderabitur & cõseruabit virtutes eas oẽs, quas suprà balteo cõparauimus. Ex vtroq; etiam latere retrò ad scapulas vsque sursùm feretur, quo nimirũ discretio ac moderatio nostra cũctis sit pspecta hoĩbus, atque indè aliqs ad

eos

eos fructus & vtilitas redeat. Atque indè etiam retro nos in aperto ac ppatulo loco in duobus vncinis inseretur, quod est, operam nos dare, eoq; cõniti debere, vt mortales omnes quoscum viuimus, planè intelligant ac animaduertant, nihil nos nisi Dei honorem & ipsorum omnium spectare salutẽ. Isti videlicet duo annuli sunt, quibus discretio in cunctis virtutibus bono quodam in ordine siue benè ordinata ppetuò retinetur. Iam si ita sese res nostræ habent, vt ratio nostra, vt dictum est, illuminata, supra seipsam in Deũ scandat in lumine fidei, itemq; descendat ad proximos omnigenis virtutum actibus cum recta intentione coniunctis, iam quidem & ipsa (rationem nostram dico) cum vnitate, & vnitas cum ea, immota perseuerat.

¶De cidari pontificis. Caput LVII.

OCTAVA eademq; vltima pontificis vestis, quoddam ornamẽtum capitis fuit, videlicet cidaris vel tiara insignis. Iam antè quidem dixi- Quasi TEXTVS.
mus, ad summum sacerdotem etiam quatuor illas, cæteris sacerdotibus in Domini cultu communes, vestes pertinuisse. Habebãt autem illi tiaram byssinam: itaq; & põtifex eiuscemodi tiarã byssinã habere debuit: sed super hanc alia consuta erat longè præclarior & ornatu splendidiori. Quæ quidem tota hyacinthina fuit, supernè in acutissimum desinens cacumen. ambiebatq; eã circulus aureus tribus ordinibus, ita vt tres circuli ceu vnus iuncti viderentur: & super hunc circulum ab occipite stabant flores aurei plantagini similes, à tẽpore vsq; ad tẽpus, singulis circuli ordinibus suis floribus attributis, speciatim ad ipsos pertinẽtibus: tametsi iuxta iuncturã nõ nisi vnus circulus atq; vna florum ratio videretur. A frõte verò supernè stabat flos aureus similis herbæ, quam Græci hyosciamon dicũt, magnitudine digiti vnius, instar calycis vel coronę. In superiori verò planitie tiarę vel cidaris, ex omni parte in circuitu vsq; ad supremum verticem particulatim per loca erãt mãla granata aurea, seu nodi figura mãlorum Punicorũ, cum spinosis extremitatibus suis fabrefacta.

Quæso iam animũ lector aduerte. Superiùs quidem cùm de quarto ornamento vel veste, id est, mitra priori ageremus, liberã volũtatem capiti comparauimus, eodemq; loco diximus vniuscuiuslibet sacerdotis liberã voluntatem iure meritoq; nudã imaginibus & curis vacuam ac Deo totã & omninò deditã esse debere. Hæc est enim prior mitra ex bysso pu- Mitra q̃ ad
ritatis cõfecta, ad singulos quosq; sacerdotes iure pertinens. Ast altera mitra vel cidaris, ex quos pertineat.
hyacintho parata, atq; super hãc iamdictã consuta, liberum quendã ac cælestem nobis designat ascẽsum in lumine supnaturali: qui qdẽ vsqueadeò acutus & sublimis est, vt illius tũ acumẽ, tum celsitudo adspectus omes excedat ac superet. Est hyacinthini, id est, cærulei coloris, quandoqdem omnem nostrã conuersationem & internã & externã, planè cælestem efficit. Ascenditq; sursùm figura rotũda, eo quòd nulla neq; occupatiõe, neq; cura cuiquã adstrictus sit, nec quisquã illi: tametsi interim occultum quoddã ornamẽtum ac præcipuum quoddam virtutum omniũ initium sit. Ambiebat autem mitram hanc summi sacerdotis infernè circulus aureus ex tribus constans ordinibus, ita vt tres circuli in vnum iuncti viderentur: stabantq; super eum flores aurei plantagini similes. Per hunc triplicem circu- Triplex circulus aureꝰ.
lum aureum, triplicem ęquè charitatem accipimus, quæ in cuiuslibet tum prælati, tum illuminati hominis libero ascensu dominium sibi semper vindicare debeat. Isthæc charitas in seipsa qdem essentialis charitas est, liberumq; ac cælestem ascensum triplici ordine, aut tribus amoris rationibus ambit. Primus amoris huius ordo est, vt Dei honorem supra omnia Amoris ordines tres.
liberè & amemus & desideremus. Alter ordo est, vt res terrenas, quantùm ad commodum & delectationem attinet, ob Dei honorẽ ex amore abnegemus ac despiciamus. Tertius est, vt absq; cura vel pressura cordis, quorumlibet mortalium æquè vt nostram ipsorum salu-

tem appetamus. Isti inquam tres amoris ordines, siue tres circuli aurei sunt, vnũ circulum absoluentes siue perficientes, hoc est, perfectum Dei amorem, qui fons est & origo virtutum omnium. In hoc circulo triplici stabant flores aurei quos antè diximus, singulis circulis suis floribus exornatis, ita tamen, vt coniunctim non nisi vnus circulus, eademq; florum ratio videret. Quę nobis libera charitatis opera significant, quæ tum erga DEVM, tum erga nosipsos, tum quoq; erga proximũ ad Dei honorem exercere debeamus. Vbi nimirùm singuli flores, suos ornant circulos, id est, opus quodlibet suũ amoris ordinem siue modũ exornat: at vnus nihilominùs circulus est, id est, vna diuina charitas, quæ causa & fons est virtutum omniũ. A fronte verò supernè stabat flos aureus, similis herbæ quam Græci HYOSCIAMON dicunt, magnitudine digiti vnius, instar calycis vel coronæ aureæ. Hũc floreũ Sanctispiritũs intra nos opationem accipimus, vtpotè quæ totius libertatis nostræ ornamentum est. Cùm enim isthæc Sanctispiritũs intra nos opatio cũ libera voluntate nostra coniungitur, eique dominat, tum nos coronam gestamus aureolam, quę nos liberos cõseruat, & erectos subleuatosq; ad DEVM, atque omnigeno virtutũ ornatu cõspicuos. Atquì in superiori tiarę vel cidaris planitie, ex omni parte in circuitu ad supremũ vsq; verticem, particulatìm per loca erant mãlagranata aurea, seu nodi figura mãlorũ punicorũ, cum spinosis extremitatibus suis fabrefacta. Quibus id nos certiores reddimur, omnes illos actus bonos, quos simplici cũ intentiõe supra nosipsos DEO liberè obtulerimus, aurea esse mãla punica, qbus supernè acutæ sunt spinæ aureæ, id est, liberæ ex amore resignatiões: quibus qdẽm intũ Deus victus atq; cõfectus & vulneratus reuerenti amore est, vt liberrimè nobis totũ id esse velit, quod est & habet. Et quatenùs qdem liberis ac cælestibus assensiõibus nosipsos cum reuerentia excessimus, eatenùs nosipsos actusq; nostros obtulimus DEO, tantumq; lucrati sumus: atq; hic pprius & peculiaris noster thesaurus est, qui nostros in libertate assẽsus ęternò exornabit. Atq; eamobrem pro suæ quisq; resignatiõis ac reuerentiæ modo, perenniter regnabit ac lætabitur.

Virtutum oim fons.

Hyosciamos.

Spinosę mãlorũ punicorũ extremitates, qd.

¶ De lamina aurea. Caput LVIII.

Quasi TEXTVS.

SVper frõtẽ verò pẽdebat lamina aurea, ad modũ lunę dimidię facta: quæ arcuatã inflexionẽ sursùm habẽs, & in medio annulũ aureũ, vncino aureo inserebat, qui mitrę vel cidari insertus erat. Ne verò cùm moueretur Pontifex, commoueretur & lamina sancta, sursùm ligabatur vitta hyacinthina perspicua, cęlante vncinum & annulum, quæ circũducta capiti & ligata in occipite, dependentes summitates super vtrũq; humerum diffundebat. Sculptum autem erat opere cælatoris in hacipsa lamina, Sanctum DOMINO, vel sanctum DOMINI nomen tetragrammaton: de eaque DOMINUS Mosi ait: Erit autem lamina semper in fronte Pontificis, vt placatus sit ei DOMINUS: portabitq; iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filij Israel, in cunctis muneribus & donarijs suis.

vide historiã Schol. Petri Trecen.

Exo. 28.

Lamina aurea.

Quæ iam cõsideranda nobis sunt ac perpendenda. Nimirùm sancta isthæc lamina aurea typum gessit vitæ Seruatoris nostri, & cunctorum amabilium actuum illius. Vndè etiam lamina hæc inter vestes extrema ponit, & ipsa alijs omnibus vestibus decori est ac ornamento, easq; perficit & absoluit. Etenim absque dignissima Christi Saluatoris nostri vita, neq; antè figura, neq; pòst veritas decore vllo prędita est. Et accommodè sanè isthęc DOMINI saluatoris vita, ob charitatis illius excellentiã ac præstantiam, auro comparat: & ipsa quoque publicis ac præclaris actib⁹ & gestis ipsius instar laminę dilatata fuit. Porrò lamina hæc sanctę veneratiõis (ita enim scriptura eam appellat Exod. 39. cap.) infernè qdẽ orbiculatìm rotunda erat, pręterquàm in parte superiori: quod itèm propriè in Christi vita animaduertilicet. Is enim rotunditate sua, quam infernè gerebat, res terrenas non nisi ceu vno temporis attin

rerrena qui tractanda.

attingebat puncto, putà pro corporis necessitate: & suprema quæq; vitæ & sanctissimorũ actuum illius supernè ad mitram planè & æquabiliter adiuncta erant, videlicet pspicuo, dilucido ac libero adspectu ad cælestem asscensum. In medio autem supremæ æquabilitatis laminę aureæ, annulus erat aureus vncino aureo triplici mitræ circulo fortiter inserto supernè innexus: qui quidem annulus aure⁹ amantissimam sursumq; asscendentem Christi erga Patrem suũ venerationem siue reuerentiam designat, qua videlicet & cum seipso & cunctis actibus suis, maximè verò sacratissima ac veneranda morte sua, itemq; omnibus factis ac faciendis operib⁹ bonis sursùm asscendit. Atq; idem iste aureus veneratiõis Christi annulus, vnà secùm nos sursùm tulit, iunxitq; fortiter atq; vniuit & inseruit vncino aureo amantissimæ susceptiõis Patris sui, si tamen cum ipso nos vnire, eiusq; tum exempla, tum institutiones amplecti ac imitari volemus. Ac meritò sanè nulla vnquàm obliuione ex animo nostro ea deleri charitas deberet, quòd Christus mediator & sequester noster est, & pro omnibus omnium nostrũm necessitatibus absq; intermissione præstãtissimam oblationem suam in Patris conspectu renouat. Vndè etiam DOMINUS Mosi præcepit, vt lamina semper esset in fronte Pontificis, sicq; placatus esset ei DOMINUS, portaretq; iniquitates eorum, id est, ꝑ eis intercederet ac deprecaret, quę filij Israel obtulissent ac sanctificassent in cũctis muneribus & donarijs suis. Ex quibus id colligi potest, voluntatis esse diuinæ, vt amabilem Christi vitam cum vniuersis actibus eius, itemq; amantissimam obliuionem illam siue in DEVM relationem, qua nos omnes vnà cũ Christo Patri illius offerimur, nostra in memoria ac libero adspectu, quo ad illum versi sumus, cõtinẽter antè nos circũferamus: atq; ita exauditurum DEVM preces nostras, nobisq; placatum & propiciũ fore, eo quòd laminam auream, id est, Christi vitam in illius pśentiam & cõspectum nostris in frontibus ceu dignissimam adferamus oblationem. Atquì ne lamina sancta in Dei cultu moueret, iussit DOMINUS Mosi, vt vitta hyacinthina pellucida, ita vt omis decor p eam cõspicuus esset, sursùm religaret, ipsa vitta cęlante vncinum & annulũ, & capiti circũducta, ac ligata in occipite, depẽdẽtes summitates sup vtrunq; humerũ diffundente, idq; ad ornatũ Pontificis. Qua id nos figura edocemur, dulcissimam Christi vitam ante nos fortiter religare, ac fixam retinere nos debere in libero aspectu nostro, & hoc vitta hyacinthina, id est, simplici ac cælesti exercitatione: quę eadem pspicua erit, videlicet per gratiã Dei: sicq; per eam annulũ aureum, & laminam auream vncino aureo innexa & inserta, hoc est, DOMINUM nostrum IESVM Christum, ingenti cum reuerentia & seipsum & omnes suos in fruitiuam Patris sui susceptionem amantissimè offerentem, conspicere poterimus. Et hæc veneranda oblatio cõmodè satìs per annulum aureũ accipit. Etenim charitas in DEO vnita, quod ad supremam libertatem attinet, neq; initium, neq; finem habet. Illius enim initium & finis in DEO est, eaq; re principium & finis eius vnum sunt: quæ quidem est charitas æterna, cuius nulla neq; origo, neq; terminus est, quæq; beatos nos efficit & vnum cum DEO. Huius autem cælestis ac pellucidæ exercitationis initium & conseruatio in occipite, id est, in occultis nostris penetralibus erit, vbi in suprema libertate fortiter connexa, ligata, & vnita erit cũ DEO: ita vt dependentes extremitates ornatum ill⁹ retrò nos in verbis & factis, cælestibus morib⁹ corã cunctis mortalibus declarẽt ac manifestent. Quòd verò lamina isthæc sanctæ veneratiõis, iuxta veritatẽ nõ nisi Christi vitam designet, vel insculptum ei nomen argumento esse potest: quod quidẽ dupliciter exprimitur. Dicitur enim, Sanctum DOMINI, &, sanctum nomen DOMINI tetragrammaton. Quæ duo nomina seu appellandi rationes, re ipsa in Saluatoris nostri vita & factis conspiciunt. Enimuerò veraci ac humilima humanitatis suæ vita cunctis donis atque omni sanctitate plena, vnus ac solus ipse est sanctus DOMINI. Quicquid enim sancti omnes habẽt, per sanctitatis illius merita habent: atque ita iuxta humanitatem suam sanctus DOMINI est, & caput sanctorum omnium. Alterum autem nomen, siue appellandi ratio, qua tetragrammaton nomen illud dicit, iuxta diuinitatem illi competit: idemq; nomen Christum esse ineffabilem nobis testat, videlicet ob essentiæ ipsius infinitatem. siquidem hoc nomine nedum sensus omnes, sed etiam omnem rationis & intelligentiæ captum longè lateq; in infinitum excellit. Hæc duo appellandi genera siue modi, in sanctissimæ vitæ illius lamina aurea manifestò nobis declarata sunt, tum ꝑ humilimos humanitatis ipsius actus, tum per eui

Annulus aureus.

Vita Christi quô semper ob oculos ponenda.

Charitas.

Occiput.

Insculpta laminæ nomina qd aut quę.

Sanctus dñi solus quis.

dentia ac manifesta Diuinitatis eius facta & opera: cuius nobis multiplicia ac varia suppetũt ex Euangelijs testimonia, præstita à Patre, ab eodem ipso Filio, à Spiritusancto, ab angelis, ab apostolis, ab ethnicis, à Iudæis, à bonis & malis, ab elementis, à damnatis spiritibus, ac multijugis demum miraculis ipsius. Ita nos in aurea vitæ illius lamina, vtrunq; sublime eius nomen tam secũdum humanitatem quàm Diuinitatem animaduertimus. Explicata iam nobis sunt iuxta veritatem ornamenta omnia, quibus tum Põtifices, tum inferioris ordinis sacerdotes secundum figuram olim vti consueuerunt: atque ea qua dictum est ratione, re ipsa & in veritate obtinere ac adipisci licet vestes illas, quibus illi iuxta figuram vsi sunt.

Vestes quæ quõ mystice gestandæ.

¶De sanctæ vnctionis oleo. Caput LIX.

CONFECTIS porrò atq; absolutis oibus antè dictis, putà atrio tabernaculi, altari holocausti cũ vasis ipsius, labro in atrio posito, tabernaculo cum omni ornatu suo, & quæ in eo continebantur, itemq; Pontificis aliorumq; sacerdotum cultu & ornamentis, deindè mandauit Dñs Mosi, vt cuncta hæc antè consecrarentur, quàm suo cultui adhiberentur. Iussit item, vt Aaron & quatuor filij eius sacris initiarẽtur, sacerdotesq; consecrarentur. Itaq; de oleo sancto conficiendo, quo isthęc omnia inungẽda atque consecranda erant, istiusmodi Dominus Mosi mandatum dedit:

TEXTVS Exo. 30.

SVME TIBI aromata primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, [Siclus pondere Sanctuarij, dicitur eiusdem quasi põderis esse cum vncia.] *& cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta siclos, casiæ autem quingentos siclos in pondere Sanctuarij, oleum de oliuetis mensuram hin.* [Hin, cuiusmodi mẽsuræ genus sit, paulò pòst dicemus, vbi ista explanabimus.] *faciesq; unctionis oleum sanctũ unguẽtum compositum opere unguentarij, & unges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, mensamq; cum uasis suis, candelabrum & utensilia eius, altaria thymiamatis, & holocausti, & uniuersam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet: sanctificabisq; omnia, & erunt sancta sanctorũ. Qui tetigerit ea, sanctificabitur. Aaron & filios eius unges, sanctificabisq; eos, ut sacerdotio fungantur mihi. Filijs quoq; Israel dices: Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi in generationes uestras. Caro hominis non ungetur ex eo, & iuxta cõpositionem eius non facietis aliud: quia sanctificatũ est, & sanctum erit uobis. Homo quicunq; tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo.*

Hoc videlicet sanctum illud oleum est, quod Dominus Mosen cõficere iussit, quo tabernaculum & quæque ad id pertinentia, sacerdotesq; & pontifices Iudæorum iuxta priscę legis decretũ cõsecrati & sanctificati fuêre: idemq; oleũ sacri illius olei typũ gessit, quod ipse Dominus IESVS confecit, quod ęternò perdurabit, quo is nos omnes in Sanctospiritu consecrauit atq; perunxit, maximè verò nouę legis sacerdotes, ratiõe quadam singulari prę cęteris hominibus.

Oleũ quod cuius typus.

¶De myrrha. Caput LX.

SEd iam attendamus, obsecro. Prima inter ea aromata, quæ Moses ad huius olei vsum adhibuit, vti dictum est, myrrha fuit: Est autem myrrha arbuscula altitudine quinque cubitorum, quæ est hominis statura: & est eximia viriditate: fructusq; eius suaui odore, sed gustu perquàm acerbo. Arabes autem, apud quos nascit, virgulta eius ex caudice hincindè prodeuntia, vt fertur, exurunt, quò crescat magis, & vberiores fructus ferat. Eius fructus, defluens lachryma siue gummi est, quę & ipsa myrrha vel stacte vocatur: quę qdẽ virtute & colore Solis & corticis incisione emanat. Itaq; myrrham possumus dicere amaritudinem siue acerbitatem, apteq; nobis Christum designat secundum carnem mortis

Myrrhę descriptio.

ficatum. Siquidem & ipse ait, Arbor bona fructus bonos facit. Atq; illius multijugæ cruces & perpessiones, boni illi fructus sunt, vndè nos viuimus: eædem perpessiões eius singulari viriditate & iucundo ac grato adspectu sunt: quãdoquidem cælesti eius Patri impensè placent. Habebat quoq; odorem suauissimum, quo animæ curant & vulnera, mortui reuiuiscunt, amici Dei olim ex inferno extracti sunt, & viui deniq; ad gloriam introducunt. Sed perpessiones istæ gustu sanè perquàm acerbo fuêre: Non enim nisi morte illius completæ sunt. Hæc nimirũ myrrha prima est & electa, q̃ virtute & calore Solis, hoc est, diuina charitate manauit: iemq; arboris incisione, qñ gratissimũ Christi corpus totum vndiq; vulneribus cõfectum fuit. Crescit autem myrrha hęc Dominus noster IESVS Christus, ingentesq; adfert fructus in Arabia, id est, in humilibus ac callidis, & insidias ponentibus hostib⁹ suis, putà peccatis, quæ tria Arabiã qdam significare volunt. Et nos igit̃ in Arabia commorabimur: istamq; myrrhæ arborem, id est, Christum IESVM, eiusq; passionem in cordis nostri meditullio plantabimus: exuremus aũt virgulta eius, hoc est, cogitatiões illas omnes, quas nobis de sua passione instillat & adspirat, nostrę charitatis igni, id est, compassione, interna deuotione, laude & gratiarumactione exercitabimus: sicque fructus perpessionis illius, continua quædam in nobis capiet incrementa. Verùm hîc nosse operæpreciũ fuerit, passionis eius exercitationem omnibus, sensibili eum amore prosequentibus, magnæ efficaciæ & acerbitatis esse. Atq; ea de re qdam in initio nimiùm importuni sunt, nimiumq; vehementes ac immoderati & indiscreti in officijs seu famulatu ac cultu externo, & plùs æquo rigidi ac duri erga seipsos labore corporali, ita vt nonnulli ex ijs aut morbo corripiant, aut sensibus priuent vel debilitent, qdam etiam vtroq; simul, quod est formidandum magis, periculo implicent. Est igit̃ agendũ nobis quod Arabes solent: q cùm nõ ignorẽt ex odore fortissimo virgultorum myrrhæ exustorum, graues ac intolerabiles sibi morbos accidere posse: callidè agũt, vnaq; alterius arboris gummi, id est, storacem vel styracem, concremant, cuius grata ac leni fumificatiõe & ardore exhilarant animis, à morbisq; seruant. Vbi quæso paulisper attentio adhibeatur. Storax vel styrax arbor hęc dicit̃, itemq; fructus seu gummi eius. Est autem arbor lenis & pinguis, manatque ex eo cãdidus liquor vel lachryma instar mellis suauis: quæ si in terram decidat, sordes indè contrahit: sin verò arbori vel frondibus adhærescat, ex Solis ardore indurescit, & rubrum colorem induit: eiusq; gummi dum crematur, suffitu suo quotquot ad ipsum accesserint, lętificat. Quorum si spiritalem spectemus intelligentiam, docent nos, dum in Dominica passione exercemur, dulcissimam ac sensibilem eius humanitatem, ceu myrrhę arbusculam acerbissima passionis suę myrrha abũdantem, inspiciendam nobis esse: & simul etiam illius cõtemplandam nobis diuinitatem, omni opulentia atq; omnigenis delicijs pinguem ac copiosissimam, & perẽnem gratię suę liquorem, styracis vel storacis more manantem. Quicquid enim foris & intùs sumus & habem⁹, totum ex illius dono ac munere nobis collatum est: eaq; omnia, illius dona sunt: quæ cùm ex ipsius Diuinitate prománent, cũcta vtique pura sunt ac mellitę suauitatis. At tamen cùm ipsa hæc Dei dona in terrenos ac terrę deditos defluunt homines, iam commaculantur, eo quòd istiusmodi neq; seipsis, neq; ijs omnibus quæ diuinitùs perceperunt, Deo seruiãt, & ita Dei munera conspurcent. Vbi verò in arboris ramusculos, id est, homines sibi amanter vnitos, décidunt, illic pura manent, rubrumq; colorem Solis ardore, hoc est, ex æterna illius charitate accipiunt. Quæ nostri quoq; amoris igne incendenda atq; concremanda nobis sunt: sicq; intantùm gratus ac iucundus, plenusq; voluptatis existet odor, vt quotquot ad eum sese adiunxerint, gaudio affici necesse sit. Ista videlicet ratione in Dominica nos passione exercitabimus: atq; ita nostrijpsorum ac sensuũ & mentis nostrę semper compotes erimus, & à vitiorũ morbis pseruabimur. quòd si cuipiã mirũ videat, cur hoc loco storacis mẽtionẽ haberim, cũ tñ ad sacrũ vnguentũ non ptineat: nouerit is, ea de causa id me fecisse, vt vnusquisq; perspectum & cognitũ habeat, quo se pacto in Dñica Passiõe debeat exercere.

Mat. 7.

Arabia.

Virgulta exurere.

Arabũ callidi tas.

Storax.

Ramusculi.

¶De cinnamomo. Caput LXI.

SEQVITVR hinc altera species aromatica, vnde oleum sanctũ parabatur, videlicet cinnamomum, quod in India atque Aethiopia nascitur. Frutex eius rotundus ac tenuis, figura

Cinnamo-

mi descriptio.

ra calami, ſuppallidus ac velut cinericius, duorum cubitorum, id eſt, trium pedum altitudine. Qui ſubtilis ac tenuis eſt, idem præclariſſimus eſt: qui pinguis & craſſus, non ita magno in precio habet. Cùm frangit, aerem ſuo fumo obſcurat, pindè ac ſi puluere aut nebula adſperſus ſit. Per hunc itidèm exiguum fruticem aromaticum, Dominus noſter IESVS figuratè exprimit infra mortales omnes humiliatus. Illius paruę Fiſtulę. fiſtulæ rotundæ coloris cinericij, vires animæ & ſenſus corporis eius, in officijs ac ſeruitijs humilibus ad mortē vſq; exercitata, deſignat. Et duorum cubitorum, quos in altum fiſtulæ cinnamomi obtinet, prior id nos inſtituit, Dominum noſtrū IESVM Chriſtum ꝓpetuò ſeſe in humili ſamulatu intùs coram Patre ſuo exercitaſſe: Alter verò humilia eius officia ac ſeruitia, foris coram cunctis hoibus exhibita ac ꝓſtita, nos docet. Atqui vires illi in interno corā Patre exercitatę ſamulatu, fiſtulæ ſubtiles ſunt, eædemq; ꝑclariſſimæ, quas India gignit. Indiam qdam nutum India. dulcedinis interpretant. Siquidem fruitiua diuinæ eſſentiæ vnitas, dulcedo prorſus immenſa eſt, quę Chriſtum ſuo nutu intrò vocabit, itemq; cum eo omnes in interna ſeſe humilitate exercitantes. Pingues autem craſſiq; calami ſeu virgæ, non pindè præſtantes fuêre. Per hos enim, Chriſti externi ac humiles actus, qbus is cunctis hominib foris ſatisfecit, myſticè deſignantur. Atq; iſtæ in Aethiopia creuêre atq; cultę ſunt, id eſt, in tenebris mundi huius, Aethiopia. vbi Dominus ſua egit opera ſecundum humanitatem. Aethiopia enim caliginem vel tenebras ſignificat. Vndè cùm idem Dominus in Aethiopia perfectam adepturus erat maturitatem, id eſt, quando mori voluit, aêr obſcuratus eſt: etenim cannæ ſeu fiſtulæ frangebantur: frutex ꝑclarus ſcindebat, vires ſupremæ animę eius, ab infimis diſtrahebant ac ſeparabant, ſenſus deficiebant, anima extra corpus emigrabat, mors vitam apꝑhendebat, mortem vita debellabat ac eluctabatur, Apoſtoli ſuo deſtituebant lumine, priſca lex & ipſa quoque lumen amittebat ſuum, Sol ſplendorem ſuum retrahebat, atque aer ignorantiæ nebula plenus erat: ſed noſter exoriebat dies, in quo perenniter viſuri ſumus. Eſt porrò non ignorandum, ꝑclariſſimum Indiæ cinnamomum, cùm rebus dulcibus ꝓmiſcet, guſtatu acrius fieri: Cinnamomi Indici acrimonia. quantoq; res eæ qbus miſcet, ſuauiores ſunt, tanto ſaporis eius acrimoniam ſemper augeri. Qua de re aptè quidem internis humilibus hominibus comparat. Qui quantò exaltant magis ſiue à Deo, ſiue à creaturis, eo viliùs de ſe ſentiunt: quantoq; maioribus Dei donis afficiunt, tanto ſe indigniores iudicant. ſicq; fit, vt qui humiles ſunt, illi omnium tutiſſimi ac ſecuriſſimi ſint. Exiccat porrò cinnamomum atque conſumit & conficit prauos ſtomachi Cinnamomi vires. humores, ſtomachum confirmat, & concoctionem non mediocriter iuuat: ſanat epar, purgat hominis interiora & ſuperflua quæq;: medet oculis, & humores illorum exiccat, beſtiarum morſibus appetitos, vulneribus admotum, curat: ſurculi eius benè triti ac aceto forti admixti, nigricantes ex facie maculas pellunt. Eademq; omnia, ſi ſpiritaliter conſiderentur, Humilitatis laus & vtilitas. vera humilitas efficit. Expellit enim & conſumit omnes vitiorum humores: in cunctis virtutibus confirmat atq; corroborat hominem: famem quandam atq; appetentiam excitat in homine quorunlibet actuum bonorū: epar refrigerat, dum omnem inordinati amoris appetitū ac libidinem extinguit: purgat interiora hominis: dum omnem ex eo expellit multiplicitatem, & in vnitate eum figit ac ſtabilit: Hinc verò curant oculi interni, vt citra impedimentum ipſam poſſint contemplari veritatem. Et ſi quem intùs humilitas occupet ac complectatur, etiamſi is ferarum, id eſt, beſtialium actuum morſibus impetitus ac læſus ſit, ſi tantùm humilitate ea contingere volet, ſanitatis beneficio potietur. Siquidem cor humile & contritum, & animus ab omni caduca ac temporaria oblectatione & voluptate auerſus, cùm ſimul in vno aliquo inſunt & concurrunt, internam illius faciem ab omni vitiorum labe repurgant.

¶De calamo aromatico. Caput LXII.

calami aromatici deſcriptio.

TERTIVM inter aromata ſanctæ vnctionis locum calamus Aromaticus ſibi vendicat. Hic calamus in India gignitur, multis nodis geniculatus, ita vt arundines vel ſambucus, fuluo colore vel rubicundo, ſuauem ſpirans odorem, quadam tamen acrimonia guſtum afficiens: cumq; frangitur, in multas fit partes ſciſſilis. eſtq; calidæ naturæ. Non inconueniens fuerit, per hanc arborem aromaticam, internam Saluatoris no-

noſtri obedientiam, in qua is & vixit & obijt, accipere. Etenim & ipſe in India natus eſt. Vt enim aliquotiès iam dictum eſt, India ſecundum quoſdam nutum dulcedinis ſignificat. ſic India. Chriſtus IESVS non modò ad Patris æterni, ſed etiam oīm benè volentiū hominū nutum ac voluntatem obediens vixit: idq; illi internam quādam præſtitit ſuauitatem. Ipſe nanque de ſe ait: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei. & hoc pacto in nutu dulcedinis vixit. Io.4. At verò etiam præceſſionem illuminantem, iuxta quoſdam, India ſignificat. Ita ꝙ Chriſtus Patri ſuo verbis & actibus morem geſſit, præceſſio illuminans fuit, quam nos omes vera cum obedientia ſequi ac imitati debemus. Eſt autem calamus multis nodis geniculatus. Obedientię encomium. Etenim ſancti omnes boniq; homines Chriſto connexi ſunt, & per obedientiā illius ſpiritalia membra effecti. Nam citra obedientiam nemo rationis capax Deo placere poteſt: quando etiam Chriſtus ipſe omnes & vires, & mēbra, & actus ſuos in vera exercituit obediētia. Eſt præterea calami huius aromatici fuluus color: ſiquidem obediētia omnis in charitate, quam color iſte fuluus deſignat, exercenda eſt. Et aerem calamus ſuaui ſuo odore implet. Enimuerò obedientia bonorum hominum vineis florentibus comparatur, aerem gratiſſimo adſpergentibus odore, ita vt ſerpentes fugere compellantur. Eundemq; in modum etiam nos Tartareos ſerpentes, qui ſunt hoſtes noſtri, obedientia profligamus atque in fugam vertimus. Qui quidem quòd diuinę non parérent volūtati, cæleſti ſunt nudati decore, & in æterna corruêre tormenta. Ipſi quoq; primi homines conditi à Deo, cùm illi non obtēperārēt, ex Paradiſo in magnas ſunt detruſi miſerias & calamitates, noſq; oēs ꝓpter illos. Atqui virgo intemerata Dei genitrix MARIA, omnium noſtrūm vitam in Obedientia auſpicata eſt, quando dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuū. Eiusq; lōgè amantiſſimus filius Chriſtus IESVS Dominus noſter, obedientia ſua cęlos nobis patefecit, aerēq; Luce 1. tanta inter nos cæleſtemq; patrem ſuum ſuauitate reſperſit, vt nullus tam ſordidus, tam impurus peccator ſit, modò Deo & Eccleſiæ ſanctę obtemperare velit, quin gratiam ſit impetraturus. Habet porrò calamus acrimoniam quandam dum editur. Nam & Dominus noſter IESVS Chriſtus quando ſpiritu promptus atque paratus fuit, moriq; voluit, & ſummā præſtare ac exequi obedientiam, ſecundum carnis tamen volūtatem viuere māluiſſet, nec mortem perpeti: atq; eam ob rem ſpiritūs illius obedientia carni eius ſeu naturæ corporeæ tormento fuit, & acerbitate quadam affecit guſtum ſenſuum: attamē corpus ſpiritui morē gerere oportuit. ſicq; Dominus IESVS ſuam compleuit ac perfecit obedientiam: qua in re nos eum imitari debemus. Porrò cùm calamus Aromaticus frāgitur, in multas partes ſcinditur. Sic Dominus noſter multa accepit vulnera. Et nos quoque, ſi Deo & rationi noſtrę obtemperare velimus, intùs qdem cor noſtrum, foris autem actus noſtros vera ex obedientia ſcindamus, cunctisq; hominibus noſtra indigentibus opa impartiamur oportet. Vnguentum Luc.12. deniq; quod ex calamo fit, calidæ naturæ eſt. Et Domini IESV obedientia ignē amoris eius in terris accendit, qui nunquàm extingui poterit.

¶De Caſia. Cap. LXIII

QVartus frutex aromaticus, quem ad ſacrum conficiendum vnguentum Moſes adhibuit, caſiæ nomen habet: qui quidem frutex, vt quidam aiunt, creſcit in Arabia, duro cortice, folijs purpureis: flores eius dulciſſimi odoris ſunt: fitque Caſię deſcriptio. indè vnguentum eiuſdem fermè virtutis cum cinnamomo, licèt non efficax æquè: quo fit vt huius in medicinis duplum pondus accipiatur. Itaq; arbor iſta Dominum noſtrum IESVM Chriſtū, roſeū fundētem ſanguinem ſuū, ſignificare poteſt. Vt enim illa in Arabia gignit, ita Dominus IESVS humilis, ſubtilis & omnium ſuorū hoſtium victor ac Caſię folia qualia. debellator creuit. Et quemadmodùm caſia robuſto craſſoq; eſt cortice: ita Saluator noſter corpus vitamq; ſuam in ſua ipſius voluntate, videlicet duriſſimo cortice, penitùs inuoluerat atq; abdiderat. Neq; ēm quiſquā quicq̄ illi, priuſquā voluiſſet ipſe, facere potuit. Iā ipſa caſiæ folia purpurea, multijuga Seruatoris noſtri vulnera exprimunt, q̄ is ex flagellis & ſpineæ coronæ aculeis accepit. Porrò flores gratiſſimi odoris, quinque illius principalia deſignant vulnera, quę nobis vitæ fructū attulerunt. Iſtorū nanq; florum in Patris æterni præſentia tam ſuauis, tam iucūdus extitit ac manauit odor, vt noſtri ſit amore vulneratus: neq;

Sacra septé vndè.

huius vnquàm potest obliuisci: modò nos gratiam quærere & captare velimus, istorumq; eum vulnerũ admonere, semper nobis gratia parata erit. Deniq; ex pclarissimis hisce quinq; Dominicorum vulnerum floribus vnguentum ac medicina nobis ad quasuis necessitates & incommoda nostra prománat, ipsa dico septem sacramenta. Ita iam mystica nobis quatuor arborum aromaticarum, vndè oleum sacrum Moses parauit, est explicata ratio ac significatio.

¶De oleo oliuarum. Cap. LXIIII.

Olea.

HIS insupèr Dominus oleum oliuarum addi voluit. Huius olei arbor, olea dicitur: fructus, oliua: succus ex oliua expressus, oleum vocat. Per oleum igitur accipiendus est Pater in diuinis: per eius fructum, Filius ipsi⁹ Dominus noster IESVS Christus DEVS & homo: Per oleum ex oliua emanans, charitas & gratia siue benignitas diuinitatis & humanitatis Christi. Siquidem olea in scripturis, pręclaræ ac præcipuæ arboris pacem significantis, loco ponit. Et ipse quidem Pater æternus suũ nobis donauit Filium, ceu fructum pacis æternæ: Filius autem per Spiritum sanctum vltrò se tradidit in torcular siue prælum Iudęorum, ita vt sacrum manaret oleum, quod nos omnes, modò id appetamus, sanctos ac beatos possit efficere. Sed iam ipsam sacri olei confectionem secundum figuram consideremus. Moses oleum istud paraturus, quatuor antè dictorũ fruticum aromaticorũ ramusculos seu virgulta vel pullos accipiebat eo põdere, quo iussus erat à Domino, putà myrrhæ quingentos siclos, & totidem casiæ, calami autem & cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos, eo quòd virtute & odoratu isti posteriores fru tices tantùm cæteris in confectione præstabant. Deindè ramusculis istis olei oliuarũ mensuram Hin adiunxit. Hin apud Hebræos mensurę genus est, quod Latinis sextarius dicit, & est sexta pars congij: quanq; nõnullis placet Hin idẽ esse cũ congio. Hic cõgius olei duodecim debuit habere põdo vel libras, duabus libris singulis sextarijs attributis. Est aũt verisimile, Mosen hoc loco maxima mensura oliuæ oleum accepisse, putà libras duodecim: cui deindè imposuit ramusculos omnes, qui posteaquàm olei liquore & humore maduerant, magna vi omnis & ramusculorum & olei liquor exprimebatur, atq; hoc vnctionis oleum & Sacramentum fuit in illa veteri lege, quo Tabernaculum & sacerdotes iuxta eiusdem legis & figuræ ritum ac morem initiabant & sanctificabant. Erat igit, vt dictum est, ramusculorum vel surculorum, vndè hoc oleum fiebat, pondus vnciarum quindecim: & quia duodecim vnciæ librã efficiunt, ramusculorũ põdus omne centũ & viginti libris cõstitit: qbus addebant olei oliuarum libræ duodecim. Iam antè in superiorib⁹ dixisse me memini, centum & viginti libras, pondus sanctuarij grauissimum fuisse. Siquidem hoc candelabri pondus fuit. Sed nostrum præsens pondus quinq; insupèr libris excedat oportet, idq; etiam absque oleo, cuius fuère pondo vel libræ duodecim. At nunc ipsam agè figuræ huius veritatem inspiciamus.

Hin qd mensurę sit.

Sup. cap. 33.

¶ Quid mysticè sanctæ vnctionis oleum significet. Caput LXV.

DOminus noster IESVS Christus cùm in nostra natura nasceret, quoddam confecit vnguentum, quo mortales omnes sanctificare constituit. Et in ipsa quidem suæ natiuitatis hora, passionis suę myrrham assumpsit: cui adiunxit casiam suauè fragrantem, ipse videlicet octauo suæ circuncisionis die, quo primum suum sanguinem fudit: addidit etiam cinnamomum & calamum, id est, internam humilitatem & obedientiam suam: cunctaq; hæc coaceruans, in charitatis & gratiæ ac pietatis suæ oleo posuit & exercitauit. Vbi deindè tempus aduentare cœpit, quo suo oleo vti statuerat, ad torcular & prælum sese obtulit, vbi ad mortem vsq; passus, omnem omninò sanguinem suum effudit. Ita nimirùm duo hæc, id est, circuncisio & Passio Domini IESV, iuxta confectionis materiam, grauissima erant, & maxima numero ac pondere, adeò vt simul mille vncias vel siclos continerent. Humilitas autem & obedientia, duæ sunt virtutes internæ, quæ tametsi minoris ponderis fuerint, virtute tamen & præstantia ac nobilitate excellebant: quo fit vt non nisi quingẽtos obtinerẽt siclos vel vncias. Quando verò quatuor has virtutes,

Circũcisionis & passionis Christi, põdus.

tes, gratiæ, misericordiæ ac pietatis suæ oleo perfecit & absoluit, iam tum nostra dissoluit debita, & quidem pondere grauissimo sanctuarij. Interìm tamen ex meritis & gratiæ ac pietatis eius oleo, abundè multum nobis superest. Siquidem internum illud quod ipse nobis parauit vnguentum, vsq; adeò sanctitate abũdat, vt iam indè à primo homine vsq; ad vltimum, cælum ac terram gratia & clementia repleuerit: neq; potest quisquam absq; illo sanctitatẽ adipisci. Quod em Moses cõfecit externum vnguentum, quo sacerdotes & Domini tabernaculũ sanctificaretur, id eã ipsam sanctificãdi virtutem ex hoc Christi Saluatoris nostri vnguento habebat: vtpotè cuius antecedens quædã figura erat. Agnouit hoc & psensit in spiritu Esaias, ppheta multis annis anteq; Christus nasceretur, tamq; euidẽter ac dilucidè hinc vaticinatus est, quasi iam actum fuisset, dum ait in hęc verba: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore ei⁹ sanati sumus.

Esa. 53.

¶De consecratione sacerdotum, pontificis, tabernaculi, & cunctorum ad id pertinentium. Caput LXVI.

DIXIMVS iam, qua ratione sacrum oleum Moses confecerit: hinc porrò dicendum est, vti idem Moses tabernaculum & quæq; ad id pertinentia, Aaronem quoque & filios eius hoc oleo cõsecrârit: vtq; pro ijsdem sacerdotibus in altari holocausti vitulum ac duos arietes obtulerit. Quæ omnia quemadmodùm facere deberet, instituens Mosen Dominus, ita ait:

Tolle uitulum de armẽto, & arietes duos immaculatos, panesq; azymos, & crustulam absq; fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoque azyma oleo lita. De simila triticea cũcta facies, & posita in canistro offeres: uitulum autem & duos arietes, & Aaron ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cumq; laueris patrem cum filijs suis aqua, indues Aaron uestimentis suis, id est, linea, & tunica, & superhumerali, & rationali, quod constringes balteo: & pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram, & oleum unctionis fundes super caput eius: atq; hoc ritu consecrabitur. Filios quoq; illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesq; balteo, Aaron scilicet & liberos eius, & ipones eis mitras, erũtq; sacerdotes mihi religione perpetua. Postquàm initiaueris manus eorum, applicabis & uitulum coram tabernaculo testimonij. Imponentq; Aaron & filij eius manus super caput illius, & mactabis eum in conspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonij. sumptumq; de sanguine uituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquũ autem sanguinem fundes iuxta basim eius. Sumes & adipem totum qui operit intestina, & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem qui super eos est, & offeres incẽsum super altare: carnes uerò uituli & corium & fimum cõbures foris extra castra, eo quòd pro peccato sit. Vnum quoq; arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron & filij eius manus: quem cùm mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes circa altare: ipsum autem arietem secabis in frusta, lotaq; intestina eius ac pedes pones super concisas carnes, & super caput illius, & offeres totum arietem in incẽsum super altare. Oblatio est Domino, odor suauissimus uictimæ Domini. Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. Quẽ cùm immolaueris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron et filiorũ eius, & super pollices manus eorũ ac pedis dextri: fundesq; sanguinẽ su

TEXTVS Exo. 29.

per altare per circuitum. Cumq; tuleris de sanguine qui est super altare, & de oleo unctionis, adsperges Aaron & uestes eius, filios & uestimenta eorum. Consecratisq; ipsis & uestibus, tolles adipem de ariete, & caudam, & aruinam quæ operit uitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes, atq; adipem qui super eos est, armũq; dextrum, eo quòd sit aries consecrationis, tortamq; panis unius crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positũ est in conspectu Domini: ponesq; omnia super manus Aaron & filiorum eius, & sanctificabis eos eleuãs corã Domino. Suscipiesq; uniuersa de manibus eorũ, & incendes super altare in holocaustũ, odorem suauissimum in conspectu Domini, quia oblatio eius est. Sumes quoq; pectusculum de ariete quo initiatus est Aaron, sanctificabisq; illud eleuatum coram Domino, & cedet in partem suam. Sanctificabisq; & pectusculum consecratum, & armum quem de ariete separasti, quo initiatus est Aaron & filij eius, cedẽtq; in partem Aaron & filiorũ eius iure perpetuo à filijs Israel, quia primitiua sunt & initia de uictimis eorum Pacificis quæ offerunt Domino. Vestem autem sanctã qua utetur Aaron, habebunt filij eius post eum, ut ungantur in ea, & consecrentur manus eorum. Septem diebus utetur illa qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filijs eius, & qui ingredietur tabernaculũ testimonij, ut ministret in sanctuario. Arietem autem consecrationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto, quibus uescetur Aaron & filij eius: Panes quoq; qui sunt in canistro, in uestibulo tabernaculi testimonij comedent, ut sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non uescetur ex eis, quia sancti sunt. Quòd si remanserit de carnibus consecratis siue de panibus usq; mane, combures reliquias igni. Non comedentur, quia sanctificata sunt. Omnia quæ præcepi tibi, facies super Aaron & filijs eius: Septem diebus consecrabis manus eorum, & uitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisq; altare cùm immolaueris expiationis hostiam, & unges illud in sanctificationem. Septem diebus expiabis altare & sanctificabis, & erit sanctum sanctorũ. Omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur. [Ait de-
Exo.29. *indè Dominus ad Moisen: Sta] ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino, ubi constituam ut loquar ad te. Ibiq; præcipiam filijs Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea. Sanctificabo & tabernaculum testimonij cum altari, & Aaron cum filijs suis, ut sacerdotio fungantur mihi. Et habitabo in medio filiorum Israel, eroq; eis Deus, & scient quia ego Dominus Deus eorũ, qui eduxi eos de terra Aegypti, ut manerem inter illos, ego Dominus Deus ipsorum.*

Quasi TEXTVS. Post hæc fecit Moises ita vt Dominus imperârat, congregauitq; omnem multitudinem filiorũ Israel ad ostium tabernaculi, plùs quàm sexcenta millia hominum: & vocans ad se Aaronem fratrem suum & filios eius, postquã lauerat eos iuxta Domini præceptum, induit Aaronem octo illis vestibus seu ornamentis, de quibus suprà egimus. Induto autem Aarone, sumens Moses sanctæ vnctionis oleum, liniuit eo tabernaculum & cuncta ad id pertinentia. Altare quoque holocausti, quod in introitu tabernaculi posi-

positum erat, septiès adspergẽs cõsecrauit, ac deindè oleo sancto vnxit: cuncta item altaris vasa, & labrum quoq; cum basi illius. Sumẽs etiam ex eodẽ oleo tam largè in Aaronis caput effudit, vt per omnem barbam dimanãs, in oram vsq; vestimenti eius decurreret: atq; ita eum & vnxit, & consecrauit. Filios quoq; illius sanctis quatuor vestibus vel ornamẽtis antè commemoratis induit, vnxitq; manus eorum, & sacerdotes consecrauit, quemadmodùm Dominus mandârat. deindè vitulum obtulit & arietes duos, & panes eodem modo quo iusserat Dominus, & nos iam enarrauimus.

Ista ergo ratio fuit & modus initiationis & sacrificiorum ad ipsam initiationem siue consecrationem in prisca lege pertinentium, à Mose ex diuino præcepto constitutorum atque immolatorum: fuitq; hic modus ad id vsq; temporis gratus & acceptus Deo, donec Christus ipse sacrosanctum sui corporis consecraret sacramentum, ipsumq; sese dignum ac venerãdum sacrificium in ara crucis offerret ac sacrificaret. Vbi tum morte ac meritis suis sanctum confecit oleum, quo nos omnes delibuti sumus: quodq; priùs Moses parauerat vnguentum, id sanctum deinceps esse desijt. Cùm enim noua instituerẽtur atq; introducerentur sacramenta, quæ vitam & veritatem secùm aduehebant, vetera cessare ac cedere oportuit, vtpotè quæ futuræ, quam præsignabant, veritatis, in qua nos modò viuimus, non nisi signum quoddam & typus erant. Legalia sacrificia quousque placuerint.

¶De resurrectione & apparitionibus Domini IESV. Caput LXVII.

POsteà verò quàm dignissima morte sua nostrũm omnium oleum consecerat, iamq; à mortuis resurrexerat in gloriam Patris, & suam totiusq; populi sui, sacerdotes suos sacro vnctionis atq; initiaturus oleo, clausis ad eos ianuis ingressus, & in medio eorum stans, ait: Pax vobis: ac deindè, Videte, inquit, manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spũs carnẽ & ossa nõ habet, sicut me videtis habere. Dixitq; secundò ad eos: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Et cùm hoc dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittũtur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Sed hic Thomas aberat. Deindè post dies octo iterum erãt discipuli intùs, & Thomas cum eis. Venit IESVS ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deindè dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Aliâs rursum discipulis apparuit piscãtibus, atq; id temporis dixit Petro: Simon Ioannis, diligis me plùs his? (Simon obedientem, & Ioannes filium diuinæ gratiæ significat.) Sic ter ex Petro scisciitatus est, idemq; triplici responso amare se illum cõfirmauit. siquidem etiam ter antè eum negauerat: tribus quoq; vicibus, vt oues suas (id est, populum suum) pasceret, Dominus illi imperauit. Id quod fecisse eum constat & institutionibus, & vita sancta ac virtutibus conspicua, & ipsa quoq; morte sua: quam etiam tum Christus illi prædixit. Fuit itaque Petrus princeps cæterorum Apostolorũ, atqueadeò etiam totius orbis. Pòst iterum Christus cunctis suis apparuit Apostolis in Galilæa in monte Thabor, dixitq; ad eos: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: euntes ergo docete omnes gẽtes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, docentes eos seruare omnia quæcũq; mandaui vobis: & eccè ego vobiscùm sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi: subaudi, cum gratia mea, & in venerando preciosi corporis mei sacramẽto. Ad extremum deniq; ipso Ascensionis suæ die omnibus sese Apostolis ad mensam consedentibus manifestum exhibuit, hũcq; in modum eis locutus est: Ego mittã promissum Patris in vos: vos autem sedete in ciuitate, quoadusq; induamini virtute ex alto: ac deindè euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ, id est, mortalibus quibuscunq;: qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.

Ioan. 20. Luc. 24. Ioan. 20. Ioan. 21. Ioan. 21. Mat. 28. Mar. 16. Luce. 24.

¶De Asscensione Domini. Cap. LXVIII.

Luc.24. Mar.16. EDuxit autem eos foràs in Bethaniam in montem Oliueti, qui est inter Hierusalem & Bethaniam: & eleuatis manib' suis, benedixit eis. Et factũ est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebat in cælum, & nubes suscepit eum ab oculis eorũ: quod ita accipiendum est, propria eum virtute sua super cælos & omnes ordines angelorum in summum vsq; cælum eleuatum atq; sublatũ esse: vbi iam sedet ad dexteram Patris. Apostoli autem & discipuli adorantes, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: & Luc.24. erant semper in templo, laudantes & benedicentes DEVM. Neq; enim poterant IESV consolatoris sui, quẽ sic cælos penetrantẽ viderant, obliuisci, sed semp irrequietis ac impacatis cordibus, sensibili appetitu, ac intimo eum amore sequebantur. Interim ieiunijs, vigilijs & precibus dabãt operam, atq; humili cum desiderio paracleti à Domino promissi aduentum præstolabantur.

¶De Pentecoste. Caput LXIX.

Act.2. ELapsis indè diebus decem, ipso ab eius resurrectiõe quinquagesimo die, quem nos Pentecosten dicimus, erãt omnes pariter congregati in eodem loco in monte Sion in Hierusalẽ ijsdem in ædibus, vbi ante Domini passionem cũ eodem Pascha comederãt, & ipse eis carnem & sanguinem suum in cibũ potumq; prębuerat, (illic eã cõuenire solebãt) cumq; illic pariter collecti essent, fact' est repentè de cælo sonus tãquàm aduenientis spiritũs vehementis, & repleuit totam domũ vbi erant sedentes. Et apparuerũt illis dispertitæ linguæ tanquàm ignis, seditq; (ignis) super singulos eorum: & repleti sunt omes Spiritusancto, id est, diuina charitate, quæ vnà secùm adduxit Patrem & Filium, sicq; totam simul suscepêre sacrosanctam & adorandam Trinitatem: id quod ex triplici, diuinitùs hîc demonstrato ac declarato, signo colligi licet. Audierunt enim sonum magnum spiritũs vehementis, & replebantur potentia Patris, metum ac formidinem ab eis expellente, ita vt neminem vererent, illiusq; freti virtute possent omnia. Viderunt etiam in singulis linguas dispertitas, Dei sapientiam designantes: quam tum susceperunt, ita vt omnem perspectam & cognitã haberẽt veritatẽ, virtutes omnes & verbis docerent, & vita exprimerent, ac linguis omniũ, ad quascunq; venissent terras, loquerent. Viderunt deniq; ignem in vniuscuiuslibet capite residentem, in quo tãta cum virtute & efficacia diuinam percepêre charitatem, vt neq; in tempore neq; æternitate vnquàm in eis extingui potuerit. Est etiam sciendum, Christum discipulis suis Spiritumsanctum tribus vicib', ac triplici ratione dedisse. Spũmsanctũ ter apostolis collatũ. Mat.10, Dedit enim eum illis, antequàm pateretur, collata virtute miracula faciendi, videlicet curandi ægros, dæmones pellendi, mortuos excitandi, quę omia nõ nisi corporalia erant opa: quandoquidem & ipsi id temporis non nisi sensibili ac corporali siue carnali quodammodo Christum amore prosequebant. Ioan.20. Dedit etiam illis posteaquàm à mortuis resurrexerat, quo spiritales per eum efficerent actus & opera, id est, baptizarent, peccata remitterent, veritatem docerent: siquidem iam tum amor eorum spiritalis corporalem siue carnalem amorem excedebat, ac superabat. Tertiò demùm dedit illis posteaquàm in cælum asscenderat, Act.2. quo diuina per eum actitarent ac ppetrarent opera, vnumq; cum Deo forent. Tum nanq; DEVM in amore possidebant, rursumq; ab eo in eadem charitate possidebant: triplexq; eorum amor tum effectus est. Amabant enim DEVM ex toto corde corporaliter & sensibiliter: amabant ex tota anima & cunctis viribus, spiritaliter & rationaliter: amabant deniq; ex tota mente, diuinè, seipsos in vnitatem demergendo: qua re Spiritumsanctum tãta cum abundantia percepêre, vt eum porrò alijs cõmunicarẽt: adeoq; tum DEO locupletes effecti sunt, vt vnus D. Petrus illa die tria hominũ millia ad fidem cõuerteret. Ita nimirùm initiati, con Act.2. secrati, & sanctispũs oleo, id est, ipso sanctospiritu peruncti sunt. Ipse nãq; Spiritussanctus oleum & vnguentum est, quod Christus IESVS morte sua nobis emeritus est. sicq; omnes nos in morte Christi & Sanctospũ baptizati & vncti sumus: quanq̃ non æqualiter, cũ sint Apostolos duodecim, episcopos fuisse. perplures sanctitatis gradus. Sic Christus Apostolos duodecim consecrauit episcopos, & discipulos septuagintaduos sacerdotes. Atq; illi omes recipiebant vtiq; Spiritũsanctum, id est, Christi vnguentum, sed in Apostolos effusus est spiritus abundè, vt non modò in

oram

orã vsq; vestimenti eorũ descẽderet, quẽadmodùm oleũ quo Aarõ à Mose initiabatur, sed intùs eos implẽs, ex eis foràs p oẽm mundũ dimanaret, vt hodieq; nos illi' participes fieri, eoq; pfrui queamus. Neq; alio aliquo tũ oleo vel chrismate vsus est Christus, cùm suos episcopos & sacerdotes consecraret: sed ob sacramentorum reuerentiã ac venerationem, multa interìm sancta instituit atq; constituit & sanciuit Ecclesia, quibus sacramentorum vsus & cultus exornetur, quæ in primis Ecclesiæ intijs necdum cuncta in vsu habebãtur. Et Moses quidem cùm Aaronem pontificem eiusq; filios consecraret, oleum sacrum tam largè in caput Aaronis effudit, vt primùm in barbam, ac indè in vestimẽti eius oram deflueret: Quę videlicet figura fuit abundantis illius plenitudinis spiritũs, quam Apostoli & Discipuli in Pentecoste perceperunt. vndè etiam in hodiernum vsq; diem cùm Pontifices consecrantur, sacrum chrisma largiter in eorum capita funditur, quo Dei spiritum tam abundè percipiãt, vt totus orbis eorum sanctitate instituatur ac emendetur.

¶De differentia inter sacramenta & oleum, & exercitia atq; cultum veteris ac nouæ legis. Caput LXX.

NOSSE tamen hîc operæprecium fuerit, multum interesse inter synagogæ & Ecclesię sacramenta. Id quod animaduerti potest ex vnguẽto, quo in veteri lege sacerdotes initiabantur & vngebantur: quod tametsi oleo pmixtum, gratiq; odoris fuisse constat, at gustu erat acri & acerbo, vtpotè quod aduẽtũs & mortis pœnarũq; Christi typum gereret. Atque ea de re sanctitas, quam illud vnguentũ Iudaicis conferebat sacerdotibus, ea lamẽtabile quoddam erat desiderium & expectatio aduẽtũs Christi. Sacrificia & omnis eorum cultus in signis & figuris & circa res peregrinas versabatur: itaq; omnes in spiritali quodam exilio vitam exigebant suam: & qui inter eos grauiùs sentiebant exilium, & suũ redemptionẽ vehementiùs suspirabant, ijdem sanctissimi erant. In hoc exilio patriarchæ, prophetæ, sacerdotes priscæ legis vixerũt: atquì per fidem & spem, suauẽ quendam à Deo ex illius vnguento percipiebãt odorem, quòd ab eo quandoq; in libertatẽ vindicandi ac redimendi essent: sicq; patientes perseuerabant, exiliumq; & acerba exercitia & cultum suum diuinæ charitatis oleo permiscebãt. Porrò apud nos hodiè in sancta Ecclesia catholica sacrum tenemus vnguentum, quod Græcè chrisma dicitur, quo Christiani, sacerdotes, pontifices & reges vnguntur: quod quidem ex oleo oliuarũ & balsamo simul mixtis componitur. Ex quibus oleum spiritaliter Sanctum designat spiritum: balsamum verò, præclara ac veneranda humanitatis CHRISTI merita. Isthæc merita sanctũ nobis meruêre spiritum, idemq; Spiritussanctus eadem CHRISTI humanitatis merita digna effecit. Hæc igitur duo simul, putà Spiritussanctus & CHRISTI merita, internum illud vnguentum sunt, quod olim Apostoli ac Discipuli receperunt, & hodiè quoque sacerdotes boni percipiunt. Hæc enim thesaurus sunt & opes Ecclesię sanctæ, quibus sacerdotes Deo ministrãt, & vndè singulis quibusq; pro cuiusq; ratione ac necessitate & indigentia dispensant. Ipse ergo Dominus noster IESVS CHRISTVS Dei filius, iuxta Diuinitatem suam velut oliua fructifera est, suę oleo charitatis ęternę in nos cõtinenter promanans: secundùm humanitatem autem, ceu balsami arbuscula est, præclarum meritorum suorum balsamum iugiter in nos manans: atq; ex his duobus internum nostrum, immò & Iudæorum & omnium quotquot per Christum seruabuntur, constat vnguentum. Vndè Apostolus ait: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: vnusquisque autem in suo ordine: primi quidem per legem naturę, alij per scriptam legem, nos denique per legem Euangelij. Eam ob rem & Matthæus & Marcus, & eos qui præcedebant, & qui sequebantur, CHRISTVM omnes inuocasse & obsecrasse scribunt, atque dixisse: Hosanna filio Dauid: Benedictus qui venit in nomine Domini: benedictum quod venit regnum Patris nostri Dauid: Hosanna in altissimis. Hunc, inquam, in modum clamabãt Iudęi, pergebantq; obuiàm Domino ex Hierosolymis cum ramis Palmarum & frondibus oliuarum: itidemq; in singulis quibusq; Missæ sacris erga Domini in sacramento aduentum sancta clamat & precatur Ecclesia. Nos enim sumus qui sequebantur, Iudæi autem præcedebant. Quin etiam omnes omninò mortales, à primo homine ad postremum vsque, interno CHRISTI vnguentò

Legis Mosaice & euãgelicę discrimen.

Chrisma.

Oleum.

Balsamum.

Chrs quo & oliua & balsamum sit.

1.Co.15.

Mat.21. Mar.11.

opus

Sãctitatis legalis & euãgelicę differentia.

opus habemus, si sanctificari debeamus. Alia tamen sanctitas fuit, quam olim percepêre Iudæi: alia itèm, quam nos hodiè adipiscimur. Illi enim figuram colebant, in figura quę viuebant: nos veritatem colimus, & viuimus in veritate. Itaq; nobis quidem vnguentum istud intùs diuitias, pinguedinem & delicias confert, sicutì illis olim desiderium, anxiam & auidam præstabat expectationem. Quod enim illi precabant, futurum erat, idq; nos præsens tenemus. Et vt dixi superiùs, vnguẽtum externum, quo prisci illi vngebant, magna vi expri mebat: at nobis balsamum, vndè hodiè nostrum conficit vnguentum, citra difficultatem ex balsami arbore promanat. Est enim balsami arbor, vt quorũdam habet opinio, viti similis: coliturq; & alligatur vt vitis, crescitq; in altis montibus vel collibus: folia habet rutæ similia, ppetuò virentia. Cumq; cortex eius ferreis inciditur vnguibus, aut osseis cultellis, pretiosus ex foraminibus emanat liquor, quem balsamum appellant: cuius sanè singularis quædam præstantia & dignitas est & eximiæ suauitatis odor: seruareque dicitur hominis iuuentutem: quę attrita & lęsa sunt, à putrefactione & malo odore conseruat: estq; naturę tam calidæ, vt si quis contra Solis radios manu ipsum teneat, ardorem illius ferre non possit. Et isthæc qdem omnia spiritali ratione in Christi humanitate accipere licebit. Est em ea vitis ex qua nobis ęternę lętitię manat vinũ: est item balsami arbor, ex qua spiritalis nostrę sanitatis balsamum nobis emanat. Hæc autem balsami arbor Christus IESVS in editis crescat montibus oportet, id est, in illis, qui liberis animis vltra cælos omes subleuati sunt, qui omnia paruipendunt, eo quòd solum Christum magnipendãt & magnifaciãt. Ijdemq; quãtùm omia suo in animo nihilipendere ac nullius pensi habere nôrunt, tantùm nec ampliùs & Christus in eis, & ipsi in Christo excrescere & augeri poterunt. Semper etiam balsami no stri folia suam retinent viriditatem: quando Dei gloria, qua Christus ornat⁹ est, marcescere aut perire non potest vnquàm, sed viret semper & gloriosa permanet, sanctisq; omibus adspectu iucunda. Porrò balsamum nostrum olim semel in crucis ligno sublatum & alligatum fuit, eodemq; tempore cortex eius ferreis incisus & attritus clauis & lancea acuta: ex quibus foraminibus præclarum manauit balsamum, quod idem verum ac præsentissimum fuit peccatorum omnium medicamentum. Tanta verò balsami huius tamq; abundãs odoris suauitas & fragrantia fuit, vt & cælum & terram & ipsum quoq; infernum compleuerit, nec vnquàm perire poterit. At nihilominùs hodieq; cuncta hęc foramina in balsamo no stro patent, quæ quidem nos non ferro contingemus vt olim homines impij, sed cultellis osseis, id est, viribus nostris internis. Vt enim ossa corpus ferunt, ita amor & desiderium vel affectus animam gerunt, ijsque nos Domini IESV vulnera contingemus. Porrò quanto amoris & affectûs cultelli ossei acutiores erunt, tanto profundiùs attingent vulnera, tantoq; gratię & pietatis balsamum copiosiùs & suauiùs in nos manabit. Hoc verò balsamum à peccatis nos seruat, & eo ipso nostrã tuetur & fouet iuuentutem. Semper etiam recens ac nouum in nos profluit, quotiès ipsa tangimus vulnera, & id semp nos reparat renouatq;. Quòd si ex prauis tentationibus intùs admodùm lędamur, aut ex malis exercitijs lęsi simus, modò balsamum istud nostra attingat vulnera: neq; fœtere ea, neque putrescere poterunt: immò verò etiam sanitati ilicò restituentur. Tanta quoq; balsami huius odoris suauitas est, vbi ex ipsis fluit foraminibus, vt cunctis mederi possit morbis & ægrotationibus, inferni mortuos excitet, & viuẽtes inebriet, faciatq; eos sui ipsorum obliuisci, ita vt intùs eis libeat, eosq; delectet in Dñi IESV vulnerib⁹ cõmorari, vndè satìs cõmodè colũbis possunt similes dici, q̃ in petræ foraminib⁹ semp degere appetunt. Siqdẽ Christus petra est, in qua nos ppetuò cõmorari debem⁹: ex eiusq; foraminib⁹ omnis nobis suauitas emanat. Eamobrẽ Moses multis annis antè quàm Christus nasceretur, tam significanter & expressè de eo, quem nos hodiè seruamus, cultu & exercitatione locut⁹ est, ac si iam tum præterijsset, suisq; eam inspexisset oculis: Vt sugerent, inquit, mel de petra, oleumq; de saxo durissimo. Erit enim iste nobis cult⁹ perpetuus perẽneq; exercitium, vt ex Christi IESV humanitatis petra, pręclarum sugam⁹ balsamum meritorum eius, idq; nobis super mel & fauum dulcissimũ erit, vt item ex saxo durissimo, id est, diuina eius natura oleum sugamus, hoc est, Spiritum sanctum, qui nobis totius erit suauitatis abyssus. Semper enim CHRISTI humanitatem supra omnia subleuatam, & æternò Patris verbò vnitam, in diuina claritate coràm adspectabi mus.

Balsami descriptio.

Balsamum in altis mõtib⁹ crescere, quid.

Ossei cultri.

Cãt. 1.

Deut. 32.

Psal. 18.

mus. At nihilominùs secundum eandem humanitatem, Christus paternę sese complacentiæ cũ vniuersis actibus suis, & cũ omibus ad ipsum pertinentibus, à primo vsq; homine ad nouissimũ sese offert: vultq; vt & nos idem in nobis sentiamus, & hoc sacrificiũ cum ipso perenniter faciamus. Itaq; offerre eum debemus vt humilem, obedientem, cunctis plenum virtutibus, viuentem & morientem nostra causa ad honorem Patris. Offeremus itèm eum, ceu vas eximium ac preciosum, excellenti plenum balsamo venerandorum meritorum ipsius: atque etiam vt proprium thesaurum nostrum, quo empti & redempti sumus. Ipse rursus suo nos offert Patri velut proprium suum fructum, cuius gratia mortuus est. Atque in hac mutua oblatione Pater æternus ęternò complaceat sibi. Nos quidem Christi IESV humanitatem in Dei conspectum & præsentiam iugiter adferimus, semperq; eãdem inibì DEO vnitam reperimus: atqui magìs ppriè Christus ipse sese illuc adfert, quàm nos eum adducamus. Siquidem ille se eò more suo, nos illum nostro adducimus. Porrò in quolibet nostro accessu ad DEVM, Christus viuit in nobis, semperq; mouet nos pro mensura ac modo nostri amoris. Et eamobrem semper in nobis crescere & augeri potest. Quilibet enim hac in vita ad DEVM accessus, plùs semper & gratiæ & charitatis percipere potest. Et ita Christus qdem magìs ac magìs in nobis viuit, iuxta suæ gratiæ effluxum: nos autem secundum nostri amoris applicationem in eo viuaciores efficimur. Iam quomodò præclarum balsamũ si contra Solis radios manu teneat, vsqueadeò feruescit, vt æstum eius ferre nequeamus: ita & nos, si diuino velim⁹ amore incalescere, Christi humanitatem cum cunctis illi⁹ actibus nobis proponemus, Deiq; Patris excellentissimæ dignitati & cõplacentię ceu proprium vas nostrum cum balsamo nostro offerem⁹: atq; inibì Christo iuxta illi⁹ diuinitatem velut æternæ claritati, illi⁹ transradiãti & humanitatẽ & actus omes in humana natura ab eo ppetratos, veniemus obuiàm. Cumq; hunc in modum illi⁹ actus velut balsamũ ac pprium sacrificium nostrum ante nos adducim⁹, iam tum ipsis diuini Solis radijs planè exaduersò occurrim⁹, qui nimirùm vsqueadeò calidi sunt, adeoq; nos sursùm trahunt, vt per Domini nostri IESV Christi actus & opa, extra nosipsos nos consumant atq; attrahant vsq; in supremũ creatæ essentiæ nostræ fastigium: vbi tum Christum in diuina ipsius claritate inuenimus, ex eademq; claritudine oleum sugim⁹, hoc est, Spiritum sanctum. Est enim Spiritus sanctus instar olei semper ardens & ebulliens, atq; promanans in meritorum Christi IESV preciosum balsamũ: Sicq; oleum semper cum balsamo coniunctũ & vnitum est. Etenim huius vnguenti cõpositionẽ Christus ipse in seipso ordinauit atq; confecit: per ipsumq; & ex ipso idẽ hoc vnguentum in cuncta illius viua promanat membra: quæ quidem nos omnes esse iure oportebat. Hoc igitur pacto & vngimur & sanctificamur siue cõsecramur: eodemq; modo Apostoli quoq; & vncti & consecrati sunt: atq; indè diuina freti virtute, ad concionandi & baptizandi explenda officia proficiscebant, Domino illis cooperante & sermonem cõfirmante sequentibus signis & admirãdis prodigijs. Ita demũ consecratio sacerdotum nouæ legis nobis absoluta est, vtì & in superioribus veteris quoq; legis sacerdotum initiatio explicita est, & quid ea significet: quanquàm restat adhuc, vt & id exponamus, quid consecrationis significent sacrificia, quæ in suî initiatione sacerdotes legis veteris facere consueuerunt. Quod tamen antequàm edisserere aggrediamur, ad nostri institutionẽ alia quędam priùs consideranda proponemus.

Qualis balsami vas Christus.

Balsami cãlor quãtus.

Olei & spũs sancti collatio.

Mar. 16.

¶De nouem maculis, ab officio sacerdotali prohibentibus eos qui ijs præditi essent. Caput LXXI.

IAm suprà dictum est, mandasse quidem Dominum, vt Aaron & quatuor filij eius sacerdotes consecrarent: præter illos autem nemo ad sacerdotium admitteretur, nisi vel ex Aaron, vel filijs eius deinceps p successiões genitus. Atqui etiam ex ijs ipsis quosdã Dominum excepisse, diuina scripta testant, vt ne illi quidem omes, qui ex semine Aaronis prodijssent, sacerdotes fieri potuerint. Excepti sunt enim pręter alios nonem generum homines, putà cæci, claudi, paruo, vel grandi, vel torto naso, gibbosi, herniosi, iugem scabiem & impetiginem in corpore patientes. Istæ nimirùm maculæ & vitia erant corporis eiusmodi, vt oculis depræhendi possent: & quisquis harum aliqua fuisset macula affectus, non potterat

Macu'ę seu vitia quot aut q̃ sacerdotij impedi tiua.

terat in lege veteri sacro sacerdotij inũgi oleo, neq; in Dei tabernaculo ministrare. Ita etiam nouem sunt peccatorum genera, quę sunt maculæ spiritales, quarum quisquis aliqua infectus est, Sanctispiritûs suscipere nõ potest oleum, & licèt sacris initiet aut iam initiatus sit, non tamen dignus est, qui sacro Dei altari ministret.

¶De prima macula & triplici cæcitate. Cap. LXXII.

Cęcitas spiritalis. I.

PRima istarum macularum, spiritalis cæcitas est, quę potest triplicis esse generis. Primi cæci, indocti sunt, id est, qui adeò laici sunt & imperiti, vt cultum & ministerium, ad quod nouę legis sacerdotes obligati sunt, exequi non sint idonei. Isti prorsus initiãdi nõ sunt, neq; ipsi id expetere debebunt, quippe qui imperitię ac inscitiæ cęcitate laborãt. Alterius generis cæci homines natura planè fatui sunt & amentes, qui inter vitium & virtutem ex ratione discernere non possunt. Tertij ijdemq; postremi cęci, superbi sunt, qui in alios & supra alios dominium atq; excellentiã aucupãtur & ambiũt, quibusq; magis libet aliorum vti ministerio & seruitijs, quàm alijs seruire ac ministrare. Huius farinæ homines omnes per superbiam spiritaliter occæcati sunt. Enimuerò tum sacerdotiũ, tum dignitates omnes officia seruitutis sunt: quãtoq; officium vel seruitus eiuscemodi maior atque communior est, tãto semper & celsiõr & præstãtior est. Quod quidem in ipso Domino Saluatore ꝓbari facilè potest, qui totius mundi velut cõmunis quidã minister esse dignatus est. Vndè etiam summus Pontifex seruum seruorum Dei se scribit, quod sanè etiam sentiat oportet, si Christi imitator esse velit. Est igitur supbia prima macula, qua homines excæcantur.

II.

III.

Superbia.

¶De altera macula, & triplici genere claudorum. Cap. LXXIII.

Claudicatio quotuplex.

ALTERA macula est, claudum esse: quæ & ipsa triplicis generis est. Ad primum genus illi pertinent, qui & Deo & mũdo simul seruire volunt, & vtrique satisfacere. Isti ex vtraque parte claudicant. Alterius generis sunt, qui Deo derelicto ac repudiato, terrenas voluptates aut diuitias appetunt & amplectuntur. Isti à sinistra parte claudicãt. Tertij demùm sunt, qui seipsos spectant & pro scopo habent in omnibus, qui cũcta sua bona opera velut mercenarij pro priuata sua mercede agũt, magisq; ꝓprijs suis actibus, quàm Dei fidelitate nituntur, atq; ita affecti sunt, quòd nisi à Deo præmium adepturi essent, illi neutiquã famularentur. Hi videlicet ad dexteram claudicãt. In hoc ergo triplici claudorum siue claudicãtium genere, omis inclusa auaritia est: quæ altera macula est, hominem Sãctispiritûs susceptione ac Dei vnione reddens indignum.

Auaritia.

¶De tertia, quarta & quinta macula, putà magno, paruo, & torto naso. Caput LXXIIII.

SEQVITVR indè macula tertia, videlicet eorũ qui nimìs grãdi fuissent naso: itẽq; quarta, nimìs paruum habẽtium nasum: atq; etiã quinta, illorũ qui torto erant naso. Singulæ ex his maculę singula nobis peccata designãt, quæ medium quoddam ac impedimentum præstãt homini, qno minùs ad verã fidem & virtutum omnium perspicuam ac distinctã possit cognitionem pertingere. Primò quidem, quorum grãdior est nasus, illos figuratè referunt, qui in vetustis suis moribus & consuetudinibus semper perseuerant, ijsq; abundè contenti sunt, neq; suos actus & vitam coram diuina iustitia attendunt ac tru tinãt: quo fit, vt in immodica quadã fidutia absq; Dei timore permaneãt, & in sua fide glorientur: itaq; nasus, id est, fidutia & confidentia eorum nimia est. Videntur enim sibi rectè credere, ac Deo benè fidere, ideoq; in illius cultu & famulatu desides, pigri & absq; vlla solicitudine permanent, neq; illius honor eis curæ est. Et quia naso plùs satìs magno præditi sunt, nimium attrahunt spiritum, id est, immodicam confidentiam & fidutiam: veri autem timoris & amoris expertes sunt, atque ea rè coram diuina iustitia segnes ac desidiosi pseuerant. At verò qui nimìs paruum habent nasum, illi sunt, qui externo quidem ad quæuis opa bona feruore, diligẽtia & strenuitate prediti sunt: at nihilo seciùs intùs semp in seipsis pace & tranqllitate carẽt, neq; audẽt cõfidere Deo de illis oĩbus, q̃ eis necessaria sint. Isti immodera-

Grãdior nasus.

Nasus nimiùm paruus.

rato laborant timore, eo quòd naso nimiùm exiguo sint, atq; ea re non quantum oporteret, veræ fidutiæ seu confidentiæ spiritûs intrò recipiunt siue ad se trahunt. Deest enim illis spes & charitas: sicq; coram bonitate diuina in suo torpore pmanent. Deniq; quibus tortus est nasus, illos exprimunt, qui in aliquo fidei articulo, vel aliquo sanctæ Ecclesiæ cultu ac instituto volentes dubitant: quiq; suo plùs tribuũt intellectui, quàm dictis sanctorum: magisque semper sibijpsis, quàm vllis alijs fidem accommodant. Isti omnes curuo & torto sunt naso, ideoq; puersum quendam in se trahunt spiritum, manentq; semper diuinæ illuminationis expertes. Admodùm enim pigri ac desides sunt ad suæ renunciandum proprietati, & diuinæ obtemperandum ac auscultandũ veritati. Et ipsis igit diuinus amor deficit, eaq; verissima causa est, vt volentes in fide hæsitent ac dubitent.

Tortꝰ nasus

¶De sexta macula, hoc est, gibbo. Cap LXXV.

Gibbosis auaros referri.

SExta porrò macula seu vitiũ, gibbus fuit, quo qui laborant, typũ gerũt tenaciũ atq; auarorum. Ij nanque si spiritaliter considerent, diuitias suas velut gibbum suis portant in humeris, quò oculos referre nequeunt: atq; ea re quasi exiguũ illis videt, quic quid corraserint. Auaro em tam deest quod habet, quàm quod non habet. Semper illis, rebus suis parcere, easq; seruare in posterum, libet. Nam qui res suas & bona temporaria cũ auaritia possidet, is neq; Deo eas cupit impendere, vt in eius elargiat honorem: neq; indè prodesse proximo, vt in eorum necessitate illis opem ferat: neq; etiam sibijpsi, vt æternam suam illis benè collocandis sibi emereat salutem: adeoq; sæpenumerò etiam corpori suo necessaria denegat. Est igit auarus omnis vilis apud DEVM, quòd illius non curet honorem: Est itèm vilis cunctis hominibꝰ, eo quòd insociabilis sit, & vbi aliquos timet sumptus, vix vlli ex animo amicus sit. Maximè tamen qui auarus est, sicut & peccator omnis, seipsum odio prosequit. Eligit em in peccatis seruire & obsequi diabolo, quod vtiq; ęterna damnatio consequat necesse est: Deo autem virtutibꝰ excolendis obtemperare non vult, cùm tamẽ indè æterna in immẽsis gaudijs vita cõsequat. Eamobrẽ Apostolus auaritiam & terrenarum rerum studiũ vel amorẽ præ cæteris peccatis idolorum ac dæmonũ seruitutem nuncupat. Vt enim qui pius est, per amorem adeò se adstringit ac deuincit Deo, vt cum eo perenniter permansurus sit: ita auarus quisq; amore improbo adeò caducis ac terrenis alligat rebus, vt nemo nisi solus Deus indè eum possit auellere. Vbi enim diuitiæ & auaritia simul in eodem increscunt homine, spiritalem gibbum efficiunt, q̃ quidẽ vsqueadeò transit in naturam, vt nulla neq; vi naturali, neq; arte tolli possit. Siquidem videre licet senes diu gibbo affectos, in quibus venæ & nerui iam contracti sint, si quis gibbo penitùs exciso curare velit, eos non posse non morbo corripi & mori: semp autem terrã versus pronis inclinari corporibꝰ: quãtoq; diutiùs viuũt, eo magìs ac magìs incuruari: sicq; nullo vnquàm tẽpore ad cælum suos posse vultꝰ attollere. At tamen virtute Dei supernaturali, id est, per miraculum, fieri id vtiq; possit. Vndè etiam Dominus ait: Difficile quidem esse vt diuites intrent in regnum cælorũ: & facilius esse, camelum transire per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum Dei: at tamen idemipse subiungit, tametsi apud homines id impossibile sit, Deo tamen omnia esse possibilia. Quamobrem meritò diuites auari omnes, cunctiq; peccatores, suam agnoscere miseriam, vimq; sibijpsis supernaturalem inferre deberẽt, oculisq; in cælũ ad Dei omnipotentiam subleuatis, illiꝰ misericordiam, gratiam opemq; precari, quo possint virtutibus instrui & pij ac liberales effici: qbus adeptis, gibbũ suum amitterent. Siquidem ipse Dominꝰ ait, viam quæ ducit ad vitam, arctam esse, item portam cæli angustam, vt gibbosis per eam non detur ingredi. Sed hactenùs sextam exposuisse maculam, quæ indignum efficit hominem tum Sanctispũs susceptione, tum sacerdotij munere, satìs sit.

Auarꝰ cur & deo & hominibꝰ odio sit

Mat. 19.

Auari quam sibi vim meritò iferrẽt.

Mat. 7.

¶De septima macula, putà Ruptura. Cap. LXXXI.

SEptimũ vitium aut maculam, Rupturam scriptura vocat, quo morbo qui laborant, ijs intestina dilabunt. Itaq; per hos, iracũdos & inuidos licebit accipere. Ijs enim intestina, id est, proximi ipsorum dilabunt & excidunt, cùm tamen eos suæ charitatis vinculo semper debeant continere. Iam quisquis aliquem extra suum amorem excidere patitur, neq; sua eũ charitate complectit, is nimirùm sui rupit amoris vinculum: sicq; non mo-

Intestina.

modò non amat, sed etiã ira vel inuidentia vritur. Nostris autem in visceribus viuere & contineri debent mortales omnes & boni & mali. Neque enim nos compertum habemus, quinam electi, quíve reprobi sint. Semper igitur (vt dixi) mortales omẽs in nostræ charitatis visceribus communiter geremus, cupiemusq; & precabimur illis omibus, vt vniantur & co-
Phil.1. adunentur in visceribus Christi, quemadmodùm Paulus docet, atq; etiam in visceribus diuinæ pietatis & misericordiæ. Huic verò communi charitati Ira & Inuidẽtia habitu & actu
Charitatis descriptio. planè repugnant. Est enim charitas gratiosus amor accẽsus per Spiritum sanctum: eademq; hominem & ad Deum & cunctos homines appositè & ordinatè accommodat & applicat: fundata autem est in humilitate, peccata omnia depellit & fugat, omis iustitiæ principium & finis, & virtutum omnium vita est: in omni spiritali certamine ipsa vires suggerit, estq;
Ira & inuidẽtia vndè. omnium viuentium prẽmium sempiternũ, & sine ea deniq; nemo Deo placere potest. Aduersantur autem his, vt dixi, Ira & Inuidẽtia, quæ ambæ ex superbia & inordinato ac puerso suijpsius amore nascuntur. Perturbant enim hominem inter ipsum & Deũ, itemq; inter ipsum & proximum. Qui enim iracũdus est, idem quoq; intùs amarus est, & ferus ac sęuus animo: quo fit vt omnia vlcisci appetat, nihil perferre velit. Ira & furor ad maledicta & execrationes, & interìm quoq; ad blasphemias in Deum, & ad inferendas iniurias atque contẽptum proximo, siue moribus, siue verbis, siue actibus, siue signis hominem concitant. Qua
Mat.5. de re Domini Iesv sententia nobis consideranda est. Ait enim in Euãgelio: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, hoc est, seipsum indè inter se & Deum occultè & priuatim arguet & iudicabit. Qui autem iram suam manifestè prodit, & fratri suo aliquod iracundiæ declarat signum, reus est cõcilio, hoc est, suo se fratri reconciliare, cum eoque redire in gratiam, & cum mansuetudine ac lenitate animi & pietate eius captare amicitiam debebit. Porrò qui proximum suum despicit, & vel verbis vel actu probro ac ignominia afficit, nisi fortè pro vtilitate & salute illius, is iam planè dignus est gehenna ignis. Ira nanq; Sãctum expellit Spiritum, vtpotè cuius in pace locus est. Hanc irã qui superare appetit, is in omnibus rebus aduersis ipsiq; contrarijs, tacere discat, & nunquàm non Dominicæ passionis memor sit: cũq; responsurus est, faciat id leniter ac mansuetè. Quisquis em iræ & furori obsequitur, ille in-
Quo potissimũ vitio qs diabolo similis fiat. dè odium & inuidentiam, vitium planè Diabolicum ac Tartareũ, intra se concipit. Hoc inuidentiæ vitium, hominem dæmonibus similem reddit. Vt enim mali spiritus bona omia nobis inuident, & lætantur malis nostris: ita etiam qui nequiter inuidus est, ipsa Dei dona alijs sæpenũerò inuidet, & quæ bona sunt, mala interpretatur & iudicat: quæq; mala sunt, ea peiora quàm sint, iudicat: siquidem veneno plenus est, nec vllius bono delectatur, nec cuiquam benè cupit aut fauet. Iam quorundã acerbitas & inuidentia, tãta tamq; ingens est, vt dum proximis honorem tribui, aut eis prospera euenire conspiciunt, neq; tamen præpedire queunt, corde & corpore sibi deficere, tabescere ac minui videantur. Tales pfectò & Deo & cunctis virtutibus aduersantur. Vndè enim gaudere deberẽt, indè dolent: vndè benè habere, indè pereunt: atq; vndè viuere, indè moriũtur. Et quia amoris expertes sunt, omnia illis in detrimentum atq; in peius vertũtur. Nascitur autem ex hac Inuidẽtię peste detractio,
Ex inuidia q̃ pestes alię nascantur. proditio, falsa testimõia, iudicium iniquum & temerarium, homicidia, & plura alia grauia peccata. Qui autem inuidus est, idem facilè irascitur: iracundus autem, posteaquàm ira permotus est & feruet, semper inuidentiam sentit. Ira enim & Inuidentia nunquàm separãtur: quãdoquidem simul eodem tempore ex vno eodemq; superbiæ fundo prorumpũt. Et hæc igitur septima macula est, Sanctum depellens Spiritum, hominemq; nedum sacerdotio, sed omni quoq; honore reddens indignum. Est autem duplex ista macula, neq; profligari poterit nisi re cõtraria, id est, vt & in nobisipsis & cęteris quibuscũq; omẽ peccatũ atq; oẽm ad peccata ppensionẽ, odio habeamus: itẽq; tum nosipsos, tum hoies omẽs ad æternã Dei laudem, cultum & famulatũ, diligamus: qbus videlicet rebus charitas fundatur, & odiũ ac
Ira sancta qualis. inuidia superãtur: atq; hinc sancta quędã in nobis existit ac oritur ira, q̃ nos semp piè conqueri facit, qp à virtute deficimus, qp tam parua in nobis & cęteris creaturis Dei notitia inest: quę qdem eiusmodi sunt, vt ex animo ob ea irasci meritò debeamus: & hęc ira sancta est, eo qp ex charitate crescat, sicut & charitas ex ea, ita vt quælibet alterius fomentum sit & incrementũ. Est em virtus gemina, antè dictum duplex vitiũ propulsans.

¶De

¶De octaua macula, putà scabie. Cap. LXXVII.

IAM porrò octauum sequit vitium vel macula, quam scriptura scabiem nuncupat: significatq; gulam & luxuriam, quòd isthæc duo vitia præ cæteris peccatis spiritale hominis defœdent caput, id est, liberam illius mentem: quam cùm ad contemplandum possidendumq; in puritate Devm subleuatam esse oporteat, deorsùm ad vitam planè bestialem eam detrahunt atq; demergunt: in qua vsqueadeò peruertit hominis animus, vt prorsus illi & Deus & virtus omnis desipiat. Cùm enim corporis voluptas mentẽ hominis superat & occupat, iam illius caput sordidum est: siquidem imagines sensitiuæ vel sensuales, carnalesq; affectus & propensiones, medium illi prestant, eumq; depingunt & occupãt, adeoq; illius dementant & occæcant animũ, vt omnium bonorum spiritalium notitia destituat. Indè iam in cæcam quandam naturæ demergit voluptatem, adeò vt impossibile sibi putet reuerti ad Devm. Potest hoc ex Euangelio colligi atq; animaduerti in eo qui se dixit vxorem duxisse, ideoq; non posse venire ad cœnam. Docemur etiam inibi à Domino, diuitem illum epulonem quotidiè epulantem splendidè, & vestitum purpura ac bysso, in inferno sepultũ esse. Hoc genus hominũ deplorat Apostolus, dicitq; eos inimicos crucis Christi. Quorũ, inquit, finis interitus, eo quòd Deus eorum venter sit: qui terrena sapiunt, quorum gloria in confusione eorum erit: id est, in confusionem & ignominiam mutabit. Quapropter diligenter ac seriò duo isthæc vitia nobis consideranda sunt. Gula quidem, vt ait Augustinus, insatiabilis est edendi & bibẽdi auiditas: quã deindè auida & vorax comestio atq; potatio consequit. In hac autem edendi auiditate, homo gulosus naturę necessarijs minimè contentus est, sed preciosos & delicatos cibos appetit: vixq;, dum præparet cibus, temperare sibi & expectare potest. Sępè cibi ac potũs nimium capit: magisq; escarum voluptate & sapore, quàm fame, ducit, eo quòd delectationem potiùs expetat, quàm corporis necessariam refectionem. Ex hoc vitio nasci solet immoderatio, inordinatio, multiloquiũ, vaniloquiũ, scurrilitas, ioca & scõmata, inepta lætitia, corporis indispositio, vel mala affectio, mores incompositi, sensuum irrefrenatio, cæcitas rationis, internus & externus torpor ad ea quæ diuini sunt cultus, mentis hebetudo, cogitatiões inutiles, ebrietas, ignorantia, & varia demũ ac multiplex interioris & exterioris hominis impuritas. Nõ tamen isthæc semper exitialia & mortifera sunt peccata: sed cùm ex gulæ radice proficiscuntur, semper grauiora magisq; verenda sunt. Porrò cùm gula & ea quæ iam enumerauimus vitia, non repellũtur, neque aduersum ea reluctamur, facilis est in luxuriæ cœnum prolapsio: atque ita vitium hoc duplicatur.

Scabies mystice quid.
Lucę.14.
Lucę.16.
Phil.3.
Gula quid.
Filiarũ gulę catalogus.
Facilẽ ex gula ad luxuriã esse trãsitũ.

¶De Luxuria. Cap. LXXVIII.

LVxuria autem semper admittit, cùm natura infrenis, indomita, fluida, ex voluntatis consensu in impuris imaginibus intùs, aut in fœdis ac immundis corporis actibus foris cum voluptate delectat. Vbi enim aliquis cum voluptate in immunditiam propensus est, idq; ratione quidem depræhendit & agnoscit, non tamen repræhendit & arguit, sed cum delectatione & voluntatis assensu ei inhæret, iam peccatum intùs perpetratum est. Si verò etiam in actum obscœnum consentiat, peccatum augmentat. Fouetur autem hoc vitium adspectu, locutione auditu, tactu quouis modo illicito ac indecenti, inordinata ac incomposita conuersatione, impudenti petitione ac solicitatiõe, ac ijs demum omibus, quæ possint ad impudicitiam pertrahere ac incitare. Quamobrem ipse Dominus ait: Qui viderit mulierem ad concupiscẽdum eam, iam mœchatus est eam in corde suo: hoc est, si animo libero ac deliberato eam concupiscat, & cum obscœna & immũda delectatiõe ac voluptate corde ad eam feratur. Hæc igitur inter mortalia peccata numerantur, quocunq; in statu præterquàm legitimi matrimonij quis degat, quando videlicet cum immunda fiunt voluptate, aut animo alium quempiam ad impudicitiam illiciendi ac permouẽdi: interìm tamen nõ omnia hæc æquè grauia sunt. Tangere enim, & alia quędam magis inflammãtia, semper grauiora sunt maioraq; peccata, quàm adspicere, aut loqui, aut alia nõ adeò incendentia, minusq; permouentia hominem. Accedit etiam grauitas huic vitio ex sacro tempore, ex loco sacro, ex singularibus personis, aut modo singulari. In quibus

Luxuria quid vel intùs vel foris admittatur.
Mat.5.
Peccata libidinis q̃ qbus grauiora.

bus etiam illi sępè sese commaculant atq; defœdant, qui matrimonij legibus adstricti sunt, dum diuino neglecto timore, inhonestè sese gerunt.

¶De malis luxuriæ, itemq; de remedijs. Cap. LXXIX.

MVlta autem & varia homini nocumẽta adfert vita lubrica & impudica. Etenim DEVM contumelia afficit, quando illius templum (id est, hominis animam) conspurcat: dæmonibus gratissima est, quippe qui sordibus ac fœtoribus delectant: corpus lædit, proximo offendiculum præstat, animam æternę damnationi reddit obnoxiam, eamq; carnis & sensuum mancipat indignissimæ seruituti. Ad hæc sanctus Papa Gregorius octo luxuriæ filias, vel mala octo, in quæ labitur homo impurus, enumerat. Prima filia est cæcitas mentis, & rationis occęcatio. Altera est inconsideratio, quę mortis & inferni facit obliuisci. Tertia est incõstantia, videlicet cogitationum & appetitionum, qua modò hæc, modò illa ita vt animo incidunt, desiderant. Quarta est amor sui, qui simul diuturnam facit desiderare vitam, nõ quo virtutes colant, sed vt voluptatib' detur opera. Quinta est præcipitatio, qua multi tum vitę & honoris, tum bonorũ quoq; suorum discrimen subeunt, quo obscœnas suas expleant voluptates. Sexta est odium Dei, eo quòd is puniat corporis voluptatibus deditos, ad quas luxuriosus propensum se sentit. Septima est affectus præsentis seculi. Qui enim hoc vitio occupat, is honorem, diuitias, corporis sanitatem & fortitudinem, omnesq; illas res temporarias appetit, quę illi ad vitam cum voluptate transigendam possint esse adiumẽto. Octaua est desperatio futuri seculi, qua quis fidere Deo nõ audet, neq; ab eo expectare, quòd vnquàm siue gratiam siue gloriam sit impetraturus. Ista luxuriæ filia sicut postremum occupat locum, ita malum est longè pessimum, in quod vnquàm vel luxuriosus, vel quis alius peccator possit incidere. Vbi iam id satis potest animaduerti, donec quispiam luxuriæ & gulæ deditus est, indignum eum esse, qui aut sit, aut fiat sacerdos. Siquidem diuino contempto cultu & famulatu, obscœnis carnis suæ sordibus ac immunditijs seruit. Contrà verò quisquis ob honorem Dei & suamipsius salutem sobrius & castus fieri appetit, ea amet necesse est, quæ ad hęc illi possint esse vtilia & accommoda: itemq; fugiat ac execretur, quæcunq; quo minùs talis fiat, illi præstare queant impedimentum. Primò igitur cautus & circũspectus sit oportet in visu, in auditu, in conuersatione: deindè omnes deuitet occasioes, quæ ipsum possint illicere: tertiò nunquàm sibi prę-fidat, certus etiam Dauid sanctissimũ, Salomonem sapientissimũ, & fortissimum Samsonẽ prolapsos esse: quartò nunquàm ocio vacet, sed semper in bonis actib' siue foris, siue intùs sese exerceat: quintò rationabili pœnitentiæ labore corpus suum refrenet & castiget: sextò sępiùs mortem suam & iustum Dei iudicium mente pertractet: septimò deniq; sapienter & fortiter in ipsis initijs tentationibus resistat. His videlicet modis luxuriæ vitium propulsare ac pessum premere poterit.

Luxurię filię quot.

Quot & q̃ potissima cõtra luxuriã remedia.

¶De remedijs contra gulam, & quando in capiendo cibo & potu nihil omninò, quandõ venialiter, quando etiam mortaliter peccetur. Cap. LXXX.

ATQVì contra GULAM, vt eam profligare queat, sanctorum considerabit vitam, institutiones, temperãtiam, & in cibo ac potu sobrietatem. Et quotiès cibum capiet, aut parcè loquetur, aut omninò silebit, mente interìm reuoluens, vt angeli & sancti homines in cælis diuina pascantur gloria: itemq; id secùm perpendens, hominem, licèt pauperẽ, cui Deus sufficiat, etiã modicis hac in vita posse esse contentũ. Quanuis autem ob famem quispiã cum appetitu ad cibum affectus sine propensus sit, nullum id peccatũ est. & licèt sentiat etiã naturã in cibi necessarij pceptione delectatiõe affici, nec id quoque peccatũ est. At si quis non purè ob Dei duntaxat honorẽ & suam necessitatem, sed etiam propter voluptatem & delectationem naturæ suæ edat ac bibat, iam quidem peccatum admittitur, quod Veniale dicere consueuimus. Non enim potest absque peccato in cibo ac potu aliquid spectari vel expeti aliud, nisi honor Dei & necessitas propria. Atque eam ob rẽ cùm exterior homo noster foris suum capit cibum, interior homo intùs in sanctis meditatio-

Quę contra gulam.

Veniale ex gula peccatum quod.

tionibus & cogitationibus, ac diuinis inspiratiõibus escam captabit suam: sicq; & intùs & foris reficiemur. Vt enim Dominus dicit, NON in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Cui nimirùm rectiùs percipiẽdo, intùs liberos, nudos, & imaginibus vacuos nos seruare meritò deberemus. De quo etiam Apostolus loquens: Viuus, inquit, est sermo DEI & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, id est, hominis interioris ab exteriori: quæ quidem diuisio etiam nobis necessaria est, si absque culpa edere ac biberẽ velimus. Qua de re in cœnobijs seu religiosis sodalitatibus ac congregationibus dum cibus capitur, conciones autalia quædam ad spiritum facientia & auditu iucunda legi solent, quo Fratres interea dum corpus foris necessaria percipit, intùs ad spiritalem gustũ pertrahantur. Licebit etiam CHRISTI IESV paupertatem ac diuitias contemplari, qui eodem ipso tempore, quo foris fel & acetum multaque probra & contumelias percepit, intùs gloria ac honore sempiterno per contemplationem ac fruitionem pascebatur. Cuius contemplatione sancti DEI homines modicis foris contenti fuẽre, quo intùs ęterna in Christo gloria & honore potirentur: quod itidem nobis quoque faciendum incumbit, si illos sectari ac imitari volemus. Superest adhuc, vt quando gula peccatum sit mortiferum, explicemus. Cùm igitur aliquis nõ ob famem neq; necessitatem suam, neq; Dei honorem, sed ob solam naturæ suæ voluptatẽ ac delectatiõem cibum & potum accipit, iam quidem ceu fruiturus eo, in cibum deuoluitur, & cum voluptate velut animal brutum in escã totum sese effundit. Huic verò delectationi nullum ponit modum neque finem. Quantùm enim potest, delectatur: & famis quidem ac necessitatis suæ oblitus, per gustum in inordinatam defluit oblectationem: quę tum rationem obtenebrat, spiritum formis & imaginibus depingit, eumq; sua spoliat libertate, eoq; carni seruiat. Siquidem per sensualem delectationem, spiritus ad sensualitatẽ deorsùm trahitur, illicq; impura delectatiõe obuoluitur, obtegitur, ac obnubilatur, pindè vt caput fœda scabie opertum. Hæc aũt spiritus obnubilatio siue obductio, vitę bestialis, peccatorũq; omnium quæ cum voluptate & delectatione in carne admittũtur, radix est. Itaque dum ista perseuerat in homine macula, diuina caret gratia, & est sacerdotij honore prsus indignus.

Mat. 4.

Heb. 4.

Mat. 27.

Gulę peccatũ q & qñ fiat mortale.

¶De nona macula, putà impetigine in corpore ac facie. Caput LXXXI.

NOnam demũ maculam vel vitium, impetiginem scriptã diuina appellant, id est, scabiem faciei vel corporis: qua qui laborasset, non poterat apud Iudæos ad sacerdotium promoueri. Quod si spiritaliter consideremus, internam hominis faciem, conscientiam illius rectè posse accipi inuenimus. Vt enim foris homines alios ab alijs ex vultuum discrimine internoscimus: ita & intùs quales sint, ex morum & actuum diuersitate potest animaduerti. Id quod Christus ipse nos docet, vbi ait: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Qua tamen in parte magna est solertia adhibẽda. Ehimuerò homines ficti ac simulatores, facies suas virtutũ specie contegunt, quæ tamen DEO, omnia cordis secreta perspicienti, nudæ sunt atque detectæ. Porrò quandiu quispiam atram mortalis peccati in conscientiæ suæ facie maculam retinet, & Deo indignus est, & omi honore vel dignitate Ecclesiastica. At verò si quis animi dubius est, vtrùm quippiam eorum quæ antè admiserit, mortale sit peccatum nẽ ne, is pro viribus indè sese expurgabit, si rationi suę volet satisfacere: alioquì conscientiæ faciem neque ad tranquillitatem componere, neque vnquã delectabiliter inspicere poterit. Deindè quicquid id est, quod Deus ab eo siue fieri, siue omitti volet, quatenùs quidem nosse id poterit, ad id semper paratum sese offeret, nulla alioquì vnquàm inter se & Deum secreta familiaritate ac libertate potiturus. Semper etiam facies illius interna tam gratam & amabilẽ per bonos actus foràs sese proferet ac declarabit, vt nullus eius occasione scandalum patiatur, sed omnes ex ipso incitẽtur ad meliora. Quisquis enim tam inhonestam ducit vitam, vt vel communis populus, vel sodalitas siue cõgregatio eorum apud quos viuit, illius studijs & fama offendatur, siue patiatur offendiculum: is nimirùm indignus est qui ad sacerdotij prouehatur officium, aut id administret: siquidẽ fœdatum habet vultum sub hominum adspectu. Quò pertinet illud quod DOMINUS ait: Vę ho-

Impetigo.

Mat. 7.

Mat. 18.

homini per quem ſcandalum venit. Quanquàm meritò vniuſcuiuſlibet vita ſacerdotis, præ communium vita hominum, tanta debeat eſſe perfectione prędita, vt facies illius interna & multò adſpectu iucundior ac gratior, & virtutibus ſit locupletior, atq; cuiuſlibet è vulgo & plebe communi. Quòd ſi iam quiſpiam percontetur, quid faciendum ſit illi, qui faciẽ cupiat habere gratam, & maculis vacuam, id eſt, animam mundam, quo poſſit Deo placere & cunctis hominibus: illi nos ita reſpondemus, celeriter ei conſurgendum eſſe, dandámq; operam, vt omnes vitiorum maculas eluat. Huiuſmodi enim animæ DOMINUS in Canticis dicit: Surge, propera amica mea, & veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna macerię: quibus in verbis foramina petræ, vulnera DOMINI IESV: & cauerna maceriæ, patulum lateris ejuſdem vulnus ſignificat: quorum virtute vulnerum peccator à cunctis vitiorum ſuorum maculis conſurgere debebit. Vbi mox DOMINUS ſubiungens: Oſtende mihi, inquit, faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis. Cùm enim peccata noſtra accuſamus & confitemur, vox noſtra dulcis eſt, & facies noſtra perficitur, & fit decora. Vndè in eodem libro DOMINUS ait: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Hunc videlicet in modũ peccator quiſq; ab omni vitiorũ macula ſeſe emundet atq; conſurgat oportet, indignus alioquĩ futurus, qui vel DEO vniatur, vel ſacerdos ſit aut fiat. Vt enim iam antè commemorauimus, lex Iudæis diuinitùs promulgata, neutiquàm admittere voluit, ad ſacerdotium promoueri quempiam, qui corporis externo aliquo vitio laboraret: & licèt eiuſmodi ex ſacerdotum prodijſſet genere, ſacrũ tamen vnguentũ percipere non potuit, neq; in DOMINI tabernaculũ ingredi, neq; vllum coram DOMINO ſacrificiũ offerre: cùm tamen omnia illorum ſacrificia, non niſi de vitulis, & ouibus, & aromatibus, & alijs quibuſdam, quæ ad Dei concremarent honorem, fierent. Atqui noſtrum ſacrificiũ veneranda DOMINI IESV mors eſt, & ſacrũ illius corpus, ſanguiſq; precioſus, quę nos ad Dei honorem & pro omniũ ſeruandorum peccatis offerimus. Quapropter vnuſquiſlibet ſacerdos, cui iſtud demandatũ officium eſt, præ cæteris hominibus iure meritoq; & corpore & anima caſtus ac mundus eſſe debebit: ſicq; officiũ illi DEO gratũ eſſe poterit, & ipſe tum ſibi tum alijs omnibus honeſtè atque vtiliter viuet. Vbi vt perſpectum habere queam, quid ad quẽq; pertineat ſacerdotem, qui tamen mũdus & caſtus eſſe velit, & Dei honorificam, cunctisq; hominibus frugiferam vitam agere, ea nobis diſtinctè ac ſeriò, conſideranda ſunt, quæ ſuprà commemorauimus, quemadmodùm Moſes Aaronem & filios eius ex Dei mandato conſecrârit: vtq; tum primò quidem illorum lauerit pedes & manus, ac deindè ſacris induerit ac exornârit veſtibus, atq; demũ ſacro perunxerit oleo. Quæ quidem omnia, itemq; eorum myſtica ſignificatio, iam antè explicata ſunt. Itemq; cõſideranda nobis ſunt ſacrificia initiatiõis, oblata ab Aarone & filijs eius dum cõſecrarent, videlicet vitulus vnus & arietes duo, panes azymi: vti ſuperiùs ea iuxta figuram recenſuimus, & nunc eadem ſpiritaliter exponemus.

Mũdã ſeruare animã volẽti quid agẽdum.

Cant. 2.

Ibidem.

Cant. 4.

Sacerdotib⁹ quàm ſit neceſſaria caſtitas.

¶ De gemino altari noſtro, nempe Cordis & Voluntatis. Caput LXXXII.

Quaſi TEXTVS. Exo. 29.

ITAQVE poſteaquàm Moiſes Aarõis filiorumq; eius abluerat manus & pedes, patrem quidem, vtpotè Pontificem, octo induit ornamentis ſeu veſtibus illis, quas nos antè commemorauimus: filios verò, non niſi quatuor veſtibus: & altare vtrunque ſeptiès adſperſit aqua, videlicet altare holocauſtorũ, quod foris in aditu tabernaculi poſitum erat, & altare aureum intùs in tabernaculo collocatum: ſumptoq; oleo ſancto, vtrunq; eo & vnxit & ſanctificauit altare, itemq; tabernaculum, & quæcunq; ad id pertinerent: atque etiam oleum ſacrum fudit in caput Aaronis, eodemq; eiuſdem & filiorum eius conſecrauit manus, perindè vt diuinitùs iuſſus fuerat.

Quæ vt intelligere poſſimus, animũ aduertere debemus. Dixi iam antè, per Moſen Chriſtum nos accipere. Si igitur dignum DEO facere ſacrificium velim, Chriſtus noſtras manus, noſtros lauet pedes neceſſe eſt, id eſt, actus & affectus noſtros. Deindè cũctis illis veſtiamur virtu-

Moſes.

virtutibus oportet, priuatìm quiſque pro ſuo ſtatu & conditione, quas ornamẽta ſacerdotum figuratè ſignificant, vti nos ſuperiùs edidiſſeruimus. Tum verò Chriſtus vtrunque noſtrum altare ſeptiès adſperget aqua. Etenim cordium noſtrorum vnitas, altare holocauſti eſt: & libertas voluntatis noſtræ, aureum altare eſt: quæ ſeptiès mũdabuntur, id eſt, ab omnigenis peccatis mortalibus. Poſt hæc Chriſtus ſacro ſuo ſumpto oleo, id eſt, Spiritu ſancto, balſamo admixto, hoc eſt, meritis præclarę mortis ſuæ, vtrunq; noſtrum vngit & conſecrat altare, putà cordis vnitatem, & voluntatis libertatem. Nõ enim ignorare debemus, quod & Actuum hiſtoria commemorat, credentium omnium in Chriſto IESV cor eſſe vnum & animam ſeu voluntatem vnam. Quòd idem etiam figura nos inſtituit. Siquidem in omni illa Iudaici populi frequẽtia non niſi vnum holocauſtorum altare fuit, quod vnitatem cordis ſignificat: & vnum altare aureum, quo id myſticè docemur, omnes nos vnius eſſe debere voluntatis & amoris, eiuſdemq; libertatis in Chriſto. Atque ita Chriſtus & tabernaculum noſtrum & cuncta eò pertinentia vnget & conſecrabit: quod eſt, Omnes actus bonos, qui in fide exercent Catholica, ſanctitatem ſuã ex Chriſti meritis adipiſci: idemq; ſacrũ oleũ ſuũ in Aaronis effundet caput, id eſt, in ſupremũ noſtri ſpiritũs verticem, vndè in omnes vires noſtras vſq; ad oram veſtimenti noſtri, id eſt, in ſenſum corporeum dimanabit: ſicq; ſimul etiam manus, id eſt, actus noſtri, conſecrabunt ſiue ſanctificabunt. Quanquàm & alia ratione ita hæc poſſunt intelligi, vt per Aaronem & filios eius, ſanctũ accipiamus Petrum Apoſtolum, itemq; cæteros tum Apoſtolos tum diſcipulos DOMINI, vtpotè qui ſacrum à Chriſto oleum velut Pontifices & ſacerdotes abundè percepêre, quemadmodùm ſuperiùs dixiſſe me, diligens lector meminiſſe poteſt.

Altare holocauſti.

Altaria noſtra myſticè.

Act. 4.

Caput.

Ora veſtimẽti.

¶ De ſpiritali ſacrificiorum Aaronis & filiorum eius ſignificatione: & primò quid vitulus mactatus, eiusq; ſanguis fuſus, ſibi velint. Cap. LXXXIII.

AT nunc ſacrificia initiationis, oblata ab Aarone & filijs eius quando fuêre cõſecrati, itemq; à poſteris eorum ipſo conſecrationis tempore, quid ſignificent, exponendum eſt:

Quaſi TEXTVS.

Simul atque Aaron & filij eius conſecrati fuêre, applicabant vitulum coram tabernaculo teſtimonij, ſicut iam longè ſuperiùs narratum eſt: imponebantq; Aaron & filij eius manus ſuper caput eius, ſicq; offerebãt illum DOMINO. Mactauitq; eum Moiſes in conſpectu DOMINI iuxta oſtiũ tabernaculi: ſumensq; de ſanguine vituli, poſuit ſuper cornua altaris digito ſuo, reliquum autem fudit iuxta baſim eius. Sumpſit etiam adipem totum qui operit inteſtina, & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipẽ qui ſuper eos eſt, & obtulit incẽſum ſup altare: carnes verò vituli & coriũ & ſimũ cõbuſſit foris extra caſtra, eo quòd pro peccato eſſet.

Quæ quid ſibi velint myſticè, aduertere debemus. Aaronem qdem & filios eius, & quotquot in veteri lege ſacerdotes initiabant, ſuæ conſecratiõis tempore vitulum pro peccatis ſuis DNO offerre oportebat. Hoc verò id nos inſtituimur, oẽs illos qui hodiè tempore gratiæ ſacerdotes fiunt, corpus ſuũ ad duram pœnitentię agendę vitam Deo offerre adſtrictos & obligatos eſſe. Vitulus enim, qui ex pecoribus labori addictis ſumit, carnem noſtram figuratè ſignificat, vtpotè qua nos ſemper laborare debemus, eamq; ad oſtium tabernaculi adducere, id eſt, coram DEO & ratione noſtra: ſimulq; ei manus imponere, id eſt, libera voluntate nobiſcùm ſtatuere Chriſtum in pœnitentia, in abſtinentia, in obluctatione aduerſum ea omnia, quæ carnem delectant, & illicita ſunt, ſequi ac imitari nos velle. Tum verò Chriſtus ſummus ſacerdos vitulum noſtrum, id eſt, carnem noſtram ita mactabit & mortificabit, vt ſpiritui cogat eſſe ſubdita & obtemperare. Vt enim carnis peſſum premamus ac ſuperemus oblectamenta, nõ noſtrarum eſt viriũ, ſed virtutis diuinæ. Vndè etiam omnia noſtra ſacrificia ad Aquilonarem noſtri altaris partem & in conſpectu DOMINI fieri debent.

Vitulũ pro peccatis offerre, quid.

Vitulus.

Carnem domare, quãti ſit negocij.

Enimuerò si ex eo quod aduersus vitia gerit, bello victoriam ferre velimus, in omni nostra concertatiõe DEVM presentem habeamus oportet: & in parte Aquilonari, id est, à sinistro latere nostro Christus vitam nostram bestialem mactet ad honorem Patris sui. Isthæc autem mactatio ceu scutum & ꝓtectio nobis erit cõtra omnes hostes nostros. Ab Aquilone enim, vt scriptura ait, pandetur omne malum. Deindè in hoc sacrificij nostri sanguine Christus summus sacerdos suos intinget digitos, eumq; ponet super quatuor cornua altaris nostri, idq; ita demum prorsus expurgabit atq; sanctificabit. Vbi nimirùm per digitos Christi, virtutem contactûs illius accipimus, quo intùs nos permouet. Atquì hic etiam sanguis noster, id est, vita nostra naturalis, quæ in sanguine consistit, diuino instinctui ac motioni subdita sit oportet, ita vt illius freti virtute, inordinatos carnis & sanguinis motus vincamus. Id verò magìs illius est, quàm nostrum: at tamen hunc in modum illius instinctui ac motioni obtemperare debebimus. Quod vbi egerimus, sanguis noster secundum naturæ rationẽ refrigescet ac emorietur: eritq; nobis velut sacramentũ, in quo Christus suos intinget digitos, hoc est, cui vires suas vniet atq; coniunget: eoq; perunget quatuor altaris nostri cornua, id est, virtutes nostras morales forinsecùs nos exornantes: sicq; altare nostrum, id est, vnitas cordis nostri emundabit atq; sanctificabit. Reliquum verò sanguinem fundet Christus iuxta basim altaris nostri. Quæ quidem omnis nostri sanguinis effusio, ꝑfecta est mortificatio totius bestialis vitæ nostræ: qua mortificatione interna vita nostra stabilitur ac sanctificatur. Etenim vita interna, nostri altaris basis est: Atquì sine bestialitatis nostræ mortificatione neq; vnitatem, neq; internã vitam intra nos sentire vel inuenire ac possidere poterimus. Itaq; sicut in veteri lege, quod iam diximus, Dominus vitulum qui pro peccatis eorum cremaret, offerri voluit: ita à nobis id exigit, vt proprium corpus nostrum, abstinentiæ ac pœnitentiæ vacando, pro peccatis nostris ipsi offeramus.

Pars aqlonaris.

Hier. 1.

Digiti Christi.

Sanguis.

Altaris cornua.

Basis altaris.

¶ De adipe operiente intestina, de reticulo iecoris, de duobus renibus & illorũ adipe. Caput LXXXIIII.

DEINDE specialiter de vitulo præcepit Dominus, vt adeps omnis intestina operiẽs, reticulũq; iecoris, & duo renes cum suo adipe in ipsius altari penitùs cremarentur. Enimuerò iuxta spiritalem intelligentiam, corpus nostrum mortificatum, oblatumq; Deo in dura pœnitentiæ vita, noster vitulus est. Adeps autem intestinorum, itemq; iecoris & renum nostrorum, omnes illæ delectationes & gustus sunt, quæ ex virtutibus, ex amore, & internis exercitijs percipiuntur: quæ nimirùm omnia in sui honorẽ incendere & cremare nos vult Deus. Constat quidem, in intestinis seu visceribus corporis nostri vitam nostram naturalem externo alimento & cum elemẽtis cõcordia, foueri & conseruari. Sic itidem in visceribus spiritûs nostri, id est, animæ nostræ viribus, vita nostra supnaturalis interno diuinæ gratiæ nutrimento, sanctis operibus & voluntatis cum Deo consensione conseruatur. Omnem igitur adipem seu pinguedinem, ex alimonia externa corpori accedentem, Deo in pœnitentia offeremus & concremabimus: itemq; omnẽ internę delectationis & gustûs adipem, spiritui nostro ex virtutibus & diuinæ gratię alimento intrinsecùs accrescentẽ, in Dei honorem penitùs offerre & incendere debebimus: maximè verò reticulum iecoris, id est, delectationem ex amore nascentem. Nunquàm enim amor absq; gustu est. Sciendum est autem, ex epate omnem naturæ calorem originem ducere. Est em̃ epar ignis locus: eiusq; ardor cibum & potum in carnem ac sanguinem mutat. Mittit etiam calorem suum ad cerebrum, ad oculos, ad sensus omnes. Epar membris vitam coloremq; submi nistrat: ipsum amare ac desiderare, gustare & sentire facit. Atquì si secũdum carnem & sanguinem, id est, iuxta naturæ voluntatem vixerimus, regnum Dei haud quaquã adipiscemur. Eamobrem delectationis reticulo, quod epar, id est, naturalem amorem nostrum circũplectitur, semper carere, idemq; in Dei honorem cõcremare debemus: sicq; liberi & expediti, nec vsquàm irretiti & implexi, manere poterimus. Quanquàm etiam alium intra nos locum igneum reperire licet, qui epati cõsimilis sit, nempe voluntatem seu vim nostram amatiuã. Ignis autem in ea viuens, charitas dicitur, qui quidem ignis est donum Dei, cunctisq; virtutibus & colorem præstat & ordinem, nobisq; vitam confert supernaturalem, eãdemq; æternam.

Vitulus.

Adeps.

Reticulum iecoris.

Epar seu Hepar.

Rom. 8.

Huius vis amatiuæ reticulũ, in quo ea suo cum amore inuoluta est, spiritale gaudium est. Atq; hoc gaudiũ ceu internus q̃dam adeps est & pinguedo, quam nos semper in DEI honorem offerre atque adolere debebimus. Causa autem efficiens huius pingnedinis, Dei gratia est & interna amoris exercitia. Semper enim suis q̃busdam incrementis interna pinguedo per seria amoris exercitia augescit. Porrò quanto adeps copiosior est, tanto & amoris incendiũ semper maius erit: Siquidem adeps iste in reticulo seu craticula affectûs nostri in vnitate cordis nostri ꝑpetuò ardebit. Iam si in hoc adipe vel pinguedine quietem & delectationem captare velimus, cessat actualis amor noster, nosq; interna veri gaudij pinguedine destituimur. At verò si oculos internos & corda vltra ea omnia, quę in tempore gustum vel delectationem præbere queant, subleuemus ad Dominum: iam pinguedo, gaudium, ardor & flamma nostræ charitatis continenter augescit, nostrumq; sacrificium in dies Deo fit gratius & accommodatius. Offerre etiam DEO, & adolere debemus duos RENES nostros, & adipem qui super ipsos est. Renes nanq; sedes sunt & fomentum libidinis: ideoq; in antiqua lege Dominus RENES eorumq; adipẽ pro peccatis suo in altari voluit concremari. Est enim sacerdos quilibet ex amore, & ob Dei honorem omnis generis impudicitiam & quęcunq; illi indè possint contingere oblectamenta & voluptates, proculcare ac respuere obligat°. Quod qui facit, is nimirùm suos cremat RENES eorumq; adipem: qui verò secùs agit, nõ poterit salubriter verum vllum suis pro peccatis offerre sacrificium. Deindè in nullo gustu aut experimento interno, quouis demũ modo ea intùs occurrant, neq; quiescere, neq; immorari aut inhærere licet: sed quicq̃d eiusmodi est, totum in diuini amoris igne est exurendum. Atq; eamobrem iure ꝑpetuo voluit Dominus offerri sibi à Iudæis omnem adipem bouis, & ouis, & capræ, neq; fas illis esse, eo vesci aut vti, sed totum in suum, id est, Dei honorẽ adoleri. Poterant tamen adipem carni permixtũ edere, eoq; vti. Quo nos docemur, omnem nostram oblationem triplicem esse oportere. Debemus enim offerre nos DEO ceu boues desudantes per pœnitentiam, abstinentiam, & viriles ac strenuas bonorum actuum exercitationes: itemq; velut oues simplices per innocentiã, mansuetudinem, & aduersorũ omnium tolerantiam: atq; etiam vt capros, ita videlicet, vt cuncta exercitia nostra acri adspectu, & feruenti erga virtutes omnes desiderio & appetentia prædita sint. Adipe autem omni qui cum carne permixtus est, vesci nobis licebit, quod est, gustum omnem & gaudiũ spiritale, quæ cũ bonis cõiuncta sunt exercitijs, permissa atq; cõcessa nobis esse. Immò quo maiorem nostris in exercitijs appetentiam & gustum experimur, eo exercitia nostra sunt præstantiora ac nobiliora, Deoq; magìs accommoda, modò ne in ipso gustu quiescamus, sed magìs ac magìs efficiamur alacres & viuaces ad plura agenda bona opera. At verò cùm intimam virtutum omnium cunctorumq; bonorum actuum nostrorum pinguedinem siue adipem, qui est interna liberæ voluntatis nostræ ad DEVM adhæsio, eidem offerimus, semper is igni amoris sui eum incendit, & ita noster est adeps intimus, in quo gustus & gaudiũ omne consistit. Hic adeps peccata omnia absumit, redigitq; in nihilum, virtutesq; omnes excellit ac superat, vtpotè qui nihil est aliud, quàm ignea quędam in sublime tendens flamma amoris nostri, sibijpsi semper augmentãda vacans, ardensq; iugiter ad honorem Dei. In cuiuslibet exercitatione cultuque virtutis adipem hunc sentire possumus: atquì in ipso non nisi ipsum sentire valemus. Est enim vltra omnes eleuata virtutes, ac nihilo seciùs virtutes omnes exornat. Hic videlicet internus adeps est, quem Dominus iure perpetuo ad suum vult cremari honorem: idemque adeps cuncta nostra intestina operit atque in sese inuoluit, neque eum nos foràs possumus adducere, sed ipse nos intrò ad se trahit. Siquidem iuxta suamipsius rationem neque demittere sese, neque foràs prodire potest, sed semper totos nos sursùm atque intrò in se vocat & incitat: neque eo vti nos possumus, sed ipse potiùs nobis vtitur, impellitque & vrget ad virtutes oẽs, cùm sit causa virtutũ omniũ. Denique hic adeps internus, non est carni, id est, nostris exercitijs admixtus: atque ea re neque vti neq; vesci eo fas habemus: ipse potiùs nos in se dehiscens absorbet & absumit, manetq; perpetuum quoddam sursum tendens sacrificium, ardens ad honorem Dei.

Reticulum.

Sacerdotis quid sit.

Renes.

Oblatio q̃ nostra triplex futura.

Quo adipe vesci licitũ.

¶ De Corio. Caput LXXXV.

Coriũ extra castra cõburere.

PORRÒ coriũ vnà cum carne & fimo, iussit Dominus in loco mũdo cõburi extra castra. Nostri quidẽ sacrificij coriũ, cuncta sunt externa pœnitentiæ nostræ opera, q̃ nos Dño comburemus soli extra castra, id est, ab humanis ea oculis semper abscõdemus atq; celabimus, ne nos vanæ gloriæ pulset tentatio: quod sanè cum primis necessarium est inchoantibus, & omnibus illis qui mũdo & sibijpsis necdum mortui sunt, qui bona sua opera in occulto agere debent, ni sua velint mercede fraudari. Vndè præcipit Dominus, vt carnem vnà comburamus, id est, vt in cunctis bonis actibus nostris, mũdi laudem & gloriam intentione fugiamus. Vt enim caro cute vel corio obtegitur, ita intẽtio in operibus latet. Soli igitur actus & intentionem nostram Deo offerre debemus, atq; ita carnem & corium immolabimus. Quisquis enim opera sua DEO occultè agit, optat autem vt si ant manifesta, quo possit maiori hominum laude affici, is licèt corium cõburat suum, Deo tamen non comburit, eo quòd corrupta & vitiosa sit eius intentio, ideoq; sacrificium eius Deo non est accommodum & idoneum, estq; planè infrugiferum. Quapropter si serui esse Dei, veramq; nostris pro peccatis pœnitentiam agere volumus, nobisipsis placere nõ debemus, sed nec cuiquam alij vt placeamus, ex intentiõe quærere vel captare fas habebimus, verùm singuli quique nunquàm non nobisipsis displicebimus, DOMINIq; IESV pedibus puoluti, clamabimus cum PUBLICANO: DEVS, propicius esto mihi misero peccatori. HOC enim modo, vt Dominus ait, iustificatur homo.

Mũdana gloria fugienda.

Lucę. 18.

¶De fimo. Caput LXXXVI.

FIMVS autem sacrificij nostri, inordinatas ac peruersas, quæ in nobis siue ex natura, siue antiqua praua consuetudine insunt, designat propensiones: quas ob DEI honorem tam occultè in nobis vincere ac mortificare & reprimere debemus, vt nemo vitia & imperfectionem nostram possit animaduertere: atque ita etiam ex fimo nostro DOMINO sacrificabimus. Porrò cuncta hæc sacrificia in loco mundo facienda sunt, per quem nostra potest conscientia accipi: quæ quidem ante omnia coram oculis diuinæ Maiestatis à peccatis omnibus vera Contritione & pœnitentia, veraq; confessione expurganda est. Atq; hoc pacto sacrificium quod fit pro peccato, completur & perficitur.

fimus.

Locus mundus.

¶De altero sacrificio sacerdotum. Caput LXXXVII.

Quasi TEXTVS.

POST hæc adduxerunt Aaron & filij eius arietem, id est, agnum anniculum, & super caput eius posuerunt manus suas, obtulerũtq; eum DOMINO ante ostium tabernaculi. Quem cùm mactasset Moises, tulit de sanguine eius, & fudit circa altare, ipsum autem arietem secauit in frusta, lotaq; intestina eius ac pedes posuit super cõcisas carnes & super caput illius, obtulitq; totum arietem in incensum super altare: fuitq; hæc oblatio Domino facta, odor suauissimus victimæ Domini.

Quæ nos ita debemus intelligere: Vt antè iam diximus, corpus nostrũ Deo omnipotenti offerre debemus agendo pœnitentiam, & aduersus omnes inordinatas oblectationes resistendo: quibus rebus vitulum occidimus, id est, bestialem vitam nostrã: hincq; natura nostra instar ouis patiens, mitis ac innocens fit. Cum hac autem innocentia ad ostium tabernaculi, id est, in DEI præsentiam accedemus, ponemusq; manus nostras super capita nostra, id est, libera cum voluntate animoq; libero totos nos DEO offeremus illius in amore concremãdos. Christus verò summus sacerdos noster mactabit sacrificium nostrum, fundetq; sanguinem eius circa altare, hoc est, illius virtute, eiusq; ope & auxilio freti, proprium nostrum vincemus sanguinem, adeoq; naturam nostram mortificabimus, vt in cũctis eius donis atque omnibus exercitijs nostris nihil neque quæramus, neque spectemus aliud, quàm vt penitùs eius in amore exuramur & cõcrememur. Si enim nostrî captamus vel quærimus consolationem, iam adhuc naturæ viuimus. Atque ea de re agnus iste vel aries, debebat esse anniculus. Nam quandiu solatium, consolationem & commodũ nostrum in aliquò quod Deus nõ sit, aucupamur & expetimus, adhuc nimiùm ætate teneri, nimiumq; iuuenes sumus: & donec aliquid amore prosequemur, quod propter Deum non amemus, tam diu totos

Vitulus.

Aries anniculus.

tos nos in diuini amoris incensum offerre non valebimus. Debebat ptereà agnus iste, aries esse fœcundus & absq; macula. Cùm enim absq; mortiferi peccati macula viuimus, Deoq; totos nos libero animo offerimus eius in amore cõcremandos, hoc iam opus virile est & radix fertilis amoris nostri, itemq; virtutum omnium: siqdem Dei instinctus, nostraq; libera voluntas, huius ipsius operis causa efficiens est. Semper igit̃ ac perpetuò adolere & renouare nos debemus, nec vnquàm vacare ocio. Deindè Christus simplex nostrum sacrificium in multa secabit frusta: quandoquidem internorum multiformium exercitiorum discrimen ac distinctionem nobis præstabit, nosq; instituet ac edocebit. Cumq; intestina conscientiæ nostræ à culpis omnibus, pedesq; affectuum nostrorum ab omi inordinata appetitione vel oblectatione abluta fuerint, iam emundata intestina nostra & benè cõpositos ac probè ordinatos affectus nostros super sectam carnem omiùm internarum virtutum nostrarum, & caput liberæ voluntatis nostræ ponet, totumq; hoc sacrificiũ & ipse nobiscùm, & nos cum ipso in diuini amoris incensum cremãdum offeremus. Et hęc Domino facta oblatio, odor est suauissimus victimę Domini.

Aries fœcũdus.

¶De tertio sacrificio sacerdotum. Caput LXXXVIII.

Quasi TEXTVS.

IAM porrò secundum figuram sequitur, tulisse Moisen etiam alterũ arietem ad ostium tabernaculi, & super eius caput similiter Aaronẽ & filios illius posuisse manus suas. [Erat hoc sacrificium cõsecrationis eorum, quo sacerdotes initiabantur, vt deinceps possent munus sacerdotale exequi.] Immolauitq; Moises arietem istum: sumẽsq; de sanguine eius, posuit super extremum auriculæ dextræ Aarõis & filiorum eius, & super pollices manus eorum ac pedis dextri: fuditq; reliquum sanguinem super altare per circuitum. Deindè secauit arietem, & tulit adipem eius & caudam, & aruinam quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes, atq; adipem qui super eos erat, armumq; dextrum, & tria genera panum azymorum, è quibus primus erat TORTA, [quæ aliâs *collyra dicitur, quem possumus dicere panem oleo subactum, & coctum in furno.] Alter panis, laganũ fuit: [qui primò aqua elixus, deindè in oleo coquitur.] Tertius, crustulũ: [qui panis cũ oleo subactus, in craticula torretur, aduritur, exiccatur, & velut testa indurescit.] Posuitq; Moises hæc omnia super manus Aaron & filiorum eius, & sanctificauit eos eleuans coram DOMINO. Sumpsit quoque pectusculum de ariete, quo initiatus fuit Aaron, [idemq; omnibus his superposuit,] sanctificauitq; illud eleuatum coram DOMINO. [Vndè & pectusculum eleuationis dictum est, quia omnibus superpositum fuit.] Filij autem Aaron tenentes hæc omnia in manibus, eleuauerunt ea coram DOMINO, & tradiderunt ea Moisi, qui omnia adoleuit DOMINO super altare, eo quòd oblatio consecrationis esset. Assumensq; vnguentum sacrum, de quo suprà diximus, & de sanguine qui erat in altari, adspersit sacerdotes & super vestimenta eorum. Cumq; sanctificati essent in hunc modum, reliquas carnes arietis coxerunt ante fores TABERNACULI, & ibi comederũt eas cùm panibus azymis, qui residui fuerant in cartallo, vndè tres panes antè memoratos, Domino obtulerant: & in crastino quicquid superfuit ex eis, ignis absumpsit. In eũdem modum iterauit singula quæ diximus, Moises sex diebus, tamen non vestiuit eos: quia semel induti, septem diebus non deposuerunt vestes sanctas, nec de atrio TABERNACULI sunt egressi.

Hæc ex historia scholastica Petri Trecensis.

Nimirùm hoc pacto ſacerdotes in veteri lege ex diuinæ iuſſionis pſcripto cõſecrabant. Qui tamen priuſquàm ita ſanctificarent, vitulum ſuis pro peccatis & agnum in Dei honorem penitùs cremandum, DOMINO offerre cogebant. Ita ergo & nos ſi ſanctitatem eam velimus adipiſci, quæ ſummus ac ꝓcipuus cuiuſuis ſacerdotis decor eſt & ornamentũ, ſenſus beſtialem q; naturam noſtram per pœnitentiam DOMINO offeramus oportet, omneq; mundi ſolatiũ & conſolationẽ repudiemus, cũctaq; carnis noſtræ inordinata deſideria & obſtacula vincamus, quemadmodùm ſuperiùs cõmemorauimus: atq; per hæc virtutibus moralibus foris exornabimur. Deindè etiam vires internas & naturam noſtram ſpiritalem illius in amore ex toto cremandam offeramus neceſſe eſt: & hoc ipſo ꝓpetuam quãdam ad DEVM cum amore adhæſionem, felicem q; in vnitate poſſeſſionem alemus & conſouebimus: ſicq; omne creaturarum ſolatium, quod inter DEVM & nos intùs medium ſeſe poſſit interponere, ſuperabimus ac ꝓtranſiemus: atq; ita immaculatum internæ vitæ noſtræ arietem, in odorem perennis ſuauitatis offeremus. Hinc iam ſequit id, quod de altero, putà conſecrationis ariete tractandũ ſuſcepimus. Cùm enim amor nos ſubleuat, ſecumq; in vnitate circumplectit, atq; cum ſuauitate totos nos ꝑmanat, indè perpetuũ & occultum quoddam in nobis ꝑfectæ patientiæ ſilentium naſcit, tumq; velut agnos manſuetos cũ noſtrijꝑſorum reſignatiõe DEO nos offerimus, vt liberrima in nos vtat volũtate ſua in tẽpore & æternitate. Deindè Chriſtus ſummus Pontifex, quem per Moſen accipimus, noſtrũ mactat ſacrificiũ, funditq; ſanguinem ſup altare DEI. Quę ſanguinis effuſio & mactatio nihil eſt aliud, q̃ propriæ volũtatis noſtræ deſpoliatio, & ꝓpetua q̃dã omis ꝓprietatis ſpiritũs mortificatio in liberrimam voluntatem Dei: quod nimirùm intimũ atq; profundiſſimũ eſt omnis ſanctimoniæ fundamentũ. Hic nanq; in internam faciem ſiue vultum noſtrum lumen veritatis ſuſcipimus, in quo & DEVM intelligimus, & à cũctis imaginibus expedimur & exuimur: ꝑ idem q; lumen liberi efficimur, atq; internũ quendam proſpectũ adipiſcimur, in quo Deus introrſum nos trahens, vſqueadeò nobis arridet & placet, vt nobiſ ipſis moriamur in Deo, neque vnquàm ad noſtriſ ꝓpſorum complacentiam retrò adſpicere queamus. Et iſthæc præcipua mors eſt, quam ſcriptura nos doceat, & quæ olim figura exercita ſit. Quamobrem huius quidem ſacrificij ſanguis ſuper altare fundebat per circũitum: ſanguis verò pecorum, quæ pro peccatis immolabant, circa baſim altaris fundebat in terram. Semper enim noſtris pro peccatis agenda nobis pœnitentia eſt, ſemperq; humiles & ſubmiſſi ad terram vſq; vt ꝑmaneamus oportet. Eorum autem animalium, quæ omninò in DEI honorẽ adolebant, ſanguis ad erecta altaris latera mittebat, hac nimirùm ſignificatione, ſemper nos amore flagrare, atq; in Dei honorem erectos eſſe debere. Atquì ſanguis iſte conſecratiõis, de quo nunc dicere inſtituimus, in altaris ſupficiem fundebat. Vbi enim propriæ morimur volũtati, Deiq; voluntas noſtra fit, ibì iam Chriſti IESV veri diſcipuli & ſectatores ſumus: eiq; vniti, in libertatẽ vindicamur, clamamusq; Abba pater, in potẽtes manꝰ tuas noſ ipſos cõmendamꝰ & omnia. Porrò cùm ita ſimplices & cũ DEO cõcordes efficimur, tum illius amamus iuſtitiam, eiusq; nos libertati ſeu liberæ voluntati cõmendamus, & omni emorimur proprietati. Hic iam Chriſtus ſummus Pontifex noſter, ſumens de hoc ſanguine, tingit eo extremum auriculæ noſtræ, & pollicem dextræ manus pedumq; noſtrorum, perindè vt Moſes Aaronem, eiusq; filios liniuit, cùm ſacerdotes initiarent, ſanctificarenturq; typicè iuxta priſcæ legis ritum & conſuetudinem. Vbi igitur Chriſtus digitum ſuũ in mortificatum ſanguinem noſtrum intingere poteſt, eoq; nos linit, iã tum nos ſanctificãmur: hoc eſt, qñ amor Dei vſqueadeò in nobis cõualeſcit, vt oẽm volũtatis proprietatẽ in nobis poſſit occidere, ita vt nihil neq; intẽdere, neq; appetere, neq; velle poſſimus, quàm quod velit DEUS, iam emortuus ſanguis, id eſt, mortificata voluntas noſtra diuinæ vnitur voluntati, hoc eſt, ſpiritui Dei: hæc autem vnitio intùs nos permouet ſiue tangit à dextris: eoq; ipſo attactu ſanctificamur, idoneiq; & habiles efficimur ad audiendam veritatem ſuperne ex DEO manantem, neq; ad audiendam eam tantùm, ſed etiam deſiderandam, & opere exprimendam, atque ſectandam. Hunc igitur in modum iuxta rationem ſpiritalem dextra auricula, manus ac pedes noſtri conſecrantur. Reliquũ verò ſanguinem fudit Moſes ſuper altare holocauſti per circũitum. Enimuerò ſupremum atque præcipuum ſacrificium, quod Deo facere poſſumus, quodq; Chri-

Sanctitatẽ optantibus quid agẽdũ.

Mactatio, ſiue ſãguinis effuſio.

Mors.

Fuſio ſãguinis diuerſa in ſacrificijs diuerſis qd.

Ro. 8. Gal. 4.

Emortuus ſanguis.

Sacrificium ex parte no-

Chriſtus noſtro loco Patri ſuo cæleſti facere queat, propriæ voluntatis noſtræ extinctio eſt & mortificatio in voluntatem Dei.

ſtra ſupremum, quod.

¶ De ſectione ſacrificij. Caput LXXXIX.

POSTEAQVAM ergo hunc in modum ꝓpriæ voluntati noſtrę emortui ſumus, iam porrò ſcriptura docet, vt deinceps iuxta gratiſſimam Dei voluntatem viuere debeamus. Ait enim, ſecaſſe Moſen arietem, eiusq; omnem adipem, caudam, renes & renunculos & armum dextrum, panesq; azymos ſeparaſſe, eaq; omnia Aarõi & filijs eius tradidiſſe, & his omnibus arietis pectuſculũ ſuperpoſuiſſe, ſacerdotes aũt eleuaſſe hæc coram Dño, tradidiſſeq; Moſi, Moſen verò in Dei altari adoleuiſſe, eo quòd cõſecrationis eſſent oblatio. In his nimirùm animaduertere licet, eadem ipſa quę vitã ſpiritalem nobilitant, liberãq; efficiunt, vitã naturalẽ ignobilẽ & libertatis exptem reddere. Quiſquis em ſeruus natus eſt ex fœmina ſeruituti obnoxia, is nõ ſui iuris eſt, ſed dñi ſui, qui illius pleno dñio potitur. Talis igitur per natiuitatem corpoream ſeruituti addictus eſt, & ignobilis ſecundum vitam naturalem. Atquì bonus quiſque, ex amore ſeipſum abnegans, voluntatẽq; ꝓpriam in liberrimam Dei, Prælatorumq; ſiue Superiorum ſuorum ob Dei honorem reſignans voluntatem, cum Deo & ſanctis omnibus cõcors efficitur, eiusq; vita & actus oẽs ex Dei ſpiritu ꝓgignuntur, atque eam ob rem nobilis & liber eſt, & potens omnium, vitaq; eius ſimplex & integrum ſiue perfectum eſt ſacrificium Dei. Et vt Moſes arietem Deo oblatum in tres ſecauit partes, ita & Chriſtus facit in iſtiuſmodi nobili viuẽs homine. Secat em vitam illius in tres partes. Adeps omnis, renes & cauda, Dei ſolius ſunt: armus dexter & pectuſculum Prelato cedunt: reliqua omnis caro manet ipſi homini, qui iam volũtarium Dei ſacrificium factus eſt, ꝓ illius neceſſitate. Quæ quid ſibi velint, oro vt Lector attẽdat. Quiſquis cõſecratiõis ſacrificium effectus eſt, is totus eſt Dei: & Chriſto vnitus: eiusq; intimum adipẽ Chriſtus cum ipſo in altari holocauſti, hoc eſt, in ipſius corde cõcremat. Intimus autem & abditiſſimus, quem quiſpiam vel in tempore vel æternitate in ſe ſentire poſſit, adeps illic initium capit & creſcit, vbi verum alicui præſtatur teſtimõium à DEO, quòd & ipſe ſit Dei, & ipſius ſit Deus. Idẽ verò quotiès per amorem moritur ſibijpſi in ſupereſſentialẽ Dei libertatem ſeu liberã volũtatem, ſiue id in internis delicijs ſit, ſiue in miſeria & deſolatiõe, totiès intimus adeps & ardens amoris eius flamma vel incendium renouatur & creſcit. Niſi enim Chriſtus eodem momento adipẽ hunc adoleret, homo iſtiuſmodi placeret ſibijpſi, & magna ſe ſanctitate præditum opinaretur, ſicq; in ſpiritalem præ omnibus maximoperè vitandam ſuperbiam ꝓlaberetur. Atquì vbi adeps iſte ex amoris ardore colliqueſcit, iam inſtar penetrantis eſt vnguenti, oẽs peccati læſiones & fracturas ſanitati ac integritati reſtituens: eſt etiam ceu cõdimentum quoddã, grato ſapore cõdiens ea omnia, quę ꝓ Dei honore in tempore & æternitate perferri ac tolerari queant. Vbi verò adeps hic totus in hoc pręclaro homine cõflagrat & ardet, tum nimirùm amoris æſtus & impetus tantus tamq; ingẽs eſt, vt & ſuijpſius, & Dei, & rerum oẽium obliuione capiatur, neque aliud nõrit niſi id cui vnitus eſt, quodq; totum eum penetrauit. Illo autẽ ceſſante impetu, iam redit ad ſeſe, & in ſedata quadam tranquillitate cõſtituitur: illuſtranturq; & aperiũtur rationis eius oculi, ita vt perfectas internæ vitæ vias perſpicere atque cognoſcere poſſit, quæ ſunt liberi aſcenſus cum laude perenni ad Dei ſublimitatẽ & celſitudinem, & deſcenſus humiles cum ꝓprię voluntatis abnegatione ſub potentiam diuinam, itemq; virtuoſi ex opulentiſſima Dei liberalitate exitus ad cunctos homines cum communi fidelitate, beneuolentia, & amore, atque demùm ſimplices ingreſſus cum rerum omnium obliuione in diuinæ vnitatis amplexus. In his videlicet quatuor itineribus ſiue vijs, omnium ſpiritalium exercitiorum diuitias ſentit & plenitudinem. Inexhauſtam verò opulentiã illã, in qua quatuor iſtę viæ & initium capiũt ac deſinũt, nulla creatura neque verbis aſſequi, neq; cõprehendere, neq; ſatis perueſtigare poteſt. Quapropter qui iſta ſentit, ei iam libet cũctis tum exercitijs bonis, tum virtutibus incumbere, multoq; magis libet ei tum ſibijpſi, tum virtutibus cunctis mori in ſupereſſentiales illas quas experitur, diuitias Dei. Hæc nimirùm duplex appetentia erga Deum & virtutes omnes, corpus animamq; penetrat: eſtq; & naturalis, & ſupernaturalis. Et hi ſunt inter-

Serui q̃ quõ naſcantur.

Cuiusnam vita quale ſit ſacrificium.

Vita cuius quot in partes q̃ ſecanda.

Intimus adeps.

Supbia q̃ q̃bus maximè timenda.

Renes interni quó cremandi.

ni renes ex DEI præcepto illius amoris igne cremandi vnà cũ renunculis, qui sunt sensus viresq; corporeæ cum actibus suis, quę semp spiritui & illius actibus adhærẽt. Ijdemq; renes adipe interno, id est, consolatiõe, gaudio, & supabundanti spiritalis dulcedinis gustu operiunt: atq; ea re intùs homo æstuat & impatiens est. Nihil enim aliud renes sunt, quàm ardens appetentia, eademq; adipe penitùs operta. Porrò vbi Christus æstuantem hunc appetitum attingit & cõcitat gratia sua, adepsq; & ignis iungunt, tum verò amoris ardor vsque adeò excrescit, vt penitùs absumat & absorbeat quicquid antè discriminatìm appetebat & amabat, adeoq; istiusmodi homo in amore fit simplex, vt nihil aliud neq; sciat neq; possit, nisi amorem sentire & perpeti.

Renes.

¶De cauda. Cap. XC.

IVssit insupèr DOMINUS Mosi, vt cauda arietis ipsius in altari adoleret. Et ita hodieq; præcipit omnibus sibi sanctificatis siue consecratis, vt amore & intentiõe adeò in ipsum reflexi sint, vt causæ vel rationes illæ omnes exuri possint, quas natura & ratio in cunctis opibus bonis spectare & expetere queant, ita vt charitas ex viuida sua opulentia ac liberalitate virtutes omnes absq; mercedis vllius in tẽpore vel æternitate pcipiendę cõtemplatione actitare queat, pindè vt viuidus fons nouas semper emanat aquas, quæ nunquàm ad suam reuertunt originem: quando aquę indè scaturientes, à succedentibus aquis propelluntur, vtpotè quæ ex vno fonte scaturiunt. Ita inquam & nos ex viuido ac amanti fundo, quem quidem in DEO habeamus, DEVM propter DEVM simpliciter amabimus, DEO propter DEVM simpliciter seruiemus & obsequemur, quo sic æternò facere queamus: atq; ita caudas quarũlibet aliarum rationum vel intentionum in diuini amoris igne adolebimus.

¶De armo dextro & tribus panibus. Cap. XCI.

Armus dexter.

OFFERET pretereà sacerdos quilibet DEO tres panes azymos, Prelato autem suo armum dextrum, quemadmodùm in figura Aaronem fecisse cõmemorauimus. Per armum quidem dextrum, humilem accipimus obedientiam, quam Prælato nostro, vice Dei nos regenti ac moderãti, debemus. Per triplicẽ autem panem id intelligi licet, viuum cæli panem, qui est filius Dei, triplici ratione datum nobis esse, sicque & nos eum illi rursùm offerre debere. Est enim panis ille datus nobis, vt sit vnum nobiscùm in natura, & vt sit cibus noster in sacramento, vtq; nos sua morte redimat. Primo modo seipsum omnibus cõmunicat, & cõmuniter impendit. Alia ratione non nisi bonis duntaxat sese communicat, præter quos nulli eum gustare queunt. Tertio modo solis electis, neque alijs omninò communis est.

Panis triplex.

¶De primo pane. Caput XCII.

QVæso animum lector aduertat. Primus quidẽ panis oblatus typicè ab Aarone & filijs eius, cum oleo subactus fuit, coctusq; in furno. Ita sanè & de primo pane nostro secundum veritatem se habet. Etenim cælestis Pater misericordiæ suæ nobis largitus est oleum, hoc est, filium suum, de quo in Canticis spõsa dicit, Oleum effusum nomen tuum. Virgo autem gloriosa pclaram ministrauit tritici medullam: & hæc duo, putà oleum & tritici medullam, Spiritussanctus simul subegit, ex ijsq; panẽ omnium suauissimũ coxit & effecit, qui idem esca est angelorũ & hominũ. Coctus est aũt hic panis in furno, id est, intemeratæ MARIAE virginis vtero, igne charitatis abundè calefacto.

Oleum. Cant. I.

¶De altero pane. Cap. XCIII.

ALter panis ab Aarone oblatus cum oleo similiter subactus, atque insupèr in oleo elixus fuit. Eundemq; in modum Christus in venerando altaris sacramento oleum & tritici medullam vnà cõiunxit: siquidem naturam, quam ex virgine matre suscepit, gratiæ & gloriæ suę oleo pfudit: præbetq; nobis quotidiè panem viuum in charitatis suæ oleo elixum. Mutua est enim charitatis inhabitatio, qua fideles omnes cum Christo vno amoris amplexu colligunt & coadunant: & hic vnus amoris amplexus, sartago est oleo plena, in qua panis noster elixat. Porrò desiderium Christi, quo is nostram optat sititq; salutem, itemq; desiderium nostrum, quo nos illius cõcupiscimus & sitimus honorem:

Sartago oleo plena.

hoc inquam geminum desiderium ignem struit & concitat, facitq; ferueſcere ac bullire oleum, in quo panis iste coquit. Et hunc quidem panem DEO prorsus calidũ offeremus, itemque calidũ eum comedemus: alioquì nõ sapiet nobis. Sic enim & Iudæi olim in figura fecerunt.

Panis quis cur calidus offerendus.

¶De tertio pane. Cap. XCIIII.

TERTIVS panis oblatus DEO ab Aarone, etiam cum oleo subactus & in craticula tostus fuit, & instar testæ vel crustæ torrefactus. Quę quidem ppriè in DOMINO IESV viuo pastore nostro licet animaduerti. Oleum nãque misericordię, tam tenaciter humanitati eius adiunctum fuit, vt vtrũq; simul ad crucis craticulã offerret: porrò charitatis & pœnarum seu cruciamentorum ignis, tam validus, tamq; feruidus fuit, vt panis hic noster ceu testa exustus sit & exaruerit. Neque enim in venerando Christi corpore vna saltem sanguinis gutta reliqua fuit. Nimirùm tanta, tamq; planè cælestis panis istius dulcedo est, vt meritò potissimùm & sup omnia in ea charitate & obedientia gloriari deberemus, quæ panem hunc coxit & torrefecit. Istos igitur panes cum amore nostra in memoria cõseruare, DEOq; offerre debemus: atq; ita spiritalis nostra esca & vita erũt, quemadmodùm ea quæ apud Iudęos præcessit figura, nos instituit. Iudæi enim ex azymorũ pleno cartallo tres iam memoratos adolebant panes: cæteri in eorum cedebant vsus, ijsq; vescebant. Et quomodò illorum panes azymi fuisse scribuntur, ita sunt etiam nostri. Enimuerò in natiuitate, vita & passione DOMINI IESV nihil est cernere aut inuenire aliud, quàm innocẽtem ac humilem resignationẽ, idq; lõgè excellentiùs, quàm vlla cogitatiõe vel intelligẽtia complecti queamus. Debet enim veritas suæ respondere figuræ. Hinc etiam in ipsius synagogæ & legis Iudaicę primis initijs, quando consecrationis aries offerebatur DEO cum tribus panibus, Aaron cum filijs suis initiabatur per Mosen fratrem suum, qui id temporis apud Iudæos rerum potiebatur, summumq; gerebat principatum, & officio ac functiõe Iudęorum velut põtifex erat: itidemq; in Ecclesiæ & Christianæ legis exordio, quando virtutes offerebantur DEO, quarum typos lex vetus cõtinebat, Apostoli cõsecrabantur per Christum fratrem ipsorum, totius mũdi põtificem & MONARCHAM, vtpotè cui data est omnis potestas in cælo & in terra, cuius potestatis nullus erit finis. Atque etiam quicunque sacerdos seipsum abnegat, & offert se Deo, eiusq; natiuitatem, vitam & passiõem cum pietate & deuotione suo gestat in pectore, is totus est DEI & vnitus Christo, vocatusq; & electus tanquã Aaron, quippe qui cum Christo mortuus est & resurrexit in DEO: ideoq; viuit ex DEO, estq; natus denuò ex spiritu Dei, confertq; ei Christus suam potestatem, vt secùm ferre possit mundi peccata, & pro eis deprecari ac intercedere. Ponit quoq; in manus eius sacrificiũ, quo DEO sanctificatus est, id est, sentire atq; intelligere eum facit, nõ esse se iuris sui, sed ppetuum se esse Dei sacrificium. Itaq; per CHRISTI potestatem sibi collatam, istiusmodi sese erigit ac subleuat, quæritq; & gustat æterna, denuoq; se Christi IESV manibus tradit. Nullũ enim absque Christo, cælesti Patri gratum & idoneum sacrificium est. Christus verò sacrificium hoc suscipiens, vnà secùm in diuinæ charitatis igni cõcremat. Id quod propriè figura nos docet. Quicquid enim Aaron & eius liberi, primi legis sacerdotes, de consecratiõis ariete DEO obtulerunt, id Moses suscepit, quem nos Christi typum gessisse dicimus, rursumque Aaronis & filiorum eius manibus imposuit, hoc ipso præ omni populo potestatem eis tribuens plebis oblatiões recipiendi, ac deinde DEO offerendi, & etiam indè victitandi, precibus denique & sacrificijs inter DEVM & populum eius intercedendi. Illi verò eleuabant ea coram DOMINO, denuoq; Mosi reddebant, qui tum ea in altari holocausti ad Dei honorem adolebat.

In Christo quanta vbiq; resignatio.

Mat. 28.

Moses cui gesserit typum.

¶De eleuationis pectusculo. Cap. XCV.

EST autem hic animaduertendum, Aarone sacrificium eleuante, arietis pectusculum Mosen desupèr imposuisse, atque indè eleuationis pectusculum dictum esse. Quod nimirùm id nobis figuratè significat, cuiuslibet cor sacerdotis ad DEVM vltra omnia subleuatum, diuina compleri sapientia. Summum enim & præclarissimum quod in nobis est, quod DEO illius in amore penitùs exurendum offerre possimus, pectus

Sũmũ Deo p nos offerẽdum, quid.

ctus est liberum, expeditum ac subleuatum, in quo DEI regnat sapientia. Aduertendum quoq; est, Mosen hoc consecrandi munere tanquàm Pontificis Dei loco functum esse, atq; ea re iure ad illum armũ & pectusculum ptinuisse. Sed hoc ille ius Aaroni eiusq; liberis concessit: at quia consecratiõis hoc erat sacrificium, nõ eis seruare licebat, sed Mosi in Dei honorem penitùs adolendum restituere cogebant. Vbi nos docemur, potestatem omnem & honorem ac sanctimoniam præcipuè ex DEO per Christum, & Ecclesiæ prelatos ac proceres proficisci. Atque ea de re CHRISTVS summus & maximus Monarcha doctrinam suam ait nõ esse suam: sed eius à quo missus esset. Precatus est etiam Patrem, vt discipulos sanctificaret, tametsi idem ipse Deus esset omnipotens. Fecit autem hoc, ne qui Ecclesiæ Antistites vel Prælati quouis in Ecclesiastico munere, officio vel dignitate intumescant, aut sua opinione grandes sint.

Potestas ecclesię omis, vndè.

Ioan. 7.

¶De adspersione sanguinis in sacerdotes, eorumq; vestes. Caput XCVI.

INDè etiam mox vbi ista peregerat, Moses sanguine occisi arietis fuso in altare, sacroq; oleo, de quo superiùs egimus, Aaronem eiusq; filios & eorũ vestes adspersit: & ita demùm initiati & sanctificati sunt coram Domino. Quod idem sanè in vnoquolibet integro ac bonæ vitæ sacerdote, certò aduerti potest: qui cùm propriam abnegauerit voluntatem, sanguinẽ suum DEO in illius altare obtulit: porrò CHRISTVS summus sacerdos emortuum hunc sanguinem, id est, mortificatam extinctamq; voluntatem excipiens, sua illi merita sacrumq; cõiungit sanguinem suum, qui nostrum oleum, nostrumq; chrisma est: additq; his aquam gratiæ & clementiæ suæ, multiformiumq; meritorum sanctorum omnium, & his pij sacerdotis intima adspergit, intantùm, vt in vestes vsque bonorũ operum eius ex ipso permánet. Illius enim sacerdotis, qui viuidum ac voluntarium se Dei præstat instrumentum, interna sanctitas, quam diuinitùs percipit, per ipsum permánat in verbis & factis omniq; cõuersatione eius, ita vt vnusquilibet ex eo ad meliora possit incitari. Non enim debet sacerdotis sanctimõia ipsi duntaxat ardere intùs, sed alijs etiam lucere foris. quapropter ex Domini mandato sacerdotes in tabernaculo & atrio permanere cogebãtur, id est, in sanctis perseuerare studijs & exercitijs, & honesta quadam viuendi specie externa. Vbi etiã carnes de cõsecrationis ariete reliquas coquere, easq; cum panibus azymis ante fores tabernaculi edere, quicquid autem in diem alterũ superfuisset, exurere iussi sunt. ex quibus ista hauritur institutio, pium quenq; sacerdotem, qui se Deo obtulerit, nunquàm non obediẽtem ac morigerum se pbere ad exercẽda bona opera, itemq; patientẽ ad pferẽda oĩa, quæ ad dei spectent honorem. Est enim intùs ardenti quadam omnis iustitiæ siti ac desiderio pręditus: in eoq; ignito ardore omnes illius boni actus elixãtur, atq; ita cibus illi ppetuus sunt. Addit autem his panes azymos, id est, vitam humilem Domini Iesu, eiusq; humilem obedientiã ad mortem vsque: ijsq; vescitur ac reficitur coram Domino. quęcunq; verò bona opera in se & in alijs perficere non potest, tametsi libens ea perficeret, ea in sua pponet & exuret bona voluntate: vbi tum alia semper dies inchoat, id est, noua Dei commotio cum oblatiõe noua. Septẽ dies. Virtutum nanq; sacrificia alteranda ac renouanda nobis sunt septem diebus, id est, quoad vixerimus: vestes quoque sacræ virtutum in octauum vsque diem deponendæ nõ sunt, qui dies est salutis & beatitudinis nostrę, quo ad cælum euolabimus. Denique hunc in modum concordare & conuenire atque congruere nos decet cum veritate ipsa, veraq; sanctimonia Iudaicę figuræ, ab ipso Domino mandatæ Mosi, qua in prisca illa lege sacerdotes initiarentur & consecrarentur.

Emortuus sanguis.

Sacerdotes in tabernaculo permanere, quid.

Panes azymi.

Dies alia.

Dies octauus.

¶De oblationibus Sacerdotum pro seipsis. Caput XCVII.

HIS porrò subiungit scriptura diuina iuxta figuram, cuiusmodi sacrificia Sacerdotes pro plebe Israelitica obtulerint: quibus ijsdem nos informamur, qualia ea debeant esse sacrificia, quæ à nostris sacerdotibus pro populo Christiano, totoque adeò mundo sunt offerenda.

Transf-

Transactis enim septem diebus, & Aarone ac filijs eius iam planè consecratis, octaua indè die vocauit Moises Aaronem & filios eius ac maiores natu, denũciauitq; populo solennitatem, vtpotè in qua sacerdotes consecrati offerre inchoarent pro se & pro populo. Præcedẽtibus enim diebus vicem sacerdotis expleuit Moises, & acceperat ab Aarone & filijs eius, quæ posteà à populo illi erant accepturi. Populo autem congregato, tulit primò Aaron vitulũ, eũq; occisum obtulit pro peccato suo, iuxta omnem modũ quo Moises antè vsus erat, vt suprà diximus. Immolauit deindè pro se hostiã salutarem arietem immaculatum in holocaustũ, eodem ritu, quo supiùs commemoratum & expositum est.] Quantacunq; enim vitæ sanctitate prædíti sint sacerdotes, semper tamen peccatores & culpis ac vitijs obnoxios sese fatebũtur & agnoscent, vitamq; agent pœnitentiæ deditam, diuinoq; in amore & sanctis flagrabunt ac ardebunt studijs & exercitijs: quod videlicet præcedens figura designat. Pręcepitq; Moses ignem terrenũ amoueri ab altari, quo vsus fuerat ijs diebus, quia ea die appareret eis gloria Domini.

Quasi TEXTVS.

Vide scholasticã historiã Petri Trecensis.

¶De quinq; sacrificijs oblatis pro populo: & speciatìm de primo. CAPVT XCVIII.

OBLATVRVS deindè Aarõ pro populo, sumpsit ab eis hostias quinq;, vt ait AVTHOR Scholasticę Historiæ, & Textus Scripturæ eodem capite, nisi q̃ is tria tantùm Sacrificia commemorat: fiebãtq; hęc Sacrificia communibus populi impensis. Primũ sacrificiũ fuit vitulus pro peccato populi: Alterũ, hircus pro peccato principis: Tertiũ, agnus pro peccato animæ: [id est, cuiuslibet è populo.] Quartum bos, id est, taurus in holocaustũ: Quintũ aries pro pacificis, quo DEVS populo suo placatus de omnibus conciliaretur.

Quasi TEXTVS.

Ex hac hac nimirùm figura discimus, quid debeamus DEO, quid Prælatis siue superioribus nostris, quid nobisipsis, quid demùm proximis. Radix quidem & initium virtutũ omnium, suĩ cognitio est. Semp igit nosipsos peccatis & vitijs obnoxios fateri & agnoscere, semperq; moriẽdo ac edomãdo & superando carnẽ & sanguinẽ, DEO nos per pœnitentiam offerre debemus. Vt enim Iudæorum synagoga Deo vitulum offerebat ex communibus impendijs pro peccatis omnium, idq; pro vnoquoq; satìs erat: (Neque enim singuli habere poterant vitulum, & si maximè potuissent, non tamen tanta vitulorum multitudo cremari potuisset.) Ita & sancta Ecclesia hodiè DEO vitam offert pœnitentiæ & vitiorum mortificationi deditam: quam sanè mortales ad vnum omnes, nemine excepto, agere sunt obligati, & Pontifex summus, & Episcopi, Sacerdotes & Monachi, docti pariter & indocti. Nam qui absque pœnitentia & naturæ siue carnis refrenatione viuit, is viuum Ecclesiæ membrum dici non potest. Et quia oblatio pro peccatis generalis erat, pertinebatq; ad Sacerdotes & omnem populum ob reuerentiam Pontificis & sacerdotum, Aaron ex communi huius oblationis sanguine ferebat in tabernaculum, intingẽsq; in eo digitum suum adspergebat septiès contra velum quod pendebat coram Domino: tetigitque eo cornua altaris aurei, quo pro toti° populi peccatis deprecaret. Multũ nanq; valet apud Deũ generalis sanctæ Ecclesiæ pœnitentia. Cæterùm adeps omnis & caro atq; corium cum fimo, ea sunt offerenda ratione, vtì suprà iam explanatum est.

Virtutum omnium radix quę.

Vitulũ vnũ p oĩbus offerri, quid.

Gñalis pœnitentię vis quãta.

¶De altero populi sacrificio. Cap. XCIX.

PRoximum hinc sacrificium fuit hircus pro peccato principis, quem posteaquàm occidisset Aaron, in eius sanguine intinctis digitis altaris holocausti cornua tangebat: reliquum sanguinem ad basim eius per circumitum fundebat. Quòd si vestes eius sanguine maculatæ fuissent, id aut eluere aut exurere cogebatur. Caro autem

omnis illi cedebat, eratq; sancta, nec cuiquam nisi sacerdotibus indè vesci licebat, idq; eadē die: quicquid verò reliquum fuisset in diem alterum, exurere iussi erant. Quæ vt spiritaliter consideremus, scire cōuenit, voluntatis nostræ libertatem, seu liberum arbitrium nostrum, totius vitæ & cunctorum actuum nostrorum velut principem esse. Quapropter si libera ac deliberata voluntate ex ignorantia, vt litera habet, (Peccatum enim animam excęcat) in mortale peccatum lapsi simus: vbi peccatum nostrum agnouerimus, hircum DEO offeramus oportet, qui quidem animal est natura feruidum, petulcum, fœtidum, & promissa barba: & ob feruentem appetentiam, acuti ac perspicui visūs est. Huiusmodi ergo hircum DEO offeramus oportet, ita videlicet, vt interior homo noster, qui DEO & sibijpsi infidelem se præstitit, vilem & indignum se habeat, & fœteat suis in oculis: eūdemq; per Dei gratiam & bonam voluntatem nostram accendamus & inflammemus erga Deum & bona opera, sicuti antè ad vitia & peccata ppetranda malè ferbuimus, maleq; adspirauimus. Deindè cum hoc feruenti desiderio & affectu ad Deum Deiq; vicarium sacerdotem accedamus, liberoq; animo exeamus, & deseramus nosipsos ac sacerdotis manibus offeramus ad agenda & toleranda ea omnia, in quibus nostra salus consistit. Tum verò in hac nostri mortificatione & resignatione sacerdos intingens digitum suum in sanguine nostro, liniet eo cornua altaris nostri: quandoquidem tum pœnitentia nostra sancta est, & velut oblatio Dñi. Nam quēadmodùm solo hircorū calido sanguine adamas lapis durissimus dissoluitur, qui nulli alij cedit materiæ, neq; vi, nec ferro quidem: ita etiā vbi peccator sua agnoscit & cōfitet pecata, seseq; vltrò & ex affectu resignat & pmittit manib' Dei & sacerdotis sui, in ea ipsa resignatiōe sacerdos suos intingit digitos in recēti illo & calido sanguine, quo tū adamas frangit ac dissoluit, id est, iustitiæ diuinæ rigor, & iudicium mitescit, mutaturq; in clementiam, quod aliâs vinci aut frangi nequaq̄ potest. Reliquum autem sanguinem fundet sacerdos ad basim altaris iuxta terrā: siquidem omnis vita hominis, sanctę Ecclesiæ esse subdita ac parēre debet: interiorq; homo promissam habebit barbā, id est, discretionem & sapientiam siue prudentiā cunctis in virtutibus: & per amorem ac feruentem affectum instar hirci erga Deum acuto ac perspicaci erit adspectu. Cæterùm adipem omnem Deo offeret ac adolebit, vt antè dictum & explicatum est. Atqui si sacerdotis vestes ex sacrificio macula quadā sanguinis nostri adspergantur, dum (verbi gratia) ex imperitia vel ignorātia aut minorem, aut maiorem satisfactionis pœnam siue mulctam nobis irrogat, aut alium se præstat in confessione quàm deberet, iam aqua diuinæ clementiæ ob illius bonam voluntatem, eiusmodi maculam eluit: atque etiam amor ille, quem erga Deum gerit & salutem nostram, exurit eā in veste bonorum actuum illius. Omnis verò sacrificij caro ad ipsum pertinet. Qui em̄ conuerterit peccatorem, vt Dominus ait, lucratus est fratrem suum. Et de his carnibus nulli pter sacerdotes vesci licet: non enim potest quisquam Dei vice & loco ligare aut soluere peccatorem, nisi qui sacerdotio funguntur, quibus id à Deo & sancta Ecclesia demandatum est. Si quid autem ex his carnibus in diem alterum permāserit, id exuretur: hoc est, vbi sacerdos pro suo captu & intelligentia & pro viribus suis vnicuilibet peccatori consuluerit, opemq; tulerit, eumq; instruxerit, quicquid indè reliquum sibi fuerit, id igni, id est, diuino tradet & commendabit amori: sicq; liber & absq; cordis angore & pressura permanebit. Et hunc in modum singulis quibusq; diebus, quibus Deus peccatorem quempiā ad ipsum miserit, nouum poterit facere sacrificium, & pro viribus quoslibet sibi commissos instituere ac informare, eisq; opem ferre. Hac videlicet ratione hircus mactatur & offertur Deo pro peccatis, cæca quadam ignorantia, deliberata tamen voluntate admissis.

Actuū nostrorū princeps quis.

Hirci descriptio.

Hircum offerre.

Adamātem hircino tantùm sanguine frangi, quid.

Promissa barba.

Sacrificātis vestē obiter ex sacrificio maculari, quid,

Matth.18.

Quę carnes cur tm̄ sacerdoti edēdę.

Reliqas in diē alterū, igni traditū iri, quid.

¶De tertio Sacrificio populi. Caput C.

TERTIÒ obtulit synagoga agnū pro peccato animæ: eumq; vnusquilibet peccator iuxta legis præscriptum offerre tenebatur, vel etiam capram, si facultas ei suppeteret, qua id præstare posset. Et loco huius offert Ecclesia Deo refrenatum sensuum appetitū & naturā moriētem: eaq; omēs offerre obligamur, eo q̄ omēs peccatores sumus. Iam si etiam agnum Deo offerre velimus, patientes & innocentes simus oportet, auscultemusq; voci Matris nostræ, ad pœnitentiam nos inuitantis, quæ est ECCLESIA sancta

Agnus siue capra quō mystice offeratur.

cta catholica, quæ suo nos nutriet lacte, id est, venerandis sacramentis, fide, scriptisq; diuinis. Quod vbi nos lac gustauerimus, eiusdem Matris nostræ vocem facilè ab ijs omnibus, qui nobis imponere, nosq; euertere moliuntur, internoscere poterimus: ipsa quoq; in omni necessitudine nostram dignoscet vocem à cunctis ouibus secundum Dei & suam legem minimè ad se pertinētibus. Poterimus itidèm nostris pro peccatis offerre capram, id est, animam amantem, & feruens erga Deum cūctasq; virtutes desiderium & affectūm. Etenim pro peccatorum ratione agenda quoq; nobis pœnitentia est. Atq; eamobrē animę nostræ ratio inordinatam sensualitatem despiciet & penitùs conculcabit ac pessum premet. Si enim secundum carnem (quod Apostolus ait) vixerimus, moriemur: at si spiritu facta carnis mortificauerimus, viuemus. Et ipso Domino IESV authore, qui amat animam suam, perdet illam: id est, quisquis appetit pro corporis & sensuum voluptate viuere, animam suam perdet in gehennam ignis & æterna cruciamenta inferorum. Qui autem in pœnitentia viuit, & omēs inordinatos coercet appetitus, reluctaturq; carni suæ, is animam custodit suam in vitā ęternam. At verò adipem omnem, id est, omēm gustum ac voluptatem à Deo nobis præstitam, & ex virtutibus & sanctis exercitijs nascentem, Deo rursùm offeremus, eiusq; in amore adolebimus, vtì iam antè dictum est. Ad sacerdotem autem, qui nostras lucratus est animas, nosq; obtulit Deo, & inter Deum & nos medius intercessit in pœnitentiæ sacramento, nostra pertinebit caro, hoc est, illi nos resignabimus, ac eius volūtati permittemus, pro eius q; iudicio & voluntate agemus pœnitentiam: & ea quæ per Dei gratiam in nobis lucratus est opera bona, cibus illius & vita erunt, in ijsq; & in hoc pſenti & in futuro exultabit seculo.

Lac Ecclesię.

capra quid, & quī offerenda.

Rom.8.

Ioan.12. Aīa quō ab ipsam amātē perdatur.

Adeps.

Nostra quī ad sacerdotem pertinet caro.

¶De oblatione pauperū, putà duobus turturibus, aut duobus pullis columbarum. CAPVT CI.

HIC tamen aduertendum est, si quis peccator in veteri lege tam fuisset inops, vt capram aut agnum habere nō posset, eum duos turtures aut duos pullos columbarum offerre iussum fuisse. Quuod idem nobis quoq; facere licebit, si corpus nostrum spiritui aduersum sit & repugnet. Tum enim Deo innocentes ac patientes, & cum interno feruentiq; erga ipsum affectu offerre nos haudquaquàm possumus, atque eoipso pauperes sumus, & impotes sensuum nostrorum siue partis sensitiuæ & sensualitatis. Isthæc verò paupertas interdum accidit ex negligenti & incustodita cōuersatiōe, aut ex antiqua peccandi consuetudine, vel ex magna dęmonum impugnatiōe, siue demùm ex ingenita quadam & ex ipsa natura insita ad luxuriæ & impudicitiæ vitium ppensione. Quorū omniū quisqs aliqd in se sentit, huic quoad poterit, fugiendus est mundus, itemq; occasiones omnes ad peccatum illicientes, maximè verò cogitatiōes malæ & internæ imagines lubricæ ac obscœnæ. Hîc enim vxor Euā, id est, appetitus sensitiuus pomum manu tenens offert Adæ, hoc est, rationi. Quòd si Adam ancillæ pmiserit dominandi potestatem, domina pedibus conculcabit. Qui ergo eiusmodi est, intrò confugiet, queretq; turtures in altis eremi mōtibus, vbi solent cōmorari. Nam qui hos turtures inuenire & capere appetit, vltra cælos omnes in editissimos montes vsq; ad Dei conspectū & pręsentiam subleuat' sit oportet: vbi nimirùm eremus est, in qua sancti degunt eremitæ, qui relictis & abdicatis omnibus, Deum ad altissimam quam attingere possint pfectionem, secuti sunt. Turturum autem istorum vnus, est rationalis adspectus à DEO illuminatus, & omnis iustitię amor. Alter est adspectus ab omni imagine nudus, & per amorem in vnitate conflagratio. Hos geminos turtures offeret is de quo agimus, DEO & sacerdoti loco Dei: estq; prior turtur pro peccato animæ, alter hostia salutaris in holocaustum, id est, penitùs cremanda ad honorem Dei.

Pauptas quę qui accidat.

Occasiones q̄ qbus maximè vitādę.

Euā Adę pomum obtendere, quid.

Turtures duo quid & quō offerendi.

Prioris turturis offerendi pro peccato collum & pennulas franget sacerdos, non ita tamen vt penitùs abrumpat caput, sed retorquebit illud ad pēnulas fractas, ita vt collo adhæreat: ruptaq; in vulneris loco cute, adsperget de sanguine eius parietem altaris: quicquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentū eius, quia pro peccato est: vesiculam verò gutturis & plumas proijciet propè altare ad orientalē plagā, in loco in quo cineres effun

Quasi TEXTVS. Leu.1.&4.

effundi ſolent. Porrò carnes ſacerdotis erunt, vt oret pro delicto animæ.

Cæterùm quemadmodùm de altero turture agere debeat, nõ perindè diuinis literis expreſſum eſt. Vt enim ſpiritus contemplationi deditus conflagret, vnumq; cum DEO fiat, id rationẽ oẽm excedit, ideoq; nec dici nec ſcribi poteſt. Turturis aũt qui pro peccato offerẽ, frangi collum debet, quòd nõ lege tantùm Moſaica, ſed ab ipſo quoq; Paulo apoſtolo docemur. Qui cùm ad excelſos mõtes cælorũ in vitalem paradiſum in Dei præſentiam raptus eſſet, inibi duos hos cepit turtures, putà cõtemplationem formarum & imaginũ expertem, & in amore conflagrationem, rationemq; illuminatam & omnis iuſtitiæ amorem: at nihilo ſeciùs idemipſe poſtmodùm à carne & dęmone vehementer impugnatus eſt. Quod vbi perſenſit, agnouit paruitatem & paupertatem ſuam, ſcripſitq; Romanis in hæc verba: Non eẽ quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem: Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę, id eſt, ſuperioris rationis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quę eſt in membris meis. Igitẽ egoipſe mente ſeruio legi Dei: carne aũt, legi peccati: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per IESVM CHRISTVM DOminum noſtrum. Ita videlicet ſanctus Apoſtolus eo tempore corporis ſui quodam modo impos fuit, quando impudicas carnis ſuæ propenſiões, quo minùs eas ſentiret, depellere vel extinguere nõ potuit: atq; ea re pauperem ſe agnouit, exhibẽsq; ſe DEO & Eccleſiæ, querebaẽ & confitebaẽ nõ poſſe ſe corpus ſuum offerre velut agnum immaculatũ, ſiue capram, cum ſenſibili ac feruenti deſiderio & affectu erga Deum. Interìm tamen licèt pauper eſſet, volens tamẽ pauper nõ fuit: mãluiſſet enim diuitum offerre ſacrificium: ideoq; noluit turturem offerre ſuum: Rogauit autẽ Dñm, vt à ſe tentationẽ auferret, reſpõditq; ei Dominus, ſufficere ſibi gratiam ſuam, & quòd in infirmitate virtus pficeret. Quod vbi pcepit, vtrũq; turturem obtulit manibus Domini, quandoquidem ſeipſum reſignauit, factusque eſt vltrò pauper, & retorſit collum turturis, id eſt, affectũs ſui ſub manus Domini IESV & Eceleſiæ ſanctæ. Indè iam Chriſtus turturis collum alasq; fregit, atque ita deinceps nihil neq; velle, neq; optare, neq; deligere potuit, niſi quod Deus voluiſſet. Tum verò Chriſtus caput, hoc eſt, mortificatam voluntatem velut impotentem retorſit ſub fractas pennulas, ſicq; turturiam paratus fuit & aptus qui aſſaretur. aitq; tunc Apoſtolus: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Nam ſicut turtures æquè benè noctù ac die canunt, ita & pauperes ſpiritu perindè lætãtur in tenebris & ſplendore lucis, in gratis & tri ſtibus, in ijs quę facilia & quæ moleſta ac grauia ſunt, atq; in omnibus demùm, DEO permittẽte ipſis eueniẽtibus. ET quia turtur hilariter offert in amoris ardore, Chriſtus rũpit vulneris locum, adſpergitq; altaris parietem ſanguine: qui, quia pro peccato funditur, etiam diſtillare debet ad altaris fundamẽtum. Porrò plumæ turturum bonos actus & opera ſignificant, quibus turtures exornantur: & gutturis veſicula omnia illa Dei dona & chariſmata, quibus turtures paſcuntur, ceduntq; hæc in vnum ſacrificium Dei: atque ea de cauſa ad plagam Orientalem proijcienda ſunt cum reliquijs, id eſt, cineribus, qui de Domini altari veniunt. Et caro quidem, ſacerdotis erit, CHRISTI loco ſacrificium facientis, quo pro delicto animæ deprecetur. Sicut enim Iudaici ſacerdotes olim corporeum capiebãt alimentum ex ſacrificijs externis Synagogæ: ita hodiè boni ſacerdotes in ſpiritu ex internis ECCLESIAE catholicæ ſacrificijs reficiuntur atque cibantur. Synagoga quidem boues, armenta, capras, oues & turtures atq; columbas offerebat: eaq; ſuſcepta ſacerdotes porrò Domino immolabant. At ECCLESIA hodiè DEO pœnitentiam, internam animi deuotionem, innocentiam, abſtinentiam, mundi contemptum, charitatem & iuſtitiam ſacrificat & offert: eaque itidèm ſacerdotes ſuſcipiunt, vtpotè qui per Chriſtum medij intercedũt inter Deum & populum eius: hisq; intùs aluntur & cibantur. Nam tametſi boni omnes ſacrificant & miniſtrant in ECCLESIA ſancta & aula cæleſti coram DEO, & ſinguli quiq; de ſuo ferculo, at tamẽ ſacerdotes fercula cuncta coram cæleſti Rege ponere atque præſentare debent: ſiquidẽ eorum in officio & functione nemo inter ipſos & DEVM medius intercedit, ſed ipſi ſuo cũ ſacrificio inter DEVM totumq; mundum medij intercedant oportet. Offerunt enim DEO

Duos qui Paulus turtures ceperit.

2. Co. 12.

Rom. 7.

Collũ turturis retorquere.

2. Cor. 12.

Turtures pin noctu ac interdiu canere, quid.

Plumę.

Sacerdotũ legis & Euãgelij, collatio.

Sacerdotũ authoritas, mediatio, & oblatio.

agnum

agnum innocentem Chriſtum IESVM, humilem, obedientem, patientem, paſſum, ſuum fundentem ſanguinem, & ex amore pro mundi peccatis emorientem: & cum hoc ſacrificio oĩs ſanctæ ECCLESIAE vita coniuncta & vnita eſt: ſupraq; ipſum non eſt niſi Deus, cùm Chriſtus ſit Deus cum DEO: idemq; cum omnibus ſuis viuit ex Deo, & cum omnibus ſuis reflectitur in Deum. Quando autem iſtam nos oblationem ſacrificij loco immolamus, iam tum dona oẽnia, virtutes oẽnes, & omnis ſanctitas renouatur, accipiuntq; ſinguli quod ad ipſos pertinet. Quando verò in holocauſtum iſta offerimus, id eſt, hoſtiam ſalutarẽ, iam penitùs conflagramus & concremamur: quãdoquidem amoris ignis tam ſimplex, tamq; ingens hîc eſt, vt nihil illi poſſit eſſe reliquum, ſed abſumat & voret in vnitate omnia. ET hoc offerre ſacrificium, bonorum ſacerdotum vita eſt & cibus internus: in eoq; complectuntur & includuntur omnes DEO placentes: qui verò extra hoc excludũtur ſacrificium, ijdem extra Dei gratiam manent. Probet igitur ſeipſum homo vnuſquilibet, vt Apoſtolus ait, & ſic de pane iſto edat, de calice bibat. Qui enim foris dũtaxat ſacrificium facit, editq; & bibit, nec intùs tamen guſtat aliquid, is nondum veritatem attigit.

1. Co. 11.

¶De duobus pullis columbarum. Caput CII.

AT verò, quo omnibus faciam ſatis, mecũ ipſe perpendi, perplures eſſe miſeros peccatores, qui ſua agnoſcant & confiteãtur peccata, & nec capras nec oues habeãt, quas offerãt DEO, ita vt iam diximus: aduerti etiam, raros his in locis turtures reperiri. Plures enim inuenire eſt, qui à carne & dæmone acriter impugnentur, ac nihilo minùs bonæ ſint voluntatis, poſſintq; ægrè ad cælorum conſcendere ſolitudinẽ, vbi turtures iſti capi ſolent. Iſti igitur ſecundum Dei legem duos pullos columbarum offerre poterunt, alterum p peccato, alterum in holocauſtum, qui cremetur in honorem Dei. Ex quibus prior pullus offerendus pro peccato, contemptus eſt & odium peccati: Alter, deſiderium & amor virtutum. Iſtæ columbæ ſimplices erunt intentione verſus Deum, in patiendo mites, & abſq; felle quenquam lædendi, aut nocendi cuiquam: volabuntq; gregatim in agrum, & bona deligent grana, vndè vitam ſuſtentẽt ſuam: hoc eſt, homines iſtiuſmodi ſemper cum bonis ſeſe coniungent & conuerſabuntur, ex quibus boni quippiam videant vel audiant, vndè reddantur meliores. Sedebunt etiam iuxta riuos & flumina & vndas perſpicuas, vt ſi quæ auis rapax ipſis ſupernè inſidietur, easq; perimere aut perdere velit, illius ſpecie in aqs perſpecta, ab ea ſibi caueant. Quæ quidem vndę perſpicuæ ſacras deſignant literas, vitamq; ſanctorum, & Dei clementiam, gratiam & miſericordiam: in quibus, dum tentatiõibus pulſamur, velut in ſpeculo cõtemplari debemus, atq; ita nemo quicquam nobis officere poterit. Sunt etiam columbæ feruẽtis naturæ, & ſæpè pullos generãt. Quotiès eẽ ob Dei honorem noſtramq; ſalutem peccata cum quadam aſpernatione ac dedignatione & odio, virtutesq; cum amore adſpicimus, totiès nouos progignimus pullos, id eſt, virtutes recẽtes. Offerendi autem ſunt duo iſti pulli columbarum manibus ſacerdotis, vt is eos iuxta diuinę legis pſcriptum immolet: & eſt hoc pauperum ſacrificium. At verò quiſquis proprium iudicium, propriamq; voluntatẽ plati ſui iudicio præfert ac voluntati, chariusq; amplectit, is nimirùm nõ eſt voluntarius pauper, nec poteſt peccata pfctè deſerere: ſiquidem vitiorum radicem amat, id eſt, propriam voluntatem ſuam, cui tamen meritò valefacere ac renunciare deberet. Et hęc cauſa eſt, ob quam angelus in cælo, & homo in paradiſo lapſus eſt: ibidemq; etiamnum labunt, qui propriæ obſequunt voluntati. Deeſt enim ijs prior columba, quam offerrent pro peccato. Enimuerò cùm ſimplices, manſueti & abſque felle eſſe debeant, ipſi contrà nequam & callidi, rebelles q;, & amaritudine ac veneno intùs pleni ſunt, quo nõ ſeipſos tantùm pdunt, ſed ſæpè etiam alijs offendiculo ſunt. Altera columba eſt, amare Deum, eiusq; amorem præ cunctis virtutibus ſtudioſiùs colere & exercere. Amor nanq; Dei, virtutum omnium radix eſt. Quamobrem expedit ſanè, vt DEO nos offeramus in manus ſacerdotis noſtri, qui elatum noſtrum frangat collũ, & alas ppriæ virtutis ſeu virium noſtrarum, ita vt ipſius efficiamur & Dei, plumæq; ſimul & gutturis veſicula, id eſt, actus & vita DEO oblata ſint. Porrò ſacerdos collum columbæ noſtrę rumpet, & adſperſione ac effuſione ſanguinis noſtri ob Dei honorẽ & pro peccatis noſtris propriæ voluntati noſtræ renuncia-

Pulli duę colũbini, quid.

Cur lympidę aquę columbis familiares.

Colũbarũ fœcũditas.

Noui pulli.

Vitiorũ radix quæ.

Prior colũba.

Altera.

Virtutum oẽm radix.

ciabimus: eamq; dedemus Prælatis ac superioribus nostris, magisque Deum amando colemus, quàm vllis alijs virtutibus, atq; ita salutaris Dei hostia efficiemur: sæpiùs etiam quædam nos nostrijpsorum capiet obliuio, prorsusq; amore conflagrabimus, quæ (vt dixi) est columba altera vel alter pullus columbarum.

¶De alio quodam sacrificio, vel oblatione pauperum. Caput CIII.

Ephi qd mẽsurę sit.

Modius.

Sextarius.

Modius vndè dictus.

Nũeri XXII. mysticatio.

Triũ modiorũ ad triplicẽ legem collatio.

Pars decima scripturę totius q.

Libra.

Psal. 50.

Similę pugillus.

SI quis verò tam inops sit, vt neque hos possit pullos columbarum, neq; duos offerre turtures, is secundum legis imperium offeret pro peccato suo similæ partem ephi decimam. Est autem ephi mensuræ genus, vt quibusdam videtur, tres cõtinens modios: modius verò sextarios habet duos & viginti: porrò sextarius duo pondo vel libras cõtinet: sicq; in vniuersum fiunt pondo centum & trigintatria: quorum pars decima tredecim libris vel pondo constat, & decima parte duorum pondo, siue librarum duarum. Quæ quid sibi velint, iam debemus animaduertere. Ephi mensura maior, vt diximus, tres modios complectit: quilibet autem modius vigintiduos cõtinens sextarios, perfectus est. Modius enim secũdum quosdam à modo dicit, tanquàm qui sit suo modo perfectus. Itaq; Deus omnipotens dum cælum terramq; crearet, sex diebus vigintiduo peregit opera distincta, sicq; pfecta erant omnia. Itemq; viginti & duæ generationes sunt ab Adam ad Iacob patriarcham, ex cuius semine populus omnis Israeliticus propagatus est. Vetus quoque testamentum ad Hester vsque libris cõstat duobus ac viginti: totidemq; elementis apud Hebręos omnis diuina scriptura absoluit. Atq; ea re Moses ob numeri huius legisq; dignitatem, modium suum duobus & viginti sextarijs cõstare voluit. Tribus enim modijs, id est, tripli legis pfecta ratiõe siue tribus modis pfectis omnem legem à primis mundi initijs ad finem vsque compræhendimus. Ex quibus primus modus ab ipso Adam cœptus, lex naturę dicit, quæ in seipsa pfecta fuit. Alter modus à Mose iuchoatus, lex scripturæ veteris, quæ & ipsa temporibus suis perfecta fuit. Tertius denique modus, authore Christo institutus, lex est Euangelica. ita iam complet numerus trium modiorum, impleturq; mensura Ephi. Quilibet ergo peccator, quantumuis pauper sit, suo pro peccato similæ partem ephi huius decimam offerre tenet. Totius autem legis & scripturę diuinę pars decima est fides, Spes, charitas, quas singulus quisq; peccator, quamlibèt inops sit, deo & ecclesię offerre adstrictus est, nullam alioqui peccatorum veniam impetraturus: & hinc decem fiunt pondo, & librarum seu pondo duorum pars decima. Porrò duodecim nostræ fidei articuli, cum perfecta spe in Deum coniuncti, tredecim libras efficiunt: libra autem, duodecim habet vncias. nam tametsi singuli articuli in se suaq; mente & sentẽtia perfecti sunt, at tamen reliqui omnes adiungantur necesse est, si debeat esse cõsummata fides: atq; ita singuli articuli duodenas continent vncias. Complectuntur enim seipsos, aliosq; omnes sibi adiũctos, in vnam verã connectunt fidem: vbi verò aliquis deficit articulus, ibi re vera nullus habetur. Cohæret autem huic fidei spes vera, appendens libram vnam. quicquid enim benè credimus, hoc quoq; adepturos nos speramus: idq; etiam singulatim singuli, perindè vt credimus. Atquì his insupèr addenda est similæ pars ephi decima, quo fiat æquamentum siue ęquilibrium, nostrumque pondus perficiatur: quæ quidem similæ portio, diuinę charitatis quandam particulã, quanuis minutam, significat, modò tamen charitas sit, qua pondus compleatur. Sed hîc iam non ociosum fuerit considerare, quãobrẽ diuinæ literę hanc similã appellẽt. Nimirũ ea de causa, quòd natura omnis, fidei & charitati cedere debeat: & cor contritum atque humiliatum Deus non despiciat, vt propheta ait. Aio itaq;, vbi cor hominis peccatoris contritione & diuino amore nonnihil cõcutitur ac permouetur, iam sacerdos ex parte peccatoris similę pugillum, id est, bonum animi propositum, bonamq; voluntatem tenet, eamq; in Dei altari pro peccato adolebit. Huic autem similæ nec thus, nec oleum apponet, quandoquidem non honoris aut gaudij, sed mœroris & delicti oblatio est: reliquã verò partem sacerdos & ecclesia habebit in munere: siquidem per fidem viuam sancta viuit ecclesia, eademq; spe & fiducia in Deum alitur atque nutritur: & per charitatem Deo adiungitur & copulatur, sicq; vita illius beata est & sempiterna. Hæc videlicet vltima oblatio est pro peccatis, quã nos peccatores miseri omnes offerre atque exoluere tenemur, modò tamen seruari velimus. Hunc igitur in modũ fideles omnes animas suas humiliare debent & offerre DEO, suum fundendo sanguinem per pœnitentiam & naturæ edomationem, volũtatisq; proprię mortificationem: idq; antecedat oportet, priusquàm seipsos in holocaustum DEO offerre queat, vbi eius amore penitùs conflagrẽt. Enimuerò ex descẽsu humili nascitur venerabundus ascensus ad Deum, coniunctus cum amore & reuerentia. Id quod satis nos docet virgo intemẽrata dignissima dei genitrix MARIA: quæ posteaquã dixerat, ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum, qui fuit humilis descẽsus: non longè post apud Elizabeth ait: magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: qui fuit venerabũdus ascensus, & hostia salutaris siue holocaustum penitùs amore concremandũ. Eumq; in modum Iudæos semper suis pro peccatis offerre sacrificium oportebat, antequã holocaustum offerrent, id est, hostiam salutarem omninò concremandam. Noluit em dominus quicquam fermenti aut mellis adoleri in sacrificio suo in altari, per quæ significantur corda viuentia, id est, necdum suis pro peccatis dolore contrita, quæ fermẽto designantur: & animæ foràs ad externa propensæ & effusæ, absque suũ refrenatione pro sensuum appetitu, & corporis oblectatione vitam agentes, quæ melle exprimuntur: quæ duo non sunt offerenda DEO, sed sacerdotibus pro illorum vsu ac sustẽtatione primitiæ eorum offerendæ sunt, altari autem minimè imponentur. Et primitię quidem fermenti, quas peccator sacerdoti offeret, naturalis quædam & ingenita ad virtutes & actus bonos propensio est: sed hæ primitię semper fermentum manent, nec mola tritæ sunt, quãdiu amor DEI non expellit peccatum. Mellis autem primitię sunt, cùm peccator intùs iam agnoscit peccatum suum, ob idemq; intùs repræhenditur, sperateq; suũ conuersionem: Ista, inquam, peccator exhibebit ac offeret sacerdotibus, qui tum pro eo dominũ deprecabuntur: & licèt in peccatis submersus sit, sperabunt tamen deum illi propicium fore: atque indè reficiẽtur, sed Deo offerre non debebunt. Adhuc enim istiusmodi peccator fermentum & mel est. Qui verò peccatores ista non habent, nec offerunt sacerdotibus, sed absque agnitione & timore, & sine propensione ad bona opera viuunt, bonorumque hominum orationes non expetunt, sed nihilipendunt, ijs sanè maximè verendum est: quoniamquidem in Spiritum sanctum & ad mortem ęternam peccare videntur, quanquàm diuinum nos latet iudicium: ideoq; bonitãti diuinę cõmendandum est, quæ absq; modo potens est, supra q̃ intelligere queamus: eoq; contenti nos erimus, & erga omnia pacẽ semper retinebimus inuiolatam.

Quõ suo cuiq; sãguis fũdendus.

Lucri.

Fermẽtò qd aut melle signetur.

Fermẽti primitię quid.

Mellis primitię.

Peccatorib q̃ b qd maximè timẽdũ.

¶De quarto populi sacrificio. Cap. CIIII.

Quasi TEXTVS. Vide historiã scholasticã Petri Trecẽsis.

DEindè vbi synagoga Iudæorum pro peccato domino sacrificauerat, bouem in commune obtulerunt in holocaustum, qui quidem bos vnius esse anni debebat, & immaculatus, integer & sanus, non debilis aut fracto membro, itemq; masculus fœcundus, tametsi bos dicitur. Imponebant aũt ei manus suas principes & seniores populi, offerebantq; eum deo ad ostium tabernaculi. Porrò Aaron bouem hunc mactabat, fuso sanguine eius circa crepidinem altaris: detractaq; pelle, artus eius in fructa secabat: lotis indè intestinis & pedibus, imponebat ea super conscissos artus & caput, & simul omnia adolebat super altare: sola duntaxat cutis ad ipsum iure sacerdotij pertinebat.

Bos in holocaustũ oblatus, quid.

Per hunc igit bouem oblatum à synagoga Iudaici populi deo in holocaustum, sanctæ Ecclesiæ vniuersitatem accipimus ppetua cum veneratiõe ac reuerentia ascendentem ad deum. Sicut enim sancta ecclesia ob peccata sua per pœnitẽtiam humilẽ descendit, ita & ascendit ad Deum cum amore ac perenni reuerentia: sed descensus humilis per pœnitentiam pręcedat oportet. Etenim domino IESV authore, qui se humiliat, exaltabit. Qua de re libenter nobis humilibus descensionibus danda est opera, quo liberiores cum amore in deo ascensus sentire queam. In libero autem ad Deum ascensu vniuersum sanctæ ecclesiæ corpus in amoris holocaustum offert, id est, quod penitùs in amore cõcremet: istudq; sacrificium

Luc. 14. & 18. Mat. 23.

ūm principes faciunt & ſeniores populi, qui ſunt homines ſapientes & experti: interìm tamen omnes nos cum hoc ſacrificio cōiuncti & vniti ſumus, ſi tantùm liberis animis DEO nos offeram⁹ in man⁹ ſacerdotum, in Eccleſiæ functione, & occultis ſanctorum hoīm ſtudijs & exercitijs. Attamen anniculi ſimus neceſſe eſt, id eſt, adulti in fide Chriſtiana, & abſq; mortalis peccati macula, cunctisq; membris ſanis & integris, ꝑfecti itèm in ſanctæ fidei articulis credendis, & viriles ac fœcundi emanante charitate, & diuino ſpiritui obtemperantes, ita vt nobiſipſis abnegatis, amemus Deum purè, ꝓpter Deum, alijs cauſis vel rationibus excluſis. Hæc dum facimus, proprium ſanguinem noſtrū fundimus in altare Dei, morimurq; in manibus ſacerdotum, qui nos mortuos & cum Chriſti IESV morte vnitos, ſuo in ſacrificio cæleſti patri noſtro offerunt: ex quo naſcit amoroſa adhæſio, in qua omnia inteſtina, id eſt, interiora noſtra à cunctis vitijs & culpis abluunt: mundanturq; pedes affectuum noſtrorum, vbi in cælum ſcandimus, & Deum ſine formis ac ſimilitudinibus appetimus, concupiſcimus & amamus. Caro quoque victimæ noſtræ in multa ſecatur fruſta, dum multiplicia dona multiformemq; Dei gratiam in ſancta Eccleſia, & ſingulis quibuſq; bonis hominibus diſtinctè cōtemplamur: vbi ſanè miram animo præſtat voluptatem conſiderare & animaduertere, vt ſinguli diuinis inſtinctibus ac motioni Spirituſſancti intùs & foris ſingulari ratione reſpondeant. Vbi verò cuncta hæc ꝑſpexerimus, diſtincteq; conſiderauerimus, deindè noſipſos & hæc omnia velut ſimplex Dei ſacrificium ſimul cōplexi, DEO nos in cordis noſtri vnitate, quæ illius altare eſt, præſentabimus, ibiq; ſuſtinebimus & præſtolabimur eum, donec totos nos ſuo amore exurat & cōcremet: Corium tamen vel cutis qua noſtrum obtegit ſacrificium, quæq; bona noſtra externa deſignat opa, ad ſacerdotes pertinebit. Illi enim poteſtate & authoritate in nos vti debent: ad eorumq; præceptum vice Dei datum, ieiunandū nobis eſt & feſta celebranda, obtemperandumq; ſanctę Eccleſiæ, & ſacramētis, & oībus bonis Eccleſiæ catholicę inſtitutis & cōſuetudinibus. Nemo em tam ſublimiter poteſt cōtemplari vel amare, quin vbi ſui compos eſt, & ratione vti poteſt, ſuperioribus ſuis, & ſuſceptæ vitę ſtatutis vel conſtitutionibus, quas Regulas vocant, itemq; votis & promiſſis ſuis, atq; etiam omnibus illis ad quæ honeſtè & cum virtute obligatus eſt, morem gerere ac ſatisfacere debeat. Id quod figura ſequens nos inſtituit.

Anniculos eſſe, quid.

Inteſtina & pedes abluere.

Carnem in fruſta ſecati.

Quę cutis ad quos cur attineat.

¶De quinto ſynagogæ ſacrificio. Caput CV.

SIMVL enim atque bouem obtulerāt Iudęi, etiam arietem immolārunt, quæ dicebatur hoſtia Pacifica: eamq; Aaron trifariàm diſpartiebatur, ita vt diuinitùs erat imperatū: Adeps omnis internus, & renes cum renunculis, adepsq; quo operiebātur, & cauda, reticulumq; iecoris, in Dei ceſſit ſacrificium: Armus dexter & pectus ad ſacerdotes ꝑtinebat: Reliqua omnis caro manſit cibi loco illis à quibus offerebatur. Sic igitur & nos totos DEO nos ceu agnum innocentem offerre debemus. Omninò enim & ex toto DEI ſimus oportet. Tum verò diuidimur in tres partes, & ſinguli capiunt quod ipſorum eſt: & ex hac oblatione vel hoſtia PAX DOMINI proficiſcitur, quam mundus nec dare, nec auferre, nec ſuſcipere poteſt, quia nec iſtud poteſt ſacrificium facere. Id quod ita poteſt animaduerti: Omnem enim internum adipem noſtrum DEVS ſibi ſuo iure vendicat & exigit: hoc eſt, quicquid ſiue naturaliter, ſiue ſupernaturaliter amamus, (Hoc enim in nobis viuit, & hæc noſtra interiora ſunt) id omne ad Deum & propter Deum, hoc eſt, non ob noſtram delectationem aut cōmodum, neque etiam pro ingenita naturæ ꝓpenſiōe & affectu, ſed ad Dei cultū & ſeruitiū amare debemus. Neq; em vel patre, vel matre, vel vxore, vel prolibus, vel ipſa etiam anima noſtra & corpore frui nobis licet, ſed iuxta ſanctæ Eccleſiæ pręceptorūq; DEI cōſtitutiones & decreta, in Dei cultu & ad Dei cultum & ſamulatū ea amāda, exercēda & vtenda nobis ſunt: ſemperq; dāda nobis opera eſt, vt carnis affectus & ꝓpenſiones, naturæq; appetitiōes premamus ac refrenemus: & ita quidem res habere poterimus abſq; cura & occupatione animi, ſicq; eas retinere, acſi ad nos minimè pertineant. Id verò mundus ſtare vel exequi non poteſt: nō em ſeipſum obtulit DEO: ideoq; nō eſt vltra ſenſuū experimētum ſubleuatus vſque in pacem illam Dei, quę omem exuperat ſenſum, quam DEVS amicis ſuis ſecùm vnitis largitur.

Hoſtia q̄ q. trifariā diuiſa offerret.

Omnē adipē internū, Dei eſſe, qd.

Fruēdū ſeu vtēdū qb⁹ qui ſit.

Phil. 4.

¶De

¶De reticulo iecoris. Cap. CVI.

EX hac autem pace ſpiritalis quidam guſtus oritur, qui eſt adeps internus, quem DOMINUS reticulū iecoris nominat, eo quòd cuncta hominis interiora guſtus iſte ambiat & circumplectat: maximè verò vim amatiuam vel amantem, quam nos iecori comparamus. Itaq; quādiu per amorē vltra ſenſibiles vel ſenſitiuas imagines ſubleuati ſum⁹, hoc ſpiritalis guſtus reticulo nos circūplexos ſentimus: verū iſtud ipſum quoq; reticulum DOMINO tradendum eſt, eius in amore penitùs concremandum. Niſi enim ita agamus, id eſt, niſi adeps iſte Dei amore penitùs cremetur, nobiſipſis naturali quodam modo in ipſo complacebimus: quod eſt illicitum. Damus igitur DEO adipem hunc noſtrum, & ipſe nobis præbet ignem: dumq; adeps & ignis pariter inflammant & ardent in altari Dei, id eſt, cordis noſtri vnitate, iam inter nos atq; Deū pacē mutuā ſentim⁹. Noſtra em iuſtitia & Dei pax hīc ſeſe mutuò oſculant, & in vnitate adunant, quemadmodùm Propheta nos docet.

Reticulū iecoris.

Pſal. 84.

¶De renibus & renunculis. Cap. CVII.

ATquì vt pax iſta firma ſit, & citra impedimentum ſtabilis perſeueret, diuina lege etiam renes offerre iubemur, id eſt, amorem omnem naturalem: quem nimirùm nuſquàm præterquàm erga DEVM exercere fas habemus, ac nihilominùs illius igni ardere debebit. Niſi enim amor iſte charitate obducat & operiatur, ex ipſa natura noſipſos ſpectabimus ſiue pro ſcopo habebimus, & delectationem ac commodum in DEO captabimus & aucupabimur. Vt igit omninò ſui ſimus, vult inſupèr renūculos cum omni ipſorum adipe ſibi dari, id eſt, vt & in nobiſipſis & creaturis omnib⁹ vitemus ac fugiamus quæuis ſtudia & occaſiones, quæ nos ad impudicum & obſcœnum amorem illicere aut incitare queant. Cæterùm diuinitati & humanitati Saluatoris amorem (vt ita dicam) cordialem & appetitum ſiue affectum ſenſibilem dabimus, & quæcunque ea in nobis excitare ac promouere poſſint, renunculi noſtri ſunt, quos diuino in amore adolebimus: atque itidèm etiam adipem, id eſt, gaudium & guſtum hinc naſcentia in amore concremabimus. Quiſquis enim carnem & commodum ſuum plùs amat, atq; Deum Opt. Max. is diuiſus eſt, & vnitatem pacemq; internam inter Deum & ſeſe perdidit. Quamobrem ait DOMINUS apud Lucam: Sint lumbi veſtri præcincti, videlicet caſtimoniæ munditia ac puritate: & lucernæ ardentes in manibus veſtris: & vos ſimiles hominib⁹ expectantib⁹ DOMINUM & ſponſum ſuum, qui nos in ipſo mortis noſtræ puncto iudicaturus adueniet. Attendat igit atq; diſpiciat vnuſquilibet ſemetipſum, & ſeruet conſtitutiones ordinis vel inſtituti ſui, itemq; ordinem ſeu inſtitutū ſuum, & vota ac promiſſa ſua. Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & diuinum iudicium propè eſt. Interìm tamen qui ſecundum ECCLESIAE conſuetudinem legitimo ſunt iuncti Matrimonio, vacare poſſunt illis, quæ à DEO & ſancta ECCLESIA ipſis permittunt, quantùm quidem ratio ſinit & naturæ honeſtas, ſemper tamen cum timore Dei, & iuxta præcepta Dei & ſanctæ ECCLESIAE decreta ac conſtitutiones. Quolibet em in ſtatu degamus, tota vita & omnes actiones noſtræ ad Deum referri debent. Quæ cauſa eſt, cur DOMINUS etiam caudam arietis à Iudæis oblati ſibi immolari voluerit: qua quidem cauda id ſignificat deſiderium, quo præ omnibus DEI eſſe, Deoq; viuere appetimus, ita vt ipſe ſit totius vitę cunctarumq; actionum noſtrorū ſcopus & ratio, vtq; omnis amor & cunctę actiones noſtrę ad ipſum dirigant & referant, in ipſoq; finiantur. Hīc nimirùm caudam in amore adolem⁹, & hīc pax illa confirmat, ſtabilitur & obtinet, quam Chriſtus dedit diſcipulis ſuis. Ignitum enim & ardens illud deſideriū, quo appetimus eſſe Dei & viuere Deo, duo efficit vbera, quibus Chriſtum lactamus & nutricamur: & inter hæc ipſe commorabitur, quemadmodùm Sponſa in Canticis nos docet.

Renes.

Renūculi.

Luc. 12.

Mat. 7.

Cauda.

Ioan. 14.

Cant. 1.

¶De pectore & armo dextro. Caput CVIII.

ATTAMEN præcipit Deus hominibus iſtiuſmodi, vt pectus & armum dextrum offerant ſacerdotibus: vbi per dextrum armum obedientiam accipimus, quam mortales omnes ſuis debent ſuperioribus: quam ob rem Paulus ait, miſiſſe Deum filiū ſuum natum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Nā

Armus dexter.

Gal. 4.

tametsi DOMINVS IESVS secundum æternam atque etiam spiritalem generationem suam, DOMINVS & LATOR legis esset, quatenùs tamẽ homo fuit & natus corporaliter ex MARIA virgine sacratissima Matre sua, Legi subditus esse voluit: hoc ipso videlicet docens nos, carnem omnem & sanguinẽ ex viro & fœmina nascentem, necessariò & diuinæ & ecclesiasticæ seu sanctæ Ecclesiæ Legi subditam ac morigeram esse debere. At tamen qui in amore subleuati sunt, & ex Dei spiritu nascuntur, eorum interna conuersatio, itemq; vita, est quidem supra legem, non tamen contraria legi. Vt enim charitas hominem subuehit ac sustollit in libertatem, ita rursus eundem submittit vel demittit ad præstandam obedientiam. Et hac ratione qui summi & altissimi sunt, ijdem sunt & infimi: ac ediuersò qui infimi, ijdem supremi sunt. Absit tamen, vt cuiquam in peccato aut contra præcepta Dei obtemperãdum esse putemus. Quæ autẽ à Deo sacerdotibus & Ecclesiæ proceribus ac Prælatis collata potestas est, eam honorare & cum reuerentia timere debemus: & ita semper Deo potiùs quàm hominibus, quibus Dei nomine & causa Dei mos gerendus est, obedimus. Qua de re ipse vnigenitus Dei Patris, cuius erat summa vltra omnes libertas, immò qui erat & est ipsa Libertas, Caiphæ & Pilato, qui illis temporibus apud Iudæos rerum potiebantur, præsidebantq; populo, libenter obediuit, permisitq; eis Deus, vt in Christum mortis promulgarent sentẽtiam: & Christus DOMINVS obtemperauit, seseq; subdidit eorum voluntati: datoq; eis armo suo dextro, crucis graue pondus ab eis impositum in illum recepit, cum eoq; portauit peccata omnium seruandorum: simul etiam eoipso id nos edocuit, non posse placere DEO eum, qui superioribus suis obtemperare nolit in rebus bonis & honestis, quãlibèt alioquì sublimiter viuat aut contempletur, dum tamen suî compos sit, & ratione vti queat. Præcepit insupèr Dominus, vt pectus nostrũ demus sacerdotibus, hoc est, vt abnegemus nosipsos, & simpliciter iuxta illorum consilium, non autem secundum propriam prudentiam aut propriũ iudicium & sensum viuamus, sed vnius volũtatis eiusdemq; animi simus cum illis, hoc est, superioribus nostris, adeò vt supra omnes actus nostros humile Resignationis & Abnegationis nostræ pectus Deo offerre queamus. Atq; ita per illorum preces & cultum ac ministerium, nostrãq; simplicitatẽ diuina implebimur sapientia. Vbi ergo eo quo dictum est modo egerimus, pacem cum Deo & superioribus nostris habebimus.

Ecclesię q̃ necessariò obediẽtia p̃standa.

Obediẽdũ qui sit.

Rom.13.

Mat.26.& 27.

Pectus nostrũ qbus q̃ dandum.

¶De carne reliqua hostiæ. Caput CIX.

DEINDÈ carnem omnem reliquam hostiæ nostræ mutuò simul coquemus, & in loco sancto, quemadmodùm figura nos docet, manducabimus. Est enim voluntatis diuinæ, vt in Christianæ fidei vnitate coniuncti permaneamus, idq; cũ mutua fide & amore, in honestis moribus, sanctis exercitijs, & præceptis Dei, vtpotè in quibus viuemus ac reficiemur siue cibabimur ac enutriemur vsq; ad supremum iudicij diẽ. Atquì si pacem hanc tueri, seruare, & possidere volemus, figura docente, quandoque masculum, quandoq; fœminam sacrificare debebimus: hoc est, vbi Pace externa pariter & interna potiti erimus, nõ ocio vacabimus, sed seriò ac studiosè admodùm gratias agemus DOMINO DEO pro donis ac beneficijs illius nedum præteritis, sed etiam præsentibus ac futuris: & in illis omnibus, in quibus Dei consistit honor, & vniuscuiuslibet salus ac vtilitas, erga Deum cunctosq; homines strenuè ac viriliter nos exercebimus & nauabimus operam: & hoc virile est sacrificiũ, siue masculi oblatio. Vbi verò aliqua afflictio siue ĩterna, siue externa quouis demùm modo occurrerit, iam patientes & mansueti erimus, moremq; geremus DEO & cunctis hominibus: atq; hocipso fœminã patientiæ nostræ DEO offeremus, quæ interìm plùs merebitur, DEOq; gratior erit, q̃ actionis impetus vel importunitas. Attamẽ singula suis exercere tẽporibus, ad iustã siue cum iustitia coniũctam vitam pertinet.

Virile quî & q̃ offeratur sacrificium.

fœmineũ q, & q̃ p̃stet virili.

¶De iugi sacrificio. Caput CX.

HIC tamen nosse conuenit, actus & ꝓpessiones nostras, & quicquid à nobis fieri possit, neq; sanctos neq; beatos nos posse efficere, nisi cũ sancta Ecclesia cõiuncti & vniti simus, & de communibus impendijs DEO agnũ immolem⁹. quod quidem scriptura diuina nos docet, Exodi cap. 29. Illic enim iubent offerre Iudæi quotidiè agnos duos, vnum manè, & alterum vesperè in holocaustum: & id fiebat de communibus

Opera bona extra Ecclesiam non prodesse.

bus impensis, dicebaturq; iuge sacrificium, eo quòd singulis quibusq; diebus absque obliuione iugiter & consimiliter offerri oporteret. Manè quidem sacerdotes sumptum agnum anniculum de sumptu publico, interficiebant, fuso sanguine eius super altare holocausti, deindè imponebant eum altari cum cæteris populi hostijs illo die vel generatim ab omnibus, vel priuatìm à certis quibusdam oblatis, alijs atq; alijs rationib⁹ siue modis, ita vt superiùs explicatum est. Et hic agnus, absolutus quidam decor & ornamentum erat atque fructus oĩm eorum sacrificiorum, quibus DEVS colebat, quæq; ad populi salutem & vtilitatem pertinebant. Iungebant autem agno huic sacerdotes panem, vinum, oleum, thus & sal, quę simul in altari cremanda erant. Tollebantq; ex hoc altari prunas, quas thuribulo impositas deferebant intrò in tabernaculum super altare aureum incensi, ijsq; thymiama adolebant, quod confectum erat ex gummi trium arborum aromaticarum, ad ipsas arbores Solis ardore arefacto & indurato, itemq; ex ostreolis, siue paruis ostreis, pisciculis marinis, hisce videlicet quatuor eadẽ quantitate simul in puluerem redactis & contritis. Istud, inquam, thymiama DOMINVS in altari aureo coram se adoleri voluit, nec quicquam prætereà. Quibus autem nominibus arbusculæ istæ aromaticæ vocent̃, quæque earum virtus sit, pòst audiemus. Itaq; manè sacerdos istud crematurus thymiama, quatuor lucernas candelabri aurei extinguebat: & hoc generale seu commune erat sacrificium per omnes dies ad horam Primam necessariò offerendum, alijs interìm quibuscunq; negocijs postpositis. Porrò ad vesperam itidèm Agnus anniculus de sumptu publico mactabat à sacerdotibus, tumque altaris prunas & cineres repurgabat, & imposito in altari agno, pane, vino, oleo, thure & sale, tota nocte ex horum concrematione suauem DOMINO odorem efficiebat: eodemq; modo, quo antè iam diximus, prunas adferebant ardentes, & thymiama in altari aureo tota nocte cremabant: simul etiam omnes incendebant lucernas candelabri aurei, tota nocte coram DOMINO vsque manè arsuras. Hæc videlicet Iudæorum erant sacrificia, quæ reuerà non nisi typum quendam gessere pòst futuræ mortis Christi, itemq; cultûs diuini, quem modò sancta ECCLESIA obseruat. Moses enim Dei loco figuram ministrauit. Christus deindè longè pòst & figuram, & sacramenta ac mysteria in eis latentia cuncta compleuit. Quando igitur tempus illud ipsius aduentabat, quo primum Pascha nostrum, & Iudæorum postremũ coniungere statuerat, agnus paschalis & veteris & nouæ legis vno eodemq; tempore occidendus, immolandus, edendus erat. Nam quemadmodùm eo tempore quo MOSES populum DOMINI ex Aegypto in promissionis terram educere debuit, vnusquisque cum familia sua agnum occidere, eundemque assum edere iussus fuit, quo à morte subitanea & ab omni morbo seruarent̃: eademq; ex causa singulis deinceps annis agnum eiuscemodi manducabant, quo suî ex Aegypto eductionẽ & ab hostibus & idololatrarũ seruitute liberationem commemorarẽt: ita & Christus populum suum educturus ex Aegypto, id est, tenebris inferni & omnigenis vitiorum morbis & languoribus in vitam æternam, ascendens Hierosolymam, cum discipulis suis veteris legis Pascha manducauit. Et quia teste Propheta sacerdos æternus erat secundum ordinem Melchisedech, primum illic Missæ sacrum celebrauit, sumptoq; pane & vino, benedixit ea & consecratione vertit in corpus & sanguinem suum, deditque discipulis suis agnum viuum, hoc est, seipsum. Et hic noster agnus Paschalis est, quo quotidiè vescimur, qui nobis in cruce assus est igni amoris & ineffabilium cruciamentorum. Hic agnus in cibum cedit cunctis fidei Christianæ domesticis, vtpotè qui omes vna domus sunt, ad eandemq; familiam pertinent. Et quotquot cibum hunc secundum animam ꝓcipiunt & edunt, vitam gustant æternam: siquidẽ in DEO viuunt, & DEVS in eis: ijque seruant̃ à vitiorum languoribus. qui verò dentibus dũtaxat premũt, non aũt anima salutiferam hanc escam accipiunt: ij in morte degunt, & suam ipsorũ damnationẽ capiunt.

Iuge sacrificium quod.

Exod.12.

Aegyptus.

Psal.109.

Paschalis noster agnus quis.

¶De sacramenti altaris sumptione & institutione. Cap. CXI.

QVOD cùm ita se habeat, si agnum hũc cum omibus bonis hoĩbus salubriter edere volemus, cõmemoranda & animo reuoluenda nobis erit Christi passio, mors & amor immensus: eadẽq; singulis quibusq; diebus cælesti Patri nostro cũ cunctis sanctæ ecclesię sacrificijs offeremus. Ita enim & Iudæi agnum de commu

ni sumptu in altari holocausti penitùs cremandũ, cum alijs omnibus oblationibus suis quotidiè Domino offerre cogebantur: cum eoq; simul panem, vinũ, oleũ, thus & sal adolebant. Et CHRISTVS itidèm sacerdos & pontifex noster, nostrũ omniũ agnũ daturus in cibum, ac paulò pòst in mortem oblaturus, corde suo amore succenso, Discipulos ita affatus est: De-
Luc.22. siderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscùm antequàm patiar. Deinde sumpto pane & vino, nostrũ confecit & consecrauit sacramentũ: cum eodemq; pane azymo & calice passionis suæ in nostro altari, id est, vnitate cordis sui ardẽte, simul oleum misericordiæ & thus deuotionis suæ adoleuit. Vt enim sancta ait Ecclesia, subleuatis oculis ad Deum Patrẽ suum omnipotentem, eidem gratias egit: atque vnà etiam sal cremauit, quod nobis sapien-
Sal. tiam designat. Nihil enim vnquàm subtiliùs inuẽtum, nihil acutiùs excogitatum est, quàm quòd CHRISTI carnem edimus & sanguinem potamus: quq; virtute cibi huius in vnam cum illo vitam spiritaliter transformamur ac immutamur, quod est totius sanctimonię fundamentum. Ista verò actitantur in Ecclesiæ catholicæ officio, & in vniuscuiuslibet pij hominis corde ardẽt ac adolentur. Sed iam vlteriùs videamus, quemadmodùm Christus Pontifex noster, omnium nostrũm communem agnum, putà seipsum, in mortem immolaturus, steterit coram iustitia Dei. Tum enim agnus, id est, natura illius sensitiua angore ac terrore
Mat.26. correpta, ad discipulos ait: Tristis est anima mea vsque ad mortem. discedensq; à discipulis, prexit ad montem Oliueti, vbi nostrum ingressus tabernaculum, id est, intima sua, secundum partem sensitiuam quidem rogabat Patrem cælestem, vt si possibile foret, transferret à se passionis calicem: horrebat enim natura mortem acerbissimam iam iamque perferendam: quam tamen sciebat à mundi exordio decretum esse vt pateretur: mox verò flexis coram diuina iustitia genibus, in aureo altari, id est, ea quam erga Deum gerebat, veneratione ac reuerentia myrrham, onycha siue ostreolas, galbanum & thus offerebat, non qualia so-
Myrrha. lebant offerre Iudæi, sed quæ per hæc significabantur. Siquidem Christus ipse tum myrrha fuit, quæ est arbor amara valdè, vtpotè cuius natura corporea maximo tunc angore & tremore correpta fuit. spiritus verò vehemẽti amoris ardore flagrabat: atq; ex his duobus manabat myrrha per arboris corticem, id est, sudor sanguineus ex sacro illius corpore. Et licèt myrrha viridis sit & iucunda adspectu, isthæc tamen myrrha & rubicunda & viridis, multoq; gratior fuit oculis Dei: cæterùm odoris & saporis tanta fuit acerbitas, tantaq; vehemẽ-
Luc.22. tia in amoris igni, vt etiam ab angelo sua in concertatione Christus Dominus confortatus sit. Iũxit autem huic myrrhæ Dominus IESVS mitem patientiam, quam ostreolæ designant,
Ostreolę. quæ in conchis degunt, specie vnguis humani, vt quibusdam placet, earumq; caro recẽs & delicata est, quippe quæ rore pascuntur: & maximè conferũt pectori. Ita enim & Dominus IESVS paruus fuit, & secundum spiritum resignatæ voluntatis: secundum naturam autem si ue corpus, tener ac delicatus: eiusq; vita omnis, gratia & ros cælicus fuit: quæ quidem multùm prosunt pectori, quandoquidẽ in omni afflictione & perpessiõe pectoris pstant pacẽ.

¶De galbani & thuris mystica significatione. Caput CXII.

Galbanum. DEINDÈ addidit his Dominus purissimam innocentiam & humilimam obedientiã suam, quarum typum gessit galbanum oblatum à Iudæis. Est enim galbanũ succus siue lachryma cuiusdam herbæ similis Ferulæ, candida instar lactis: & hactenùs Domini IESV purissimam designat innocentiam: est etiam tam eximij & effi-
Gen.3. cacis odoris, vt serpentes omnes in fugam vertat & superet: & hac ex parte eiusdem Domini humilem significat obedientiam, quæ omnes Tartareos serpentes deuicit ac profligauit. Vt enim olim à serpente victi sumus per Adami inobedientiam, ita rursùs ille à nobis superatus est per Christi IESV obedientiam. Enimuerò Obedientia virtutũ omnium intima medulla est, perindè vt galbanum herbæ cuiusdam Ferulæ similis, qua vapulant pueri, intimus
Intima virtũtũ oĩm medulla, quid. succus est. Et hæc obedientia vires omnes hostium nostrorum attriuit & elisit, mortemq; nostram interemit. Coniunxit autem Christus Pontifex noster cum hac obedientia ardentem deuotionem precesq; deuotas, illo videlicet Thure designatas, quod Iudæi speciebus
Thus. aromaticis in altari aureo cremandis miscere solebant. At posteaquàm Dominus IESVS quatuor iam dicta in illius, quã ergo Deũ Patrem gerebat, venerationis ac reuerentiæ altari ob-

obtulit, certamen omne spiritũs & corporis in ipso consopitũ est, quandoquidem natura corporea spiritui sese subdidit, eodemque charitatis igne cum spiritu flagrare cœpit. Et ita pfecta suĩ abnegatiõe, id quod ter patrẽ precatus erat, dicẽs, Nõ mea, sed tua voluntas fiat, Dominus re ipsa præstitit & impleuit. Nam simul atq; hæc dixerat, forti ac libero animo, & corde pijssimo ac liberali vltrò sese morti obtulit. Non enim quisquam agnum innocentem inuitum ac nolentem interficere potuisset. Verùm mox vbi ab amore superatus fuit, diuinæque iustitiæ & potenti Patris sui dexterę, itemque omnium inimicorum suorum manibus sese tradidit ac permisit, hac ipsa libera ipsius resignatione vsqueadeò Pater æternus eadem charitate & ineffabili ac profusa misericordia erga nostram miseriam & necessitatem tactus ac permotus est, vt Iudæ & rabidis inuidisque Iudæis malitiæ suæ libidinem in vnigenito filio suo explere permiserit. Itaque Iudas militum à sacerdotum principibus ad CHRISTVM capiendum missorum dux & antesignanus, nefaria sua euersus auaritia, fallaci salutatione & osculo amoris ac beneuolentiæ signo innocentissimum agnum nostrũ armatis Iudæorum liuore occæcatorum manib⁹ tradidit: ijq; ceu canes rabidi furentibus animis suas in eum manus iniecerũt, & vinctum haud secùs quàm reum ac flagitiosum Ioan.18. quempiam, ab ædibus Annæ ad domum Caiphæ, qui tum temporis Iudæorum pontifex erat, miserandum in modum duxerũt. Interim non à verberibus, non à furiosis scommaticisq; verbis sibi temperabãt, sed impellebant & affligebant eum, & quicquid poterant contemptũs & ignominiæ comminisci, totum in eum euomebant. Sed hæc omnia velut agnus innocens, quasi qui nihil nosset, & neq; verbis neq; actu se tueri valeret, patientissimè ppessus est. Et ita quidẽ tota illa nocte foris opprobrijs & ignominia affectus est. Porrò quã ex amore nostra causa mortem cum pœnis & omnibus ad eam ptinentibus perpeti statuerat, ea in holocausti ardebat altari, hoc est, intùs in corde illius. At verò in subleuati spiritũs sui altari aureo coram Deo Patre sacrũ illud adolebat thymiama, cuius antè sępè meminimus. Eodemq; tempore omnes candelabri aurei lucernas nostras incendebat. Quicquid enim ipse erat, hoc est, se totum, & dona omnia à Deo Patre percepta nobis impartiri, nobis com
Lucernę nostræ quĩ nobis fouendæ. municare volebat: & ijsdem ipsis lucere nobis atq; ardere volebat nostro in tabernaculo, id est, Ecclesia sancta Catholica. At tamen lucernæ nobis fouendæ sunt oleo nostro, id est, charitate & sanctis actiõibus. Nã tametsi diuinæ gratiæ lucernæ in S. Ecclesia catholica seu Ecclesiæ communitate semper ardent, quisquis tamen oleum suum non apportauerit, illi
Gram p grã tia dare. vtique non ardent, vtpotè extra communitatem excluso. Et Deus ipse gratiam dat pro gratia, id est, vt per gratiam suam, bonis actibus maiorem gratiam emereamur: Et ita agendo, lucernas nostro alemus oleo, & Ecclesiæ sanctæ coniuncti atq; vniti semper erimus.

¶De septem lucernis candelabri aurei, id est, septem donis Spiritũs sancti. Caput CXIII.

NOSSE hîc operæpreciũm fuerit, (qua de re fusiùs in superioribus actum est) in Iudaico illo Tabernaculo noctibus quidem lucernas septem, de die verò tres duntaxat arsisse. Et apud nos itidèm in Ecclesia sancta septem ardẽt lucernæ in statu
Lucernarũ in tabernaculo vicissitudo quid. gratię, supernè autem in gloriæ statu tres. Libet enim gratię statum Nocti, vel matutino tempori etiamnum obscuro comparare. Adhuc enim in Christianæ fidei lumine, sive (quod Apostolus ait) per fidem ambulamus: & opus sanè habemus, vt lucernę omnes &
2.Co.5. luceant & ardeant nobis, quo decertemus viriliter, & ex certamine palmam referamus, victoresq; cum triumpho ad manifestum Dei conspectum & speciem, quam clarę diei similẽ
Lucernæ tres infimæ, qd aut quę. dicimus, reuertamur. Vbi tum tres infimę lucernæ in Christi humanitate, & in illis omnibus qui ad Christum pertinent, perenniter ardebunt. Ex his prima lucerna sanctus Domini timor est, qui est humilis ac submissa erga Deum reuerentia. Altera est mutua fides & pietas, quam singuli erga alios geremus. Tertia est scientia & rerum omnium discreta siue distincta cognitio. Reliquæ lucernæ quatuor, quæ nos modò dum hîc sumus, in Deum dirigunt ac sustollunt, in futura vita in incõprahẽsibili illo gloriæ diuinæ lumine, ęternæ cedent diei: perindè vt astra cæli in meridie ad Solis splendorem, suum abscondunt lumen, eiq; cedere compelluntur, adeò vt eorum lumen neq; aduertamus, neque desideremus: tametsi sem-

per

per id quod ſunt, eſſe perſeuerant. Atq; ita etiam lucernæ, id eſt, DONA Spirituſſancti in animabus noſtris longè maiori cum claritate ac decore, quàm nunc ſint, perenniter permanebunt. Id quod ex ijs quæ ſequuntur, poterit fieri manifeſtum. Quarta enim lucerna, donum
Lucerna quarta. eſt fortitudinis, qua modò decertamus & ſuperamus omnia. At vbi cũcta ſuperauerimus, & plena victoria potiti erimus, deinceps armis ad certandum neutiquàm habebimus opus, ſed ad æternum nobis manebunt decus & honorem: neq; ipſa dũtaxat, ſed & ea omnia, quę
1.Co.13. dimicando per ea obtinuerimus. Cùm enim venerit quod perfectum eſt, vt Apoſtolus di-
1.Co.12. cit, euacuabitur quod ex parte eſt. Eodemque Apoſtolo alibi confirmante, diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus, qui nunquàm diuidi poteſt, ſed ſemper iugiter perſeuerat. Hoc fortitudinis dono incitamur ad certandum, vt plenam perfectamq; in DEO vir-
V. tutem adipiſcamur qua poſſimus oĩa: eamq; tum demùm obtinebimus, quãdo Chriſto ſaluatori in paterna gloria feliciſſimè copulabimur ac vniemur. Deindè conſilij donum cuncta nos abnegare, reſpuere, contemptui habere docet, quo poſſimus ſupra omnia in DEI ſubleuari vnitatem ſiue vnum effici cum DEO. quod quidem tum perfectè adepturi ſumus, vbi Chriſt' paternum vultum in glorię plenitudine nobis manifeſtè viſendum exhibebit, noſq; illius thron' & habitatio in gloria ſempiterna effecti erimus: quod vbi euenerit, omne
VI. noſtrum explebit deſiderium. Porrò intellectus dono iam quidem velut in ſpeculo aut æni gmate cognoſcimus, atqui poſt huius vitę curriculum, Dei filium facie ad faciem contem-
1.Co.13. plabimur, & cognoſcemus ita vt cogniti ſumus. Etenim reuelata facie gloriã DOMINI ſpecu-
2.Cor.3. lantes, in eandem imaginem transformabimur à claritate in claritatem. Quæ enim gloria in
VII. ratione eſt, & modum ac finem habet, ea illi cedet gloriæ, quę rationem omnem excellit, & prorſus immẽſa ac modi expers eſt. Septima deniq; lucerna, id eſt, ſapientię donum, in pſenti vita guttulam vnam diuinę bonitatis guſtare & intelligere nos facit: & eſt ſanè guttula illa tam dulcis, vt nedũ omne mundi ſolatium, ſed & quicquid impar eſt DEO, ſuperet: at tamen in die gloriæ ęterna Spirituſſanctus ſupereſſentiali nos amore circumplecteť, noſq; claritudine, & veritate totius beatitudinis guſtu ineffabili prorſus affluemus & ſupfluemus. At nihilominùs ſeptem lucernæ, quibus Chriſtus ſanctam exornauit Eccleſiam, perẽniter ardebunt atq; lucebunt in communione ſanctorum, id eſt, cunctis ordinibus, & modis gloriæ & laudis, vbi ratio & charitas diſtinctè ac diſcriminatim cognoſcent, amabunt & operabunť. Vbi verò ſancti vltra rationem oẽm in nudam ac ſimplicem viſionem ſublati ſunt, ibi tam prorſus immenſa & infinita claritas eſt, vt lucernas omnes obſcurare, & Solis iuſtitiæ exuperantiæ & excellẽtiæ cedere prorſus neceſſe ſit. Dum igitur licet, colligamus omes oleum in vaſa noſtra. Quanuis enim lucernæ ſanctis omnibus communes ſint, ſingulis tamen quibuſq;, prout bonorum operũ oleum attulerint, lucebunt pariter & ardebũt. Quiſquis aũt nullũ omninò oleum apportauerit, in tenebras mitteť exteriores, nec illi vnquàm in omnem æternitatem conſuli aut ſuccurri poterit.

¶ De venerando Chriſti ſacrificio, quod is noſtra pro ſalute peregit. Ca.p CXIIII

SED iam porrò venerandum Chriſti ſacrificium, quod is noſtræ ſalutis cauſa perfecit, proſequamur. Tranſacta nocte illa, qua captus & ad PÕTIFICES ductus fuit, & mul
Chrs à Iudeis ac gentibus qui tractatus. tis perpeſſus probris & iniurijs, ac planè indignis Iudibrijs, quemadmodùm antè dictum eſt, hora prima Iudæi pariter & PAGANI magna cum inuidentia & quadam ſpiritalis iuſtitiæ ſimulatione, & cum falſis teſtibus primò ad Caipham, deindè ad Pilatum & Herodem, vinctũ eum adduxerunt. Vbi velut fatuus irriſus & contemptus eſt, & morti adiudicatus, colaphis cæſus, in faciem conſputus, ſpinis coronatus, irridiculè adoratus, flagel-
Chrm multo plura, quã ſcriptũ ſit, ptuliſſe. lis & arundine cæſus, pluraq; alia perpeſſus tormenta, ſicut ex EVANGELIJS colligi licet. Præter quę tamen omnia, multa etiam foris & intùs pertulit nobis prorſus incognita, nec tradita literis. Ita nimirùm Chriſtus ſeſe neci vltrò obtulit, idq; noſtrę ſalutis cauſa. Fructus autem ſacrificij eius per omnes dies in ſanctæ Eccleſię officio ac miniſterio creſcunt ac renouanť. Quę enim officia vel cultus ſeu miniſteria, & exercitia cum illius morte coniuncta ſunt & vnita, ea omnia, nunquàm non Deo accepta & grata ſunt, alia verò minimè. Quapro-

propter execratur ac deteſtatur eos omnes Deus, qui ità vitam exigunt claudũtq; ſuam, vt Chriſtus ſuo in ſacrificio ipſos Deo non obtulerit. Ex quibus tamen longè omniũ peſſimi Peſſimi inter peſſimos qui. illi ſunt, qui intantũ ſeſe ſanctos arbitranť, vt neq; Chriſti morte, neq; ſanctæ Eccleſiæ cultu & exercitijs ſuo iudicio opus habeant. Sicut enim Iudæi olim in figura ſingulis diebus agnum de ſumptu publico DEO offerre cogebãtur, ſi miniſteriũ ſuum perfectum ac DEO gratum eſſe vellent: ita nunc Eccleſia catholica ſingulis quibuſq; diebus, ſuis in ſacrificijs Domino DEO, noſtrũ omnium agnum Chriſtum IESVM, eiusq; PASSIONEM & ſacroſanctã mortem offerat neceſſe eſt: neq; enim ſine his vnquàm DEO placere poſſemus. Ex quo facilè poteſt animaduerti, ſanctitatem omnem iam indè à primis mundi initijs in Chriſti paſſione & morte fundatam ac radicatam eſſe. Id quod etiam ſequẽs declarabit figura, vel res typicè geſta, Leuitici capite 16. à Moſe deſcripta in hunc fermè modum:

¶ De capro EMISSARIO, vitula rufa, & quibuſdam alijs PONTIFICIS ſacrificijs, priusquàm in Sancta Sanctorum ingrederetur. Caput CXV.

LOCVTVS eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod eſt intra uelum coram Propiciatorio, quo tegitur arca, ut non moriatur, (quia in nube apparebo ſuper Oraculum) niſi hæc ante fecerit: [Quod tamen non ità intel- TEXTVS immixtis quibuſdã ex hiſtoria ſcholaſtica.
ligendum eſt, quaſi licuerit ſemper ingredi quotiès iſta feciſſet, ſed tantùm ſemel in anno die decima Septembris ingreſſurus priùs iſta faceret] *Offeret* [ait] *uitulum pro peccato.* [Author Scholaſticæ hiſtoriæ hãc vitulam trimam fuiſſe affirmat.] *Tunica linea ueſtietur, feminalibus lineis uerẽda celabit, accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti. Hæc enim ueſtimenta ſunt ſancta: quibus cunctis, cùm lotus fuerit, induetur. Suſcipietq; ab uniuerſa multitudine filiorum Iſrael duos hircos pro peccato, & unum arietem in holocauſtum. Cumq; obtulerit uitulum, & orauerit pro ſe & pro domo ſua, duos hircos ſtare faciet coram Domino in oſtio Tabernaculi teſtimonij: mittensq; ſuper utrunque ſortem, unam Domino, et alteram capro emiſſario, cuius exierit ſors Domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprum emiſſarium, ſtatuet eum uiuum coram Domino, ut fundat preces ſuper eum, & emittat eum in ſolitudinẽ. His ritè celebratis, offeret uitulum, & rogans pro ſe et pro domo ſua, immolabit eum. aſſumptoq; thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compoſitum thymiama in incenſum, ultra uelum intrabit in Sancta, ut poſitis ſuper ignem aromatibus, nebula eorum & uapor operiat Oraculum quod eſt ſupra teſtimonium, & non moriatur. Tollet quoq; de ſanguine uituli, & adſperget digito ſeptiès contra propiciatorium ad Orientem. Cũq; mactauerit hircum pro peccato populi, inferet ſanguinẽ eius intra uelum, ſicut præceptum eſt de ſanguine uituli, ut adſpergat e regione Oraculi, & expiet ſanctuarium ab immunditijs filiorum Iſrael, & à præuaricatiõibus eorum, cunctisq; peccatis. Iuxta hunc ritum faciet in tabernaculo teſtimonij, quod fixum eſt inter eos in medio ſortium habitationis eorum. Nullus hominum ſit in tabernaculo quando põtifex ſanctuarium ingreditur, ut roget pro ſe & pro domo ſua, & pro uniuerſo cœtu Iſrael, donec egrediatur tabernaculum. Cùm autem exierit ad altare quod coram Domi-*

no est, oret pro se, & sumptum sanguinem uituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrum, adspergensq; digito septies, expiet & sanctificet illud ab immunditijs filiorum Israel. Postquàm emundauerit sanctuariũ & tabernaculum & altare, tũc offerat hircum uiuentem, & posita utraq; manu super caput eius, cõfiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & uniuersa delicta atque peccata eorum: quæ imprecãs capiti eius, emittet illum, per hominem paratum, in desertum. Cumq; portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in deserto, reuertetur Aaron in tabernaculum testimonij, & depositis uestibus, quibus priùs indutus erat cùm intraret sanctuarium, relictisq; ibi, lauabit carnem suam in loco sancto, indueturq; uestibus suis: [id est, ornamentis põtificalibus] *& postquã egressus obtulerit holocaustũ suum ac plebis, rogabit tam pro se quàm pro populo: & adipem* [arietis ac vituli] *qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare* [cum renibus & renunculis eò pertinentibus.] *Ille uerò qui dimiserit caprum emissarium, lauabit uestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. Vitulum autem & hircũ qui pro peccato fuerant immolati, & quorũ sanguis illatus est in sanctuarium, ut expiatio cõpleretur, absportabunt foris castra, & comburent igni, tam pelles, quàm carnes eorum ac fimum.* [Historia Scholastica dicit, primũ sacerdotem carnem & reliqua misisse in ìgnem: alterũ, vsque ad cineres eadẽ consumpsisse: tertium, collegisse cineres reseruandos ad aquã adspersionis, qua per totum annum purificarentur immundi. Sequitur in Textu:] *Et quicunq; cõbusserit ea, lauabit uestimenta sua & carnem aqua, & sic ingredietur castra:* [idem tamen immundus erit vsque ad vesperam.]

¶ FIGVRAE huius explanatio. CAPVT CXVI.

HAC nimirùm figura Iudæi futuræ mortis Christi annuam celebrabant memoriã, sicut nos modò præteritæ celebramus. Verùm agebant id illi in Septẽbri, quo fermè tempore solent frumenta, vina & cæteri fructus colligi & comportari, vt hoc ipsum argumento foret, Christi mortem gratiæ & omnigenorum fructuum spiritalium segetes huberes mundo allaturam. Ita etiam in ipso mundi exordio terram Deus omnigenis fructib⁹ exornauit. At vbi idem ipse orbem sua morte restaurauit, fructib⁹ decorauit spiritalibus. Quamobrem nos spiritũ sectantes, annuum Christi mortis diem qua nostra causa passus est, opportuno tempore agimus. Apud Iudæos solennitas ista ꝓpiciationis dicebat: ea enim die Moses de monte descendens, Deum placatũ esse populo, & adorati vituli peccatum remisisse nunciauerat. At Christus de cælo descendens, peccata omnia NEVM Patrem nobis remissurũ, nunciauit, si in morte sua spem & fidutiã collocare, sibiq; obtemperare volemus. Erat etiã dies ista apud Iudęos afflictiõis & pœnitẽtię, vtpotè qua homines & iumenta, etiã pueri septennes à vespera vsq; in vesperam ieiunabant. Et nos itidèm tum singularẽ decet agere pœnitentiã, qua die Christus mortẽ nostra causa ꝓpessus est. ET sicut olim ea die Iudæi à cibo sibi temperabant, & precabant pro mortuis: ita & nobis iam orationi & ieiunijs vacandũ est pro illis, qui in vitijs & peccatis emortui sunt: neq; pro ijs tantùm, sed & pro nobisipsis, & illis omnibus quos PURGATORIJ LOCA retinent. Porrò quemadmodùm hac propiciatiõis die Pontifex olim TABERNACULÛ & quęq; ad illud pertinentia sanguine pro totius populi peccatis immolato, expiabat: ita & Christus verus Pontifex noster sanctam Ecclesiã, id est, omnes suos, precioso sanguine suo, quem pro totius mundi peccatis Patri suo cælesti obtulit, expiauit ac repurgauit. Quod sanè manifestè figura prę se tulit. Legit enim Iudęorũ pontificem ꝓpiciatiõis die vitulum siue vitulam rufam, eandemq; trinam,

Parasceue q trãsigẽda.

mam, è sua peculiari substantia pro se & domo sua offerre compulsum esse. Itidemq; Christus IESVS proprium corpus suum reuerà preciosum, & ad eiusmodi pferenda cruciamenta tenerum, & ex flagellorum ictibus planè sanguinolentum, neci vltrò obtulit, idq; cũ iam tribus annis Iudæis passim omnib⁹ innotuisset. Fecit autem hoc sacrificiũ pro seipso & pro domo sua: siquidem libens & suapte sponte nostrũm omnium in se peccata recepit & pertulit, & vt Apostolus ait, eum qui nõ nouerat peccatum, pro nobis peccatũ fecit: quando- 2.Co.5.
quidem ceu vilis peccator omni probro & ignominia & ipsa quoq; morte dignus, perpeti, contemni & abijci voluit. Offerebat autem etiam arietem in holocaustum, id est, vitã suam innocentissimam perpetuo amoris ardore flagrãtem: itemq; hircos duos pro mundi peccatis, hoc est, vtranq; vitam suã, putà sensitiuã & spiritalem, quę ambę nostra causa perpeti vehementer sitiebant & ardebant: at tamen in Iudęorũ oculis prorsus indignę ac sordidæ erant. Super has autem sortẽ misit DOMINUS IESVS pontifex noster, quęnam ex ijs necì tradenda, quæve in solitudinẽ relegãda foret. Cecidit aũt sors super vitã eius sensitiuã, quam tum liberrimè morti obtulit: vitam autem suam spiritalem diuino obtulit cõspectui, & in eius capite, hoc est, in persona sua pro cũctis totiꝰ mũdi peccatis generaliter deprecatus est: eandemq; vitã suam spiritalem cum omnium nostrũm humanitate vel natura humana in cælestem suã misit solitudinẽ, vt ipsa illic nobis & DEVS & homo perenniter viuat. Emisit em spiritũ suum in manus Patris æterni, nunquàm deinceps ad mortalem naturam rediturum. Itaq; iuxta figurã id nobis colligere hinc licet, peccata nostra per illius mortem nobis verè pœnitentibus remitti. Porrò sicut diuina scriptura ait põtificem corpus suum aqua lauisse, istud oblaturũ sacrificium: ita & Christus corpus suum, id est, sanctam ECCLESIAM suo in sacrificio aqua & sanguine suo lauit. Et iuxta figurã, sacerdotũ inferiorũ vestibus sese induit, siquidem vsque ad crucis mortem innocens, purus & humilis fuit. Sumens aũt sacrificij sui feruentem sanguinem & thuribulum prunis repletum, id est, cor suũ ardentissima charitate plenũ, qua eadẽ charitate tũ oratio, tũ omis illius sanctissima vita flagrabat. Atq; hoc illi thymiama fuit, cũ quo intra velum, hoc est, sancta sanctorũ ingrediebat, complebatq; oraculum, id est, sui spiritũs vnitatẽ sanctimoniæ & passionis suæ bono ac suaui ardore: sicq; diuino adstabat vultui, tinctisq; digitis suis in precioso sanguine suo, septiès contra orientẽ, vbi est diuinæ locus ꝓpiciatiõis, adspergebat. Septẽ enim floris nostris pro peccatis & ad honorẽ Dei suũ fudit sanguinem: & hoc ipso paternam nobis conciliauit iustitiam, & peccatorum omnium veniam ac indulgentiam nobis obtinuit, modò tamen credere, & illi fideliter & ex animo obsequi velimus. Atq; hac de causa eodem ipso tempore, quo hoc suum peragebat sacrificium, velum templi quod mediũ erat inter sancta & sanctuarium, scissum est à summo vsq; deorsùm, videlicet in signũ, per ipsum nobis æternæ vitæ aditum patefactum, & media omnia, quę nos possent impedire, ipsius sanguine abluta & abolita esse. Adsperfit etiã suo sanguine pauimentũ, quo ad spiritũs vnitatem, quotiès volemus, perfectè conscendere valeamus. Eodemque modò etiam TABERNACULI partem illam, quæ erat extra velum, illiusq; pauimentum, & quatuor altaris aurei cornua suo respersit cruore, vt in sancta ECCLESIA expurgari & sanctificari possimus, & omnis vita nostra DEO sit grata & accepta: quod sanè, nisi mortis & effusi sanguinis eius virtute, fieri non possit. Quamobrem dum hoc ꝓpiciationis explebat munus, solus erat in ECCLESIA sancta: quandoquidem actio eius interna toti erat orbi abscondita, & ipse eam solus peragebat. Hæc verò interna illius actio, plùs ad nostri redemptionem contulit, quàm perpessio externa, quippe cùm illa huius forma fuerit. Vndè figura habet, pontificem digito sanguinem adspersisse. Quòd em Christus sanguinem suum fudit, quòd ita pro nobis pati voluit, id omẽ per Spiritũ sanctum & liberrimam illius actum est voluntatem: interim tamen passio externa, internam illius actionem æterno cum honore consummabat. Quod itidèm figura testatur. Siquidem Põtifex Iudęorum, TABERNACULUM expians atq; sanctificãs, solus intùs erat, indutus vestibus lineis inferioris ordinis sacerdotum: offerens autem holocaustum, foris erat in totius populi conspectu Pontificis ornatus cultu ac vestibus. Sic & Christus PONTIFEX noster ante mortem suam in sui spiritũs vnitatem, & orationis ac charitatis suæ virtutem & efficaciam introgressus, post omnem populum suum humilis atq; obediens stabat, ornatus vestibus (id est, virtuti-

Sortiũ sup duos hircos missarũ mysticatio.

Veli in Christi morte scissio, quid.

bus) diaconi, vel inferioris gradûs sacerdotis, cælesti patri feruidum suum sanguinem offerens, quo quidem nos in ipsius spiritu purgati & expiati & sanctificati sumus. Latebat autẽ hoc opus mundum vniuersum. Posteà verò vbi foràs egressus est, in totius orbis oculis palàm stabat, verso ad Orientem dorso, & in Occidẽtem vultu, vt indè nobis liceret animaduertere, peccatum Adæ in Oriente perpetratum, atque etiam peccata omnia ipsum post tergum suum proiecisse, eisq; dedisse veniam. Quapropter si gratiam & misericordiam quæsierimus, faciemq; eius gloriosam ad Orientem adorauerimus, nimirùm confirmabit nos, signatis precioso sanguine suo frontibus nostris: qui quidem sanguis chrisma nostrum est, quo confirmare non possunt nisi Episcopi. Constat autem chrisma nostrum ex oleo & balsamo. Et Christus oleum nobis largitur, putà Spiritum sanctũ: & balsamum, hoc est, sacrosancta merita sua, vt & sanctitatem adipiscamur, & in nostris vitijs & peccatis minimè computrescamus ac pereamus. Hinc etiam innocentissimam vitam suam in altari crucis obtulit in holocaustum, hoc est, omninò concremandam: simul cum ea offerẽs Renes & adipem, & quicquid in cęlo & terra solatio & gustu afficere eum potuisset. Carnem autem vitulæ rufæ, hoc est, excruciatum corpus eius, duo sacerdotes extra castra vel oppidum absportârũt vsque ad cineres cremãdum: tertius sacerdos sup hos cineres aquam misit, qua nos totius anni circulo à nostris eluimur peccatis, quemadmodùm de Iudæis figura commemorat. Sacerdotes duos Christum dico & Caipham, qui carnem Christi cruciamentorum igni penitùs concremandam gentibus tradiderunt. Tertius sacerdos, quem super cineres aquã misisse diximus, miles ille potest accipi, qui lãceam in exanimati corporis eius latus vibrauit, vndè nobis sacrum baptisma & cætera sacramenta, quibus nostra purgantur errata, profluxerunt. Et hæc singulis renouantur annis in Ecclesia, vt olim in Synagoga: manebant verò omnes immundi vsq; ad vesperam, quo tempore DEI Filius hominem induit, & in Cruce patefacto latere suo, nobis indè aquam manauit: qua quisquis lauatur, sanus & mũdus est, reditq; ad castra & ad populum suũ, hoc est, Christianę & Catholicæ fidei cultores. Quòd autem in Textu Dominus ait, Erit hoc vobis legitimum sempiternum: non de Iudæorũ sacrificio intelligendum est, quod iam præterijt & abolitum est, sed sanctæ Ecclesiæ, quod legitimum est: fructusq; indè consequens, ęternus est. Si enim Iudęos aqua super vitulę cineres fusa, emũdare potuit: multo magìs & veriùs nos aqua, è Christi excruciato corpore ꝓfluente, repurgamur. Vndè quotquot hanc contingunt aquam, penitùs emũdantur: Siquidem Sacramenta nostra perfecta sunt. Apud Iudæos autem quotquot hos tetigissent cineres, immundi erant vsque ad vesperam, qua Christus Sol splendidus ad crucis mortem demigrans atque descendens, veneranda nobis è suo latere contulit Sacramenta, Iudaicas implentia figuras, & ad eam quam designabant, adducentia veritatem. Qui enim in prisca lege Iudæi immũdi fuissent, tertio & septimo die hac aqua adspgebantur & expiabãtur: octauo autem die offerebãt sacrificium Deo & sacerdotibus, quemadmodùm erat lege præceptũ, & etiam pro ratione peccati, quo se commaculassent: atq; ita demùm expiati, redibãt ad suos: eratq; hoc apud illos sacramenti pœnitentiæ loco. Idem quoque apud nos hodiè mysticè fit. In primis em̃ vitę nostræ initijs, quãdo in Patrem credimus & Filiũ & Spiritũ sanctũ, tres habemus dies, & baptizamur vndis salutaribus, quas Chtistus sua nobis morte mercatus est: simul autẽ pollicemur DEO victuros nos iuxta legis Christi ꝑscriptũ, ita vt ab Euãgelistis quatuor literis mandata est, & sic septem fiunt dies. Porrò bonis actibus nostris denuò lauamur in Spiritu sancto, vndè dies existit octauus, quo sacrificium facimus & reuertimur ad castra electorũ DEI. Atquì si deindè mortiferis fœdemur peccatis, iam rursus tres habeamus dies oportet, putà veram contritionem, confessionem, & Satisfactionem: sicq; denuò Pœnitẽtiæ aqua abluimur. Sed adsit insupèr dies septimus necesse est, hoc est, vt nobiscùm fixè statuamus & desideremus ad vltimum vsq; vitę præsentis diem seruire Deo: & ita mundi ac sani efficimur, ipsiq; adeò DEI sacrificiũ sumus, & redimus ad castra vitę ęternæ. Cæterùm si peccator diem tertium expiationis negligat vel contemnat, vt Pœnitẽtię sacramento nõ abluatur, quãlibèt ille sanctus videatur, quaslibet virtutes præ se ferat & actitet, non potest die septimo expiari ac emũdari in Spiritu sancto: quin potiùs extra Ecclesiæ Catholicæ communionem exclusus, è populo Israel Deum contemplaturo, exterminatur.

Chrisma.

Aquę lustralis figura.

Dierũ triũ mysticatio.

Diei septimę.

Idem

Idem quoque in veteri lege accidit. At verò si in DEI gratia viuimus, etiãsi in paruas quasdam culpas, quas Veniales dicimus, incidamus, non sumus tamen immundi nisi vsq; ad vesperam, id est, donec nosipsos obseruamus. Tum enim Sol gratiæ descẽdit ad nos, & in eadem ipsa diuina gratia eluimur, rursumq; ad vnitatem reuertimur, siue coniungimur cum illis qui Deũ possidẽt. Quod ipsum similiter figura ꝑ se tulit.

Immũdũ esse ad vesperam vsque.

¶Adhuc de sacrificijs Aaronis & posterorum eius ac populi Israel, & de eorum mystica significatione. Cap. CXVII.

Possem hîc multa & mira adferre de contaminatione & expurgatione multimoda Iudæorum: sed hæc omnia missa facio, quòd nobis neutiquàm necessaria videantur. Quæ verò, quemadmodùm viuendum sit, nos instituunt, quæq; ad Dei famulatum & cultum nos excitant, in eoq; nos exhilarant, ea sanè vtiliter proponũtur. Eam ob rem dicam quędam adhuc de sacrificijs Aaronis & posterorũ eius & plebis Iudaieæ: quę quidẽ tametsi dum figura duraret, DEO grata erant, sed quod ab ipso Christo oblatum est, quodq; ab eius successoribus cum populo Christiano etiamnum offertur sacrificium, tanto DEO acceptius, tantoq; ꝑclarius est, quanto veritas figuræ, homo vmbræ suę, & DEVS omnibus præstat creaturis. Obsecro autem, attentus sit LECTOR ad ea quæ dicturus sum:

Quasi TEXTVS.

Posteaquàm propheta Moises ex Dei præcepto sacrum confecerat Vnctionis oleum vel vnguẽtum, quo Aaronem & liberos eius sacerdotes consecrârat, ipso die quo expletum est tempus consecrationis eorum, omnis populus Israel, sicut iussi erant à Domino per Moisen ac Aaronem, sua apportârunt sacrificia & victimas, putà oues, armenta, capras, colũbas, & alia iam superiùs commemorata: ex quibus Aaron pectora & armos dexteros, quæ sibi iure debebantur, separauit, reliquis omnibus altari impositis, nullo tamẽ igne supposito: siquidem terrenum ignem extinxerat. Et extendens manũ ad populum, benedixit ei. Ingressiq; Moises & Aaron in tabernaculum Testimonij, Deum precabantur, & deinceps egressi, benedixerũt populo. Apparuitq; gloria Domini omni multitudini: & eccè egressus ignis à Domino, deuorauit holocaustum, & adipes qui erant super altare. Quod cùm vidissent turbæ, laudauerunt Dominum, ruentes in facies suas. Agnoscebãt em̃ hoc signo, acceptum esse Deo sacrificium suum. Porrò ignem hunc à Deo ipsis donatum, sacerdotes semp nocte ac die ardentẽ cõseruabant atq; fouebant. Non enim fas erat, alienũ ardere ignem in altari Dei. Posteà verò cùm in Babylonem captiui ducerentur, ignem hunc foderũt in terra. Eadem autem die qua Dominus ignẽ miserat, arreptis Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, imposuerunt ignem & incensum desupèr, offerẽtes coram Domino ignem alienũ, quod eis præceptũ nõ erat. Egressusq; ignis [diuinæ vltionis [à Domino, deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino. Non enim hanc eorum inobedientiam Dominus inultam abire volebat

2.Ma.1.

Leu.10.

Sed iam horum significationem ac sensum mysticum explicemus. Quando Dominus noster IESVS Christus, cuius typũ Mosen gessisse diximus, põtifices & sacerdotes suos initiare volebat, oleum & chrisma suum confecit ipso ꝓpiciationis die, quo nostræ salutis causa passus & mortuus est. Eo, inquam, die ꝑclarum hoc confecit chrisma vel vnguẽtum, quo nostri Põtifices ac sacerdotes cõsecrati & sanctificati sunt. Verùm id temporis Apostoli ad eiuscemodi suscipiendam sanctitatem vel sanctificatiõem necdum idoneè erant præparati. Quamobrem Dominus postquàm resurrexerat à mortuis, verbis, factis & signis multis do-

cere ac informare eos voluit, vt manerent firmi ac fortes in fide, & munda redderent vasa ad sacerdotale suscipiendũ munus ac officium. Moxq; ab eius Asscensiõe præparabant. Abnegabant enim seipsos, omne mundi solatium respuebant, & Christum vltra cælos omnes recta intentiõe, interna deuotiõe, & intimo amore insequebant: itemq; ieiunijs, vigilijs ac precibus vacabãt: quibus studijs ignem terrenum in altari holocausti, hoc est, cordibus suis restinguebãt, simulq; ad cęlestẽ suscipiendũ ignẽ, id est, Spiritũsanctũ, apparabant. Etenim ipsimet venerãdum Dei sacrificium efficiebant. Die autem quinquagesima à primo Paschate nostro, quo Christus resurrexit, apparuit illis gloria Dei in monte Sion, vbi erant cõgregati pariter in pace, & repleti sunt omnes Spiritusancto, & nouã excepêre legem, atq; etiam Dominum legis in tabulis cordis carnalibus: vndè mox flexibiles, alacres, agiles, prompti ad virtutes omnes effecti sunt. Sentiebãt enim verã erga Deum & proximos omnes charitatem, in qua pendet omnis lex & Prophetæ. Iudæi verò legem olim in tabulis lapideis acceperant. Semper em̃ durę ceruicis, immorigeri, rebelles, & ad infidelitatis vitiũ pcliues erant. Atq; ea de causa tradita Mosi lex est in mõte Sinai. Est nãq; Sina in nostro idiomate idem quod tentatio egrediens. Et in Domini mandatis probat̃ siue tentat̃ vnusquilibet, vtrùm ptineat ad Dominum, nécne. Est enim Sina idem quod mandatum vnum vel mensura vna. Et pręcepta omnia velut vnum seruãda sunt. Nam qui totã legem impleuerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Etenim vniuersa, vitę nostræ quædã mensura sunt: eamq; mensuram quisquis ad Christi tribunal nõ adduxerit, damnationi ppetuæ adiudicabit. quam verò charitatem Apostoli pceperunt, ea absq; mensura est. Vndè etiã cunctis virtutibus superabundabant, ac redundabant, & effluebãt. Sicut enim Aaron pontifex Iudæorũ ea die qua completum est tempus consecratiõis eius, extensis manib⁹ benedixit populum: ita & sanctus Petrus Põtifex noster, ea die qua perfecta est ipsius consecratio, extensis manib⁹ benedixit populum, & retexuit eis prophetiã Ioelis ante multa conscriptã tempora, quẽadmodùm Dominus effunderet de spiritu suo super omnem carnem, id est, viros pariter ac fœminas: vtq; ipsi prophetarent, & visiones viderent, & somnia somniarent, multaq; euenirent signa & prodigia tam in cælo quàm in terris, antequàm venturus esset dies Domini magn⁹ & manifestus. Deindè ait ad eos: Viri Israelitæ, audite verba hęc: IESVM Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigijs & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestrũ, sicut vos scitis: hunc definito consilio & præscientia Dei traditũ, per manus iniquorum affligentes, interemistis, quem Deus suscitauit solutis dolorib⁹ inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Quod deindè Dauidis testimonio cõfirmauit, aliquot eius ex Psalmis adductis versibus, id videlicet confirmãtibus, eum neq; derelictum esse in inferno, neq; carnem ei⁹ vidisse corruptionem: eademq; Prophetę verba ad Christum propriè, non aliũ aliquẽ, pertinere, manifestè declarauit: asserẽs insupèr eius Resurrectionem, asscensionem, & in paterna dextera sessionem, eũdem Prophetam prænunciasse, & se quoq; cum cæteris illic præsentibus, earum testes esse. Deindè adiecit: Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritussancti accepta à Patre, effudit hoc donum, quod vos videtis & auditis. His autem auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciem⁹ viri fratres? Petrus autem ad illos: Pœnitentiã, inquit, agite, & baptizet̃ vnusquisq; vestrũm in nomine IESV Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donũ Spiritussancti, locuturi linguis omnibus, sicut & nos. Alijs etiã plurib⁹ verbis testificatus est eis, & exhortabat̃ eos, & intimis precib⁹ omnipotentis Dei & Dñi Iesu Christi potentiã implorabat. Qui ergo receperũt sermonẽ ei⁹, baptizati sunt & crediderunt, & appositæ sunt illa die animæ circiter tria millia, ac deindè alia quadã die quinq; millia. Et hi oẽs perseuerabant in doctrina Apostolorum, atq; per hoc ipsum dignũ fiebãt Dei sacrificium: perseuerabãt itèm in communicatiõe & quotidiana fractiõe panis vitalis venerabilis sacramenti, & etiam victus necessarij. Nihil em̃ habebant proprium, sed erant illis omnia communia: & quotquot possessores agrorũ aut domorũ erãt, vendẽtes afferebãt precia eorũ q̃ vendebãt, & ponebãt ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. Et multitudinis credentiũ erat cor vnum & anima vna, & eadem in charitate voluntas: quæ nimirùm charitas ignis ille est, quẽ Dñs IESVS misit in terram, quiq; iugiter ardere debet. Sed nos illum obseruemus oportet, & virtutibus nutriamus: quẽadmodùm Iudæi ignem suum à DEO egressum lignis siccis confouebant, qui tamen postmodùm perijt. Noster autem ignis æternus est. Si quis verò ab hostibus suis è terra sua traducatur in Babylonem, id est, vitiorum confusionem, iam quidem ignis charitatis intra sanctam Ecclesiam illi defossus & absconditus est: qui si ad terram suam vsq; adeò reuerti possit, vt proprium cor suum effodiat, inuentamq; aquam crassam, id est, interhas deuotionis & compunctionis lachrymas ad diuinæ clementiæ Solem exponat, eodem Sole denuò accensus, longè amplùs quàm antè ardebit. Ita enim Iudæis ex Babylone demigrantibus olim igni suo typicè euenisse legimus. Maximè tamen caueat sibi vnusquilibet ab igni alieno. Enimuerò primi sacerdotes in tabernaculũ Domini ignem inferẽtes alienum, subitanea morte extincti sunt. Itidemq; qui primi in sanctam Christianorum Ecclesiam ignem afferre alienum conabantur, repentinò mortui sunt: Ananiam dico & Sapphiram vxorem eius, qui distractis ac venditis agris suis, contra Sanctispiritũs voluntatem communibus Ecclesię bonis necessaria sibi mercari volebant. Sed fingebant ac mentiebantur Spirituisancto, dum partem pecuniæ apud se detinebant, & partem reliquã ad Apostolos deferebãt. Magis enim peculium siue propriam possessionem, quàm bonum commune diligebant, & neq; Spũisancto, neq; Ecclesiæ satis confidebant: atq; ea re non se totos cum omnibus quæ habebant, tum Dei tum sanctæ Ecclesiæ manibus tradebant ac offerebant. Siquidem & seipsos & omnia sua priuato possidebãt amore: qui scilicet ignis fuit alienus, quem Diuus Petrus in spiritu suo probè cognoscens, obiecit illis, q̃ non hominibus, sed Spũisancto corda omnia inspicienti, mentirentur. Et illi territi, mox ceciderunt in terram, & spiritũ reddiderunt. Quæ cùm ita se habeant, est sanè quod plurimũ erubescamus: quippe quos iure meritoq; totos Dei esse oportebat, non nobisipsis viuere: idq; potissimùm homines religiosos, Monasticæ vitæ institutũ aliquod sectantes, qui certis ac specialibus votis quibusdam Deo se obstrinxerunt. Promiserũt enim Deo castimoniam, Prælatis obedientiam, & Paupertatem nihil cum proprietate aut habentem aut possidentem. Quæ quicũque violant, tametsi corpore viuũt, sed spiritu mortui sunt, vtpotè qui ab omni sanctitate remoti ac disiũcti sunt. Sic etiam quotquot Deum pro suo potiùs commodo ac vtilitate diligũt, quàm pro illius æterno honore, eidemq; ob suũ magis commodũ, quàm ex vera ac liberali charitate seruiũt, ij omnes sacrificia sua alieno incendũt igne, non ex DEO, sed ex cordibus ipsorum terrenis proficiscente. Quin etiam cũcta sanctę Ecclesiæ sacrificia, quæ magis causa lucri externi, quàm ob Dei honorẽ, & ex vera erga proximũ charitate fiũt, alieno ardent igni. Et Prælati omnes ac sacerdotes Ecclesiastici, qui mundi potiùs honorem ac bona venantur, quàm honorem Dei & plebis sibi commissæ salutem, quiq; singularem corporis sui escam ac potum studiosiùs inquirunt & appetũt, quàm æternum animarum suarum alimentum: isti, inquam, omnes licèt sacrificent Deo, tamen vita & sacrificia eorum non nisi igni ardẽt alieno: quippe qui mũdo placere student & concupiscũt: Dei autem bonis quæ gratìs perceperũt, quæq; gratìs ex vera charitate dispensare ac dispartiri deberent, sæpenumerò terrena dũtaxat aucupantur lucra, & ea q̃ docent, ad vitam ipsorum pulchrè sunt accommodata. Etenim Dei ipsius & sacræ scripturæ mentem ac sententiam falsis quibusdam & commentitijs glossis suis peruertũt, quo doctrina ipsorũ illis placeat, qui ipsorum similẽs sunt, & eorum consilijs morem gerere parati sunt. Quo fit, vt homines laici Deo viuentes, longè prudentiores sint, q̃ eruditi mũdo & suæ carni viuentes. Laici nanq; Dei sapientia mundum, carnem, & omnes hostes suos superant ac expugnant: sola autem litera & sapientia omni, quam mundus præstare queat, absque Dei sapientia prædìti, semper vincũtur & confusioni patent. Mũdi enim sapientia stultitia est apud Deum. Meritò igitur vigilãdum nobis est ac orãdum, sobrietatiq; danda opera, & facies interna ad æternam conuertenda veritatem, quo diuinam excipiamus sapientiam, quæ nobis indicet, nosq; instituat, vtì iuxta Dei gratissimam voluntatem viuendũ nobis sit. Maximè tn̄ prę cæteris, ꝓlati, sacerdotes ac Doctores ita viuere meritò deberent, vt diuinam suscipere sapientiam essent idonei. Ipsi enim ex debito onera sanctæ Ecclesiæ viuendo ac docendo ferre sunt adstricti, dum Christi hæreditatem & corporalem & spiritalẽ occupant, vndè etiam singulis quibusq; quæ cuiq; essent necessaria, dispẽsare ac impertiri debe

Act.2. Rom.13. Mat.22. Sina quid sonet. Iacob.1. Act.2. Ioel.2. Psal.15. Act.2. Act.4. Luc.12.

Ignis qs qui fouendus. Babylon. 2.Mac.1. Ignẽ alienũ q̃ ecclesię primi intulerint. Act.5. Substãtialia religiosorũ vota. Laici q̃ qb⁹ eruditis prudentiores, Sapiẽtia quę quantilli habenda. Prelatis viuẽdũ q̃ esset

Mediatio q̃ quorum sit.

berent. Est enim hoc muneris ipsorum, vt sint mediatores ac sequestri inter DEVM & populum eius, idq; sacramentis, & sacrificijs ac precibus suis, atque etiam ipsa Saluatoris morte. Quęcunq; autem à DEO bona adepti sunt, quæ etiamnum illius sunt, ijs meritò sanè & ipsis & familiæ eius inseruire deberent. Huc verò magna virtute, ratione illuminata, & discretione dilucida opus est. Atq; hac de causa DOMINUS veteris legis sacerdotibus & vini & omnium quę inebriare possent, vsu interdixit eo tempore quo intrarent in TABERNACULUM testimonij, & populum essent instructuri, ne morerent. Præceptum enim, inquit, sempiternum est in generatiões vestras, & vt habeatis scientiã discernendi inter sanctum & ꝓphanũ, inter pollutũ & mundũ: doceatisq; filios Israel omnia legitima mea, quę locutus sum ad eos per manum Mosis. quæ si nos benè inspiciamus, aduerti facilè potest, multos hodiè sacerdotes ebrios esse & mortuos secundum animã. Quam enim Christus ipse & Moses veritatem docuit, eam nec scire, nec viuendo sequi, nec docere volunt. Vsqueadeò enim superbia, auaritia, gula & luxuria ebrij sunt, ac infatuati, vt nullã virtutem sentiant, ita vt in eos benè competat propheticũ illud, Homo cũ in honore esset, nõ intellexit: cõparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factus est illis, videlicet per ignorantiã & vitã bestialẽ. Et tũ miri quiddã hisce licet cernere temporib'. Iudaici qdem sacerdotes olim si quod morticinum cõtrectassent, secundum legem immundi erant, & ea die neq; pro seipsis, neq; pro populo sacrificium DEO facere, sed neq; populi victimas attingere fas habebãt, eo quòd immundi essent: & tamen nõ nisi vituli, & oues, ac eiuscemodi ab illo populo offerebant. Nunc verò ꝑplures inuenire sacerdotes est, qui etiamsi immundi sint & indigni corpore & anima, vsqueadeò tamen prô nefas superbi ac elati & tumidi sint, idq; sub adspectu tremẽdæ MAIESTATIS Dei, vt mundissimũ Christi corpus conficere nõ vereant, & pollutis manibus suis præstantissimũ contingere sacramentum, & offerre preciosum sanguinem, pro mundi peccatis fusum, eundemq; in putentissimam sui ventris cloacam mittere, perindè quasi ad ipsos pertineat, aut ipsi eo digni sint. O rem indignam, ô probrum ac dedecus corã DEO & orbe vniuerso. Quæ enim à Christo IESV & primis sacerdotibus sanctitas, vita ipsorum & sanguine fundata est, eam improbi qdam nostrorũ temporum sacerdotes probrosa vita sua destruunt ac euertunt. Nihil enim aliud sunt quàm ignominia & confusio ac dedecus orbis. Et sicut in primis ECCLESIAE exordijs ad attactum vmbræ D. Petri Apostoli ægri oẽs curabant: ita hodiè prô dolor aerẽ ipsum vitijs & pessima fama sua impuri qdã sacerdotes inficiunt & fœtore adspergũt, ita vt multi hinc aẽ morbos cõtrahãt, & nõnulli etiã in mortiferis peccatis emorianẽ. Talem autem vitam nõ nisi æterna consequit confusio cum dæmonibus in fœtidissimo puteo inferni. Et dignè ac iure sanè cum illis in æternis cogentur degere supplicijs ac cruciamentis, quorum se indignissimę tradunt seruituti gratię tempore, quo eos DEO omipotenti seruire oporteret. Sed de improbis sacerdotibus hactenùs dictum sit satìs. dicamus nunc etiam quippiam de optimis, quos mundus habeat, sacerdotibus.

Vino qbus cur & qñ interdictum.

Sacerdotes ebrij ac mortui mysticè qui. Psal. 48.

Impudentia quorũdã hodiè quanta.

Quorũ vitijs hodiè inficiatur etiã aer.

¶De mensa cui propositionis panes imponebantur. Caput CXVIII.

HOC loco explicare suscipimus ea, quæ Mosi DOMINUS ꝑcepit de mensa quadam fabricãda ex lignis sethim, quę haberet duos cubitos longitudinis, & vnum ac semissem (vt quidam codices habent) latitudinis, ac totidem altitudinis, essetq; inaurata auro purissimo, & in parte TABERNACULI AQUILONARI poneret, essentq; semper in ea panes in conspectu DNI. Attendat hic quilibet, & internam suam inspiciat vitam, & quid intùs sentiat. Equidem Christũ Dei filium iam antè aliquotiès per Mosen typicè designatum dixi. Siquidem è mõte cælorum Christianã ad nos aduexit legem, & mensam fabricauit nobis in parte AQUILONARI nedum ECCLESIAE sanctæ, sed etiã cuiuslibet boni hominis. Et sicut illa apud Iudæos mensa tabernaculi ex lignis sethim imputribilibus, & quę nec ignis, nec vetustas consumere posset, confecta erat: ita etiã tum sanctæ ECCLESIAE, tum vniuscuiuslibet hominis boni ac interni libertas perire nõ potest: vtpotè quę puro vndiq; auro, id est, pura charitate obducta est, quæ nec superari, nec interire potest, sed ꝑpetuò ꝑmanet. Habet autem isthęc ipsa à Christo fabricata mensa cubitos duos longitudinis, qui duos

Moses.

Aurũ purũ.

Mẽsę cubiti duo quid.

quos

quosdam liberos significãt actus. Deus nanq; ex liberrima bonitate æternò nos amare constituit, & nos illum itidèm vicissim: Qui sunt duo actus perfecti, & æterna mẽsæ nostrę longitudo. Latitudo verò cubitum habet & semissem. Siquidem Dei intra nos operatio, cũ virtutibus cunctis perfectum efficiunt cubitum: atqui nos in actionibus nostris minùs lõgos, & in cunctis virtutibus deficere nos sentimus: qui est cubitus dimidius, quem perficere nõ valemus. Quanto em̃ magis amamus, tanto plùs amare tenemur: quoq; plures efficimus virtutes, tanto ad plures agendas colendasq; virtutes obligati sumus. Amor enim in suis actibus nunquàm sedari aut pacatus vel contentus reddi potest, eo quòd maius sentiat debitũ, quàm vt possit esse soluẽdo: maximè cùm noua persolutio nouũ efficiat debitum, & amor ratione exercitatus, maiorem exigat amorem, & plura charitatis opera, quàm vllus præstare queat. Et hæc ratio est, cur charitas semper in hac vita crescere & augeri possit: eaq; de causa dicimus semper cum Propheta: Et dixi, NVNC cœpi, nunc boni quippiam facere instituimus. Quod tamèn intelligẽdum est, quandiu amor noster in ratione persistit, & necdũ simplex effectus est, & vnitus spiritui DEI vltra rationem omnem atque discrimen. Enimuerò sicut mensa hæc non in Sanctis sanctorum, sed in priori tabernaculi parte posita erat, ita & hic amor noster cunctis hominibus communis sit oportet. Et quisquis ille est, qui ita sibi placet, vt cubitum suum qui non nisi dimidius est, integrum & in amore ac virtutibus perfectum esse putet, eius cubitus falsus est, & mensa illius in latitudine excedit: quamobrẽ falli eum necesse est. Porrò mensæ nostræ altitudo & ipsa cubito constat ac semisse: ex quibus cubitus integer id nos instituit, Deum suꝑpsius laudem & honorem in creaturis omnibus in cælo ac terra efficere ac operari: medius verò cubitus docet nos, tam incompræhensibili Deum esse magnitudine, tantaq; laude ac honore dignum, vt creaturas omnes in ipso laudando ac honorando deficere & succumbere necesse sit. Et ita successu temporis magis quidem magisq; semper laudamus, nec tamẽ pro nostro desiderio dignè satis Deum laudare valemus. Manet igitur cubitus noster dimidius & imperfectus: quandoquidem Deũ maiori sentimus laude dignum, quàm omnes possint præstare creaturæ. Atque eam ob rem in Dei laude semper nos innouare debemus, donec simplex amor noster totos nos circumplectens, supra omne discrimen, quatenùs fieri potest, in vnam secùm essentiam subleuet. Ibi tum in Dei spiritu liberi & ab omnibus expediti sumus, & nobiscùm Deus suam ipsius laudem, & gratissimam suam perficit voluntatem. Quanta verò mensę huius crassitudo fuerit, aut quanta charitatis nostrę crassities esse debeat, sacris literis expressum non est. Charitas enim implet vel perficit omnia. Habuit autem mensa hæc pedes quatuor siue sustẽtacula quibus imminebat, quæ etiam iuxta literam illius erant altitudo: ijdemq; pedes quatuor, sacra referunt EVANGELIA à quatuor conscripta EVANGELISTIS, quibus lex omnis impleta & cõsummata est, & in quibus omnes nostri charitatis actus fundantur. Porrò sicut in singulis mensæ huius pedibus, singuli erant annuli aurei per angulos singulos, ita vt per binos vtrinque annulos vectis de lignis sethim, sed inauratus, mitteretur, quibus mensa, quôcũq; libuisset, deportari posset: ita etiam nostræ charitatis actus cum sacrorum EVAGELIORVM lege conuenti sint oportet, quæ quidẽ lex facies vel rationes seu habitudines quatuor habet, quemadmodùm tum à Ioanne EVANGELISTA, tum ab Ezechiele propheta describitur. Prima ratio siue habitudo est, vt per amorem ea in nobis vincamus omnia, quæ Deo cõtraria sunt, & bestialem vitam nostram proculcemus, recepturi hocipso vitam spiritalem & faciẽ LEONIS, ferarum omnium regis atq; victoris. In altera ratione siue habitudine charitas nos instruit, vt & nosipsos & omnes actiones nostras Deo ad perpetuum illius honorem offeramus: & ita agendo interior homo noster faciem accipit vituli, qui typicè solebat in Dei sacrificium offerri. In tertia ratione charitas nos docet iustitiam, & vitam nobis præstat rationalem virtutibus decenter ornatam, atq; hocipso interiora nostra HOMINIS suscipiunt faciem, & totius orbis dominium. Quarta denique ratio id nobis testificatur, charitatem quosdam supra captum suum in nudam quandam subleuare visionem siue contemplationem, mentemq; illorum in quandam imaginum expertem expãdere latitudinem siue amplitudinem, vbi iam sentiunt intelligentiæ suæ oculum semper apertum esse, & absq; labore in æternæ veritatis manifestationem intẽdere ac contemplari. Indè verò crescit amor & desiderium, & iugis q̃-

Cubitus dimidius.

Augeri sep cur possit charitas: Psal. 76.

Cubitus integer.

Medius cubitus.

Deus quãto perè laudandus.

Quatuor pedes mẽsę.

Apo. 4. Ezc. 1. Rõnũ quãtuor primã. Leo.

II.

Vitulus. III.

Homo. IIII.

aa dam

dam adſpiratio ad appræhendendum incomphenſibilem Deũ: ſimulq; accipiunt in hoc
ſtatu qui eiuſmodi ſunt, FACIEM Aquilæ, & occultam Dei cognitionem, pſpicuamq; ac di-
lucidam in virtutibus, exercitijs, & omni ipſis neceſſaria veritate diſcretionem. Porrò qui
iſta non ſentiunt, recta ac ſimplici intentiõe lumen fidei & charitatis ſuæ erga Deũ ſequan
tur, ipſaq; charitas ad Dei conſpectũ & pręſentiã eos adducet, vbi quartã hanc pcipient ra
tionem ſiue habitudinem, & pfectam vitã ſpũalem. Cæterùm quemadmodùm mẽſa hæc au
rea pedes quatuor qbus innitebat, obtegebat: ita & quatuor iſtæ ratiões vel habitudines, il-
lius qui inter Deum & nos eſt, amoris exercitatione operiunt. Sed inſupèr annuli quatuor
huc ptinent, & per binos quoſq; annulos immiſſus vectis inauratus, quibus, quõcunq; vi-
ſum erit, noſtram deportemus menſam. Et per annulos quidem id datur intelligi, diuinam
gratiã cuilibet rationi vel habitudini annexam & adiunctam eſſe: quandoquidem vnaquæ-
libet ratio DEO placet & acceptа eſt. Quamobrem annulum habet aureum, id eſt, gratiã Dei,
quæ aptè ſatis annulo comparat, quippe quæ nec finem habet nec initium. Etenim quatuor
his rationibus DEVS æternò nos dilexit, ideoq; gratiam ſuam in tempore nobis largitus eſt,
per eandemq; gratiam ſuam & quatuor has rationes abſq; reſpectu ſiue retroſpectione in
æternam illius charitatem reflexi ſumus: ſicq; quatuor hos annulos aureos pficimus. Dum
verò gratia ipſius nos tãgit, ſi ſpiritu ac animo liberos nos inuenit, iam etiã vectes habemus
inauratos: exercitationẽq; amoris noſtri erga Deũ & virtutes omnes, quõcunq; libet, defe-
rimus. Habuit præterea mẽſa à Moſe confecta, ſuperiùs per circuitum coronam auream ei-
uſdem cum labio menſæ latitudinis, altam digitos quatuor, ne qua ex illis quę menſę eſſent
impoſita, deciderent. Huic verò ſuperpoſita erat alia corona aureola, ficq; menſa perfecta
erat. Eundem ergo in modum Chriſtus Dei filius, interiori homini noſtro libertatem cha-
ritatemq; largitur, & ita menſa noſtra auro obducta eſt. Labium verò aureum, charitatis no
ſtræ aſſcenſus eſt. Semper enim charitas inſtar ignis ardentis ſurſùm nititur. Et corona au-
rea ad labium adiuncta, amorem & reuerentiam ſignificat erga Deum, quæ cunctis actibus
bonis ipſi oblatis ei exhibentur. Charitas enim ſuaipſius merces & præmium eſt, & actibus
ſuis coronatur ac exornatur. EST verò corona quatuor alta digitos. ſiquidẽ charitas cum ſu-
is actibus vnum eſt, & ſemper ad Dei operatur honorẽ: atque ea re continet ſiue retinet oĩa,
nec quicquam ei poteſt excidere. Quicquid verò id eſt, in quo noſipſos inordinatè quæri-
mus ac ſpectamus, id omne excidit nobis, eiusq; iacturam nos facere neceſſe eſt, eo quòd ſu
pra coronam auream DEO oblatum non eſt. Ad hæc corona iſta interraſilis erat, id eſt, in-
terpolata cælaturis & plano: hoc eſt, partìm cælata, partìm plana. Erant autem, vt aiunt He-
brei, cælaturæ illæ quaſi imagines regum, & tot ſunt ibi factæ imagines, quot futuri erãt re
ges in Ieruſalem à Dauid vſque ad Sedechiam: id quod ex diuina reuelatione ita factum eſſe
oportet, quando corona hęc multis annis antè quàm Dauid naſceretur, in eremo facta fu-
it. Docemur autem iſtis charitatem illam, quam aduerſus Deum gerimus, quam coronam
noſtram eſſe diximus, primo rege noſtro Chriſto IESV, ac deindè cęteris regibus omnibus,
qui per paſſionem & mortem eius ex ipſo naſcunt, inſculptam ac cælatam eſſe debere. Iſtos
nanq; reges omnes eorumq; nomina & actõ, ceu dignum Patre æterno ſacrificium, ipſemet
in charitatis ſuæ corona geſtauit. In quo nos eum imitari debemus, ſicque corona noſtra
regum omnium, ad ipſius regnum pertinentium, formis ſeu imaginibus pulchrè decorata
erit. Sciendum tamen eſt, charitatis noſtrę coronam in ſummis actionibus ſuis, vbi quaſi
ad ęternę illius, quę DEVS ipſe eſt, charitatis vnionem ſeſe adiũgit, planam & formis vacu-
am eſſe, eo quòd nullam iſthic imaginem tolerare queat. Quò facit hoc, quòd corona men-
ſæ Iudaicæ partìm cælata, partìm plana fuit, eõdemque ſpectat, quòd corona aureola ma-
iori huic coronę impoſita fuit. Vbi enim amor noſter ſupra omnes actiones ſuas in ęternę
charitatis Dei ardore ac incendio conflagrat & colliqueſcit, ibi gaudium ſiue amare illius
maximũ ac ſuauiſſimũ eſt: in ipſaq; amoris noſtri annihilatione coronam aureolam accipi-
mus, vbi DEVS agit, nosq; id ſentimus ac patimur. Quomodò autem corona minor maiori
impoſita fuerit, non eſt diuinis literis annotatũ: itidemq; quemadmodùm nudus amor no-
ſter ſupra actuoſum amorem noſtrum in Dei charitate conflagret & velut annihiletur, neq;
dici neq; ſcribi poteſt: ſed qui ſublimiter amãt, ſentire id poſſunt. Eſt deindè quorundã ſen

Aquila.
Annuli.
Gra Dei cur annulo conferatur.
Labium aureum.
Corona aurea.
Vide ſcho Iaſt. hiſtoriam.
Imaginibus quot & quorũ q corona q ornata.
Corona noſtra qbꝰ imaginibus inſignięda.
Intelligi aliqua poſſe, q exprimi nõ poſſint.

tentia, duas has, dum fabricarent, coronas, id ſignificaſſe, regnum Iſraeliticum olim in duo
regna ſecandum. Et maiori quidem coronę nomen regni Iſraelitici manſit, eo quòd decem
obtineret tribus: minor autem corona tribus Iudæ fuit, quippe quę ſolam ſub ſe Beniamin
tribum, & ſacerdotes ac Leuitas haberet: at tamen ſupremũ occupabat locum, quandoqui-
dem ad ipſam pertinebat ciuitas ſancta Ieruſalem, itemq; templum, & ſacerdotes cum ſa-
crificijs ſuis. Ex eademq; Iudaici regni corona, DOMINUS noſter IESVS Chriſtus duxit ori-
ginem. Vndè etiam mihi videt charitas regnũ ſuum in duas diſtribuiſſe partes. quibuſdam
em vitam confert virtutũ ſtudioſam cum recta intentiõe, cõſtituitq; eos ſub adſpectu DO-
mini, præſtatq; eis ſapientiam, & tum Dei, tum ſuĩ cognitionem: atq; per hæc reges fiunt in
Iſrael: quippe qui tum idonei ſunt ſuam regere familiam, & tribus decem, videlicet animæ
vires, & ſenſus qnq; tam internos quàm externos: cumq; id faciunt, veram adipiſcunt diui-
næ legis ac decalogi charitatem, & charitas eorum cunctis illis coronat actibus bonis, quos
fecerint ad honorem Dei: & hæc eſt corona maior regni Iſraelitici: quantoq; charitas in vir
tutibus & multimodis bonis operibus latior eſt, tanto etiã corona ſemper augeſcit. Quam-
obrem vnam omnes coronam ferimus in Chriſto IESV DOMINO noſtro, in quo omnium
noſtrũm charitas & virtutes aggregantur. Et hæc corona ſingulis quibuſque pro charita-
tis & virtutum cuiuſq; menſura, & decenter ornata, & ampla ſiue magna eſt. Atquì ſupra
hanc coronam amor aliam quãdam minorem cõfert, longè illa maiori excellentiorem. Sed
hãc cõſequi nõ poteſt, niſi tribus Iuda, illi videlicet, qui diuini amoris magnitudinem qua-
dam ſuĩjpſorum & omnium actionum ſuarum nihilipenſiõe cõfitentur, & gloria ac pdica-
tione efferunt, idq; ęternę illius, quę Deus eſt, charitatis cõtemplatiõe, cuius intuitu ſeipſos
& omnes actus ſuos nimìs exiguos, & quaſi nihil deprehendunt. Hìc nanq; charitas homi
nis in Dei amore cõflagrat ac velut annihilat: iſtaq; annihilatio, corona aureola tribus Iudę
eſt, ſupremũ obtinens locum, vndè Chriſtus prognatus eſt, qui rex & DOMINUS eſt, & eiuſ-
modi homines p ſeipſum regit ac moderat. Siquidem in diuini amoris emoriunt magnitu-
dine, & Chriſtus magìs in eis, quàm ipſimet, viuit. Atq; ea re inueniunt intra ſe ciuitatẽ Ie-
ruſalem, hoc eſt, viſionem pacis: ambulantque & conuerſant in Sion, id eſt, ęternę veritatis
ſpeculatiõe: atq; ipſimet templum ſunt Dei, & in eodem templo & ſacerdotes & ſacrifici-
um ſunt: quãdoquidem nudam mentem ſuam ſupra rationem in ocio quodã omnis imagi
nis experte offerũt. HUC verò quicquid pertingit, id omne cõram diuina maieſtate charitas
exurit: iſtaq; conflagratio nihil eſt aliud, quàm vltra creatum omne vſq; in æternę charita-
tis vnitatẽ exceſſus. Atq; hac ex cauſa tribus BENIAMIN ſub regni Iuda corona manet. Benia-
min enim idem eſt in noſtro ſermone, quod filius dierum, vel filius virtutum, ſeu filius ama
ritudinis. Et nos quotquot per Dei gratiam bona opera agimus ac producimus, ea omnia fi
lij ſunt dierum: cunctaq; ea pmia, q̃ bonos actus conſequunt, filij & fructus virtutum ſunt:
& omnes pœnitentiæ actus, filij & fructꝰ amaritudinis ſiue doloris ſunt. Sed hæc oĩa coronæ
tribus Iuda cõcedere ac ſubdita eſſe oportet. In ipſa nanq; ſpiritũs noſtri ſubleuatione, vbi
in amoris vnitate colliqueſcimus & cõflagramus, peccatorum omnium, omnisq; pœniten-
tiæ & virtutum ac præmiorum omnium quædam nos capit obliuio. Attamen tribum hanc
Beniamin, coronæ Iuda ſubeſſe neceſſe eſt: ſiquidem corona maior ſub minori collocata
fuit: eundemq; in modum & nos, quoad viuimus, ſemper virtutibus, pœnitentię & bonis
actibꝰ incũbere ac operam dare oportet: atq; ijs rebus ſanctitas, corona & pręmium noſtrũ
maiora in dies accipiũt incremẽta. Iſtis enim DEO viuimus, & ſumus reges in Iſrael, quę vox
ſignificat videntem DEVM, vel principem cum DEO. Atq; ſine hac vita ſeruari nõ poterimus.
In ſimplici autem adſpectu vel viſiõe noſtra, vbi Dei charitas noſtrũ conſumit ſibiq; cõiun
git & vnit amorem, quãto ſimpliciores & quietiores ſeu magis ocioſi ſumus, tanto faciliùs
ad vnionem pertingimus. Siqdem perpeſſio noſtra & Dei actio, corona aureola eſt, qua di
uinæ charitatis, omnem nos docentis veritatem, cõfitemur ac ſentimus magnitudinem. Ita
ergo charitatis noſtrę menſa, duabus eſt cincta & ornata coronis: poſitaque eſt ad partem
aquilonarem ECCLESIĘ ſanctę, quo ipſa omnes noſtros debellemus ac ſuperemus hoſtes. Cui
cõuenienter ſatis etiam Propheta regius in PSALMO quodam dicit: Paraſti in conſpectu meo
menſam aduerſus omnes qui tribulant me.

Duarũ mẽſę coronarum myſterium.
Charitatis regnũ quot in partes diuiſum.
Corona maior.
Corona minor.
Ieruſalem Sion.
Beniamin.
Iſrael.
Pſal. 22.

¶De pane propositionis spirituali, noui videlicet Testamenti. Caput CXIX.

DEINDÈ scriptura ait iussisse DOMINUM, vt super mensam propositiōis in conspectu suo semp panes ponerent. Hoc nimirùm etiam Domin' IESVS nobis fecit in ECCLESIA sancta positis in mensa charitatis nostræ viuis cæli panib', putà sacrosancto corpore, passione, morte & gloriosa vita sua cum vniuersis meritis suis, quæ sunt esca nostra spiritualis nedum in hoc psenti tempore, sed etiam futura æternitate. Et quòd (vt historiæ Scholasticæ author ait) Iudaici propiciatiōis panes azymi fuerūt & de simila ac mundi valdè, hoc ipso aptè sanè præstantissimū DOMINI IESV designant corpus, quippe quod mundissimū ac innocens fuit in statu gratiæ, atq; etiamnū in gloriæ statu mirifico fulget candore: adeoque panis hic, confectus nobis est ex simila integerrimę virginis MARIAE, idemq; semper in quantocunq; oblato sibi honore animo permāsit humili ac minimè elato, & firmus ac incorruptus à quibuscunq; vitijs. Cæterùm panes à Iudæis olim positi, mensuram Ephi (vt qbusdam placet) implebant. Ephi autem tres complectiē modios, & modius perfecta mensura est, ab ipso Mose in lege veteri cōstituta. Itaq; aio ipse non qdem propriè, sed iuxta similitudinem quandam, (Deus enim immensus est & absq; mensura) in sacramēto nostro tres completos siue perfectos esse modios. Est enim hic natura corporea, spiritalis & diuina, hoc est, corpus, Anima & Persona diuina. Ad hæc Iudæorum panes ex geminis constabant decimis. Quas enim Leuitæ decimas à populo receperunt, earum rursum decimas ipsi sacerdotibus reddebant: atq; indè panes conficiebātur. Anteà verò, ab ipsis vsque Adami temporibus ad Mosis ætatē, primitię ac decimæ in Dei honorem cremabantur. Quando verò Dominus sacerdotium elegit & constituit supra populum suum, sacerdotes Dei loco primitias ac decimas vni DEO iure debitas, recipiebant. Vt enim Vnum, numeri initium est, ita decem numerum perfectum efficiunt: sicq; Deus bonorum omnium principium & finis, primus ac nouissimus est. Dabant igitur primitias, hoc est, primitiuos fructus suos, quandoquidem Deum principium suum secùm vniri desiderabant. Ab ipso aūt Christi incarnati tempore iam non damus primitias, quando principiū nostrum se nobiscū vniuit. Attamen si nos illi vicissim vniri volemus, cunctorum fructuum nostrorum tam spiritalium quàm corporalium, tam internorum quàm externorum, dandæ nobis decimę sunt: siquidem agnoscamus & fateamur oportet, quicquid sumus, habemus & possum', id omne ex illius gratia ad nos proficisci. quapropter diuina præceptum lege est, vt rerum externarū secundum iustitiam & terræ in qua degimus, consuetudinem decimas exoluamus: & hoc ipso spero equidem satisfacere nos Deo: quanquàm soluendarum decimarū in diuersis regionibus dispares admodùm consuetudines sunt. Verùm de his decimis non fiunt panes, quibus sacerdotes nostri in Dei tabernaculo spiritaliter aluntur ac reficiūtur: sed, quanuis alioquì omninò Dei simus, nostrisipsorum tamen & omnium actuum nostrorum decimas demus oportet. Hæc verò decimarum redditio nihil est aliud, quàm vt sensus & naturā nostram sub Dei pceptis cōtineamus ac coerceamus, proprięq; voluntati nostræ secundū Dei voluntatem emoriamur. Et has decimas in sacerdotum manibus Deo offeramus. Necesse est enim, vt sacerdotibus ac prælatis nostris morem geramus, quippe qui Dei loco nos regunt ac moderantur, & inter Deum ac nos medij intercedunt, idq; suis sacrificijs, sua vita, doctrina, & sanctæ Ecclesiæ sacramentis, quibus carere non possumus, nisi penitùs Christiana intereat fides, quod prorsus impossibile est. Enimuerò sacerdotium & fides catholica, & nobiscùm Christus in venerabili sacramento ad finem vsq; seculi, velint nolint homines, permanebunt. Petri nanq; nauicula per omnes afflictionum & vexationū penetrabit fluctus, & electos quosq; ad gloriæ portum adducet. Quotquot autē ex Christianę fidei nauicula exciderint, funditùs peribunt. Obsecro igitur, obedientes sitis, & abnegetis vosmetipsos, sensibus ac naturæ frenum inijciatis, & Christum IESVM vestra ferēda cruce sectemini. sicq; decimas vestras in manibus sacerdotum vestrorū Deo offeratis. Etenim & Christus ipse decimas dedit, & nostra causa ad mortem vsque obediēs fuit, obtulitq; se Patri suo cælesti in manus impiorum pontificum, acerrimorum hostium suorum: & decimas suas cum nostris in

Chrī corp' qb' panib' qui prefiguratum.

Ephi.

Modij in sacro quot mysticè cōpleti.

Decimarū ab initio vsus quis.

Primitiarū dādarū ratio seu modus quis.

Decimę q̄ à qb' meritò dandę.

Mystica decimarū redditio quid.

Duratura ad seculi finē inuitis tyrannis, quę.

Extra Petri nauiculā salutē nō esse.

in sancta Ecclesia adunauit, nouēq; partes nostras ad vsus vitæ necessarios nobis relinquet, modò ipsi decimas demus. Eo ipso enim quo verè ac probè obedimus, bonorum omnium participes, & ad virtutes omnes apti ac habiles reddimur, sicq; virtutum omnium modos seu rationes poterimus adipisci, & cunctorum tum angelorum tum hominum beatorum ordines scandere, idq; per bona opera, quæ sunt nouem partes, quas pro nostra nobis necessitate seruamus: & ipsa sunt cibus noster & panes laicorum, cunctis necessarij mortalibus. Decima verò pars, libera est in Dei voluntatem resignatio sui, qua Christo IESV velut in choro decimo ad dexteram Patris æterni coniūgimur ac vnimur. Et ex his decimis sacerdotes, Leuitæ, & omnes totius mundi religiones, seu religiosi ordines, victitant & pascuntur. Nostra enim obedientia spiritus angelici & sancti omes, maximè verò qui vltra præceptalegis, Euangelica sectantur consilia, exhilarantur. Enimuerò horum precibus, vita sancta, institutionibus & doctrina, itemq; Ecclesiæ sanctæ cultu atque exercitijs, Christiana fides & religio subsistit. Nam si scripturę sacræ, sacerdotium & religiosi ordines non obstarent, Christiana omnis religio iam olim funditùs euersa & extincta foret: Quilibet enim sui capitis sequeretur sententiam, stolidosq; conceptus & incidētes cogitationes. Nam quot capita, tot sensus totq; vię: sicq; populus stultis erroribus dementatus, Christianam abnegaret fidem, & virtutum omnium miserabili obliuione caperetur. Itaque si iuxta Dei præcepta vitā agere, & ex bonis suis actibus spiritaliter refici quis velit, det decimas, id est, obedientiam suis præstet sacerdotibus. Qui verò obedientiæ voto se obstrinxerunt, ipsimet Leuitæ sunt, & viuunt ex decimis: eisq; consilia Dei seruare incumbit: ijdemq; si in exercitijs spiritalibus refici velint, decimas (id est, obedientiam suam) rursus decimare debebunt: ex quibus decimis panes fiunt propositionis semper positi in cōspectu Dei, quos in sabbatho soli ponūt & edunt sacerdotes in Dei tabernaculo. Equidem iam antè dixi, Christum IESVM seipsum & omnes actus suos Ecclesiæ sanctæ dedisse ac reliquisse: quę est vitæ & actuum nostrorum perfectio. Ipse nanq; est vita viuentium, & Sanctus sanctorum: eiusq; obedientia nobis sacrificium est præcedens supra omnes nostros actus bonos, quos DEO offerre queamus: atq; ita ipse decimarum nostrarum decimæ, hoc est, perfectus honor est omnis illius honoris ac venerationis quam nos DEO exhibere possimus: ipseque adeò primus sacerdos est, qui cælestem posuit Panem in mensa charitatis nostræ, suum videlicet corpus sacratissimum ac gloriosum, quod nobis in cibum contulit sempiternum. Atque hoc munus & officium in Sacramento renouant sacerdotes, in illius honorem vncti & consecrati, nec præter eos alius quisquam: sicutì etiam in prisca lege nemini panes ponere permittebatur, nisi sacerdotibus ad id consecratis atque initiatis: neque cuiquam vel in Tabernaculum ingredi, vel his panibus vesci licitum erat, præterq̄ sacerdotibus. Vndè etiā panes sacerdotales dicebantur. At verò Christus nostrum vsqueadeò patefecit tabernaculum, vt omes ingrediant, quotquot gratię illius vestem induti sunt: & ipsemet summus sacerdos est, qui omniū nostrūm amorem cum sua charitate cōiunxit, tātaq; illius munificentia & liberalitas est, tantoq; nos amore ac beneuolētia cōplectiē, vt in cōmunis charitatis nostræ mensa seipsum nobis in cibum ac potū prębeat. Siquidem ipse sacerdotum panis est, & panis ppositiōis, semper positus coram Domino in mensa charitatis nostræ, quem omnibus illis ponere ac edere licet in mēsa interiori, qui in spiritu sacerdotes sint, id est, qui diuina gratia vncti & consecrati sint, qui in tabernaculum sanctificati ingrediunt, & coram Deo Christi passionem & mortem sacrosanctam offerunt, eorumq; cibus & potus Christus ipse est, qui sanctorum omnium sanctitas est. Fit autē istud in Sabbatho, eo quòd in pace & quiete degāt, & à vitijs omnibus serient. Est tamen id habendum pro certo, tametsi quis sanctimonia D. Ioannem Baptistam æquiparet, tantaq; sapientia & eruditione prēditus sit, quanta vnquàm aliquis fuerit, nisi tamen iuxta sanctæ Ecclesiæ ritum ac ordinem sacerdos initiatus sit, nunquàm sacrum Christi corp' cōficere, neq; id cōtingere, vel populo ministrare, neq; à peccatis absoluere, neq; sacerdotes consecrare, neq; cōfirmare, neq; inungere eū posse. Isthęc em partim ad solos episcopos, partìm & ad ipsos & sacerdotes pertinent, qui ad id à Deo & sancta Ecclesia cōstituti ac ordinati sunt. Quanquàm diaconi in necessitatis articulo, dum sacerdos haberi non potest, & confessiōes recipere, & sacramentum ministrare possunt: & si quispiam, cuiuscūq; ille

Partes nōuē, quid.

Pars decīa.

Obedientię encomium.

Christiana fides qb' reb' subsistat.

Dare decimas.

Decimę q̄ q̄ b' decimādę

Chrīs quō decimarum nrarum decimę fit.

Mystici sacerdotes q.

Sacerdotū dignitas vndè & quāta.

Diacono & laico qd in necessitate

pmissũ, aliqui nõ permittendum.

ille sit statûs aut ordinis, venerabile sacramẽtum in itinere, aut in templo inflãmato reperiat, si nõ adsit sacerdos, leuare illud potest, & deferre ad sacerdotem. Ista enim iure concessa sunt ac decent, sed nihil ampliùs. Sicut & in veteri lege oĩbus quidem alios circuncidere licebat, sed sacrificia quę ad sacerdotes pertinebãt, nemo alius facere potuit. Itaq; licèt oẽs secundum spiritum per virtutes Christi matres esse possimus, at tamen secundum naturã vel carnem non nisi vnã matrem habet, eamq; beatissimã semperq; virginem MARIAM, cuius licèt spiritalis partus abditus fuerit, corporeo tamẽ partu suo mundi nobis edidit seruatorem, qui seipsum nobis in venerabili sacramento dedit ac dereliquit in manibus sacerdotũ, quo suæ passionis, mortis & charitatis memores simus. neq; potest qsquã sacerdotis fungi munere vel officio, nisi qui ad id à DEO & sancta Ecclesia instituti ac ordinati sunt. Quod quidẽ satis ea nos figura docet, quã in quarto suo libro Moses tradit. Qñ em̃ Dñs Aaronẽ & filios eius ac posteros eorum ex omni tribu Leui delegit, vt supra omnem populum Israel sacerdotio fungerentur, simul etiã omnem tribu Leui elegit, vt onera portarent, & sub manu Aaronis ac liberorum eius in tabernaculo deseruirent. Et eo qdem tempore, quo Aaron Pontifex cõsecratus fuit, Leuitarum erãt octo millia, qngenti & octoginta, eorum q vicesimum qntum ætatis excesserãt annũ vsq; ad annum qnquagesimum, absq; illis q plures pauciorésve habebãt annos. Summa verò omnium filiorum Leui, q mẽsem vnum excesserãt, ad vigintiduo millia & trecentos sese extendit, absq; mulieribꝰ & puellis. Et his Leuitis Dñs bonorum omnium decimas dedit, sed de hisipsis decimis ipsi rursum decimas reddebãt sacerdotibus: nouem autem partes in suos ac familiæ suæ vsus reseruabãt. Præterea verò sacerdotes primitias omnes & primogenita, & quæuis alia sacrificia, quouis illa modo DEO oblata fuissent, recipiebãt, victitãtes indè cum familia sua. Erantq; id temporis perplures ex seniorib̃us Leuitarũ, & inter eos p̃cipuus Core filius Isaar, (Isaar iste & Aaron, fratrueles fuêre) qui adiunctis sibi Dathan & Abiron viris primarijs de tribu Ruben primogeniti Israelis, odio & inuidentia aduersum Mosen conspirârũt, q̃ is solus, vt ipsi falsò aiebant, sibi in populum Domini principatũ ac dominiũ vindicaret, eiusq; frater Aaron cũ liberis suis sacerdotiũ vnus ex omni illa frequentia sibi vsurparet & assumeret. Id videlicet indignè admodùm ferebant, eo quòd ex eadem prodijssent tribu, viderenturq; sibi nõ minùs, atq; illi, sacerdotio digni: & Dathan atq; Abiron, eo quòd ex seniori filio Iacob progeniti essent, digniores magisq; idoneos se putarent q principatum gererent, atq; Mosen, quem è tribu Leuitica duxisse originem cõstabat. Horum ergo gratia murmur excitabãt in populo. quibus ait Moses: Manè tollat vnusquisque thuribulum suum, tu Core & omne concilium tuum, & Aaron separatìm, & hausto cras igne, ponite desuper thymiama corã Domino, & quẽcũq; elegerit, ipse erit sanctus. Altera die misit Moses vt vocaret Dathan & Abiron. Qui dixerũt: Non venimus. Coaceruauit igitur Moses aduersum eos & Core omnem multitudinem, dixitq; ad Core nepotem suũ, & socios eius ducentos quinquaginta: Tollite singuli thuribula vestra, & ponite sup ea incẽsum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula, Aaron quoq; teneat thuribulũ suũ. Cũq; ita starent præparati corã Domino, & Dathan & Abiron starẽt in introitu papilionũ suorũ, dixit Moses ad populũ: In hoc scietis q̃ Dominꝰ miserit me, vt facerem vniuersa quæ cernitis, & non ex ꝓprio ea corde ꝓtulerim: si consueta hominũ morte interierint, & visitauerit eos plaga qua & cæteri visitari solent, nõ misit me Dominꝰ: sin aũt nouam rem fecerit Dominꝰ, vt aperiens terra os suũ, deglutiat eos & omnia quæ ad illos ꝑtinent, descenderintq; viuentes in infernũ, scietis q̃ blasphemauerint Dominũ. Confestim igitur vt cessauit loq, dirupta est terra sub pedibꝰ eorũ, & aperiẽs os suũ, deuorauit illos cũ tabernaculis suis & vniuersa substantia eorũ: descenderũtq; viui in infernũ opti humo. Sed & ignis egressus à Domino, interfecit ducentos qnquaginta viros, qui offerebant incensum, Aarone penitùs nihil læso. Tulit aũt Eleazar sacerdos ex p̃cepto Domini thuribula eorũ ænea, in qbus incensum obtulerant, & ꝓduxit ea in laminas affigens altari, vt haberẽt posteà filij Israel, quibus commonerent, ne quis accedat alienigena, & qui nõ est de semine Aaron, ad offerendum incensum Domino, ne patiatur sicut & illi. At tamen sequenti die murmurauit omnis multitudo filiorũ Israel contra Mosen & Aarõ, dicentes: Vos interfecistis populum Domini. Cumq; oriretur seditio, & tumultus increscere-

Sacerdotio fungi quis nõ possit.

Leuitarum sub Aaronis cõsecratione millia quot.

Num. 16.

Seditiosi q̃ qua plaga absumpti.

ret, Moses & Aaron fugerũt ad tabernaculũ fœderis. Quod, postquàm ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini. Dixitq; Dominus ad Mosen: Recedite de medio huius multitudinis: etiam nunc delebo eos. Cumq; iacerẽt in terra, dixit Moses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens citò ad populum, vt roges ꝓ eis. iam enim egressa est ira à Domino, & plaga desæuit. Quod cũ fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incẽdium, obtulit thymiama: & stans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Fuerunt autem qui percussi sunt, quatuordecim millia hominũ & septingenti, absq; his qui perierũt in seditione Core. Sed neq; sic cessauit tumultus sup sacerdotio Aaron. Dicebant enim, vt in Scholastica habetur Historia, quia etsi non prædictos Leuitas elegerit Dominus, poterat esse quòd aliqui de aliqua reliquarum tribuum digni essent sacerdotio: & fortè de omnibꝰ tribubus aliquos vellet Dominus sacerdotes habere, ne tanta ministerij dignitas vni Domui & tam paucis crederetur ministris. Tulit ergo Moses ex præcepto Domini virgas duodecim tribuũ, inscriptis singulis virgis singulis Principũ nominibus. Erant autem duodecim tribꝰ etiam præter tribũ Leui. Ex Ioseph enim duę emerserant tribus, Manasse & Ephraim. Sumpsit igitur Moses virgam tertiamdecimam tribûs Leui, & in ea scripsit nomen Aaronis fratris sui, ceu Principis Leuitarũ. Deindè adhuc aliam quandam accepit virgam seorsùm, cuiũ ctas familias continentem, in qua ꝓbaretur, vtrùm de omnibus tribubus placeret Deo eligi sacerdotes. Cumq; has simul omnes virgas posuisset in tabernaculo coram Domino, sequenti die regressus, inuenit germinasse virgam Aaron, & folijs dilatatis, amygdalas protulisse. Ita iam tertiò, Deo ordinante, Aaronis sacerdotium ꝓbatum, declaratum & confirmatum est: eaq; de causa p̃cepit Dñs in posterũ seruari virgam Aaronis in tabernaculo, & hoc in signum rebellium, qui sacerdotio inuidebant, idq; aspernabantur & habebant contemptui, cui tamen Dominus honorem haberi volebat, seq; efferebãt & pares haberi ac esse volebant ijs, quos Dominus ex omni & p̃ omni plebe vocârat ac delegerat: atque ob hoc ipsum ꝓfligati atque extincti sunt. Verùm hac nostra ætate idem fit, & quidem multo peiùs: quando plures improbos inuenire licet, qui nõ modò æquiparare se sacerdotibus, sed longè etiam meliores esse velint: atq; eã ob rem sacerdotio inuident, idq; habent contemptui, quod tamen Christus IESVS seipso reddidit venerabile ac honore dignũ. Ipse nanq; sacerdos ęternus est, & sacerdotalis dignitatis ac honoris fundamẽtum: ex quo id cõsequitur, sacerdotũ ordinẽ p̃ cunctis cęli ac terræ statibus seu ordinibus honorandum esse. Et quisquis sacerdotes nihilipendit ac despicit, is Christum Dominum & eius Apostolos, & Sanctos omnes qui vnquàm sacerdotio functi sunt, & iam cum Christo æterna perfruuntur beatitudine, cõtemnit. Et reuerà optimi quiq; totius orbis homines, & qui precibus suis plurimùm possint apud Deum, boni ac Deo placiti sunt sacerdotes. Id quod vel hinc satis constare potest. Si em̃ Aaron & filij eius tantoperè placebant Deo mactanda & immolanda seu adolenda oue vna in honorem Dei, multo sanè magis Dominus Christus cum suis sacerdotibus Deo placeat necesse est, quandoquidem sacerdotes omnes nouæ legis, innocentem ac immeritam Christi mortem in honorem & amoris incensum cælesti eius Patri offerunt. Illa enim figura duntaxat erat, hæc autem figuræ veritas est. Quæ cùm ita sint, meritò sanè id cauere debebunt homines laici, ne quem spernant, vel nequiter aut indignè & irreuerenter attrectent sacerdotem. Si enim Christus & sancti eius apostoli impijssimum proditorem Iudam apud se tolerârũt, donec laqueo vitam finiret suam: quidni etiam nos malos feramus sacerdotes, donec peccata ipsorum in inferni ꝓfunda eos abducant atq; suspendant? Quanto enim status altior, tanto casus grauior: quantoq; hîc honoratior vita in peccatis, tãto apud inferos confusio maior ac ignominia: quanto deniq; hîc plus voluptatis p̃cipitur & gaudij, tãto illic plus cruciatuũ ac tormentorum. Quapp̃ter si quem contingat cernere sacerdotem malum, quem tamen corrigere non possis, preceris ꝓ illo Dominum, ac deindè iudicium illius Diuinæ iustitiæ & p̃latis eius relinquas. Illorũ enim officij est eos corrigere, & si necesse sit, etiam in carcerẽ cõijcere. Nemo tamẽ illos neci dabit, nisi infideles sint & hęretici, quãdoqdem sacro chrismate vncti sunt. Et his quidẽ satisfactũ nobis putamus, potiusq; bonis adhæremus sacerdotibus, q in Dei nos possint tabernaculũ introducere, ac cælestibus nos ciba-

Vide hist. scholastica Pentri Trecẽ.

Aaronis virga quũ floruerit.

Sacerdotalis ordinis excellentia.

Sacerdotes q̃ qbꝰ quantoperè prestent.

Sacerdotes mali cur suo iudici reseruandi.

Orandum pro quibus quĩ sit.

bare panibus, paratis ac propositis semper coram Domino in mensa charitatis nostræ.

¶De XXIIII. sacerdotibus Iudæorum, & eorum officijs. Cap. CXX.

INuenitur porrò in historijs, vigintiquatuor sacerdotes in templo Salomonis ordinatos fuisse, qui & vxores & liberos habuerint. Quãdo enim sacerdotium in vna duntaxat tribu cõsistebat, necessarium erat, vt vxoribꝰ iungerentur, alioquì & tribus ipsa & sacerdotium funditùs perijsset. Vicissim autem sacerdotes suas agebant vices in templo per hebdomadã, ita vt semp essent duodecim in templo, vt quidam volunt, quibꝰ nec egredi indè licebat dum ipsorum duraret septimana, eo quòd tum mundos eos & ab vxoribus disiunctos esse oporteret. Omni aũt Sabbato sua mutabãt ministeria, tumq; duodecim quorum illa erat hebdomada, duodecim afferentes panes calidos, imponebãt eos mensę aureæ, singulos panes sub singulis patenis aureis, quibꝰ pugillus thuris imponebat, sicq; panes illi cum thure intacti iacebãt vsque ad sequens Sabbatum, quo alij accedentes sacerdotes, eos edebãt panes & thus adolebãt in altari aureo, nouosq; panes & thus aliud reponebãt. Atq; hunc in modũ cõtinẽter hebdomadatim procedebãt: appellabãturq; panes isti panes ꝓpositionis, & semper positi erãt in mensa aurea, nec cuiquam eis præterquàm sacerdotibꝰ vesci licitum erat, idq; in templo coram Dño. Hic iam aduertãt obsecro. Duodecim (vt diximus) sacerdotes ponebãt panes in mensa coram Dño, in illius videlicet memoriã, quòd dñs circa legis ipsorum initia duodecim tribus ex Aegypto eduxerat, & in eremo cęlesti nutrierat pane, atq; etiã vt figuratè significarent, quòd in Christianæ religionis exordio duodecim Apostolos & eorum sectatores venerabili sacramento refecturus esset. Ponebãt autem sacerdotes isti panes calidos, sed alios frigidos edebãt, hac nimirùm significatiõe, Patriarchas & Prophetas, itemq; sanctos Iudæorum sacerdotes ingenti cum desiderio & magno desiderij ardore ac æstu Christi aduẽtum petijsse: atq; ita panes calidos posuisse: quicquid verò edebãt, quia similitudines & figuræ erãt, ob hoc ipsum frigidum fuisse & insipidum. Quos enim panes priores sacerdotes posuissent, eos sequentes comedebãt. Quod itidèm nobis euẽnit. Christi enim aduentum, quem prisci Iudæi conspicere appetebãt, Apostoli viderunt, & nos hodieq; videmus eum nobis præstitum esse. Atq; eam ob rem magno appetentes æstu ac feruore, vt ea omnia perficiant, quorum causa DEVS homo factus est, & ad mortem vsque decertauit, q̃q; ipse in nobis à mundi exordio amore ac intentiõe ꝓsecutꝰ est. Quod nimirùm tum nobis præstabit, quãdo corpore & anima beati, Dei gloriã cõtemplabimur ac possidebimus, die videlicet septima quietis æternæ, quam cum sanctis omnibus supra omnia maximè desideramꝰ. Nam tametsi idem nobis cibꝰ relictꝰ est à Deo, quo in cælis beati perfruuntur, attamen sacramento & fidei lumine tectꝰ ac opertꝰ est. Adhuc enim viatores ac peregrini sumꝰ in via, neq; claritudinem, æstum, ac gustum eum ferre possemꝰ, quo viuentes in Dei regno potiunt. Quãtùm autem mundum vincimus, nosipsos penetramus, tempus excedimus, æternitati ꝓpinquamus, & sanctis cõformamur, tantùm etiam magìs ac magìs gustare poterimꝰ. Vndè etiam spiritus Domini ait: Vincenti dabo manna absconditum. Isthic enim cibus mundo abscõditus est, itemq; omnibꝰ illis qui mundo similes sunt, in quocunque illi statu viuant. Atquì si Deum gustare volumꝰ, faciendum nobis est, quod Iudæorum sacerdotes secũdum figuram nos instituunt. Ingrediendum videlicet nobis est in Tabernaculum nostrum, & patena aurea eleuanda, hoc est, affectus, appetentia & amor erga Deum. In hac autem patena semper inuenimꝰ pugillum thuris, qui est ardens deuotiõis flamma, quæ exurenda nobis est in altari nostro aureo, hoc est, reuerentia ac veneratiõe, quam gerimus erga Deum. Cumq; ista agimꝰ, angelorum escam in charitatis nostræ mensa reperimꝰ. Etenim in Tabernaculo Iudaico sacerdotales panes in mensa aurea positi fuisse feruntur inter maiorem coronam, & minorem, quæ supra mensam maioremq; coronam sita erat. Sic itidèm nobiscùm sese res habet: quandoquidem in mensa charitatis nostrę amorem illum quo nos DEVM prosequimur, & eum quo nos ille ꝓsequitur, æternus noster cibus positus est. quem enim nos aduersus DEVM amorem gerimus, maior nostra corona est, qui augeri semper & increscere potest: Quo verò nos à DEO diligimur, corona aureola est, conflagrare ac colliquescere nos faciens.

Sacerdotes in templo quot simul per vices inessent.

Duodenarij panũ propositionis numerus, quid sibi velit.

Apo. 2.

Patena.

Thuris pugillus.

¶Vti

¶Vti se ꝓparare debeant, ad Agni paschalis esum accessuri, secundum figuram veteris legis. Caput CXXI.

QVID autem cibus iste sit, & vti ad eum percipiendum præparare nos debeamus, figura quædam alibì à Mose descripta, nos instituit in hunc modum: Quando Dominus populum suum educturu erat ex Aegypto in terram promissionis, dixit ad Mosen:

Vide schollasticã historiam. Exo. 12.

MENSIS iste uobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. [Hic erat Aprilis, id est, lunatio Aprilis, quæ in Martio sæpè inchoat, quo apud Iudæos annus initium accipit. Dixit ergo Dominus:] *Decima die mensis huius tollet unusquisq; agnum per familias & domos suas.* [vel hœdũ, si agnum habere non posset.] *Sin autem minor est numerus, ut sufficere poßit ad uescendum agnum, assumet uicinum sum qui coniunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum, quæ sufficere poßint ad esum agni. Erit autem agnus absq; macula,* [nõ quidem velleris, sed corporis, sicut in Leuitico meliùs exprimitur.] *& masculus anniculus. Sumptumq; agnum hunc siue hœdum seruabitis usq; ad quartamdecimam diem mensis huius. Immolabitq; eum uniuersa multitudo filiorum Israel* [quæq; domus videlicet suum.] *ad uesperam: & tingetis cum fasciculo byssopi utrunque postem & superliminare sanguine, edentes carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum a qua, sed assum tãtùm igni. Caput cũ pedibus eius & intestinis uorabitis, nec remanebit quicquam ex eo usq; manè. Si quid residuum fuerit, igne comburetis: nec comedet de eo immundus & incircuncisus: Sic autem comedetis illum: Renes uestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus. Os non confringetis, nec de carnibus foràs mittetis, & comedetis festinantes. est enim phase, id est, trãsitus Domini.* [Dicta est autem nox illa transitus, quòd in ea trãsiret angelus per Aegyptum, percutiens primogenita quæque ab homine vsque ad pecus, transiensq; ędes, quarum postes liniti erant sanguine. Fecerũtq; filij Israel, sicut præceperat Dominus Moisi & Aaron, egressi omnes de terra Aegypti. Deindè ait Dominus:] *Habebitis autẽ diẽ hunc in monimentũ, & celebrabitis eam solennẽ Domino in generationibus uestris cultu sempiterno. Septem diebus azyma comedetis. Dies prima erit sancta atq; solẽnis, & dies septima eadem festiuitate uenerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad uescendũ pertinẽt.*

Leu. 1. & 3.

Ista nimirùm figura fuit nostri Sacramenti altaris, quod nos hodiè colimus, quoq; spiritaliter reficimur tum in vita pręsenti, tum in æuum sempiternum. idemq; nostrũm omnium testamentum fuit, conditum à Domino IESV iam iamq; morituro: Siquidem & cuiuslibet singulatim, & nostrũm omnium commune est: cuius simile quiddam etiã figura habuit. Singulis enim annis luna decima Aprilis, quæque domus agnum vel hœdum habere iussa erat, eumq; vsq; ad lunam quartamdecimam mensis illius seruabant, quo illũ occidebãt, & occiso vescebantur. Pręter hunc autem agnum vel hœdum singularem, vt quidam aiũt, alium quendam communem habebant hœdum, quem eadem immolabãt die ad vesperam, eoq; duodecim principes vescebantur, qui tribũũ ac totius populi capita erant. Quamobrẽ Christus IESVS, qui totius orbis agnus Paschalis fuit, mortem oppetiturus, & figuram reuerà completurus, luna nona venit Hierosolymam, vno videlicet die ante tempus suũ, qui fu-

it palmarum dies, quo hostes illius de aduentu eius certi forent: ac deindè altera die, vt est
Marc.11. apud Marcũ, tẽpore videlicet opportuno redijt, tumq; ingressus in templum, cœpit eijcere
Ioan.2. vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, volens videlicet mũdam habere domũ suam, in qua Pascha nostrum ederem. Quo audito, principes sacerdotum & scribæ ac pharisæi planè deliberabãt pdere eum luna quartadecima. Etẽ Domin' IESVS instar cõmunis hœdi, quem immolare cõsueuerãt, tum natura, tum gratia ad moriendũ pro nobis magnoperè feruebat. Antè tñ, quàm capi vellet, cœnã fecit pparari quã ageret cũ discipulis suis, q̃ illi' Pascha fuit: siquidẽ tum Pascha more legis cõsueto edebãt. Verũ qa Apostoli Ecclesię christianę principes & capita erãt, cũ illis hœdũ cõmunẽ offerre voluit, quo ipsi vescerent: atq; is ipsemet fuit. Magno eñ feruore ac desiderio nostra causa mortẽ excipere, & ingẽti cũ auiditate ac prõptitudine seipsum nobis cibũ in sacramẽto relinquere cupiebat: eiusq; calidissimo sanguine peccatorũ nostrorũ vincula dirupta & attrita sunt, meritò adamãti cõparãda, qui solo hircorũ calido sanguine dissoluit. Dedit igit illis Pascha cõmune oĩm nostrũ, putà carnẽ & sanguinẽ & innocentem vitã suã. Est autẽ aduertẽdum, agnum Paschalem typicũ, quo Iudæi vescebant, masculũ anniculum, & absq; macula ex legis pscripto fuisse: hac vtiq; significatiõe spiritali, CHRISTVM agnum nostrum cunctis in virtutib' plenè excreuisse, & omninò absolutum ac pfectum fuisse: eiusq; mors sacratissima fructu spiritali mundum repleuit: fuitq; sanus ac integer totus & gratiosus, & sine vlla cuiuscunquè vitij macula. Cæterùm luna decem habeat dies oportet, antequàm agnum hunc nostris in ædibus habeamus. Luna autem vitam nostram figuratè designat: Christus autem IESVS sol est, vitam nostrã sua gratia illustrans, & incendens renouansq; eam in virtutibus. Porrò cùm decem seruamus pcepta DEI, agnum intra ædes nostras habemus: post dies autẽ quatuor luna pfecta est, & tũ agnus edendus est. Ex his dies primus est tum nostrijpsorum, tum omnium actuum nostrorum displicentia. Alter est desiderium viuendi DEO cunctisq; virtutib'. Tertius est cõmunis erga mortales omnes fides & charitas ac beneuolentia. quarto die, quo luna perficit, dorso ad Occidentem verso, omnium quæ in mundo sunt, obliuiscemur, faciesq; Orientem versus, ad Solem æternum IESVM Christum Dominum nostrum vertemus. Quarto enim die à mundi creatiõe fecit DEVS Solem & Lunam, illum in Oriente, istam in Occidente reponens, quo mundus omnis illustraret. Hunc diem decimumquartum, & tempus hoc anni propter nos magno DEVS honore affecit. Tum enim creaturas omnes & supra eas hominem cõdidit, collocans eum in Paradiso terrestri. Deindè post annos ter mille trecentos & sedecim, eodem anni tempore Abrahamum ex Chaldæorum terra euocatum, ad terram Cananæorum introduxit, dicens illi: Semini tuo dabo terram hanc: & in semine tuo, id est, Christo, benedicent omnes gentes: & ego merces tua magna nimis. Indè post annos quadringentos triginta eodem anni tempore, luna quartadecima filij Israel Pascha edentes, ex Aegypto, dño liberante, educti sunt atque traducti per mare rubrum in desertum, vbi eos manna cæli pauit. Rursus post annos mille quadringentos quinquagintatres eodem tempore ac eadem Luna Dei filius è cælis descendens, nostram assumpsit naturam, ex purissimis sanguinibus semp virginis MARIAE, & tum pscientia sua, tum cælestib' institutiõibus nos pauit. Deindè elapsis annis tribus & triginta, eodem anni ac lunæ tempore nostra causa mortem obijt, & in venerabili sacramento suo nos corpore sacrosancto, & omnibus quæ præstare potuerit, nos refecit. Et ipsum Pascha nostrum est, figurarum omnium termin', & introitus vitæ æternæ. Fertur etiam Domin' ad iudicium ventur' eodem anni tempore, & electos suos amicos ducturus in gloriam Patris. Vigilemus igit & edamus. Christus agnus noster Paschalis est & cibus in via. potestq; nos ad terram traducere: siquidem oblatus, immolat', & occisus est, & resurrexit. Vertamus mundo dorsum, & micantes Solis radios nostris in vultib' excipiemus, Lunaq; perfectã nobis erit. Quando enim vita nostra Dei gratia perficit ac implet, semper edere nobis licebit, quotiès libet. Sed hyssopi fasciculus in agni sanguine intingendus nobis est, eoq; postis vterq; & superliminare tingendum. Hyssop' quidem herba humilis est, nascens in petrarum foraminib', medeturq; tumori pulmonis. Itaq; opportunè satis Christum humilem designat, in diuinitatis petra nascentẽ ac radicatũ: quem si adspectare volemus, etiãsi su-

Adamas q̃ tãtũ re dissolubilis.

Agnus paschalis cur absque maculã.

Luna.

Gen.12.

Exo.14.

Luc.1.

Mat.26. Mar.14. Luc.22.

Hyssopi descriptio.

supbia tumidi simus, curabimur. Corpus autem eius, hyssopi fasciculus est, in agni sanguine penitùs immersus ac madefactus, quo quantùm in ipso est, totum adspersit ac sanctificauit orbem. Atq; eam ob rem curandum nobis est, vt in memoria nostra semper illum circũferamus, in intellectu fidelitatem & amorem eius impressa teneamus, atque voluntate ipsa mortem illius nostrijpsorum mortificatione aliquè sectemur ac imitemur. Hoc videlicet pacto postes ac supliminare domũs nostrę agni sanguine tingemus, neque tum hostis vllus ad ædes nostras poterit accedere, id quod figura nos docet. Qua enim nocte Iudæi olim suum Exo.12.
edebant pascha, & postes suos agni sanguine tinxerãt, ab Exterminatore seruati sunt. Trãsibat autem idem angelus exterminator, ac peruagabatur per omnem terrã Aegypti, cędens eadem nocte omne primogenitum tam hominum quàm iumentorum. qui verò Christum confitentur, eumq; agenda pœnitentia sectantur, illius intùs gustum quendam percipiunt, Aegyptij.
& à grauibus seruantur peccatis. Etenim postes suos illius sanguine tinctos habent. Aegyptij autem, id est, qui Christo non obediunt, sed suæ carni & sanguini viuunt ac obsequũtur, non sunt illius signati sanguine: ideoq; sub inimici potestate degũt, & sæpiùs in peccatis moriuntur. Præcepit quoq; Dominus, ne agnum paschalem crudum, vel coctum aqua, Agnum paschalẽ crudũ edere.
sed assum tantùm igni, edamus. Qui crudum comedunt, ij sunt, qui sacramentaliter tãtùm Christum comedunt absque charitate. Qui coctum aqua edunt, illos exprimũt, qui ex con Coctũ aquã.
suetudine ad hoc sacramentum accedunt, idq; pro gustu aut spiritali cõsolatione, aut quauis alia re caduca & temporali obtinenda. Qui verò assum igni mãducant, ij sunt, qui ex vera charitate Christum pcipiunt ad honorem Dei, & vt ipsi in ęterna beatitudine vniantur. Assum ignã.
Est pręterea agnus iste edendus cũm azymis panibus, hoc est, vt firma cum fide stabiliter ac simpliciter absq; fictione illi adhæreamus. Ait eñ Dominus in Euangelio: Cauete à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis: itemq; cum lactucis agrestibus, hoc est, cum amaritudine & generali de peccatis omnibus contritione. Caput etiam & pedes eius cum intestinis vorabimus, hoc est, tam auida cum appetitione Christum edere desiderabimus, acsi velut vorago quædã simus, nec vnquàm exatiari queamus: vastusq; ille, quem in nobis sentimus, hiatus & pedes & intestina & caput, id est, corpus, animam & diuinitatem Christi, vorare ac absorbere appetet. In hoc enim sacramento natura & substãtia panis in Dominici transit corporis naturã ac substantiã, inibì sine loco existentẽ: Lõgitudo aũt, crassitudo, magnitudo & species, & quicquid ad corpus foris & intùs ptinet, accidẽs illi est, ipsamq; cõcomitatur: eademq; natura corporea cum anima & persona verbi, atq; ex cõsequenti cum diuinitate coniuncta est. Quando igitur corporis Christi substãtiam sumimus, ex consequenti & ex concomitantia quicquid est tam secundum diuinitatem quàm humanitatẽ, percipimus, illo nihilo minùs semper in throno cælesti ad Patris dexteram immoto ac incommutabili permanente: quanquàm secundum Diuinitatem vbiq; est absq; loco, itidemq; in sacramento. Et quanuis hostia ipsa suo claudatur loco, corpus tamen Dominicum sub eadem sine loco cõtinetur: vndè etiam in singulis quibusq; nedum hostijs, sed etiam hostiarũ fragmentis & particulis, totus indiuisus adest. Quantũ igitur ad locum, ad visionem, & comprehẽsionem sensuum attinet, corpus eius absq; suã immutatione semper in cælo manet: in consecratione autem totus vbiq; Christus est, quibuscunq; locis fit consecratio: & vnusquilibet communicans, totum suscipit Christum: neque omnes vno plùs accipiunt, quãdoquidem semp indiuisus manet. Quod qdem ita necessum est esse: alioquì accipere eum non possemus neq; hic, neq; in ęterna vita, vbi licèt ratio vel modus sacramenti non sit, ratio tamẽ spiritalis huc pertinens, æternùm permanet: quippe quam Dei sapientia dictauit, nosq; edocuit, quo iam antè beatitudinis nostræ modum cognoscamus ac degustemus. Quapropter modum à nobis explicatum quilibet magno studio animaduertat. Si quid autem vel de sacramento, aut de ijs quæ iam diximus, residuum fuerit, quod quispiam capere nõ possit, id igne diuinę charitatis exurat, hoc est, nõ se illo occupet, sed eius charitati relinquat & commendet, quemadmodùm ipse nos instituit.

Mat.16. Mar.8. Luc.12.

¶ Quales esse debeant agnum paschalem manducaturi. Caput CXXII.

A quo sacro qui excludendi.

IAM quòd scriptura deinceps ait, eos qui immundi sint, aut incircũcisi, ab agni huius esu arcendos esse, per eos nimirùm nõ alios rectiùs accipim', quàm qui mortiferis impliciti vitijs sunt, aut à sacro baptismate viuunt alieni, quos vtiq; ab huius perceptione sacramenti excludi oportet. Et quod sequit, lumbos cingendos, & calceamenta in pedibus, & in manib' baculos habendos esse, id significat, mundos & castos nedum corpore, sed etiã anima esse nos debere: cũctosq; affectus & desideria nostra subleuare ac sustollere ad appetenda cęlestia, & terrena omnia proculcare: (ita enim pedes affectuum nostrorum, animalium mortuorum pellibus aduersus terram velut calceis muniunt) atque etiam diuinæ gratiæ & eius adiutorio ac sustentationi, potiùs quàm cunctis actibus nostris, inniti nos debere. Quòd autem scriptura vetat, ne Agni Paschalis crus cõminuamus, hoc ipsum figuratè nos instituit, quicquid Christus velit, id nos quoque velle, idemq; etiam actibus, vbicunq; possimus, absque diminutione aut laceratione prosequi & exequi nos debere. Sicut enim virtus hominis in cunctis eius ossibus consistit, sic & Christi virtus in eius voluntate sita est: neque verò aliud ille velle potest, nisi salutem nostrã. Quando igitur cum ipso & volumus & agimus omnia, ossa eius integra manent. Ita ergo quòd à Iudæis crucifixus est, voluntatis eius fuit: neque tamen vllum corporis eius os infringere potuerũt: cuius nimirũ ista figura fuit. Prohibet deindè Dominus, Agni carnes foràs proijci: quod nihil est aliud, quàm venerabile corporis Dominici sacramentum neque excommunicatis, neque infidelibus, neque quouis modo extra sanctæ ECCLESIAE cõmunionem exclusis porrigendum esse. Deindè sequitur: Et comedetis festinantes: est enim Phase, id est, transitus Domini. Nimirùm Domini nostri IESV Christi transitus & festina mãducatio nostra, famelica est appetitio & desiderium semper ad vnitatem cõtendens & adspirans, & ingredi ac regredi cum auida appetentia, & perpetua quædam affectũs vel desiderij esuries ad beatitudinem trãseundi: hæc, inquam, festina nostra manducatio est. At verò trãsisse iam & esse in solitudine, siue vnicos seu solos cũ DEO, nostra satietas est. Porrò inter famem & satietatem Pascha nostrum cum panibus azymis, id est, corpus Domini IESV cum cũctis sacris illius actibus manducamus. Et hîc demorari debemus, & spiritalis escæ nostræ perpetua cum exercitatione ac cultu meminisse. Sic enim Domin' iubet, vbi ait: Septem dieb' azyma comedetis: quod nihil sibi vult aliud, quàm cunctis vitæ nostræ dieb' humilium Christi actionum, sacræ Passionis, & acerbissimæ mortis eius meminisse nos debere. Isti enim panes azymi sunt, cũ quibus Pascha nobis edẽdum est. Et prima, inquit, dies erit sancta atque solennis: hoc est, quãdo peccata deserim', mundum vincimus, & Agnum hunc edimus, Angeli & sancti omnes & cuncta interiora nostra exultant: neque tum quicquã operis exercere nobis licet, præterq; quod ad cibum hunc pertinet. Vt enim antè dictum est, toti & absque impedimento ad Deum adiuncti & appliciti simus oportet: & hoc ipso moriuntur cuncta primogenita Aegypti, quæ sunt honor, bona temporaria, & solatia mundi: cumque isthæc intereunt ac emoriuntur in nobis, iam liberi efficimur. Sunt enim hæc, vt diximus, Aegypti primogenita, quę populum Dei in dura peccatorum seruitute, & sub dominio suo captiuum detinent. Vbi ergo ipsa interimuntur ac trucidãtur, nos ex Aegypto proficiscimur in solitudinem, cęlesti illic manna alendi: neque inter Deum & nos quicquam medij interest, præter Iordanem, id est, vitã hãc miserã & calamitosam, instar fluminis vel riui ad iudicij vsq; diẽ decurrẽtis. Iordanis em iudicij riuũ significat: quo transmisso, sanctã promissiõis terram ingredimur, hoc est, terram viuentium, lacte & melle manãtem. Et hîc agitur septimus æternæ quietis dies, quo Paschalis solennitas nostra perficitur & consummatur: & est solennis, sanctus & venerabilis, vtpotè in quo cum angelis & sanctis omnibus perpetuò exultabimus, omnesque simul in incomprehensibili lætitia & gaudio Pascha nostrũ perpetuò sine fine edemus. Interìm adhuc in deserto agimus, & esca nostra in venerãdo sacramento abscondita latet.

Pedes qui muniendi.

Os agni paschalis non comminuere, quid.

Agni carnes foras proijci, quid.

Phase.

Septẽ dieb' azyma edere quid.

Iordanis.

¶De duodecim fructibus spiritũs, quos percipit dignè communicans. Cap. CXXIII.

ET AD ipsum quidem venerabile sacramentum, si vt antè dictum est, sapienter, auidè, vel cupidè ac spiritaliter accedamus, duodecim fructus spũs ab Apostolo in Epistola ad Ga-

Gal. 5.

Galatas enumeratos, in nobis experimur. Primus fructus charitas est erga DEVM & mortales omnes. Secundus, gaudium internum ac diuinum, quod nemo tollit à nobis. Tertius pax Domini, quã perturbare nemo potest. Quart' patientia, quæ nullis afflictionum onerib' opprimitur aut vincitur. Quint' longanimitas stabili ac firmo animo omnem afflictionem & omnia sustinens. Sext' bonitas, quæ nullum in se malum tolerare potest. Septim' benignitas, quæ ad virtutes omnes prompta & parata est, & in necessitate neminem deserit. Octauus mansuetudo, quæ æquabiliter & absque indignatiõe suffert, quæq; nullis rebus aduersis ex homine expelli se patitur. Nonus fides, quę virtutum omnium totiusq; sanctitatis verum fundamentum est, quamq; nulla creatura, quouis fallaci ac fictitio lumine, neque vlla subtilitate in dubitationem vel opinionem extra veritatis tramitem abducere potest. Decimus, modestia, quæ foris quidem hominem benè maturum, compositum, ac humilem efficit, & intùs animũ præstat sedatum ac tranquillum, estq; paucis rebus necessarijs cõtenta, atque ab omni inordinata superfluitate & abundãtia refrenat & cõtinet appetitum siue concupiscẽtiam. Vndecimus cõtinẽtia, q oẽm inordinatã, Deoq; & virtutibus cõtrariam animi & corporis ppensionẽ ac appetentiã, sub freno retinet atque compescit. Duodecimus castitas, id est, cor subleuatum, in Dominica sese passione exercens, cuius etiã imagines sibi habet impressas, eaque penetratum est: aut nudus intellectus, in quem DEVS cælesti claritate irradiat. Isti videlicet duodecim fructus sunt, quos tum cõsequimur, cùm totos nos dedimus DEO, & magna cum reuerentia venerabile sacramentum suscipimus. Iam si DEVM hoc pacto gustare velimus, vitam illi intra nos spiritalem, eamq; sanctam alamus oportet: eandemq; vitam mundis ac salubribus escis, hoc est, sanctis operibus benè & absq; errore peractis foueamus ac nutricemur. Cuius quædam in Leuitico figura pponitur, vbi Domin' Iudæis discrimen habere præcipit inter munda ac immũda animãtia, putà pisces, aues, & animalia, præscribens eis quæ ex his munda, quæq; pro immundis habere debeãt. Verùm quatenùs cibus ad corpus tãtùm pertinet, nihil hæc ad nos spectãt. Si enim ipsi mundi simus à vitijs, munda quoque nobis sunt omnia quæ ad nostros vsus necessarios cõdita sunt à DEO. Sed quod Iudæis secundũ corpus præceptum fuit, id nobis spiritaliter mãdatum est, quamobrem diuinæ est voluntatis, vt foris quidem externis bonis actib', intùs autem deuotione & exercitijs internis, & supra nos contemplatiua ad Deum adhæsione pascamur. Ita nimirùm vita actiua alimur, & cum bestijs gradimur in terra, si iuxta Dei præcepta viuamus. Et in nostri introuersione vita interna pascimur, quãdo instar piscium in diuinæ gratiæ aquis natamus, Deum inibi & multiplicia illius dona gustãtes. Vita denique contemplatiua cibamur, quãdo ceu aues vltra intellectum nostrum in diuinę claritudinis aere volitamus. Triplex igitur est conuersatio & spiritalis esca nostra, qua quidem DEO placemus, & vitã meremur æternam. Sed dispiciendum ac examinãdum nobis est, qui actus mundi & liciti, quiq; immundi & illiciti sint nobis. Id verò figura nos edocet.

Fructuũ spiritũs duodecim recẽsio.

Fructus istos q qui assequamur.

Leu. 11.

Tit. 1.

¶De discrimine ciborum, & de commendatione bonorum operum: vbi etiam acriter reprehenduntur vitia, iam passim dominatum obtinentia. Cap. CXXIIII.

QVAE enim pecora ruminant, & vngulam diuidũt, ea Iudęis edere diuinitùs pmissum fuit: eaq; mũda eis erant, nec vlla alia. Quo quidem nos docemur, si diuina gratia intùs moueamur ad agẽda foris bona opera, nosq; ea iam pacta ad memoriam reuocemus, & cum desiderio ac deuotione ad Dei honorem ruminem', iam nos pasci spiritaliter: quantoq; rationes & causas bonorum actuum nostrorum magis multiplicemus, tanto nos cibum nostrum & ruminare ampliùs, & meliùs nutriri ac refici. Quæ cùm ita se habeant, libenter sanè externa opa bona arripere, in ijsq; nos exercere debemus, quando Deum ipsum ea fecisse constat, & sancti omnes illis operam dederunt: & ab ipsis mundi initijs Deus ea & docuit, & facere iussit: Primò quidem lege naturæ, deindè lege mandatorum Decalogi, atq; ad extremum lege euangelica. Adeoq; ipsa nobis cæleste regnum patefaciũt, & coniungũt nos Deo, angelos nobis consociant, & bonorum omnium omnisq; sanctimonię tam quæ in cælis, quàm quę in terris est, participes nos reddunt: proflii-

Externa opa q qui agenda.

fligantq; & propulsant à nobis hostes tartareos, & multis sanitatem ac diuturnam conferunt vitam: neque dubium est, quin animæ vtilia ac necessaria, & in oculis hominum bona ac honesta sint. Adde quòd bonis hominibus bonum præbent exemplum, & impios ac peccatores ea negligentes accusando redarguunt: porrò angelis & sanctis lætitiam ingerũt, naturam benè componũt & sedatam reddũt, spiritui puritatem, & conscientiæ pacem conciliant. Deniq; bonis agendis operibus sanctæ Ecclesiæ morem gerimus ac obtẽperamus, in virtutibus pfectum facimus, & æterna nobis præmia cumulamus & augmentamus. Verùm eadem ipsa bona opera nostra vngulam diuisam habere debebũt, sic videlicet, vt cum omnibus bonis actibus ad Deũ, & à Deo ad proximos adiũcti & accõmodati simus, ita vt cũ hominibus vniuersis ad Deum ingrediamur, & rursus cum Deo ad cũctos homines egrediamur. Tum enim pedes affectuũ nostrorũ in duas vngulas fissos habemus, quando nosipsos & cunctos homines ad DEVM & virtutes omnes ex æquo diligimus: eaque opera nostra munda sunt, in quibus tum honorem DEI, tum proximorum salutem & vtilitatem spectamus & quærimus. Quæcunque igitur ea sunt opera, in quibus DEI quidem honorem spectare nobis videmur, sed proximos negligimus, ea immunda sunt: nam licèt ruminent, non tamen vngulam scindunt. Itemq; quibus proximi salutem & vtilitatem magnoperè nobis appetere & aucupari videmur, sed Dei non curamus honorem, ea quoque opera immũda sunt: quanuis enim vngulam diuidant, non ruminant tamen. Ergo vtraq; cõcurrere necesse est, si actus nostri placere Deo, & nobis spiritalis alimoniæ loco esse debeant. Id verò nedum figura, sed ipsa etiam natura nos docet. Quæcunque enim à DEO cõdita sunt, suum seruant ordinem, homine peccatore excepto. Nimirùm creauit omnipotens DEVS solem, LVNAM, cælum, TERRAM, & ipsam adeò ANGELICAM naturam in nostrum ministerium, vt ipsi DOMINO Deo nostro seruiamus. Deo autem seruire, est intentione spectare & quærere illius honorẽ actibus benè ordinatis, qui tum verè boni & ordinati sunt, cùm nihil nostrũ illis aucupamur. Sicut autem Dominus Deus ex liberrima ac profluẽti bonitate sua fecit oĩa, ita & nos meritò tum nosipsos, tum cætera omnia libero ac profluẽti cum amore in ipsum referre deberemus: & ita sanè & salutem in ipso, & veram tam vitę nostræ, quàm creaturarum omnium causam & rationem inueniremus. Enimuerò vitę nostrę vera causa & ratio ea esse deberet, vt nos vicissim alij alios singulari amore ac fide prosequeremur, & in cũctis actibus nostris DEI honorem spectaremus & expeteremus. Quod totum Dominus IESVS ipse nos verbo & exemplo suo docuit. Sua enim oratione secũ dicere nos instituit:

Vngulã habere diuisã.

Opera immunda quę.

Deo seruire.

Mat. 6.

PATER noster qui es in cęlis, sanctificetur NOMEN tuum: Adueniat REGNŨ tuum: Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra: Panem nostrum quotidianũ da nobis hodiè: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationẽ: Sed libera nos à malo.

Oronis dñicę commẽdatio.

Hanc precem DOMINUS ipse nobis composuit atq; accommodauit ad honorẽ Dei & mortalium omnium vtilitatem. Atq; eam ob rem omĩbus bonis Christianis communis est, sicut & Missæ sacrificium, itemq; omnis sanctę Ecclesiæ cultus ac ministeria, & quæcunq; toto vbiq; terrarum orbe fiunt bona opera. Sacerdos quidem Missæ sacrum peragit, & agricola semina & frumentum suum serit, & nauta mare nauigat. Atq; in his singuli alijs seruiunt, & suas alijs collocant opas. Et licèt actus diuersi & disiuncti sint, attamen fructus communis est. Atque hunc in modum quisquis Dei honorem & communem hominum vtilitatem ampliùs appetit & quærit, idem quoq; maxima à Deo præmia consequetur. Videmus sanè in ipso humano corpore vt multa insint membra, & vnumquodq; sanũ membrum vt in corporis necessitate alijs inseruiat, seruetq; locum & ordinem sibi à Deo constitutum: vtq; humani statura corporis in sublime erecta sit, ea vtiq; significatione, quo viuendum sibi esse meminerit ad honorem Dei, cętera verò animantia pronis vultibus terram spectent, (cuncta enim hoĩs subiacent imperio) & vt deniq; potiùs q̃ caput, hoc est, principale membrũ suũ quispiã amittat, omniũ mãlit aliorum membrorũ iacturam facere. Quãdo igit̃ Christus Dei filius omnium nostrũm caput est, in quo sempiterna vita nostra consistit, nosq; oẽs eius membra sumus, meritò alij alijs mutuò inseruire, & in omni tum corporea tum spiritali necessitate fidem ac beneuolentiam inuicèm exhibere deberemus. & cum Christo capite uo-

nostro stare erecti in æternũ Dei honorem. Ita sanè actus nostri diuisam haberent vngulam ac ruminarent, essentq; mundi, alerentq; ac nutrirent nos in vitã sanctã. Sed hanc viam pauci reperiunt: & tamen mũdus omnis mutuis officijs & seruitijs inuicèm coniũctus est. Quicquid enim corpori necessariũ est, id abundè prostat: sed nisi nummos dederis, vacuus redibis. Verùm enim permissum est omnibus & honestũ, vt vnusquilibet vitę necessaria, quatenùs ratio & iustitia sinit, ex alijs lucrẽ, ita tã, vt ad Dei honorẽ mutua fides inuiolata seruetur. At nunc auaritia, mendaciũ, fallacia, calliditas vsqueadeò excreuerunt, vt quilibet vbicunq; potest, alium fallat. Dum enim auarus quisq; in solum lucrũ temporale intentus est, & Dei & proximi sui, & virtutis, & bonorũ omnium, quę post hanc possit adipisci vitam, obliuiscitur. Hinc verò falsitas & impostura omnis proficiscitur, vt est pondus iniquũ, iniqua mensura, fallax numerus, fallax supputatio, vsura & quę lucri causa fit venditio, expositio, accõmodatio, mutuatio, pecuniæ pmutatio, & plures id genus aliæ fallaciæ, quarum hodiè in mercimonijs & ijs omnibus, quę inter homines mutuò gerũtur, frequens vsus est. Et licèt alij alijs foris, quod ad actus attinet, coniuncti videantur, ipsi tamen actus ex fraterna charitate minimè proficiscuntur: atq; ea re immundi sunt: non em̃ Dei spectant honorem. Et licèt vngulam diuidant, pedes tã pecorum sunt: quicq̃d autẽ ex porcis nascitur, immũdũ est, & illius esu Iudæis interdictũ fuit, eo q̃ nõ ruminet. Sed neq; adipẽ habet, qui in Dei altari cremabat̃. Adeps aũt spiritalem designat lætitiã ex virtutibus nascẽtem, quę igni diuini amoris cremanda est coram Domino. Porcorũ aũt adeps gaudiũ terrenum significat de peccatis conceptum, quod planè fœtet coram Deo, & tartareis ignibus tradendum est. Deindè quæcũq; sub terra degerent, vt mures & talpæ, immũda erant Iudæis, nec eis vesci licebat. Quæ nobis animalia diuites auaros ac tenaces haud incõgruè significãt. Etenim sub rebus terrenis penitùs commorãtur, & instar talparum, sensu audiendi satis vigent, sed cæcitate laborãt. Siquidem Missarum sacra & cõciones auscultãt, & Dei verbum auribus percipiunt: sed intelligere nolunt, pro rebus æternis temporalia cõtemnenda esse. Itaq; oculos eorum cæcitas occupat. Vident enim, pecuniæ & bonis temporarijs obedire & subdita esse omnia: & ipsum summũ Pontificem, Episcopos, Principes, Prælatos tam Ecclesiasticos quàm seculares, simul omnes, bonis temporalibus genu flectere. Et reuerà diuitibus parata sunt spiritalia omnia: illis & cãtat̃, & legit̃: & quicquid in sancta ECCLESIA foris fieri potest, illis promptũ atque paratum est. Facilè etiã literas obtinent, & à Purgatorij pœnis & peccatis omnibus absolutos se esse: sed hinc illi superbiũt, nimiumq; pręfidũt, magnosq; sibi rerum temporalium cumulos talparum more efficiunt atq; effodiunt: sed dum nihil minùs suspicant̃, Tartarei spũs è terra eos extrahũt, id est, animas eorũ ex corporibus & rebus omnibus terrenis educunt. Tum verò multus vbique cantus celebrat̃, & campanæ omnes pulsant̃, ante altare sepeliuntur, & à Purgatorio absoluti sunt. | Verùm si in iniquitate & cum iniustitia spiritum reddiderunt, nec omnes simul mortales ab inferni sempiternis cruciatibus eos possint absoluere, & licèt cuncta eorum bona distribuant̃ in pauperes, nihil eis contulerit. Quod cùm ita sit, vnusquisq; vitã dispiciat & attendat suã, & consulat sibijpsi dum adhuc licet. Ad hæc quæcunq; repentia ex limo terræ nascentia, apud Iudæos immunda haberi iussa sunt, & ipsa nobis vitia carnalia designãt. Cùm enim homines omnem voluptatem & delectationem in sua sibi carne constituũt, nihil differunt ab immundis vermibus humi reptãtibus, & è limo terrę victitãtibus. Hinc porrò tria emergunt vitia capitalia, putà acedia, gula, luxuria. Segniter & ex acedia reptãt vermes, gula ac edacitate pascunt̃, & in cœno ac sordibus degunt ac commorãtur. Ex his autem vitijs aliæ quædã prauæ consuetudines, nouæq; adinuentiões, nonnunquã quàm sint ipsa perniciosiores, proficiscunt̃. Si quis enim vestem conficere velit, oras adhibet laciniatas, oblongas, vestemq; ipsam ita strictã breuemq; efficit, vt vix verecundas corporis partes tegat. Hoc exemplum libenter mulieres amplexæ, etiã ipsæ tã arctas sibi vestes confici iubent, vt probro ipsis sint ac dedecori, easq; & forinsecùs & intrinsecùs subducunt, multasq; comminiscunt̃ ineptias, quibus humanã venent̃ gratiã. Iam in capitibus suis videas eas tubera quædã ex capillis congesta gerere, quæ nihil sunt aliud, quàm dæmonum nidi, in quibus delitescunt. Si verò nobili se prosapia oriundas putẽt, in facie sua instar caprarum inflexa & recurua gestant cornua, quibus dęmonũ similes sunt, &

Vitia q̃q; ualuerint.

Porci.

Adeps.

Porcorum adeps.

Auari cur muribus & talpis conferantur.

Absolutio vana quę.

Repentia.

Vermes sordidi qui.

Mulierũ aliquot in vestitu vanitas quę.

Quib' in capillis dęmones nidulẽtur.

& ita in speculo sese cõtemplant, vtrùm ea sint pulchritudine, qua mundo & immũdis spiritib' satis placere queãt. Deindè vbi iam ventrem putridũ quib' possunt modis exornârũt & obuelârunt, quid tamen aliud est, nisi sacc' putentis fimi & stercoris plenus? Interìm nihilominùs pallia superiùs latè patére volunt, quo saccus putidus humanis adspectib' magis exposit' sit. Verùm si ipsæmet faciem conscientię suę cernere possent, & quàm illa tetra, deformis, turpis & immunda sit, horrerent planè seipsas magis quàm vllũ dæmonem. Etenim tartareorum spirituum retia sunt, quib' illi suos capiunt: sicut & viri illi, qui singularibus quibusdã modis ad captandã hominum gratiã, siue ad placendum hominib' sese componunt. Istis enim libidinis incendit ignis, & indiès magis ac magis illi vacat. Hoc genus hominum, pigri ac desides sunt ad seruiendum DEO: sed alacres ac veloces, vt carni suę & tetris spiritib' morem gerãt, ac obsequãtur. Noctibus enim, quãdo cæteri homines boni quietem capiunt, isti choreis ac lusibus, comessationib' & potationib' vacãt, & noctes insanię plenas exigunt: cumq; homines pij è lecto se corripiunt, & Deo seruire instituunt, isti dæmonum serui dormitum abeunt, vt intelligas in eos competere dictum illud S. Iob, Noctem verterũt in diem, & diem in noctem. Quidã tamen ex eis templum accedunt, & Missæ sacrum auscultant, hoc fine tãtùm, vt populo se venditent, & hominibus decorem suum spectãdum exhibeant. Isti nimirùm mundus sunt, pro quo Domin' IESVS Patrem suum precari noluit, sed nec ipsi id appetunt, quippe qui sic vitam exigunt suam, vt nihil spiritale sentiant, nihil vllis virtutibus afficiãtur. Hos nõ incongruè comparare possimus filio illi iuniori, epuloni Euangelico. siquidem & ipsi substantiam suam à Deo diuisam habent, & peregrè profecti sunt in regionem lõginquam, vbi obscœnis sese voluptatibus pascunt. Porrò senior filius, qui cum Patre domi remãsit, eiusq; possedit hęreditatẽ, typum gessisse videtur ECCLESIAE procerum, & eorum omnium, qui Christi patrimonium absumunt, qui planè præignauia ac desidia obdormisse videnť. Neque enim vel vita, vel verbis, aut actibus docent, vndè populus eis commissus possit ad meliora prouocari. Et licèt Christus IESVS oues suas, pro quibus tam acerbam perpessus est mortem, ipsis commiserit, sed id minimè perpendunt. Errant enim & mente captæ sunt oues eorum, & ipsi eas minimè requirunt: & licèt cibi ac potûs defectum patiãtur, nihil id eis curæ est: morbidis & attritis nulla vnctionis fomenta adhibent, lęsas & confractas non alligant, quasq; dæmones & mundus in profunda inferni seducunt, ijs iter veritatis minimè indicant. Contrà verò pastor bonus gregem suum antecedit, vocat, trahit, cõsolat oues suas benignitate & clemẽtia Dei, itemq; sequtur eas & arguit, & obiurgat ac cõminat iustitia Dei. Quòd qui non faciũt, eos lupos rectiùs quàm pastores dixeris. Sicut em bon' pastor studiosè agit, vt oues suas oẽs reducat ad caulas: ità lupi rapaces in agris eas deuorãt. Quibus animaduersis, agè videamus nunc, vtrũ ECCLESIAE principes in bonorum pastorum numero habendi sint. Aulæ & Palatia eorum obsequentis familiæ turbis perstrepunt. Videas illic potentiam, opes, dignitatem ac honestatem more seculi, cibi ac potûs nimiam abundantiã, vestes varias, preciosa ornamenta, & demũ quicqd mundus ornatûs præstare possit: & inter hęc tamen semper penuriã ac defectum patiũtur: quantoq; plura obtinent, tanto semper manent auariores. Hoc igit ipso miserrimo mundo similes sunt, nunquàm non terrenis inhianti rebus, eo quòd Deum non gustauerit. Atqui Christus pastor bon' longè aliam nos viam docuit. Nullus ille ædes proprias, nullum peculium habuit: seipso autem & omnibus quæ habuit, homines, hoc est, oues suas mercatus est. Et cùm maximo afficeretur honore, quo nullus ei maior erat habitus à mundo, asinæ sedit comitatus pedestri familia discipulorum. Poterat quidem si voluisset equum gradarium, aut albam habere mulam: sed humilitatis viam docere nos voluit. Indè etiam in ECCLESIAE exordio Apostoli & qui tunc erant sancti Pontifices, totũ mundum magna cum strenuitate pedites peragrantes, populos ab infidelitatis errore reuocabant. Sed iam res planè in cõtrariũ abijt. Si qs Episcopus aut insignis Abbas populos & subditos visitare & corrigere velit, quadraginta sibi adhibet equites, & ingentẽ familiam, grandesq; sumptus fiunt. Neq; id mirum, qñ non suis, sed alienis id facit impendijs. Correctio & castigatio crumenas tantũ spectat, animas nihil attingit. Cantus celebres, magna festa ac celebritates, sumptus & apparatus,

Venter.

Pallia.

Retia diabolica.

Iob.17.

Ioan.17.

Luc.15.

Luporũ poti' quã pastorũ nomine digni qui.

Mat.21.

Visitatiões quę quales.

tus ingens ciborum ac potuum, aut etiam grandes bullæ aureæ exiguntur. Quæ posteaquã data sunt, castigatio & visitatio finem habet. Nihil enim aliud quæritur. Tum canonici, tũ Monachi ac Monachæ, modò ipsorum ditioni subiaceant, ista pendere cogũtur. Ità em consuetudo se habet: nec quicquam præterea nouerũt, quid ea significet visitatio. Et ægrè quidem datur à subditis, at Episcopi libenter accipiunt. Sed hac ratione peccata non minuuntur, immò augentur etiam. Archipresbyteri quoque, quos Decanos rurales vocant, parochos & clericos suos visitant: sed quanta in ijs sequatur vitæ emendatio, quotidiana docẽt experimẽta. Est & alia apud istos cõsuetudo, vt singulis annis semel parochias singulas visitent, & in aperta duntaxat grauia crimina inquirant: & si quos istis obnoxios offendant, eis mulcta pecuniaria irrogatur: hęc videlicet satisfactio & pœna peccati est: qua persoluta, securis & quietis esse licet, & totum illum annum seruire dæmonibus, donec iterum redeat visitandi tempus. Neq; sanè parcitur illis: sed si vel mendicãdum posteà sit, pecunia indicta soluenda est. Quòd si rebus locupletes sint, & magnos habeãt reditus siue prouentus, multum dare compelluntur, & quantũ maximè ab eis extorqueri potest. Quo persoluto, ex anno in annum liberi sunt, donec tandem tetri spiritus euulsas è corporibus animas in Tartareas demergãt pœnas ac mulctas, nullo vnquã fine claudendas. Ita iam habent singuli quod volunt: diabolus animã, Episcopus nummos, & stulti ac miseri homines momentaneã delectationem. Isti nimirùm reditus sunt, vndè Episcopi sua cum familia victitant: quod tamen pace bonorum dixerim: Sunt enim & sancti quidam & beneuoli Episcopi: quanquàm eorũ vicarij siue Officiales ac ministri, interdum callidi, versuti, immisericordes, duri, & vsq; adeò auaritiæ dediti sunt, vt nemini ad eos vllus pateat aditus, nec quicquam apud eos effici possit, nisi certa pecunia numeretur. Ita qui plùs largitur, plurimùm apud huiuscemodi aulicos valet: adeoq; pecuniosi homines si multùm tribuant, facilè impetrant omnia, & absolutionem, & literas, & sigilla, & excommunicationis sententiam. Atq; isthæc detestanda pestis, contagiosa est valdè, & longiùs processit ac propagata est, & omnem religionem & sacerdotij ordinem totn orbe infecit ac fœdauit: sicq; factum est, vt feruentem æstatem gelida hyems depulerit ac profligârit, atq; ex consequenti perrari ac exigui fructus spirituales in ecclesia remanserint. Iam enim passim videre licet, etiamsi quis quatuor aut quinq; Ecclesiastica (vt vocant) Beneficia occupet, tamen plura eum appetere: quãto autem plura habet, eo minùs suo fungi munere, minusq; facere officio suo satis. qui enim eximia aliqua dignitate alijs antecellunt, ij non nisi in summis festis Missæ sacrum faciunt: cæteris diebus vicarij eorũ vices explent. Tanti enim se faciunt, vt se parùm decere arbitrentur, si aliâs pręterq; in præcipuis celebritatibus id agãt. Et licèt interìm pleriq; humili aut mediocri loco & conditione nati sint, vbi opes adipiscuntur, crescit eis animus. Quòd si etiam quidam ex eis benè literati sint & sapientia seculari prædíti, at vbi temporaria bona & seculi honores appetunt, spiritu excæcantur, & nullam virtutum notitiam obtinent. Et summus quidem Pontifex tametsi permittat vni plura occupare Beneficia, permittere tamẽ nulla ratione potest, vt quisquam auarus aut tenax sit. Auaritia autẽ & tenacitas duo Beneficia sunt, quæ impro bi ac nequam spiritus opulentis quibusdam sacerdotibus & canonicis instillant, ijsdemq; perplures capiunt ac æternò sibi retinent. Isti & DEO & sibijpsis infideles sunt, quandoquidem grãdia Beneficia Ecclesiastica appetunt, & tamen non nisi parùm laborare ac Deo seruire libet. Immò si Beneficia nulla haberent diuini cultûs annexa debita, id sanè mallent. Et reuerà inuiti admodùm quanuis tenuibus clericis vitę præbent necessaria, pro ipsis licèt cantãtibus, legentibus, ac diuinum cultum exequentibus. Grãdes autem thesauros sibi conficiunt ex rebus Pauperum: si quid eis reliqui sit, indè partìm vel nouos sibi comparant reditus, vel exercent mercimonia, partìm id in preciosas, splẽdidas & gratas adspectu vestes, vel cibum & potum conferunt: alij alearum lusu aut permutationibus absumũt, aut in alias res inhonestas collocãt. Quidam etiam Missæ sacrificium & alia diuina officia, ad quę iure obligatos se esse non nesciũt, aut ignorare non debent, missa faciũt, & ciuiũ dispensatores fiũt, ita vt eorũ procurẽt reditus ac census, quòd sanè neutiquàm eos decet. Sed hocipso ex tenacitate parcũt rebus suis, & ad vitã alendã necessaria auarè sibi lucrãtur. Nonnunquã etiã videas eos dominarum ad templũ pergẽtium anteambulones agere, & ad infima isthæc

Res ipsa acu tacta.

Mulctę quę quorũ vitiorũ quales.

Quid qbus in aulis aut curijs maximè valeat.

Pluralitas Bñficiorum ecclesiasticorũ in vna persona.

Prelatorum fastus.

Quid Papa non queat.

Diabolus quos qb' deuinciat beneficijs.

Ecclesię bona qui ferè consumantur.

Quotidianũ sacerdotum abusus quales.

ſeſe ſeruitia abijcere, cùm tñ & ipſos & fœminas huiuſcemodi id planè dedeceat. Alios cernere eſt in templo ſtantes tam citra omne decorũ, tamq; turpiter lucrũ ali quod nũmarium expectare, ac ſi oculis capti, aut membrorũ officijs deſtituti ſint. Eſtq; verendum ſanè, plura agi Miſſæ ſacra in qbus bona potiùs temporaria, quàm Dei ſpectet honos. Vix enim paucos reperias, qui rebus ſuis contenti ſint. Si quis vnicũ obtinuerit beneficiũ ECCLESIASTICUM, modò poſſit obtingere occaſio, libẽs etiã alterum amplectit. Iam vbi fortè ad matutinas vel cæteras preces horarias & cultũs diuini officia cãpanæ pulſant, ſi ſit ſpes lucri alicuius, alacriter euigilãt oẽs, & frequentes ad templũ conueniũt. Sin nullũ expectet cõmodũ, etiamſi campanæ omnes rumpant, tantus eos ſopor occupat, vt non ſentiãt, nec diuinis rebus adeſſe velint: Vicarij tantùm & conductitij quidam, quæ agenda ſunt, exequi coguntur. rarò quiſpiam diuini duntaxat honoris cauſa adeſt. Ex maioribꝰ DOMINIS ſi qui fortè interſint, parùm aut nihil fructũs adferunt, ſed vel mutuò confabulant, vel penitùs obmuteſcũt, aut celeriter etiã leuibus ex cauſis egrediunt. Non enim eos Dei cultus afficit. Plures etiam animarum curam, & populum Dei loco regendum ac inſtituendum ſuſceperunt, ſed eorum neq; vitã, neq; actꝰ imitari licet: dictis quoq; rarò tutũ eſt morẽ gerere: quippe cũ ſæpiùs nihil ab eorum actibus diſcrepẽt. Sic prohdolor in peiorem partem mutata ſunt omnia: quando vitia, dedecꝰ ac ignominia in honorem verſa ſunt, ſed mundi tantùm iudicio, non item coram diuina iuſtitia. Quàm verò probroſum ac deteſtandũ eſt quoſdam ex rebus ECCLESIASTICIS victitantes, quos anima & corpore caſtos eſſe oportebat, palàm domi ſuæ proles ex ſe genitas alere ac ſuſtentare, atque indè tamen non ſolùm nullo rubore affici, nullo pudore ſuffundi, ſed etiam multùm placere ſibi, perindè ac ſi ex legitimis eas vxoribus ſuſceperint. Reuerà ſi ab initio ſanctæ ECCLESIAE ſacerdotes tã nihil ſpiritales fuiſſent, atq; hodiè ſunt, chriſtiana fides nõ tam longè ac latè propagata eſſet. At nunc ſtatus & ordines omẽs in ima deflexerunt. Id quod etiã in multis religioſis ordinibus animaduerti licet. Sunt etiamnum in cœnobijs monachi & moniales, qui ſatis multùm ſpiritalibus exercitijs dediti, & Deo deuoti ac internæ vitæ ſtudioſi, ac modis omnibus benè compoſiti ac morati videant: atq; ex his alij qdem bonę ſunt voluntatis, ſimplices & ſancti, ſed ij nihilipendunt. Nonnulli verò nequã & aſtuti ac duplices ſunt, & ſimulant ſe quod nõ ſunt: & hos ſæpiùs contingit in ſublime tolli, alijsq; præponi ac præfici. Tum verò ipſi ſeſe produũt. Haud ſecùs enim quàm ſi in mundo agant, bonaq; cœnobiorũ & honor, ab anteceſſoribus ad ipſos iure ac ſucceſſione hæreditaria deuoluta ſint, ſupra alios ſeſe efferunt, moxq; ſanctitatis ſuæ obliti, bona temporaria adminiſtrãt, ſuumq; exercent dominatũ: Animarũ verò & religionis curam PRIORIBUS demandãt: ipſi interìm tot tãq; varijs diſtrahunt occupationibus, vt vix Miſſæ ſacrũ auſcultare queãt. Quotquot aũt ad eos accedunt, genu flectere ſolent. Siqdem alijs dignitate antecellunt. Sed ob hoc ipſum humilitate cordis & fido erga ſubditos miniſterio omnium extremos eos eſſe decebat. Baculum enim paſtoralem gerũt. Itaq; illius parte acuminata pigros ac deſides ſtimulare ac vrgere, & parte media ſuo exẽplo vitæq; ſanctitate infirmos ac inexercitatos ad virtutum profectum deferre ac prouehere, parte deniq; inflexa ac recurua, quos foràs ad mundũ cernerent contendere, ad ſolitudinem & fratrum collegium retrahere ac reuocare deberent. Ita faciebãt primi MONASTICÆ RELIGIONIS INSTITUTORES. Etenim priſci illi Patres & Abbates, ac MONACHI, PATRE, MATRE, DIGNITATE, REBUS TEMPORALIBUS, AMICIS, COGNATIS DERELICTIS ac poſthabitis, eremi ſeceſſum petebant, Deumque & vitæ ſanctimoniam in ſemotis ab hominum frequentia & conſuetudine locis & cordis ſui vnitate ac ſolitudine quærebant. Sed iam longè ſecùs agitur. Qui enim hodiè ſunt Abbates & MONACHI, plerique dorſum DEO, & faciem mundo vertunt: relictaque ſolitudine, ad inuiſendos amicos & agnatos, pedites & equites properant, cibumq; ac potum & corporis ſui oblectamẽta venant: HÆC verò interìm peccata, pbra & ignominia ſeculi cõſequũtur. At tñ ſi improbitas ipſa populũ celari poſſet, Dei & bonę cõſciẽtię minima ratio haberetur. Sed & hoc quàm deforme eſt, qꝰ vt palã omnibus conſpicuum eſt, vbi virgo ſanctimonialis è ſuo progreditur cœnobio, vſque adeò compta & compoſita procedit, acſi mundo & dæmonibus venditare ſe velit: id quod identidèm euenire ſolet, quãdo iſtiuſmodi, licèt inſcientes, multis multorũ præſtãt occaſionem vitiorum, vndè ad tribunal Chriſti quãdoq; ratio-

Quas ob res chorus potiſſimùm frequẽtetur.

Quid per quos in choro tractetur

Quorũ paſtorũ cauẽda & dicta, non ſolùm facta.

Cõcubinariorũ quãta impudẽtia.

Statuũ & ordinũ oim corruptio quę.

Hypocrite quõ ſe tãdẽ veluti foriees prodãt.

Quid qua paſtoralis baculi parte agendum.

Quãtũ in religioſis olim & hodiè diſcrimen.

Monialium ĉjrũdam abuſus quis & periculum.

tionem reddere cogentur. HUIC HOMINŨ GENERI CŒNOBIŨ CARCER EST, & mũdus paradiſus. neq; enim vel Deus, vel æterna beatitudo quicquã eos afficit aut delectat. Quod vel indè ſatis conſtare poteſt. Vbi enim monachi quadraginta ſimul in cœnobio viuũt, vix paulo plura Miſſarum ſacra peragũt, quàm ex communi debito facere compellantur. Noctibus verò, quãdo ad NOCTURNAS PULSATUR PRECES, pauci quibus id facere incũbit, & ij ipſi metu potiùs quàm libera adducti volũtate, chorum accedũt: cęteri ſomno & quieti vacãt. Interìm fiunt Capitulares admonitiones & caſtigatiões, quod eſt vtiq; bonũ ac vtile, & tamẽ in dies religio deficit. Enimuerò dum vnuſquilibet alios ſeueriùs quàm ſeipſum iudicat, ea caſtigatio & correctio crudelis eſt: atq; ea re deficit illis humilitas, & fraternæ charitatis concordia. Qui enim dum obiurgantur, ſibijpſis non diſplicent, nec ſuũ accuſant delictũ, vix æquanimiter ſe reprehendi patiũtur. Cæterũ inueniũtur ſolo nomine religioſi, quorum PRIOR aut alius quiſpiã illius vel iuſſu vel rogatu, vbi ad REFECTORIUM pulſat, tres aut quatuor ex iunioribus veniũt, tametſi vnius omnes ordinis ſint. DOMINUS ABBAS cum ſua familia manet in domo ſua: alij malè habent, & edendis carnibus ac alijs lautitijs, ſi quas habere poſſunt, ſua curant corpora. Qui multos habent reditus, multam ſibi coaceruant pecuniam, aut dapſiles faciũt ſumptus: quibus tenuiores veniũt reditus, parciùs agere cogũtur. Singuli enim id quod habent, retinent, nec communicant alijs. Etiam ſi Abbatia locuples ſit, nihilo plus pſtat cœnobio quàm debet: itemq; ſi cœnobiũ diuitijs abũdet, ipſi qdem lautiùs victitant, ſed nihil Abbati conferũt. Et ſinguli ſuos tollunt reditus, ſuiq; curã gerũt perindè acſi in ſeculo degerent, idq; Superioris vel ABBATIS PERMISSU. Qui tamen ſi reditus tollere atq; in commune diſtribuere vellet, aut vix aut omninò non permitteretur. Ita nimirùm verbo qdem nihil habent proprij, ſed re vera perplures ſecùs agũt. Hic mihi iam conſiderent iſti, ſit ne iſta D. Benedicti aut S. Auguſtini regula. Mihi quidem non fit veriſimile, niſi grãdes adhibeant gloſſas & cõmenta. Neq; enim vel color vel actus id præ ſe ferunt: quando regulę iſtæ ſeu canones ac conſtitutiones vitã nos agere docent rebus internis deditam, mundoq; renũciare ac valefacere, ſicq; Deum in ſpiritũs vnitate ac ſolitudine poſſidere & inuenire. Iam ſi ad MENDICÃTIUM ORDINES tranſeamus, eorum inſtitutores videmus Deum in ſpiritũs ſui poſſediſſe vnitate ac ſolitudine, interno autem DEI inſtinctu & fraterna charitate permotos foràs ad populum ſeſe conuertiſſe, totumq; mundum vita ſanctiſſima & ſana ac integra compleſſe doctrina. Contemnebant planè honores, bona temporaria, corporis oblectamenta, & cuncta mũdi ſolatia, & in volũtaria paupertate tam intùs quàm foris DOMINŨ imitabantur. In ſeipſis ſobrij, corã Deo iuſti, & cunctis hominibus pij ac beneuoli, non niſi Dei honorem & commune mortaliũ omnium commodũ ac vtilitatẽ aucupabantur. Atqui hodiè ordines iſti MENDICANTIUM plurimùm aucti ſunt, & MENDICÃTIUM FRATRUM ingẽs eſt numerus: ſed qui Ordinũ ſtatuta ac inſtituta obſeruent, pauci admodùm ſunt. Quæ em primi illi FRATRES deferebant ac reſpuebãt, ea hodiè à pleriſq; quærũtur & appetũtur. Quod ſanè multis poteſt conſtare modis. Siqdem bona temporaria, & mũdanos honores perplures eorũ non mediocriter ambiũt, & licèt qdam ex eis exiguam dent virtutibus operam, tamen & de ipſis virtutibus ſpiritales honores expetũt. Edere quoq; & bibere delicatè, ac curioſum & comptum ferre habitum libet, nec vlla apud eos vel eſculenta, vel poculenta, vel veſtimenta plùs nimio precioſa habentur, quę obtinere poſſint. Aedes quidẽ ſacras & cœnobia magnificè extruũt, homines q; rebꝰ locupletes ſibi potiùs alliciũt & adiungũt, quàm vel ad Deum vel virtutũ ſtudia cohortentur ac inſtituant. Mendici & pauperes dici volunt & ſuã ſemp queri inopiã, & tamen omnibus abũdare rebus. Inter eos ſanè & DIUITES & PAUPERES reperire monachos licet, quaſi in mũdo verſentur: & alios videas quatuor aut quinq; tunicas, alios vix vnam obtinere. Interìm adulãtur peccatoribus benè nummatis, pauperes autem & inopes, quibus accipere magis libẽret, affligunt. Peruagãtur per Terminos, quos vocant, idq; nedum in villis, ſed etiam in oppidis. Et verbis quidam illorum prædicant, ſed vita ac moribꝰ ꝓpemodũ muti ſunt: ſicq; fit, vt dictis ſuis paruum aut nullum fructũ ferãt. quidã ex eis lanam potùs q̃ oues, id eſt, ſuũ magis lucrũ, quàm animarum ſalutem quęrunt, & ſunt inter eos cupidi qdam & vani, quos nihil explere queat. Siue enim frumentũ, ſiue ſemen, ſiue oua, ſiue caſei, ſiue nummi, ſiue alia quælibet, quæ homines prẽſtare queant, offe-

Monachorum tepor & ignauia.

Ex inequali iudicio ſui & alterius qd tandem ſequatur.

Quãta in qbuſdã cœnobijs inequalitas, vitaq; priuata.

Proprietarij.

Mẽdicãtiũ ordines initio quales.

Ijdem hodiè quales.

Adulari qbꝰ qui probè nõrint.

Terminarij qui quales.

rantur, omnibus his indigere se aiunt, & licèt septem milliaria non nisi vnum complectantur cœnobium, quicqd intra ea vndecunq; colligit, id facilè in illius vsus cesserit. Et quanuis plerosq; videāt pudoris aut honestatis causa tribuere potiùs quàm ex charitate, nihil id eorum interest, dum ijs ipsi perfruant. Ita virtutes & in eis & in populo pessùm eunt. Qui inter eos multa acquirere & quæstum facere nouit, charus in primis habet & hilariter excipitur. Multa sacra faciunt: noctibus ac diebus altè canunt: Cùm enim inter homines habitent, necesse est, vt aliquid agāt, quo hominum gratiā sibi concilient. Vbi ad refectoriū accedum est, prior, custos, Guardian', vt vocāt, Lector, & si qui sunt ditiores fratres, quibus aut reditus suppetunt, aut benè nummatę filiæ confessionis, quarum beneficijs fruantur, simul omnes seorsim quodam in loco suis nonnunquā vacant lautitijs: cæteri inopes fratres in refectorio olera aut quippiam eiusmodi, & duo haleca, ac tenuem cereuisiæ potum accipiunt. Et tamen ditiores illi miseris ipsis nedum satìs, sed plùs etiā quàm meriti ac digni sint, apponi putant. Contrà pauperes ditiorib' propè inuident abundātiā, maximè cùm sit illis ex rebus, quas arbitrātur communes esse oportere. Facto prādio, euagant fratres aliqui quādoq; ad sua captāda lucra. Si quis diues in oppido aduersa laborat valetudine, duo ad illum mittūtur fratres, qui petant vtrúmne sepeliri apud ipsos velit. Alij fratres hincindè obambulant, Alij visitatū eunt filios suos seu filias spirituales, quod vtilitatis qdem aut parùm aut nihil habet, sæpe verò etiam dedecus ingens ac ignominiam parit. Et tamen nemini istos corrigere licet: quippe qui præ superbia, suī reprehensionem indignè ferunt. Quòd si ob peccata sua quôpiam relegādi sint, potentium hominum implorāt opem: & si nummos habent, facilè etiam quibuscunque inuitis, à superioribus suis permanendi impetrant facultatem. Si quis inter eos sit pietati deditus, simplex & timens DEVM, & qui patrum instituta ac canonem monasticum seruare velit, illum habent contemptui. Ex his igitur, quæ nos tātùm de malis ac improbis, non de bons siue Prælatis, siue subditis, siue Monachis, siue monialibus diximus, (certum est enim, & plures optimos in eis inueniri) id liquidò potest intelligi, cunctos ordines omnemq; religionem monasticam à suo primo feruore ac statu deflexisse, & mundi propemodùm similem effectam, illis tamen exceptis, qui non procedunt in publicum, vt sunt Carthusiani & omnes inclusæ virgines sacræ, qui primæ suæ institutioni viciniùs inhærent, ad eamq; proximè accedunt. Etenim spiritus Tartarei retia sua per omnem terrarum orbem longè lateq; expanderunt, & quicunque vermibus humi repentibus victitant, eorum vita sordida & immunda est: eiusmodi autem sunt, quotquot suę viuunt carni & acediæ, gulæ, impudicæ ac luxuriosæ conuersationi, aut alijs grauibus vitijs dediti sunt: qui omnes citra cōtrouersiā dæmonū retibus manēt impliciti ac irretiti. At tamen Deus benignissimus suos seruabit electos, quocunque in statu vel ordine vixerint. Rete nanq; diaboli amplos habet cancellos & ampla foramina, atq; ea re qui humiles sunt & mūdi à vitijs, indè elabuntur, nec retinere eos potest: ijq; ad Deum pertinent, & rapiunt eos angeli, atq; in Abrahæ sinum perducunt. Sed istijpsi alimentum suum in internis potiùs exercitijs, quàm actibus externis, capiant necesse est.

Terminarij charissimi q

Priuatæ quorūdam cœnobitarum vitę scandala.

Euagatio.

Dites qui p quos quó captentur.

Degñatio q seu quorum quanta.

Rete diabolicū quale.

¶ Quinam pisces mundi, quíve immundi Iudæis fuerint, mystica interpretatio. Cap. CXXV.

INDÈ est quòd scriptura ait ad Iudæos: Omne quod habet pinnulas & squamas, tam in mari quàm in fluminibus & stagnis, comedetis. Cuncta autem quę non habent pinnulas & squamas in aquis, polluta erunt. Quibus id nos instituimur, internam vitam nostram virtutum habitu prædità esse oportere, internaq; exercitia nostra rationali consideratione tecta esse debere, perindè vt pisces suis & tegunt & ornant squamis: & voluntatem denique nostrā seu vim amatiuā, modo quadruplici moueri debere, videlicet, ad propriam mortificādam ac extirpādam voluntatem, ad amādum Deum, ad naturæ voluptates & oblectamenta calcāda ac respuenda, & ad virtutes obtinendas: quæ sunt pinnulæ quatuor, quib' interna vita nostra instar piscium in diuinæ gratiæ aquis fluat oportet. Præter has tamen pinnulas quatuor, aliā insuper in medio rectam pisces habent, quæ in omni illorum agitatiōe semper immota permanet. Ita videlicet internus sensus vel affectus noster velut in me-

Pinnulis quot quì natandum.

medio positus, ab omnibus planè liber & absolutus, & absq; vlla propria vel optione vel delectione erit, ita vt Deum & nobiscùm & cum omnibus quæ cæli terræq; ambitu continentur, pro suo arbitratu agere sinamus. Isthæc enim quinta nostra pinnula est, in Dei nos gratia, & vera ac diuina pace cōfirmans ac stabiliens. Hoc pacto exercitia nostra interna & pinnulas & squamas habent, & mundam nobis ac Deo placitam escam præbent. Cæterū squamæ ipsę, quibus exercitia nostra interna obducūtur ac ornātur, quadruplici tinctæ esse colore debebūt. Quidā enim pisces fuscas habent squamas, alij rubicundas, alij virides, alij candidas. Et fuscæ quidē id nos docent squamæ, exercitia nostra interna humilibus formis seu imaginibus vestienda esse, ita videlicet, vt nostra cogitemus peccata & virtutum defectum: item q; Christi IESV & pijssimæ Matris eius MARIAE humilitatem, & quæcunq; nos humiliare queāt: & vt amemus paupertatem ac nostrī contemptum, & à toto mundo nesciri ac nihilipendi. Hæc ad fuscum colorem pertinēt, non mediocriter gratum oculis Dei. Rubicundis autem squamis nostra vestiemus exercitia interna, vt nobiscùm ipsi eommemoremus, quemadmodùm vnigenitus Dei filius ex purissima ac ardentissima charitate, nostra causa excruciari & affligi voluerit, eandemq; eius acerbissimā passionem in memoria nostra ceu præclarum speculum ob oculos nostros internos circūferamus, quo sic charitatis eius memores, in omī cruce & afflictione nostra lætemur: deindè etiam, vt varia ac multiplicia sanctorum martyrum, qui sua perpessione Christum Dominum in æternam vsque vitam sequuti sunt, tormenta animo reuoluamus. Ista rubicundas efficiūt squamas, easq; aptè compositas, ac pulchrè & amabiliter internum sentire vel experimentum nostrum obtegentes. Ad hæc interiora nostra virides quoq; habebunt squamas, ita videlicet, vt mente versemus ac inspiciamus eximiam tum cōfessorum, tum sanctorum omnium vitam, vt ij mundū contempserint, quanquàm miris & stupendis actibus, & quàm multis modis Deum coluerint, eiq; famulati sint. Hæ squamæ colore sunt viridi, illiciuntq; & exhilarant corda amantia & sanos oculos. Moueamus igitur pinnulas nostras, & quibuscunq; possumus rectè factis & bonis studijs eos natādo insequamur. Adhibendę deniq; sunt internis exercitijs nostris etiam cādidæ squamæ, sic vt virginum puritatem contemplemur, adspiciamusq; vt aduersum carnem & sanguinem, id est, naturæ voluptates & oblectamenta certārint, & certando palmam adeptæ sint: eaq; ex causa coronā gestent aureolam, & sequātur agnū Christum, cantātes cāticum nouum, quod nemo alius cātare potest, nisi qui mētis & corporis seruārit integritatem. Quāquàm si quis fortassis corruptus est corpore, idem tamen innocentiam recuperare potest, atq; alijs se vestire ac ornare virtutibus, & in extremo die cum sanctis omnibus venire ad iudicium Sole fulgentior, & Dei possidere gloriam in ęuum sempiternū. Hoc nimirùm quadruplici squamarum genere intima nostra operienda nobis sunt, & singulo cuiq; squamarum generi vitales bonæ voluntatis pinnæ adiūgendæ, ita videlicet, vt re ipsa & opere exequi cupiamus, quod ratione pponimus, concipimus & complectimur: sicque mundam habebimus escam interiorem. Enimuerò scientia & sapientia omnis, si nō sit cum bona ac religiosa vita coniuncta, squamæ sunt absque pinnulis: itemq; virtutes quæcūq; sine rationis moderatione exercitatæ, pinnę sunt absque squamis. Quamobrem si vitam nostram mundam esse volemus, danda nobis opera est, vt virtutes cognitas ac perspectas habeamus, amemus, & colamus, ac exercitemus: atque ita mundis vescemur ac alemur piscibus, pinnas squamasq; gerentibus. Verùm quosdam reperire est homines natura teneros ac generosos, quibus etsi adsint pisces, nihilo seciùs tamen auium carnes appetant, quæ sunt exercitia vitæ contemplatiuæ. Neque enim quisquam supernaturali contēplationi vacare potest, præter homines deuotos ac internos. Multas igitur Dominus secundum figuram Aues commemorat, quas Iudæis immundas esse voluit, quibusq; illis vesci nefas foret. Ipsa autē figura hoc nos instituit, quasuis contemplatiuæ vitę exercitationes, quibus in solo lumine naturali absque diuina vacetur gratia, immundas esse, eo quòd nō nutriāt in vitam æternā. Et ipsas quidem aues, ita vt à Domino olim expressæ sunt, singulas hoc loco referre placet, spiritali etiam significatione declarata. Vt enim Aues iam cōmemorandæ, Iudæis (quod ad corporis victum attinet) immundæ erant: ita nobis omes viuēdi rationes siue modi illis similes, immundi sunt, & ex Diuinę volūtatis prescripto eis vesci spiritaliter illicitum nobis

Pinnula quinta quę.

Squamas quas quì oporteat coloratas.

Squamę fuscę.

Rubicūdę.

Virides.

Candidę.

Apo. 14.

Quę nobis quotuplicē squamarum genere operienda.

Squamę sine pinnis.

Pinnę sine squamis.

Auium carnes quid.

Aues quasdā esse immundas, qd sibi velit.

est. Quisquis igitur ad veram optat contemplationē absque errore pertingere, Aues has earumq; naturas & habitudines, à me explicandas, diligenter animaduertat.

¶De viginti auibus diuina lege prohibitis Iudęis, ne ijs vescerentur: & primò de Aquila. Caput CXXVI.

Aquilę descriptio.

INTER viginti illas aues, quas Dominus Iudæis immundas esse iussit, Aquila priorem locum occupat. Est enim auium regina, quippe quæ cęteris volat sublimiùs, & Solis splendorem immota acie contemplatur, nidumq; sibi in locis editissimis efficit, draconem vincit ac debellat, & aliæ aues omnes ipsam verenē ac timent. Itaque sanctissimi quiq; ac excellentissimi homines, tum in cælis tum in terris constituti, in quibusdā dun-

Aquilę in omnib. similem esse debere neminem.

taxat Aquilæ similes sunt. Qui verò in omnibus illius referunt similitudinē, illorū vita immunda est. Siquidē diuinæ gratiæ & cunctis virtutibus contrarij sunt. Animaduertat hîc Lector, quid natura, & quid gratia possit supra naturam: id enim iam paucis aperiam. Quisquis in suī introuersione ab omnibus formis & simulacris, ab omniq; animaduersione vel consideratione sese expedire, animumq; in ociosam nuditatem subleuare nouit, is secundū naturam supra cęteros homines velut rex est. Subuolat enim quātùm natura altissimè potest, quietemq; & nidum in sua sibi essentia constituit: & aciē mentis in simplicem intendit veritatem, in ipsius, sicut & in omnium, essentiā iugiter irradiantem. Et quia adspectus eius simplex est & absque animaduersione, veritatem ipsam immota & irreuerberata acie contuet. Id verò tāta naturā delectatiōe afficit, vt animaduersionē, discretionē & cuncta rōnalia exercitia ipsius nudū adspectum siue impedientia, siue depingentia ac formis adspergentia, contemnat ac ceu adulterina, ignobilia & vilia putet, perindè vt Aquila pullos suos ad Solis splendorem conniuentes. Ad hæc draconem vincit: quandoquidem in huiusmodi à formis & imaginibus nuditate diabolus tentare neminem potest. At in descensu suo su-

Draconē q mysticè vincas.

perbus, vafer & nequam ac impatiens est, & peregrinis vtitur verbis. Eos autem omnes qui ipsius nō experiātur spiritum, pro paruis ducit, censetq; eos à summa perfectione abesse plurimùm. Quo fit, vt qui etiamnum naturæ feruntur alis, & cupiunt homines boni effici, honore eum afficiant ac reuereantur: at tamen subuersus & deceptus est. Siquidem scire vult, non credere: habere absque spe, & possidere sine charitate. Sed licèt Aquila sublimiter volitet, non tamē supra seipsam fertur: itidemq; nemo hoīm solo lumine naturæ seipsum exce

Aquilā supra seipsam non ferri, quid.

det: sed charitas & gratia subuehunt hominem supra seipsum in Deum, ibiq; suum ipse nidum conficit: quippe cuius & habitatio & quies Deus ipse est: eamq; ob rem & illustratur copiosiùs, & vberiùs gustat Deum, quàm simul mortales omnes in sola possint natura consequi. Istiusmodi homo actus omnes rationales, fidei ac primæ veritati conformes, perindè vt præclaros fructus suos amat & amplectitur: quippe qbus & ornatur, & ad sanctorum & Ecclesiæ sanctæ exemplum componitur ac ordinatur. In Ascensu autem suo & seipsum & tentationes omnes excedit: In descensu verò tantam & verbis & bonis exemplis præ se fert gratiam ac amabilitatem, vt hostes eius omnes abscedere & fugam inire cogantur: tamq; mitis est & humilis corde, vt pij omnes ad eum sese adiungentes, gaudio afficiantur. Sed tantùm de prima aue dixisse satis sit, prohibita qdem nobis secūdum naturā suam, sed prę cunctis auibus maximè commendata secundum gratiam.

¶De Gryphe. Caput CXXVII.

Gryphis descriptio.

SEQVITVR altera auis Gryps vel Gryphus dicta, omni ex parte Leoni, alis tantùm & facie Aquilæ similis. Estque animal quadrupes, tantarum virium ac tanti roboris, vt etiam armatum virum superet ac extinguat. Hac nos aue id docemur, quosdam esse homines subtili spiritu, & natura nequam, versuta ac bestiali. Isti qdem alas

Gryphe qui referantur.

habent instar Aquilæ qbus volitant, & essentiæ suæ nudum contemplantur ocium seu ociosam nuditatem: sed per terram bestiarum more quatuor ingrediuntur pedibus, cùm natura ipsorum propensa sit & auida ad appetenda terrena: habentq; corpus leoni simile, eo q eadem ipsa eorum natura, superba, nequam & versipellis est. Et quia nihil appetere noue-

vir armatus.

runt, nisi carnem & sanguinem, virum armatum perimunt, ipsam scilicet rationem suam: quæ

quæ etiamsi intrinsecùs diuina gratia, atq; extrinsecùs sacra scriptura communita foret, at nihilo seciùs à robusto leone, id est, natura indomita, miserè excęcata succumberet. Leo.

De haliæeto. Caput CXXVIII.

Halięeti descriptio.

TERTIA Auis haliæeti nomen habet, quæ iuxta quorundā sententiam, corpore exigua est, sed collo oblongo, plumis purpureis & candidis: habitatq; in mari, cum piscibus victitās, nidumq; efficit rotundum subter maris arenam aqua discedente, ne facilè dirumpi aut lacerari possit: & dies septem ouis incubat. Quę omnia fi-

Hypocritas halięeto signari.

guratè etiam in ficto ac simulato homine inuenire licet. Etenim apud homines paruum ac humilem sese exhibet, estq; collo oblongo, dum procul laudem & gloriam, quam ex simulata sanctitatis specie adipisci queat, degustat & cogitat. Plumas habet purpureas & candidas, quando actus illius magnam præ se ferre pœnitentiam & innocentiam videntur: sed in

Mare.

mari, id est, inconstantia ac instabilitate moratur, vitāq; agit cum piscibus marinis, id est, influxi ac instabilis mundi ventosis laudibus: & nidus eius rotūdus est & subtus maris arenā, dum corde ac animo non nisi in terrenis rebus quiescere appetit, atque eiusmodi quietem sectatur. Neque sanè quandiu secundum naturam pace fruitur, nidus simulationis ac hypocrisis eius facilè aut inueniri, aut dirumpi potest: sed intra septem dies ouis incubat suis, & pullos excitat: hoc est, extremo vitæ tempore quando vita cum morte commutanda est, perturbatur & fit impatiēs, atque ita suos producit fructus: potestq; vel quiuis animaduertere cuiusmodi Auis sit.

¶De Miluo. Caput CXXIX.

Milui descriptio.

QVARTA Auis Miluus est, q pullos & alia ex plateis rapta deuorat: Aues maiores reformidat. Dum annis minor est, aues rapit: deindè, mortuis cadaueribus: posteà culicibus & muscis vitam sustentat suam, adextremùm fame moritur. Docemur hic, quosdam ex natura spiritali vitæ affici, ad eamq; adspirare: sed dum eam

Milu. quos referat.

à bonis hominibus potiùs quàm ex Deo, in scriptura magis quàm spiritu, & in externis plùs actionibus quàm internis exercitijs discere conantur, tametsi cogitationibus ac meditationibus sursùm volitent, non tamen supernè reficiuntur, eo quòd deorsùm contemplētur, cibumq; suum spiritaliter rapiant in plateis, hoc est, externis bonorum hominum actibus, quos ipsi sibi assumunt. Quamobrem Aues captant vndè viuant, hoc est, volatiles easq; multimodas bonarum, sed externarum, Actionum cogitationes: atqui quod ad spiritalem in-

Aues captāre.

telligentiam attinet, rudes semper ac crassi permanent. Metuunt igitur ac reformidant

Aues maiores.

Aues maiores, hoc est, homines vndiquaq; benè exercitatos, & qui virtutes ac veritatem probè calleāt. Quòd si ita affecti sint, vt sibi grādes pœnitentiæ labores sustinuisse, atque alijs multis Actib. bonis incubuisse videātur, iam se sanctulos arbitrātur, eoq; desides ac pigri effecti, sessum se reponunt, & in seipsis quietem captāt ac aucupantur. Tum verò mortuis viuunt cadauerib., id est, quadā suijpsorum & Actuum suorum complacentia. Intùs nanque

Cadauera.

placere sibijpsi, & se sanctum existimare, id boni omnes respuūt ac aspernātur haud secùs, quàm extincta cadauera, vndè isti suā petunt alimoniam. Cumq; in his diutiùs perseuerant

Culices.

ac consenescunt, culicibus & muscis aluntur, multimodis videlicet suauib. meditationib. ex ipsa natura nascentibus, dum quis intrò sese continet, & natura quiete ac pace potitur. Adextremùm autem fame moriuntur. Vbi enim natura refrigescit, & muscæ, id est, suaues

Muscę.

de rebus bonis cogitationes pereunt ac euanescunt, iam cacodæmon, mundus & caro aduolant, & sordidas ac putentes vitiorum cogitationes instillant: & quia intùs nullum neque gustum, neque consolationem persentiunt, & tamen natura ipsorum consolationem ac dulcedinem auidè concupiscit & appetit, hac ipsa immunda fame deuicti, tentationibus

Fame mori.

morem gerunt, sicq; in peccatis emoriuntur.

¶De vulture. Caput CXXX.

Vulture signari auaros.

QVinta porrò auis vultur est, qui, quia graui est corpore, ternos dat saltus, antequàm sese leuet in aera. Isthæc auis typicè auaros designat, Deo simul & mundo satisfacere conantes. Qui cùm sint corporis graui mole depressi, si volare velint, mundi opes, carnis oblectamenta, & animi curas ac solicitudines transiliant, &

& obliuiſcantur oportet. Ita nimirùm boni ac mali, veri ac falſi notitiam adipiſci, & quemadmodùm iuxta Dei voluntatem viuendum ſit, noſſe valebunt. Sed vt vultures, ita & auari tanto corporis premuntur pondere, vt mox in terram relapſi ac reuoluti, cum beſtijs gradiantur per ſuperbiam, cum piſcibus natent in delicijs ac oblectamentis, & cum auibus verſuta calliditate volent. Atq; vt vulturis ardentes plumæ odore ſuo ſerpentes in fugam vertunt: ita vbi auarus quiſpiam ardenti corde Deo ſeruire appetit, hoſtes Tartarei ab eo diffugiunt. Vbi conflictus aguntur & hominum cædes fiunt, vultures humanis cadauerib⁹ veſcuntur: itidemq; auari quãdo vel lucrum ſperãt, vel iacturam metuunt, ſæpiùs hominum mortem expetunt. Et ſicut vultur grandeſcens matrẽ ſuã interficit: ita auaritia, ſi excreſcat, animã, vndè nata eſt, extinguit. Vultur deniq; centum dicitur annos viuere, & abſque maris commixtione concipere: Ita ſanè & auaritia centum poteſt durare annos, ſi tam diuturna ſit vita auari, ex ipſaq; anima abſque cuiuſquam opera naſcitur: idq; adeò, vt etiamſi auarus quiſpiã ſolus in mundo ſuperuiueret, nihilominùs auaritiæ ſiti laboraturus ſit. Verùm vt falco rapax vulturis ſæpè pullos diripit, ita principes ac Domini terrarum identidèm ab auaris ea quę multo ſibi labore ac ſudore pepererunt, exigere & auferre ſolent.

Odoris plumarũ vulturis ardẽtiũ vis quanta.

Falconis cõtra vulturẽ audacia, qd p̃ ſe ferat.

¶De Coruo. Caput CXXXI.

SExtum inter aues immundas locum coruus occupat, qui nigerrimus eſt: & fœmina quidem ſola ouis incubat, maſculo illi alimoniã ſubminiſtrãte. Pulli coruini ſeptem dies abſque cibo trãſigere ſeruntur, dum parens eos alere detrectat, donec nigreſcentibus pilis, illius referãt ſimilitudinem. Per coruum nigrum, hominem infidelem ſeu hęreticum accipere licèt, quippe qui peruerſas opiniones ac perfidiam ſeu infidelitatem ſuã ſolus incubat, dum ex propriæ mentis ſuperbia doctrinã Apoſtolorum, & ſanctorum ſententiam peruertere molitur. Sed diabolum maritum habet, perfidiæ fructum ipſi inſtillantem, cibosq; ſuggerentem, hoc eſt, ſubtiles adinuentiones, ſanctæ Eccleſię planè contrarias, quas tamen mordicùs tueri ac proprij animi elatione pertinaciter retinere conſtituit. Sicut enim omnes in catholica fide perſeuerãtes, Deus ipſe & ſancta Eccleſia gratiæ & virtutum alimento nutriunt ac reficiunt: ita qui in perfidiã aut hæreſim prolabuntur, à diabolo & cęteris hæreſi & perfidia infectis, putentiſſimis aluntur cadaueribus, id eſt, falſis dogmatibus & corrupti inſtitutionibus, perindè vt coruus ex Arca Noë dimiſſus, mortuis cadaueribus ſeſe alebat, atque eamobrem nunquã deinceps ad arcam reuerſus eſt. Immundum etiam Iudæis erat, quicquid eſſet generis coruini, vt ſunt Cornices & eiuſcemodi generis aues aliæ: per quas non abſurdè accipi licet omne genus fallaciarum, errorum atque hæreſum, quę nobis immundę eſſe debent, eo quòd à Deo illis nobis interdictum ſit, vt ſpiritalis eſcę loco habere eas non liceat.

Corui deſcriptio.

Coruo hęreticos referri.

Cornices.

¶De Struthione. Caput CXXXII.

SEptima auis Struthio eſt, ſiue Struthiocamelus, pedes habens fiſſos inſtar cameli: ponit autem oua ſua in arena verſus Orientem, quorum licèt ipſe obliuiſcatur, Solis tamen ardore velut incubãtur & excitanť. Ferrum comedit, & præ nimio corporis pondere, ad volandum ineptus ac inhabilis eſt, ſed inſtar beſtiarum currit, alis curſum adiuuantibus. Ex hac aue diſcere licet, homines quoſdam ex natura alatos eſſe: cùm ſint ad intelligendum acuti & ſubtiles, & ex natura ad res ſpiritales propenſi: at nihilo ſeciùs etiam camelorum habere pedes, id eſt, deſideria & affectus terrenos, quibus mundi onera ferunt: ſiquidem more camelorum rerum temporalium ſua quædam tubercula gerunt: ijdemque ferrum comedunt, dum rebus fruntur temporarijs, nec quicquam in manibus habent quo ſe tueantur, aut quippiam boni agant. Sed qui Deo, rebus contemptis temporalibus, fruuntur: illis omnia ea quæ Dei cauſa deſpiciunt, velut ferrea ſunt inſtrumenta, qbus quicqd velint, efficiant, quanquàm fructus operum eorum in cælis abſconditi lateant: ſicut ediuerſò qui mundi huius amore tenentur, fructus ſuos terræ arena operiunt, & nec ipſi tamen eorum reminiſcuntur: ſed auaritiæ eorum æſtus, fructus vnà cũ actibus eorũ prodit. Etenim ingens pondus eſt, idq; adeò, vt vbi alis volare deberent, beſtiarum more cum hoc mundo verſuta calliditate ac ſubtilitate currant.

Struthionis natura.

Struthio quos notet.

¶De

¶De Nycticorace. Caput CXXXIII.

OCTAVO loco Nycticorax ponitur, qui lucem odit & fugit, noctibus & in tenebris volitat. Iſthæc auis omnium illorum typum gerit, qui integræ veritati ac ſanæ doctrinæ repugnant, & nouas quaſdam opiniones ac noua dogmata comminiſcuntur & fabricãt, quibus mundum denſis inuoluant tenebris, & Dei legem obſcurent. Huius farinæ homines, Iudæorum ſimilimi ſunt, dicentiũ Domino: Recede à nobis: ſcientiam viarum tuarum nolumus. Iob. 21.

Corui nõcturni deſcriptio.

¶De Laro. Caput CXXXIIII.

NONA Auis Lar⁹ appellatur, viuitq; ex præda duplici, dum & Aues in aere, & in aqs piſces captat. Huius Auis ſimiles ſunt, quotquot in ſublimi intelligentia quietẽ, & in interno affectu ac deſiderio ſuo guſtum & cõſolationem expetũt & aucupantur: qui vtiq; Deum guſtare non poſſunt, eo quòd propria venẽtur commoda, neq; vltra ſeipſos in Deum excedant atq; tranſcendant.

Laro qui cur ſimiles.

¶De Accipitre. Caput CXXXV.

DECIMA Auis Accipiter eſt, q vt eſt falcone ſegnior ac tardior, ita eundem aucupandi calliditate vincit: poteſtq; haud inconuenienter Prælatos Eccleſiæ deſignare, eos videlicet, qui populum Domini non vt Paſtores, ſed Principum ſecularium more regunt ac moderãtur. Iſti interìm Principibus ſecularibus, quos per falcones accipimus, pigriùs ac remiſſiùs volitant, vbi populi commiſſi procuranda ſalus foret: ſed illis aſtutiores ſunt, vbi prædam ſibi certã pollicentur. Et vt Accipiter pullos ſuos, dum valent, ad captandam prædam volare compellit, & eſt ferus ac crudelis: ita peruerſi Prælati pullos ſuos, id eſt, eos qui ipſorum funguntur munere, prædas vbicũq; poſſint, agere compellunt. Semper enim vbi rerum temporalium lucra ſperãt, verſuti, rigidi ac crudeles ſunt, cùm tamen Deus omnipotens Prælatis Eccleſiæ haud ſecùs omni interdixerit inclementia ac crudelitate, q̃ Iudæis omni accipitrum genere.

Accipitris calliditas quos ſignet.

Prelati qui cur accipitri ſimiles.

¶De Noctua. Caput CXXXVI.

VNDECIMO loco Noctua ponitur, quæ columbarum oua, ſorices & mures edit, & dum ab auibus impetitur, ſupino corpore pedibus ſe tuetur. Plumis quidẽ abũdat, ſed ijſdem p̃grauat, cùm ſit pigra, iners, ac ocioſa: fugitq; lucem, & mortuis adeſſe ſolet. Iſta auis figuratè ſignificat eos, qui noctibus, id eſt, in ſuo naturali lumine diuinæ gratiæ experte, volitãt, idq; ſpiritũs indepicta nuditate, & ocioſa in nudam eſſentiam ſuam contẽplatione: quæ pennæ ſunt, quibus natura in ſimplici quiete volitat: ſed eædem ipſæ ſpiritum deprimũt, eiq; oneri ſunt, quo minùs ſupra naturam ſuam in gratiam aut gloriam euolare queat. Vbi enim ſpiritus cunctis imaginibus deſtitutus eſt, ibi merito diuinam bonitatẽ impreſſam ſibi habere deberet: itemq; vbi viſio eius nuda prorſùs ac ocioſa eſt, rationem eius diuina eſſe illuſtratam veritate oporteret. Tum verò & amaret & cognoſceret ſupernaturaliter, Deiq; honorem in cũctis ſuis actibus ſitiret: ijſdemq; plumis ſupra creatam ſubuolans eſſentiam ſuam, Deo in æternitate perfrueretur. Si quis enim ad nuditatem ſpiritũs pertingere velit, via illi terenda eſt, qua ad eum peruenit. Sed quos Noctua figuratè deſignat, ij ocio torpent, & deſidiæ ac inertiæ dediti ſunt, lucemq; exoſam habẽt: quando nec cognoſcere, nec amare, nec ratione neq; diſcretiõe vti voluit, ſed citra virtutes omnes in tenebris volare & quieſcere appetunt. Libenter quoq; mortuis adſunt, id eſt, ſuſ ſimilibus, qui ijſdem ſint erroribus ac prauis opiniõibus imbuti. Sed & ipſi mortui ſunt coram Deo, & ab Eccleſia eiecti ac reprobati: cumq; obiurgantur, in noctuæ morem pectore ſurſùm verſo, aliquam peregrinam excogitant vocem, auditam ab alijs, eamq; vnguibus ſuis tanta contentione & pertinacia retinent, vt eis extorqueri non poſſit: neq; enim vllis ratiõibus acqeſcũt. Atq; eã ob rem vbi ad lucẽ veniũt, odio & abominatiõi ſunt oĩbus veritatem intelligẽtibus, haud ſecùs q̃ noctua cęteris auib⁹. Sicut aũt noctua columbæ vorat oua, ita iſti hominũ ſimpliciũ, quibuſcum viuunt, ſpiritales perdũt fructus. Et vt deniq; noctua glires ac mures edit, ſic iſti eſcæ loco habent opiniones peſſimas quaſq;, & à Catholicæ fidei domeſticis maximè reiectas atque damnatas.

Noctuę deſcriptio.

Noctua quos ſignet

Noctua ſignat, q̃les.

¶De Mergulo. Caput CXXXVII.

Mergulus quos exprimat.

DVodecimo loco Mergulus numerat, qui piscibus viuit, & diu morat sub aquis: pulli eius ipsi sibi escam quęrunt, præuidetq; in mari futuram tempestatem. Hęc auis eos exprimit, qui spiritales quidem vident, & sunt curiosi, molles ac delicati, commodum suum & in DEO & in rebus omnibus captantes & quęrentes.

Piscibus victitare.

Isti piscibus victitant, id est, gustu interno, dum omnia in ipsorum commodum eis cedunt: merguntq; sese sub aquas, id est, in voluptates & oblectamenta naturę suæ instabilis & fluxæ instar aquæ. Pulli autem eorum, ipsi sibi victum parant, quando sensus, vires & cunctę actiones eorum, ad gustum potiùs quàm vtilitatem propensæ sunt: præuidentq; futuram in mari tempestatem: si qdem laborem & exercitia bona, itemq; occupationes omnes mundi, quæ molli ac suaui vitæ ipsorum nocumento aut impedimento esse queant, fugiunt ac deuitant.

¶De Ibide. Caput CXXXVIII.

Ibidis descriptio.

TErtiadecima auis Ibis est, quę in littoribus gradit & serpẽtinis ouis, cadaueribus, & piscibus vescit: ijsdemq; aluntur etiam Pulli eius, & est pennis vel plumis candidis. Significat autem, quosdã speciem quidem præ se ferre religionis seu vitę spiritalis, & cãdidis vestiri plumis, hoc est, specie innocẽtiæ, sed eosdem in aquarum litorib⁹ versari, id est, apud homines seculares, qui instabiles sunt atq; mutabiles, semperq; sui in vitijs similes ad se trahunt. Itaq; serpentinis vescunt ouis & ranis putridis, hoc est, immundis diaboli ac mundi tentationib⁹ pascunt: itemq; piscib⁹ mortuis & cadaueribus, dum spontè & cum affectu ac desiderio pristinas suas recogitant delectationes & voluptates, & veteres peccandi consuetudines, quibus quãdoq; dediti fuêre. ijsq; suos nutriunt pullos, id est, internos sensus ac vires suas.

Ibis quos signet.

Ibidẽ serpẽtinis vesci ouis, quid.

¶De Cygno. Caput CXXXIX.

Cygni descriptio.

DEcima quarta auis, Cygnus est: cuius virtus potior, in alis sita est, & moriturus, canit. Hic figuratè significat quoslibet ætate iuuenes Deum non metuentes, sed naturę suæ obsequentes, Delicias voluptatesq; carnales sectando, quę sunt velut alæ geminæ, sub qbus multa delitescunt vitia: & sunt magni roboris magnæque virtutis, quãdiu in Adolescentia ac iuuentute, perindè vt cygnus in aquis, natant: & id temporis rigido sunt collo instar cygni, & lætãtes atq; cantãtes, in innumeris moriunt peccatis mortiferis: quidam etiam æterna morte pereunt.

Cygno signati qui.

¶De Onocrotalo. Caput CXL.

Vide Plinii lib. 10. Cap. 47.

AVIS decimaquinta, Onocrotali nomen habet, & est cygno similis, editq; velut Asini ruditum collo in aquam merso, & rostrum habet oblongum, quo pisces arripit. In faucibus eius inest alterius vteri genus, quò omnia animal inexplebile congerit. Mox perfecta rapina sensim indè in os reddita inferam in aluum ruminantis modo defert. Pulchrè per hanc auem auarus significat, quippe qui in fluxa inconstãtia ac instabilitate versatur perindè vt cygnus in aquis, semperq; longiùs natat ingenti cũ desiderio & cupiditate plura adipscendi. Sed Asini ruditum exprimit, quo desidia ac stoliditas designat. Etenim erga virtutes omnes piger ac iners est, & magna stoliditate ea amat, à quibus ipse se non nescit minimè amari, quæq; breui velit nolit amissurus est: ijsq; seruit, ac honorem habet reb⁹, à quibus ipsi potiùs seruiri ac honorem impendi oporteret. Deindè etiã seipsum odio prosequit, & magna molestia ac inquietudine afficit, itemque odio ac adspernationi habet tam in cælis quàm in terris. Habet porrò rostrum oblongũ, id est, astu tam calliditatem, qua terrena sibi corradit, & magnã dat in aquis vocem, id est, dũ lucrũ facit, hilarescit: dum verò damnum accipit, ingentem præ tristitia clamorem edit. Est pręterea illi vterus vel vesicula gutturis instar sacci, quę est cor illius, quod quantumuis multa obtineat, semper tamen vacuum ac inane permanet. Quando verò magna eum fames tenet, suos thesauros numerat, & debitorũ suorum nomina recenset, atq; hoc ipso cibos ex vtero reuocatos ruminat. Iste nimirùm incompositus admodùm Asinus est, & licèt magnis premitur oneribus, nec ipse tamen animaduertit.

Onocrotali depictio.

Asini sono quid signetur.

Rostrum oblongum.

Vter⁹ gutturis onocrotali, quid.

¶De por-

¶De porphyrione. Caput CXLI.

Porphyrionis descriptio.

DECIMASEXTA auis, Porphyrio dicitur: quæ pedem alterũ vt aquila, alterum vt anser habet. Et cùm altè volet, tamen pisces exiguos in aquis conspicit: lapsaq; repentè in aquas, pede Aquilino pisces rapit, & Anserino leuat se in Aera. Discere hinc licet, homines quosdã cum Aquila volare in Aere in sublimi intelligẽtia, & cum Anseribus nãtare in Aquis, id est, vita delicijs dedita: istiq; Porphyriones dici possunt. Nam quantumuis in subtilibus dictis, & acutis institutionibus sublimiter volent, at tamen semper oculos ad pisces in aquis natãtes affigũt & detorquent, id secùm ipsi perquirẽtes, vt vt ab hominibus mũdanis victum cultumq; corporis obtinere queãt. Atq; eam ob rem pedem alterum Aquilinum habent, id est, auidam cupiditatem, qua prædam captant & apprę hendunt: & alterum pedem velut Anseris integrum ac indiuisum, quo Aquæ insistũt: quando neminẽ alicuius pensi habent, nisi quatenus aliquod ex illo suũ lucrũ sperãt. Atqui vbi prædã ceperunt, seorsùm à populo ad littus eam absportãt, ibiq; soli eã deuorãt: siquidem raro alijs benignè faciunt, nisi vbi magna sibi lucra pollicentur.

Porphyrionis pedes, quid.

Porphyrione quinam signentur.

¶De Herodione. Caput CXLII.

Herodion quorum gerat typum.

DECIMOSEPTIMO loco Herodion, id est, Falco, vt quidam volũt, ponitur inter volatilia ex præcipuis vnus: qui tãto fertur esse robore, vt Aquilam perimat, & quatuor aut quinq; grues elidat in terrã. Recenti vescitur esca: vbi prædã gratam sibi cõtemplatur, totum se concutit: vbi verò suo conatu frustratur, præ superbia ægrè ad eum à quo emissus est, reuertitur. Isthæc Auis, peruersorum Principum secularium ac etiam Prælatorũ typũ gestat, populo Domini cũ superbia & absq; suũ cognitione p̃sidẽtium ac imperãtium. qui tametsi præcipuum apud homines locum obtinent, vt falcones in præcipuis Auibus numerãtur, & quod ad eõditionem sanguinis & Natales attinet, valentes viribus ac nobiles sunt, præcipuam tamẽ naturæ præstantiam ac nobilitatem amittũt, dum aquilã vincunt, victumq; perimunt, id est, dum rationem suam Deiq; gratiã, quibus ad ęternorum cognitionem & iustitię operationem subuolare deberent, miserè perdunt & extinguũt. Ita enim & quatuor vel quinque simul elidũt grues, quæ sunt quatuor virtutes Cardinales, & timor Domini. Etenim grues ipsæ moralem nos instituũt vitam, dum modũ & ordinẽ seruant volando, cãtando, vigilando, excubias agendo, itemq; in cunctis actibus suis. Quamobrẽ vbi Principes seculares quatuor profligãt ac prosternũt virtutes Cardinales, putà prudentiã, temperãtiam, fortitudinem, iustitiam, & cum eis timorẽ Domini, iam planè similes reddũtur Falconi, recentẽ ac viuã semper escã appetẽti, qua corporis voluptates & mundi prosperitas designatur. Itaq; in Falconis morem concutiunt sese, & exhilarescũt, dum cupitam conspiciunt prędam, hoc est, dum pro naturę suę improba calliditate ad votum eis succedũt omnia. Nihil enim ex omni animantiũ genere illis rapacius est. Atqui dũ spe frustrantur sua, & volãdi impetus temerè fertur, neque quod volebãt, adipisci valent, præ animi elatione apud hominum vulgus pudefiunt.

Vinci ab herodione aquilam, quid.

Gruibus qd doceamur.

¶De charadrio. Caput CXLIII.

Mira de charadrio.

SEQVITVR hinc decimooctauo loco charadrius Auis, plumis cãdidis, cuius ferũt stercus illustrare oculos, & in Regum Aulis demorari: si cui adsit ęgroto, si quidem inspicere ægrotum velit, recipere in se morbum, sursumq; in aera contra Solis radios subuehere, ibiq; consumi morbum & concremari: sin autem ęgrum inspicere nolit, mori ipsum ægrotum. Huius omne genus apud Iudæos immundum erat, & diuina lege prohibitum. Perspicuè hinc animaduerti licet, figuratiua significatione aues istas Prælatos Ecclesiasticos referre, populi ipsis diuinitùs cõmissi incuriosos & negligentes. Qui licèt candidis sese plumis contegãt, id est, cultu diuino & sacrificijs Ecclesiasticis, attamen immũdi sunt, dum peccatores in anima ægrè affectos ac malè habentes aspicere, atq; ex eis vitiorum morbos, obiurgãdo, sacras institutiones & pia exempla adhibẽdo, & tota demùm facultate sua illis succurrendo, extrahere nolunt. Istis enim modis peccatorum morbos in sese meritò recipere, precibusq; suis in aera deportata, in feruentibus Diuinę pietatis & clemẽtię Solis radijs ea exurere deberent. Quæ quia facere nolũt, quãtum ex ipsis est & facultas suppetit; &

Charadrio q prælati exprimantur.

diuinitùs eis collata potestas est, sed peccatores in suis vitijs mori sinunt, vita eorum coram Deo immunda habet. Interìm tamẽ versant in aulis regum, id est, in diuitijs, honore, sublimi statu, vbicunq; ea consequi licet. Sed quicquid huiusce generis auium est, diuina lege vetitum est: quando apud Deum inter immundos & exhęredes numerant, quicunq; fraternæ charitatis expertes sunt. Fimus autem auium istarum, oculis claritudinem adfert. Ita & nos vitiorum spurcitiem, & æternorum tormentorum acerbitatem, quæ peccatoris fimus sunt, nobis ob oculos ponemus, atque indè ad virtutum cognitionem, & in Domini timore oculi nostri illustrabuntur.

Fimus qs quò cõferat.

¶De Vpupa. Caput CXLIIII.

DEcimum & nonum locum Vpupa auis fœda & immunda obtinet, quę libenter in fimo & in malè olentibus moratur locis, plumas habet elegantes, & est cristis à capite exeuntibus galeata: sed hyeme, vt qdam volunt, implumis ac nuda sedet sub Pullis suis. Possunt per hãc auem non incongruè accipi homines impuri, qui dum mũdo se venditãt, mundoq; placere appetunt, plumis sese ornãt elegãtibus, id est, decoris vestibus, pulchris verbis, compositis actibus, & gestibus plausibilibus, quo fallant homines, & pro suo commodo in vitia seducant. Huius farinę quotquot sunt, omnes fœtent coram Deo & sanctis eiꝰ: at tamẽ elegãtem gerunt cristã in capite, quę nihil est aliud quàm propriæ complacentię gloriola, qua sese exornant. Sed hominum stercoribus vescunt, vt vpupa, dum lætantur vbi alios in vitiorum spurcitiem illiciunt ac demergunt. Et reuerà ipsis dęmonibus peiores ac impuriores sunt. Quanuis enim dęmones homines à Deo abstrahant & abducant, non tamen vt se fruantur, inuitant: id quod spurcum istud hominum genus facit, quando seipsos ceu idoli loco constituunt, dum alios in se quiescere, seq; frui appetunt. Sed hyeme sub Pullis suis nudi sedebunt, id est, vbi præsens gratiæ tempus euolutum erit, & mortis accesserit hora, rebus omnibus mundanis destituent: tum verò si diuino amore & virtutibus nudi fuerint, in omnem æternitatem in infernali sedebunt frigore vnà cum Pullis suis, illis videlicet, quos miserè fefellerunt, & in vitia egerunt pręcipites.

Vpupa qui notentur.

Elegans vpupę crista, quid.

Dęmonibꝰ qui cur peiores.

¶De Vespertilione. caput CXLV.

POstrema auis vespertilio est, qui noctibus volitat, idq; æstate tantùm, non hyeme: neq; alas, neq; plumas habet, sed in pedibus membranas quasdam gerit, quibꝰ auium more volat: neque oua ponit: sed Pullos concipit, parit, ac nutrit: pedes habet quatuor & dentes instar muris: visu debili est, eoq; lucem fugit, culicibusq; & muscis victitat: estq; tanti roboris, vt volitans, geminos amplexet infantes: & cũ multi simul conueniũt, vsqueadeò sibi cohærent, vt q vnũ tactu commouerit, simul omnes moueat, & ægrè disiũgi possint. Hisce auibꝰ homines exprimunt rudes ac sine intellectu, & prætereà instabiles ac inconstãtes, & seipsos semper in suis spectantes actibꝰ. Isti æstiuo tempore vespertinis ac nocturnis volant horis. dũ enim diuina gratia naturam ipsorũ afficit ac mouet, ferueſcunt desiderio, & grandia pœnitentiæ opera aggrediunt: sed diuinæ gratiæ Sol cũ ipsis occumbit, eo quòd gratia non nisi Dei semper honorem, natura autem priuatũ lucrum & commodũ spectet & aucupet. Quãobrem licèt diuina moueant gratia, suis tamen membranis absq; alis vel plumis, id est, propria voluntate absq; charitate & virtutibꝰ internis volitant. Idq; æstate horis vespertinis: siqdem lumen ipsorũ naturale neq; Soli cedere, neq; sese vult abnegare. Itaq; debili visu sunt, vtpotè quem gratia nõ illustrat. Enimuerò in solis externis sensuũ actibꝰ volant, neq; ipsissimam capere queũt veritatem. Viuunt verò culicibus & muscis, id est, humana laude, cuius nulla constantia vel stabilitas est. Semper igit duos aut tres Pullos suos secũ vehũt, quõcũq; volitent, videlicet foris apparentia quędam proprię voluntatis instituta sua, ab hominibꝰ sciri ac laudari semper appetentia. Istiusmodi vespertiliones auium more volant, qñquidẽ foris qdem externis institutis & actibꝰ, bonis hominibꝰ similes sunt, sed intùs bestiarũ referũt speciem, quando quicqd appetunt, non nisi caro & natura est: eaq; ex causa non volitant hyeme, id est, vbi Dei non sentiũt gratiam, natura in pœnitentiæ actibꝰ frigescit ac torpore quodam contrahitur: moxq; ocio & ignauiæ sese tradunt, & à tetris spiritibus impugnantur: sicque interdum grauia in se flagitia admittunt.

Vespertilio qd auis sit.

vespertilione qui signẽtur.

Culices.

Muscę.

Quis-

Quisquis enim bonos actus suos tanquàm ex seipso & propter seipsum agit, instabilis est ac fallitur: qui verò rectè facta sua velut ex Deo & ad Deũ & causa Dei perficit, stabilis & constans est, eiusq; opera nedum frugifera, sed etiã æterna sunt. Quæ cùm ita sint, caueat vnusquilibet vespertiliones, non nisi seipsos quęrentes, honoremq; Dei minimè spectantes, salutemq; proximorum neutiquàm curantes. Vbi enim tales multi simul conspirãt, & in vnum conueniunt, sectamq; vnam ac eundem externum viuendi modum assumunt, vsq; adeò cõualescunt viribus, tantaq; suis actibus pertinacia inhærent, vt si quem vnum ex eorum secta attrectari contingat, simul omnes moueãtur. Deniq; cæci sunt ac animo tumidi, sibiq; adhęrentes intantũ sibi attrahũt & adiũgunt, vt perq difficilè ab illis diuelli & abiungi queãt. Ita iam aues immũdæ nobis cõmemoratæ sunt, & ad singulas spiritalis adhibita explicatio. Vt enim Iudæis diuinitùs harum esu corporali interdictum fuit: ita nobis pro alimonia spiritali vetita sunt, quæ per eas figuratè significantur. Cæteræ Aues Iudæis mundæ erant, & quibus vesci licitè possent: itidemque nobis omnibus contemplationum modis vti permissum est, qui quidem hîc minimè sint reprobati. Locustis atque eius generis animantibus, ijsq; omnibus quæ quatuor haberent pedes, sed longiora retrò crura, quibus saltarent super terram, tanquã mũdis licitè in cibo vtebãtur. Quę verò antè & retrò æquè longa haberent crura, immũda eis erant ac vetita. Sic spiritalis vita nostra, quam prę nobis ferimus, crura habebit breuia, ita vt interna exercitatio nostra, submissa semp ac humilis sit sub adspectu Dei. Atquì retrò lõgiora habebimus crura, sic vt vita nostra naturalis sublimiter subleuata sit, ipsumq; spiritũ vltra carnẽ & sanguinẽ & quaslibet res terrenas insequat. Cũq; vitæ necessaria sumemus, nusquã quietẽ captabimus, sed locustarũ more ad ea quæ nobis necessaria sunt, celeriter psiliemus ac volabimus. At verò si & in aere volitare in vita spiritali, & nihilo seciùs ingredi p terrã in vita beluina, & vtriq; satisfacere velimus, iam auium quadrupedũ, æquè longa vbiq; crura habentiũ, similes sumus: quæ cũctæ immũdæ sunt, & diuina lege prohibitæ. Sed de his dictũ sit satìs. Decreuerã quidẽ figuræ historiã in septẽ distribuere partes principales, ad perfectã vitã ptinentes, ex quibus quinq; iam absoluimus: & iuxta figuræ rationem ac pcessum explicuimus. At ea q iam sequit figura, duas extremas in se partes cõplectitur ac figuratè designat, qbus vita hois in oñi sanctitate pficitur & cõsumat. Moses eñ iussus à Deo, pfectissimã, pclarissimã, ac intimã tabernaculi portionẽ describit: per eãq; nos qddam intimũ, pręclarissimũ atq; sanctissimũ, quod in animę nostrę tabernaculo inuenire vel sentire queamꝰ, intelligimꝰ. Vtq; ea q Moses describit, intra sancta sanctorũ, id est, in intimo tabernaculo sita erãt: ita q per ea significãtur, in intimis animę nostrę penetralibus consistũt. Primò igit figurã ipsam cõmemorabimus, deindè spiritalem illiꝰ intelligẽtiã pferemus, atq; ita demũ tabernaculo nostro extremã manũ imponemus.

Auibus qbꝰ qd mysticè nobis vetitum.

Locustę mũdę aut immundę quę.

SEXTA PARS PRINCIPALIS.

¶De arca testimonij. CAPVT CXLVI.

PRAECEPIT Dñs Moisi, & oñi frequẽtiæ filiorũ Israel, vt arcã cõpingerent de lignis sethim, cuius lõgitudo haberet duos & semis cubitos, latitudo cubitũ & dimidiũ, altitudo similiter cubitũ ac semissẽ. [Cubitus, mẽsura est duobus cõstãs spithamis vel dodrãtibus.] Arcã hãc, ait Dñs Moisi, *de aurabis auro mũdissimo intùs & foris: faciesq; suprà coronam auream per circuitum: & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos. Duo circuli sint in latere uno, & duo in altero. Facies quoque uectes* [duos] *de lignis sethim, & operies eos auro: inducesq; per circulos qui sunt in arcæ lateribus, ut portetur in eis, qui semper erunt in circulis, nec unquàm extrahentur ab eis. Ponesq; in arca sanctificationem quam dabo tibi. Facies & Propiciatoriũ de auro mũdissimo. Duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semissem latitudo:* [ita vt supernè arcam tegat.] *Duos quoq; Cherubim aureos & productiles facies*

TEXTVS aut quasi TEXTVS Exod. 25.

ex utraq; parte Oraculi. Cherub unus sit in latere uno, & alter in altero. Vtrunque latus Propiciatorij tegant, expandentes alas, & operientes Oraculum, respiciã q; se mutuò uersis uultibus in Propiciatorium, quo operiẽda est Arca: in qua pones testimonium quod dabo tibi. Indè præcipiam & loquar ad te supra Propiciatoriũ, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super Arcam testimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Israel.

Hæc nimirùm Arca fuit, quam Dominus secũdum figuram fieri iussit: fecitq; eam ex præcepto Mosis Beseleel Deo & omni populo Israel. Et nos ergo si Domino & cũcto illius populo arcam semper duraturã conficere velimꝰ, agendum id est ex pręcepto Domini nostri IESV Christi, simusq; oportet Beseleel, qui Latinè redditus, idem est iuxta quosdam, quod vmbra Dei, vel vmbraculum diuinum: significat autem hominem liberè amantem. Vt enim vmbra hominem semper & vbiq; sequit ac comitat, ad omnemq; illius motũ pariter & ipsa mouet: ita spiritus liberè amans Deum sequitur: & iuxta omnem modum quo intùs hic in spiritu se mouet, ita illũ sequi ac mouere se necesse est. Et hęc prima spiritûs proprietas est, quę per vmbram exprimit: Altera verò eiusdem proprietas, qua diuinũ dicit vmbraculum, secũdum supremã eius dignitatem ac nobilitatem accipitur: Vbi Deus velut in quodam occulto penetrali qescit ac cõmorat. Iste videlicet Beseleel, id est, liberè amãs spiritus, in quo Deus requiescit, moueturq; iuxta omnem modũ motionis diuinæ, ex diuino instinctu vel motu Dei, eiusdem virtute, sapientia ac veritate fretus, spiritalem fabricabit Arcam Deo, sibijpsi & cunctis Deum amãtibus. Secundum figuram enim non nisi vna Arca fuit, eaq; Deo & omni Populo & singulis quibusq; communis. Significat autem vnionem illam quã bonus quisq; siue boni omnes cum Deo faciunt. Enimuerò ea quę cũ Deo habetur vnio, & singulatim vniuscuiuslibet est Deum per amorem suscipientis, & generatim omniũ Deum amantium. Siqdem illic omnes in vnum conuenimus atq; coniungimur, in eademq; vnione vnusquilibet amans & Deum suscipit & amantes omnes: ipseq; itidèm cum Deo à singulis amantibus suscipitur. Atq; in hunc modum cuncti habitamus in DEO, & Deus in omnibus nobis, & singuli cum Deo in alijs. Et ipsa est Arca de qua agimus, quę inter Deum fit & vnumquemlibet hominem pium: Deo qdem cum omnibus donis suis desupèr vel supernè veniente, nobis verò cum amore & cunctis actibus nostris infernè vel ab imo illi occurrẽtibus: atq; ita intra nos Arcam efficimus perpetuę sanctitatis.

Beseleel.

Vmbræ & spiritûs collatio.

Vnio q̃ quì per arcam significetur.

¶De Arcæ longitudine. caput CXLVII.

HAbebit autem hęc Arca cubitos duos cum dimidio in longum: quorum primus cubitus est liberrimus Dei in nos aduentus: alter, noster est liber in Deũ accessus. Isti duo sunt cubiti integri, vel pfecti actus duo, prior Dei, noster posterior: eosq; & nobiscùm DEVS, & nos cum Deo agimus. Sed est insupèr cubitus dimidiùs, quo significat amoris actionem semper renouari, licet vnio stabilis perseueret. Est igitur cubitus dimidius, eo quòd amoris, vt dixi, actio semper renouat, neq; vnquàm satis à nobis diligitur Deus siue pro sua dignitate, siue pro nostro desiderio: quamobrem dimidius ac imperfectus hic cubitꝰ permanet: atq; hinc tũ summi Dei, tum amoris nostri pręstãtia animaduerti potest. Et hæc nostræ arcæ longitudo est.

Cubitus dimidius.

¶De Arcæ altitudine. caput CXLVIII.

ALtitudo verò Arcæ sesquicubitum obtinet. Ex his cubitus integer, simplex est spiritûs nostri Asscensus cum laude essentialiter nos in vnitate vel vnione cum Deo conseruans. Medius autem cubitus id nos instituit, DEI immensam maiestatem ac excellentiam, creaturarum omnium laude longè lateq; superiorem esse, (quanquàm nihilominùs ad incompręhensibilem illam altitudinem cum consona atq; concordi laude sursùm eniti ac contendere debemus.) hacq; ex causa cubitus iste medius ac imperfectus manet. Sensus enim & vires & omnes spiritûs actiones, Deum pro dignitate satis laudare non valent.

Cubitꝰ integer.

¶De ar-

¶De arcæ latitudine. Caput CXLIX.

LATITVDO itidẽ Arcæ cubitum habet & semissem. Et ex ijs cubitus perfectus, id figurata significatione nos docet, tum nosipsos tum homines omnes amore complecti, & in Diuini Amoris latitudinem Amãtes omnes in vnitate complectẽtem deportare nos debere. Medius autem cubitus id sibi velle videtur, Deum nos nunquàm neq; amare satis, neq; dignas ei gratiarum actiones referre posse, pro illis quæ præstitit nobis, & pro donis ac beneficijs quæ ab illo sumus cõsecuti. Quam ob causam cubitus semp dimidius manet & impfectus, & hæc illius pcipua excellentia est.

Medius cubitus.

¶De arcæ corona aurea. Caput CL.

PORRÒ triplicem illam vnionem, quam nobiscùm Deus, & nos cum Deo facimus, eiusdem ipsius Dei amore inundatam ac penetratam sentimus, perindè vt Arca typicè olim forinsecùs & intrinsecùs auro puro obducta fuit. Indè verò etiam coronam aureã Arca habuit per circuitum: per quam nos amorosum Dei ac nostri complexum accipimus in supremo vnionis nostræ, vtpotè quo tum charitas, tum omnes Actus nostri coronantur. Idq; summum ac excellentissimũ est, in quo salus nostra finita consistat: quod tamen non percipiunt neq; sentiunt, nisi qui vnionem cum Deo, suo in spiritu adepti sunt ac obtinuerunt.

Vndè & qui actus nostri coronandi.

¶De circulis aureis Arcæ & vectibus ex lignis sethim. Cap. CLI.

IAM quod Dominus ait, quatuor circulos aureos pones p quatuor Arcæ angulos, duos circulos in latere vno, & duos in altero: Facies quoq; vectes de lignis sethim, & operies eos auro, induces q; per circulos qui sunt in Arcæ lateribus, vt portetur in eis: qui semper erunt in circulis, nec vnquàm extrahẽtur ab eis: Horum ista est mystica significatio: Primus circulus id nos instruit, vt interior adspectus noster in eam, quam cum Deo nos adeptos sentimus, vnionem semp reflexus sit. Alter, vt omnis exercitatio nostra illum sequatur adspectum, nec vspiàm nisi in Arca testamẽti acquiescat. Tertius, vt vniti cum Deo maneamus, moremq; geramus ac obtemperemus illis omibus, quę nobis in nexu illo, vbi Amor nos cum Deo in vnitate circumplectitur, siue consuluntur, siue præcipiuntur. Quartus, ne nosipsos retineamus, sed ex amore nos resignemus, ita vt diuitias Dei in nobis absque animi elatiõe sentire, & rursus carere illis atq; inopiam perpeti sine spiritûs pressura atque etiam virtutes omnes agere, omnemq; molestiam & grauamen absq; interioris hominis immutatione cum quadam æquabilitate ad Dei honorem perferre queamus. Ista quatuor idcircò in figura circuli vocantur, q̃ charitas virtutes omes ex ea quam cum Deo sibi contraxit, vnione agat ac operetur, & cum cũctis actibus in eandem reuertatur vnionẽ. Vndè etiã ijdẽ circuli quatuor ad totidẽ arcæ angulos fixè adiuncti erãt. Sed adhibẽdi sunt vectes duo inaurati ex lignis sethim, singuli in singulis Arcę lateribus, quibus per circulos immissis arca, quôcunq; libitum erit, deportetur. Prior vectis inauratus, spiritûs libertas est, p Amorem iugiter propensa in vnitatem, idq; ad minùs habitu, & in quolibet intuitu siue introspectiõe actu & desiderio. Alter vectis est ꝓpriæ abnegatio & resignatio volũtatis in liberrimã Dei voluntatẽ, ita vt illũ cũ spiritu nostro quicqd velit, & vtcũq; velit, agere finamus. Isti videlicet duo vectes sunt, quibus nostrę cum Deo vnionis arcam, vbicunq; simus, & quôcũq; placet, deportamus. Itaq; iuxta diuinam institutionẽ semper hosce vectes in suis circulis relinquemus: sicq; sedati iugiter ac trãquilli & in pace permanebimus, semperq; nosipsos amanter in vnionem intrò recipere poterimus.

Circulorũ quatuor mysticatio.

Vectiũ inauratorum interpretatio.

¶De illis quæ in Arca continebantur. Caput CLII.

CAETERVM Arcę typicę, quam Moses cum Iudaico illo Populo confecit quatuor quędã imposita erãt, quę beneficiorũ atq; bonorũ illorũ omniũ quæ diuinitꝰ pręstita illis erãt, itemq; vnionis fœderis cum Deo initi documenta atq; argumenta forent. Eumq; in modum Arcę vnionis, quã Christus intra nos & nobiscũ fecit, idem ipse quatuor imposuit, quę nobis illius testentur amorem ac beneficia & munera, modò nos ad ꝓpetuò illi famulãdum, eumq; laudãdum deuinctos ipsi & fœderatos sentiamus. Quamobrem figura cum veritate pulchrè consentit. Siqdem vtraq; hęc Arca Testamen-

menti est, Iudæorũ externa, nostra interna. Sed iam ipsa considerãda figura est, quo veritas possit rectiùs ac planiùs perspici. In Arca illa typica erat virga Aaron, tabulę Decalogi, manna cæli, & Deuteronomium, qui est qntus liber Moseos. Et de virga Aaron ita se habet. In priscę legis initio duodecim Israeliticę tribus eiusdem numeri virgas ponebant in tabernaculo fœderis coram Dño, & cum eis virgam Aaron de tribu Leui, quę cùm noctem vnam illic mãsissent, sequenti die virga Aaron inuenta est germinasse, & turgẽtibus gemmis produxisse flores ac Amygdalas, idq; in signum, Aaronem & semen eius vocatum ac electũ esse à Deo, vt populum sacrificijs, precibus & cultu omni ad sacerdotiũ pertinente moderaretur ac regeret. Atq; ea re iussit Dñs vt referret in tabernaculum, poneretur q; in Arca, in signum ne qs deinceps sese tolleret in sublime, aut honorem sibi vsurparet eorum quos ipse delegisset, suoq; præfecisset Populo. Videamus nũc veritatem ipsam. Nimirùm Christus IESVS qui tribus & nationes omnes adunauit & congregauit in vnum, ex Aaronis semine natus est, itemq; per Affinitatẽ & cognationẽ tribuũ Iuda ac Leui & Aaron, idemq; ipse ętern' noster Pontifex & sacerdos est: Portauitq; virgam, id est, crucem suam coram Domino, & quidem nocte, quando Sol occubuit ac defecit, & mũdum totum densissima infidelitatis caligo obtineret. Floruit autem & germinauit virga ei', & ęternę salutis nobis fructũ protulit. Atq; fructum ipsum vnà cum virga nostra imposuit Arcæ, id est, in sanctæ ECCLESIAE vnitate, in signum ne qs sese efferat aut extollat: si qs autem ad sacerdotium prouehat, vt humilis & obediens sit, & Christum in pœnitentię & vitę sanctitate sectetur. Qui enim mũdi honores & diuitias expetunt & aucupant, ac Christi hęreditatem, quam is humili comparauit morte sua, ceu propriam possidere volunt, nõ sunt de semine eius, sed illos imitant Leuitas, qui elati animis sese extollebant, & Aaronis dignitatem sibi quoq; vendicare moliebantur. Erant deindè in Arca Iudæorum duæ tabulæ lapideæ, præparatæ à Mose, in qbus Dominus decalogum inscripserat: eæq; documento & testimonio illis erãt, quòd legem diuinitùs accepissent, ad cuius præscriptum vitam exigerent suam. Sic Dominus IESVS in Christianę fidei Arca corpus & animam suam, ceu tabulas binas nobis reposuit, in qbus Deus ipse legem omnem cunctaq; mandata exarauit: quas si nos tabulas studiosè lectitemus ac animaduertamus, certum reperimus argumentum ac testimonium, æternò nos ab illo amatos esse, id quod cunctis suis actibus nobis necessarijs abundè declarauit, qua in re totis nos illi viribus qualemcunq; rependere vicẽ iure oporteret. Erat pręterea in Arca veteris Instrumenti vrna aurea habẽs mãna, hoc vtiq; signo & documẽto, annis quadraginta absq; suo labore cibasse eos Dominũ mãna cæli. Itidẽq; Dominus IESVS in Arca Christianæ fidei, qua nos Deo vniti sumus, vrnam mãna plenam nobis contulit, id est, communem nostram charitatem in ECCLESIA sancta, quæ semper gratia plena est, in qua nos sacramentorũ omnium fructum percipimus, & testimonium verum, pertinere nos ad familiam Dei, nos ab eo iam indè ab initio alitos esse cibo cælesti, ac deinceps alendos in omnem æternitatem. Deniq; moriturus Moses præcepit Leuitis vt quintum librum suum, id est, Deuteronomium ponerent in Arca, vtpotè quo in libro singulariter eos legis ac mandatorum Dei, & omniũ quæ illis diuinitùs collata erant, beneficiorum admonuisset, docuisset q; eos vt inter sese iustè viuerẽt. Et quia morti propinquus erat, tradidit illis hunc librum, ceu Testamenti loco, vt in præcipuis festis legeretur, quibus Populo legem ac veritatem auscultare vacaret. Et Christus itèm in cælum ascensurus, suis mandauit Apostolis, vt Euangelium in Christianæ fidei Arca collocarent: deditque illis spiritum intelligentiæ, ita vt reminisci ac in memoriam redire possent eorum quæ ab ipso audierant & viderant, putà dictorum, factorum & vitæ sanctitatis illius. Præcepit etiam illis, vt in toto orbe prædicarent ac docerent, dicens eos qui crederent ac baptizarentur, saluos fore: qui verò neque crederent neque baptisma perciperent, condemnandos esse. Ita videlicet quicquid Arca Mosis figuratè significauit, in Arca Domini Saluatoris in sanctæ ECCLESIAE communitate impletur.

Arcę Mosaicę q quatuor indita fuerint.

Virgę Aaronicę mysteria.

Chſi virga.

Lapideę tabulę quę cur arcę insertę.

Qualẽ vrnã arcę suę Chſs indiderit.

Quis liber cur arcę Mosaicę inditus.

Quẽ librum suę inseri arcę Christus mandarit.

Marc. 16.

¶Vt Aaroni & Mosi similes esse debeamus, & de virga Aaron, mysticè. Caput CLIII.

AT

AT verò si singulare habitantis in nos Dei testimoniũ ac documentum experimentũq; habere velimus, ita vt sciamus oẽs actiões nostras ex Dei instinctu ac motu, pficisci, Aaroni ac Mosi similes esse debebimus: atq; vt illi quatuor antè dicta externæ suæ Arcæ imposuerunt, ita & nos quatuor quædam in Arca nostra interna, vbi Deo coniuncti ac vniti sumus, collocabimus. Aaron autem, latinè mons fortitudinis dicit. Cui si similes esse velimus, fortes vt simus, & supra oia nos subleuemus ac erigamus oportet. sicq; ponemus virgam nostrã coram Domino, dum agnoscemus nihil nos ex nobisipsis neq; posse, neq; habere boni. Virga enim correctionem & potentiam siuè facultatem designat: quas cùm nos à Deo petemus, ab eoq; dari nobis desiderabimus, neque nobisipsis aliquid tribuemus: iam virga (id est, facultas) nostra siue posse nostrum Dei virtute germinabit, floresq; ac fructus producet in vitam æternam. Et hanc virgam cum fructu suo in Arca nostra intima, vbi cum Deo cõiuncti sumus, semp cõseruabimus.

Aaron.

Virga.

¶De tabulis duabus lapideis quid significent. Caput CLIIII.

PORRÒ Moises, assumptum ex aqua, significat. Cui vt similes simus, vltra oẽm mundi multiplicitatem, quam nos Aquis comparamus, subleuati esse debebimus. Tum verò binas Domino tabulas lapideas conficiemus, nudando videlicet memoriam formis vel imaginibus sensibilibus, & intellectum formis spiritalibus. Ita habebimus duas tabulas præparatas, quas feremus in montem Sinai. Sinai quidam vertunt egressionem tentationũ eius: & nos formis ac imaginibus cunctis nudati, tentationibus quibuscunq; superiores sumus. Et in ipsa sublimitate, tanquàm in vertice montis Sinai, in intimis tabularum nostrarum perspicuam illam ac dilucidam, quæ Deus ipse est, exaratam inuenimus veritatẽ: in ijsdemq; tabularum nostrarum intimis legem discimus & præcepta, adeoq; iustitiã omnem. Seruãdę autem nobis sunt binæ istæ tabulæ in arca nostra, vbi Deo vniti sumus, habebimusq; verum documentum ac testimonium, Dei legem viuere in nobis.

Moises.

Tabulas quĩ dño lapideas cõficiam?

Sinai.

¶De vrna aurea. Caput CLV.

AD hæc auream Deo conficiemus vrnam, id est, charitatẽ modi expertem, eamq; supra nos in desertum subuehemus, vbi Manna cæli nobis pluit, atq; illic vrnam nostram nostram Manna & cibo æterno implebimus. Cæterùm hanc cum pane cæli in æterna nostra arca, hoc est, Amorosa illa quæ inter Deum & nos est, vnione seruabimus, habituri proindè certum ac verum testimonium, & DEVM in nobis, & nos in DEO commorari.

Vrna aurea.

¶De Deuteronomio. Caput CLVI.

DENIQVE per Deuteronomij librum, quem Moses iussit in Arcam Domini reponi, id nobis intelligi datur, Dei legem & scripta diuina semp nos in intimis nostris asseruare ac retinere debere: itemq; lectitare ea & viuendo sectari, atque docere alios: idq; hoc argumento siue testimonio, neminem ad id sanctitatis posse pertingere, vt iuxta legem Dei & scripta diuina nõ illi viuere opus sit. Hic iam paucis declaratum est, quid significent quæ in Arca Mosis collocata fuẽre.

Deuteronomij in arcam insertio, qd.

¶De Propiciatorio. Caput CLVII.

ATQVÌ quod postremùm dicere constitui, id est, vt in hac vita frui Deo & beatitudinem sentire queamus. Et id sequens figura demonstrat. Enimuerò supra Arcam Mosis posita erat tabula aurea ex auro puro, dicta propiciatorium, quòd indè Dñs loquens, responsa daret ac propiciaretur Populo, quibuscunq; fuissent malis impliciti & afflicti. Itaq; tabula hæc, intimum tabernaculi erat, & locus propiciationis diuinę iuxta figuram: eiusdemq; cum Arca & longitudinis & latitudinis, sic vt Arcam tegere posset, cuius coronę aureę imminebat. quamobrem significat per eam (auream tabulam seu propiciatorium dico) amor fruitiuus, vtpotè qui totius boni & omnis gratię finis ac initium est. Imminetq; coronę aureæ, id est, amoroso amplexui quo nos à Deo, & Deus à nobis stringitur. Amor enim fruitiuus excedit omia, & neq; mensuram, neq; fundum habet: Estq; cũctis amoris exercitijs superior. Habetq; hic amor, siue propiciatoriũ seu tabula aurea cubitos duos cũ dimidio in longũ, ex qbus primus cubitus est, quòd in spũs nostri vacuo ocio

Propiciatorium quid fuerit.

Amor qs qua tabula significatus.

Amoris fruitiui eubitus primus & secũdus quid.

Deus sese manifestat. Alter cubitus priorem seqũs, est, quòd spũs amans totus liquefactus, in essentialem immergit ac profluit fruitionem. Et hęc amoris liquefactio, modi expers est, & reditum nescit, quòd ad fruitionem attinet. Spiritus enim sibijpsi moritur in Deo, id est, in simplici quodam ac felici & beato experimẽto. Quod qdem secundum fruitiuũ amorem semper excedentem accipiendũ est, non autem iuxta actuosum amorem, semper accedentem & reuertentem. Essentialis nanque fruitio, instar fundi firma quędam ac stabilis quies est, quæ nunquàm moueri possit. Et hi duo integri iuxta figuram cubiti sunt: quando & DEVS seipsum in spiritũs abysso vel profundo largitur, & spiritus per seipsum vsque adeò sese erigit ac sustollit, vt excedat seipsum, & nõ nisi simplicem sentiat beatitudinem. Hæc scilicet tabula vel propiciatorium aureum est nostræ arcę imminens, & eam quæ inter nos & DEVM est, vnionem planè operiens. Sed insupèr dimidiũ habet cubitum in lõgum. Quãuis enim fruitiua possessio semper ociosa ac immota permaneat, conflagratio tamẽ & liquefactio corã fruitione iugiter renouant. Et hic dimidius cubitus est, in quolibet intuitu vel introspectione id inuisens, experiens ac degustãs, quod spũs in fruitiua quiete obtinuit & possedit. Et hæc de longitudine propiciatorij, dicta sint satis. Latitudo verò cubitum habebit & semissem. Ex his integer cubitus est, quòd amor fruitiuus nostro testat spiritui, in se, id est, amore fruitiuo, perfecta & completa esse omnia: quandoqdem in essentiali fruitiõe spũs nullum inter se & id quod amat, discrimen sentit: atq; ea re cubitus pfectus & integer est. Siqdem cuncti hic amantes spũs in seipsis in essentialis amoris latitudinem extensi seu dilatati sunt, flammaq; amoris sui in immensæ ac infinitę charitatis Dei ignẽ rapti ac euecti sunt. Et licèt vnusquilibet in seipso pro dignitate ac merito suo sanctus & beatus sit, superessentialis tamen quam omẽs communiter possident, beatitudo, simplex quędam & inexhausta ac impenetrabilis abyssus est. Et hinc dimidius venit cubitus, quem nos perficere non valemus. Singulus enim quisq; sua implet vasa, at nihilominùs simplex beatitudo in seipsa superabũdans, ac redundans & inexhausta manet: & nos qdem hauriẽdo semper esurimus: in superessentiali autem fruitione vbi possidemus, saturi sumus ac abundamus. Esuries saturitatem consequi non potest, & saturitas famem depellere non valet: sicq; famem manere sempiternam necesse est. Isthæc enim esuries dimidius noster cubitus est, quem perficere non valemus. Sed eadem ipsa esuries tabulã nostrę fruitiõis pro gratissima Dei voluntate absoluit ac perficit. Ex qbus id colligi ac animaduerti licet, homines falsa libertate occæcatos, qui in amando esurire desinunt, & quietem ac ocium amplectunt, miserè errare, eorũ tabulam vitiatam nimisq; latam esse, neq; eos vnq̃ vero incaluisse amore, sed planè deceptos ac falsos, & ad virtutes omnes pigros ac minimè paratos esse.

Fruitio essentialis quæ aut quid.

Dimidius cubitus.

Latitudinis amoris fruitiui cubiti quot & qd.

Beatitudo superessentialis quid.

Esuries dimidio cubito signata, q̃

¶De duobus Cherubim. Caput CLVIII.

TEXTVS Exo. 25.

ITAQVE vt in vitæ nostræ penitissimo siue intimo ac supremo sub amoris fruitiui conspectu stare debeamus, sequens nos figura docet. Ait enim Dominus ad Mosen:

Duos quoq; Cherubim aureos & productiles facies ex utraq; parte oraculi: [quod est ppiciatoriũ seu tabula aurea, cuius antè meminimus.] Cherub unus sit in latere uno, & alter ĩ altero. Vtrũq; latus ppiciatorij tegãt, expãdẽtes alas & operiẽtes oraculũ, respiciãtq; se mutuò uersis uultibus ĩ ppiciatoriũ quo operienda est arca.

Isti Cherubim, figuræ erant angelicæ ex auro, per eosq; duo nos accipimus siue intelligimus, amanti spiritui propria in suprema illius nobilitate, vbi æternæ Dei charitatis totus est, & à propria vacat actione. Primum qdem, quod in eiuscemodi subleuato spiritu reperire licet, perpetua quædã & intenta in simplici diuino lumine absq; defectu vel errore cõtemplatio est. Alterũ est, perẽnis ac fruitiua in diuinã ac formæ nesciã nuditatẽ inclinatio. Hæc duos aureos Cherubim dicere possum⁹, eo q̃ vtrũq; sapiẽtia & charitate Dei abũdet: sintq; ex vtroq; latere, eo q̃ in suis actiõibus disiungi aut separari nõ queãt. Et licèt in introitu vnũ sint, in seipsis tñ semp duo manẽt. Vñ vnũ in vno, & alterũ in altero latere sitũ est corã fruitiõis vel propiciatiõis diuinæ loco: expãsasq; habẽt alas, qñquidẽ in sublime cõtemplando ac fruẽdo ferunt, operiuntq; oraculũ, id est, locũ vbi arcanę inspiratiões aut diuina respõsa &

Cherubim propriè ac mysticè qd.

Cherubicas alas expandi, jjsq; oraculum operiri, quid.

& oracula suscipiunt. Ad hæc simplex & intenta in diuino lumine contemplatio, & fruitiua in simplicem tractum inclinatio, semper mutuò se respicient, cùm altera viuat in altera: Eruntq; versis vultibus, id est, amorosis inclinationibus suis in propiciatoriũ, hoc est, amorem fruitiuum: & simplex fruitiuus amor intrò adspiciẽdo siue in introspectione actiuum amorem semp operiet & excedet, nõ tñ actiõe sua illum priuabit, sed ad nouas semp ac recentes actiones redire eum faciet, sicut & facit: atq; ita virtutes omnes perficiunt. Et quãto quis supra seipsum vberiori fruitione potitur, tanto in seipso virtuosior est. Inter hos autem duos Cherubim, id est, simplicem intentam contemplationem, & fruitiuam inclinationẽ nostrã, Dei intra nos habitatio est, atq; indè sapiẽtia nobis & gratia ꝓmanat: discimusq; illic ꝓcepta & consilia Dei. Hæc Dei intra nos cõmoratio, à malis oĩbus nos seruat ac tuetur: cumq; eam nos obseruamus, & apud eam perseuerantes tam exeundo quàm intrò nos recipiendo, illi, quemadmodùm iam dictum est, obtemperamus, virtutes omnes pro gratissima DEI exequimur & perficimus voluntate. Atq; hæc est sexta pars principalis, in figura à me animaduersa atq; considerata. Et sicut his tam tabernaculum quàm arca, & quecunq; ad ea pertinerent, iuxta Dei preceptum completa ac absoluta erant: ita ijsdem mysticè intellectis, vita nostra tam intùs quàm foris, iuxta omnem modum quo Deus expetit à nobis, perficitur & consummatur.

Mutua vultuũ in propiciatorium versio, qd.

DE SEPTIMA PARTE PRINCIPALI.

Caput CLIX.

SEquitur hinc septima eademq; postrema portio principalis, quæ est, in Deo & cunctis virtutibus fixè ac firmiter vnitum atque constabilitum esse. Vbi scire conueniet, amorem formis & imaginibus vacuum, spiritum ipsum simplicem reddere & expeditum seu vacantem ab omnibus. Subleuat enim hominem vltra seipsummet & omnes actus ipsius: vnitq; eum Deo, & spiritum in quiete & fruitione stabilem ac fixum effecit. Quamobrem si sentire ac experiri velimus, occupari à Deo intima nostra, & illum vicissim à nobis, in introuersione nostra imaginibus nudi ac vacui simus oportet, tantiq; ponderis nostra sit charitas siue amor erga Deum, vt per creata omnia penetret, neque vsquàm præterquàm in solo Deo quietem vel inueniat vel aucupetur. Tum verò nuda intelligentia vel nudus intellectus noster simplici veritate, perindè vt aer Solis splendore perfunditur: & cuncta interiora nostra diuinus penetrat amor, vt ferrũ ignis. Atq; ita Dei in nobis regnum inuenim⁹: ex eoq; ad iustitiã virtutesq; oẽs mouemur, ac incitamur. Nõ em̃ ociosus esse potest amor: sed Domini spũs cor, sensus & vires omnes permouet, & ad cuncta virtutũ colenda exercitia foràs nos propellit ac vrget, efficitq; ex nobis spiritale tabernaculum, & id regere ac moderari nos facit, iuxta omnem modum quo antè à me dictum & explicatum est. Rursumq; intrò nos trahens, Dei honorem in cunctis virtutibus spectare nos facit: atq; hoc pacto cum vniuersis actibus nostris dignum Deo sacrificium efficimur: Et ista nos virtuosos & in cunctis virtutũ exercitijs firmos ac stabiles reddunt. Vbi verò in simplicitate quiescimus ac fruimur, & bonum omne in superessentiali amore nostro possidemus, ibi semper essentialiter intùs manemus, vniti ac fixi seu stabiliti supra omnia. Et id sentimus semper ac experimur, dum in formis ac imaginibus vacuum essentialem amorem simpliciter intrò ingredimur. Isthic enim & quietem & fruitionem sentimus interminatã siue nunquàm finem habituram. Ita nimirùm, quod ab initio dixi, & curremus, & comprehendemus: & comprehendendo curremus, & currendo comprehendemus. Quæ quidem vera sanctitas est, & vita æterna, quã nobis omnibus præstet qui est super omnia Deus benedictus in secula, Amen.

Amor quis simplicè quid reddat spiritum.

Charitatem erga Deum quorũ quãtam oportẽat esse.

FINIS EXPOSITIONIS ADMIRABILIS AC PLANE DIVINITVS HAVstæ in tabernaculum Moisis & ad id pertinentia, & alia quædam, D. Ioannis Rusbrochij sanctissimi ac præclarissimi viri.

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS,

De præcipuis quibusdam virtutibus Libellus optimus.

DE HVMILITATE. CAPVT I.

SCRIPTVRI de virtutibus, ab ea nobis cõmodissimè exordiri videmur, à qua ipse Dominus IESVS fidissimus amicus noster sumpsit initiũ, vtì eam ceu fundamenti loco collocemus. Nam tametsi Dominus IESVS virtutes omnes lõgè quàm vlla vnquàm possit creatura, perfectiùs habuerit, specialiter tamen humilitatẽ delegerat, quæ etiam propterea à D. Paulo Apostolo virtus Christi appellatur, ita dicente: Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi: nempe humilitas. De qua etiam Dominus ipse ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Vt autem homini cuipiam seculari magno esset futurum gaudio, si quid tale posset efficere, vndè Imperatoris obtineret gratiã, & ei quàm similimus redderetur: ita nos meritò gaudere deberemus, vbi Christo Opt. Max. Regi regum & Domino dominorum placere & assimiles effici possemus. Atq; sicutì nullus homo secularis id erubesceret actitare, quo posset Imperatoris obtinere similitudinem: multo minùs nos facere pudebit, quo ad Christi similitudinẽ quàm proximè possimus accedere. Itaq; quando Christus IESVS speciatìm humilitatis virtutem ob eius tum præstantiam, tum vtilitatem amplexus est: æquum sanè fuerit, & nos illam, ob Christi æternum honorẽ, eligere & amplecti. Et quia eadem humilitas præclarum est virtutum omnium fundamẽtum, sine qua nulla virtus alicuius est precij, ita vt etiam D. Gregorius dicat eum qui sine humilitate virtutes congregat, in vento puluerem portare: & alius quidã sanctus præstare affirmet, non facere virtutem, quàm de ea sponte extolli & insolescere: quandoquidem omnis virtutum structura sine humilitate, potiùs ruina sit quàm structura: hinc nimirùm cum primis necessariũ nobis est, vt humilitatẽ fundamẽti loco ponamus, quo super eam veram virtutum vitam fundare queamus. Cùm igitẽ de ea dicẽdi initium facturi simus, principio necessum est, definitione explicare quidnã sit. Itaq; Humilitas est animi demissio, id est, interna quædam & profunda cordis & animi coram celsissima Dei Maiestate inclinatio atq; submissio: quam quidem & Iustitia imperat, & cor diuino præditum amore, vrgente charitate, omittere non potest. Cæterùm D. Bernardus duplicem commemorat humilitatem: alteram, quam parit veritas, & nõ habet calorẽ, id est, claram & non calidam: alteram, quam charitas format & inflammat, id est, claram simul & feruidam vel calidã. Ea humilitas, quæ clara est & non feruida, magis ex ratione exercitatur quàm amore. Cùm enim quispiam diuinam contuetur magnitudinem & suam paruitatem, Deiq; nimiam erga se fidelitatem, & suam erga Deum infidelitatem, simulq; ratione considerat quid sit Deus, & quid ipsi præstiterit Deus: itemq; quid sit ipse, & quid fecerit DEO, plures sanè easq; pulcherrimas, modò benè velit animaduertere, comperit ratiões, quibus sese meritò humiliare ac demittere persuadeatur. Verùm quia plùs ratione ducitur quàm amore, vel rationem potiùs exercet quàm amorem, idcircò humilitas hæc clara magis est q̃ feruida. Nam quanuis multis, quas inuenit, pclaris rationibus, dũ DEVM & eius beneficia, & sese ac sua maleficia & ingratitudinem perpendit, eò adducitur, vt ipse se contemnat ac humiliet: tamen ab alio se contemni æquanimiter ferre non valet. Dum enim ab alis despicitur, facilè commouetur, ratio illius obfuscatur: quodq; priùs ratio illi demonstrârat, obliuiscitur, quo videlicet iure meritoq; ab omnibus cõtemni deberet. Sanè humilitas ipsa, cæteræq; virtutes omnes, actus sunt voluntatis: & sicut per rationem virtutes cognoscimus, ita nobis sapiunt per amorem. Nam sine charitate nulla virtus sapit supernaturaliter. Altera humilitas, quam claram & feruidam esse diximus, magis ex amore, quàm ex ratione, non tamen absque ratione, exercitatur. Cùm enim verus humilis omnes vires suas per amorem colligens, seipsum ex toto ad Deum cõuertit, atq; à DEO impellitur ac mouetur ad considerandum quid sit Deus, quq; tam ineffabiliter magnus sit & admirabilis, vt omnes eũ creaturę capere non sufficiant: quòd itèm solus tam celsus ac potens sit, vt creaturas omes fecerit ex nihilo, & quicquid velit, possit: quòd insuperè nos ad tam sublimem eõdiderit & elegerit dignitatẽ, vt nulla creatura saltẽ cogitare psumeret, Deũ altissimũ ad tantam ipsam nobilitatem electurum: sed neq; nosipsi excogitare possimus, qua ratione maiores nos facere potuisset. Cùm enim, vt ex natura Deus essemus, facere non potuerit, (hoc enim ipsi soli competit) fecit vt Deus essemus ex gratia, ad possidendum simul cum ipso in perpetua dilectione vnam beatitudinem, vnum gaudium, idemq; regnũ. Ideoq; fecit nos ad imaginem & similitudinem suam, quo videlicet in illa imagine ipsius capaces essemus, & in virtutibus ipsi, quantùm humana sinit conditio, similes efficeremur. Cælum quoq; & terram, & quicquid cæli ambitu continet, in nostrum creauit vsum & ministerium, vt sibi soli seruiremus, suaq; colendo præcepta, secùm æterna perfrueremur beatitudine. Quando verò ipsius per inobedientiam ex propria malitia sponte scientesq; pręcepta transgressi sumus, eoipso semiterna priuari beatitudine, & perennes ignis tartarei titiones esse meruimus. Id verò magnus ille Dominus considerãs, nos videlicet perpetuę damnationi addictos, nec ab vlla nos creatura posse redimi: misericordia tactus, proprio & vnico filio suo, qui est incomprehensibilis illa claritas, in qua & seipsum & oia Deus pater perfectissimè cognoscit, & per quam facta sunt omia, quiq; est vnũ cũm ipso in essentia & natura, exemplar omniũ creaturarũ, & speculũ sine macula Dei maiestatis: huic, inquã, tali ac tanto filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum vsq; ad mortem crucis, quo nos ad æternam illam postliminio reduceret felicitatem, ad quã ab initio nos creârat. Cùm igitur, vt dicere cœpi, humilis Dei amore flagrans homo, oculis amoris considerat tantam Dei sui magnitudinem & fidelitatem, quidq; sit idem Deus, quantaq; fecerit pro nobis, & quare fecerit, quodq; ex amore purissimo fecerit, cùm nihil indè ipsi felicitatis accedat: & ediuersò seipsum, quidnam sit ipse, quantaque in fidelissimum ac immensum illum Dominum peccata commiserit, aspectat, ex hac consideratione seipsum ad sese, tanta cum suijpsius dedignatione & aspernatione, conuertit, vt ignoret quid cogitare debeat. Nullum enim locũ tam humilem aut abiectum, nullam tam extremam nouit vilitatem, quin se & locum abiectiorem, & maiorem fateat meruisse vilitatem: multumq; mirari non desinit, quòd se non magis queat despicere, & qd ad hæc faciendum sibi sit, animi dubius est. Dumq; perpendit omnia, nullum ei rectius consilium occurrit, quàm vt hæc ipsa fidelissimo amico Domino Deo suo queratẽ eiq; iam in gratissimã illius voluntatem ex toto se resignans, seipsum funditùs abnegat, Deumq; tam de se quàm alijs creaturis omnibus, quod volet, facere permittit. Atq; in hoc veram inuenit pacem, quam nulla creatura turbare potest. Adeò nanq; sese demisit in ima, vt vix à quoquam possit inueniri. Si tamen fortè contingeret, vt ab aliqua creatura inuentus deprimeret ac despiceret, atq; ille hinc moueri inciperet, (paucissimi nãq; sunt, quos dolor siue tristitia nõ interdum afficiat) id non ab homine fragili suscipere, nec ob hoc aduersus illũ ira succendi, sed potiùs de manu Domini tãquam sibi optimum, quod in hoc per illum hominem velut per instrumentum suum Deus operet, recipere debere, magnasq; huiusmodi Deo omnipotenti humili corde gratias agere, multumq; gaudere, quòd Deus æternus sui memor dignatus fuerit. Reuerà nanq; in mundo sentire pressuram, & aduersitatibus exerceri, tutius est q̃ afflictionibus carere. Iuxtà est enim Dominus his qui tribulato sunt corde: & aduersa citiùs ad nostri nos cognitionem perducunt. Quod nobis vtilius est, quàm cæli motũ, & quicqd sub cælo est nosse. Vbi verò humilis ille ac Deũ amans homo, rursus ab eodem mouet ad laudandũ ipsum, eiq; gratias agendum, hæcq; obseruans, eisdem totis viribus

Matt. 11.

2. Co. 12.

Virtutum oim basis.

Gregorius.

Humilitatis definitio.

Duplicem esse humilitatem.

Humilitatis clarę & nõ feruidę descriptio.

Humilitas clara & feruida.

Cur ad imaginẽ suã nos Deo creârit.

Pax vera quę obtineat.

Aduersitatũ vtilitas.

Ro. 8.

bus satisfacere instituit, diuinoq; amore succendit: tunc multa cũ diligentia, quę DOMINUS Maiestatis in humana natura facere dignatus est, considerando percurrit, attendens videlicet, vt ille nostri causa omnium pauperrimus, abiectissimus, despectissimus fuerit. Ac deinceps omnem illius humilimam, fidelissimam, veritate ac pietate plenissimã inspicit vitã, obseruãs vt nullius vnq̃ ipsum desiderãtis voluerit petitioni deesse. In qua sanè vita mirabilia multa, immò plura quàm scribi queant, inuenire licebit, si tantùm ipsam attendere & oculis amorosis inspicere non pigeat. Deindè iam diligentissimè considerat, vti fidelissimus idem DOMINUS DEUS suus, turpissima, ignominiosissima, acerbissima præ omnibus morte vitam finierit, adeò vt vix vna cruoris guttula illius in corpore remaneret: vtq; idem eius tenerrimum corpus adeò vulneribus confectum vndiq; atq; discerptũ fuerit, vt penè nec tantum integræ carnis, quãtum acũs acies occuparet, in eo posset reperiri: q̃q; hæc omnia ab eis perpessus fuerit, quos ex nihilo ad ineffabilem creãrat dignitatem, quo eadẽ secùm beatitudine fruerẽtur: quòd itẽm vniuersa hæc ex immenso amore pro eorundem sustinuerit peccatis: vt ꝑtereà ingenti erga ipsos fidelitate plenissimus, in cruce pependerit in magna acerbissimaq; confusione ac ignominia, cum expansis brachijs, ad suscipiẽdum inimicos suos: cum inclinato capite, ad deosculandum eosdem: cum aperto corde, vt in illo cõmorari possemus: & cum profuso sanguine, quo nos in illo cãdidaret, ablueretq;: necnõ cum alijs pluribus signis amoris, quæ hic latiùs cogitare studet. Contrà verò solicitè attẽdit, quomodò pro his omnibus miris ac stupẽdis, quæ in humana natura facere ac pati dignatus est, amantissimo DOMINO suo non solùm gratias non reddiderit, sed totus ingratus permanens, eundem sæpenumerò peccatis ac sceleribus suis denuò crucifixerit: q̃q; nihilominùs ipse talia facienti pepercerit misericorditer, creberrimosq; bonarum admonitionum, exemplorum, institutionum nuncios ei mittere dignatus fuerit, quos tamẽ omnes, vt suis inordinatis voluptatibus deseruiret, suis indulgeret affectibus, cõtumelia affectos trucidãrit. Cùm igitur hæc omnia mira atq; stupenda humilis ac amans anima in seipsa dephrẽdens, vlteriùs DEI Maiestatem atq; erga nos fidelitatem, & ediuersò nostram exiguitatẽ, atq; erga ipsum infidelitatem intuetur, quanquàm omnis fidelitas, quam nos de Deo æstimare siue intelligere possimus, nihil sit, si ad ipsam veritatem spectes. Dei enim fidelitas tanta est, quãtus est ipse Deus: immò est ipse DEUS. Noster verò intellectus, creatus est. Et licèt magna sint opera redemptionis nostræ, parua tamen sunt, si componantur cum immensa fidelitate & dilectione illius, quæ hæc ipsum coegerunt perficere. Dum ergo his ediuerso humilis anima suam exiguitatem opponit, eamq; simul & multiplicia peccata sua aduertit, q̃q; omnia illa quæ de sua paruitate cõprehendere potest, longè sint infra rei veritatem, immo nihil sint ad id, quod illa reuerà est, attentè considerat: tanta in ipsa despectio, ac suijpsius dedignatio aspnatioq; exurgit, vt nesciat quidnam cogitare debeat, miraturq; quòd & DEUM suum in maiori habere reuerentia, & seipsam magis contẽnere nõ studeat. Licèt em omnipotenti Deo tantũ singulis quibusq; momentis, quãtum omnes possent creaturæ, honorem exhiberem⁹, hoc ipsum tamen nihil nobis videri deberet: sicut & econtrariò si nosipsos tãtùm despiceremus, quantũ omnes possent creaturæ, etiam nobis parũ videri deberet ad hoc, quod meruimus, eo quòd modici ac fœtidissimi vermiculi, tantũ tamq; pijssimũ DEUM (qui nos tam purè dilexit) totiès tam graui iniuria affecerimus & contemptu. Planè si hæc fideliter inspexerimus, tãta hinc erga Deũ in nobis reuerẽtia, & ad nosipsos dedignatio orietur, quòd nihil aliud cogitare poterimus, q̃ vt nos ex integro resignemus, funditùs abnegemus, atq; in DOMINO moriamur. In his em tunc vitã beatã diuinũq; experimur saporem, quẽ nemo vnquàm obtinere potuit, qui sibijpsi & vitijs omnibus non renunciauerit, nec in Deo mortuus fuerit, excedendo seipsum & moriendo in amore: non tamen quo talis vnquã creatam amittat essentiã suã: semper em maneat necesse est creatura. Beati planè mortui, qui sic in DOMINO moriuntur: amodò iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. opera enim illorũ sequuntur illos. Qualibet em suã ad Deũ amorosa conuersione, seipsos in DEũ per amorem excedunt, tũq; sequuntur eos opera eorũ: siquidẽ vbi vnũ sunt cũ DEO in amore, id vtiq; supra omnes viriũ actiones est. Vt aũt sese in DEũ excedunt per amorẽ, & cũ illo vnũ fiũt: ita seipsos per humilitatẽ demergunt in DEũ, vbi sibijpsis funditùs moriuntur in Deo, vna cum illo

Apo.14.

illo vita effecti, quod totum est vna altitudo, & est ipse DEVS. Tantùm enim infra nos, quantùm supra nos DEVS existit, licèt diuersa sint exercitia, & actiones quæ ducunt ad ipsum. Et licèt per Dei gratiam & nostram exercitationem, maximè considerando DEI magnitudinem & fidelitatem, nostramque paruitatem & infidelitatem, quarum iam sæpè memini: (Reuerà enim harum consideratio tam amabilis, iucunda & sapida est, vt vehementer admirer eius exercitandæ nos vnquam posse obliuisci) licèt ergo, inquam, per hæc nunquàm eo fortasse pertingamus, vt nobisipsis moriamur funditùs, non quidem secundum essentiam, sed quantùm ad vitia attinet, atque vt nosipsos contemnamus, quod tamen mirum sit, nec sic tamen ab hac iugi exercitatione cessare debemus: quandoquidem nullum est, quod ipse modò nouerim, fructuosius exercitium ad pertingendum celeriùs ad veram humilitatem. Et licèt in principio ęgrè nec absq; difficultate nosipsos contemnamus, per istud tamen exercitium & Dei gratiam, ad nostrĩ resignationem aptiores propensioresq; efficiẽmur, neq; tam vehementer aduersum eos qui nos iniuria afficiunt, commouebimur, neque vsque adeò dedignabimur eos, vt faceremus, si hoc exercitium non vsitaremus. Vbi enim moueri nos sentiemus, mente ad DEVM conuersa attendemus, quanta ipse fidissimus amicus noster, ꝓpter nos egerit, & quis sit ipse, quodq; tam humilis, abiectus ac pro nihilo ductus fuerit, vt ceu calculus fuerit, qui pedibus calcatur, nec sentitur tamẽ, sicut & ipse per Prophetam de se dicit: Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominũ & abiectio plebis. Atque ex horum consideratione, magna nostrĩ ipsorũ cum dedignatione nos adspiciemus, multumq; nos viles iudicabimus, quòd pro illius amore nihil possimus perpeti, q̃ propter nos tanta pertulerit, idque adeò etiam propter ipsa peccata nostra, quæ nos in ipsum admiserimus DEVM ac DOMINũ nostrum, qui ad tantũ nos condiderit capessendum honorem, tamq; purè nos dilexerit: tantùm, inquam, hinc nos dedignabimur ac vilipẽdemus, vt nos vix ferre possimus. Ea autem nostrĩ dedignatio multùm temperabit ac leniet dedignationẽ illius qui nos iniuria affecerit, ita vt non adeò aduersus eum moueamur, quàm si tanta cum vilipensione ad nosipsos minimè nos verteremus. Hoc autem iam dictum exercitium stabiliter exercendum, amantibus oculis inspiciendum, ac benè obseruandum est purè ad honorem Dei, potiùs quàm ob virtutis fructũ. Honestius est enim, Dei honorem purè spectare, sibiq; habere propositum, atq; propter eum & facere quæuis & omittere, quàm ob virtutis fructum. Amorem nanq; erga DEVM exercere præclarius est, quàm virtutes propter DEVM. Amor enim compendiosissima ad DEVM via est. Atq; eam ob rem illi vt plurimũ deuoti atq; affectuosi reddunt, qui amorem magis exercent, quàm virtutes aut actiones virtutum. Nulla enim virtus (vt suprà dixi) absq; amore sapit supernaturalirer: siqdem charitas virtutum forma est. Deindè per hanc amoris exercitationem, tantam homo suijpsius acquirit dedignationem, vt iam non modò ipse se despicere, sed etiam ab alijs se despici patienter ferre queat, imò se contemni gaudeat non minimùm, si absq; sua culpa id fiat: omnẽ quoq; afflictionem & dolorem, qui illi possit inferri, ob ęternum Dei honorem, ducat pro nihilo, & quo grauius est quod patitur, eo meliùs ipsi sapiat, magisq; eum consoleẽ. Indè nanq; & Deo fit similimus, & placet ei plurimùm, cùm nihil sub Sole præclarius sit, quàm ex amore ꝓpter DEVM patienter aduersa perpeti. Si enim melius aliquid fuisset, DEVS omnipotens vnico filio suo id sine dubio præstitisset. Quo igit fidelissimo Deo redemptori nostro conformes esse possim⁹, libenter sufferamus aduersa: imò hoc ipsum quod patimur deprimimurq; paruifacientes, illud potiùs pro magno habeamus, quòd Deus nos dignos iudicat, qui propter ipsum ad eius honorem aduersa patiamur. Per afflictionem enim ad veram nostrĩ cognitionem adducimur, in eaq; cognitione veram inuenimus humilitatem. Vt enim D. Bernardus ait: Humilitas est virtus, qua homo verissima suĩ agnitione, sibijpsi vilescit. Nec vnquàm errat, quisqs syncerus est veritatis imitator. Veritas nanq; fallere neminem potest. Et si quis in veritatis speculo sese considerare velit, non fallit vnquàm seipsum, neq; falletur. Cùm enim veritatis cognitio in nobis oritur, ignorantiæ noctem discutit, fugat simulationem, detegit falsitatem & vanitatem, & humilitatis præstat adiutorium. Dum nanq; veritas demonstrat homini quidnam sit, quidq; deliquerit, & in dies delinquat, vndè S. Dauid ait: Delicta q̃s intelligit? Per humilitatẽ sese deijcit & aspernat. Siqdẽ humilitas est amor submis-

Exercitium fructuosissimum quod.

Psal.21.

Breuissima ad Deum via quę.

Ex amore propter Deum pati, quale quid.

Bernardus.

Psal.18.

missionis & abiectionis. Porrò dum se quispiam per suî cognitionem ex animo contemnit, etiam haud dubiò vult ab alijs se contemni ac vilipendi: nam nisi id velit, necdum reuerà se despicit, nec etiamdum verè humilis est, vt qui necdum abiectionem & suî contemptum amet. Vt autem superbus aliqs sese prę cęteris omnibus amat, non qualis re ipsa est, sed qualem ipse se esse putat, atq; suo iudicio grandis & honore dignus est, optatq; talis ab alijs haberi: ita q verè humilis est, & sese cõtemnit ac nihilipendit, etiam ab alijs cupit vilipendi. Enimuerò quod qs nullo in precio habet, id non solùm ipse abijcit & aspernat, sed etiam à cæteris omnibus putat esse abijciendum & cõtemnendum. Ita nimirùm & verus humilis, qui per suî cognitionem sese nullo habet in precio, sed potiùs floccipendit, etiam dignus sibi ac benè meritus videt, quem & mortales omnes despiciant ac dedignent. Itaq; si oblato nobis honore hilarescimus, & irrogato contemptu dolemus: signum est, honorem nos diligere, quandoquidem eo oblato gaudemus: dum autem contemnimur, id nos æquanimiter ferre non posse: siqdem indè dolemus. Dicat forsan hîc aliqs, perplures esse, q se honorari lætent, & contẽni doleant, q tñ suo iudicio sese despiciãt, sibiq; displiceãt. Verùm tales necdũ humilitatis sunt virtutem adepti. Quisquis enim æquo nõ fert animo se despici, sed gaudet honore se affici, is id pro comperto habebit, se necdũ sibi verè displicere, nec se verè humilem arbitrabit, sed superbiæ in se radices etiamnum virere ac dominari, seq; elationis laborare vitio. Nam quandiu nostrî contemptum hilariter ac libenter non accipimus, nec propter DEVM abijci amamus, tam diu certum est nos verè humiles nõ esse, nec re vera nosipsos contemnere, tametsi id nobis videatur. Id quod D. Papa Gregorius subindicat hisce verbis: Qualis quisq; intùs sit, contemptus manifestat. Verus ergo humilis, vt antè dixi, ita se contemni gaudet sæpenumerò, vt superbus se honore affici, eo quòd sentiat alios ipsius de se iudicio consentire. Nec se fictè humiliat, nec verbis tantùm, sed opere & veritate: gaudetq; dum animaduertit alios de se sentire viliter, sicut & ipse de se ex animo sentit. Non em vult humilis videri, sed vilis: lętaturq; dum contemnit, dolet dum honorat, in rebꝰ prosperis ingemiscit, gaudet in aduersis: rerum affluentia affligitur, plorat in delicijs: sublimitate cruciatur, gaudet penuria: laudes contemnit temporarias, omni honore se indignum arbitratur: fugit simulationem, amat veritatem: rerum temporalium obliuiscit, æterna concupiscit: nihil eorum nouit quę mũdi sunt, quo possit panem cæli pmereri, non solet iactare sese aut de se psumere, gratiam & vires quas habet, non sibi ascribit: sed fatetur humiliter, dona cũcta ex Dei benignitate proficisci: semper latere & nesciri appetit, modò id posset absq; proximorum detrimento fieri, ne vel tenuis iactantiæ aut superbiæ labe adspergat. Gaudet etiam de iustitia Dei, ipsum à proximis despici vel premi pmittente, ne inaniter sese efferat ac extollatur. Itidèm de Dei lætat bonitate, blanda, modesta ac bona hominum verba ipsi subtrahente, vtì in ipso perfectiùs quiescat. Deniq; ex animo se vilipẽdi lætatur. Sed ô quàm felix est hæc mutatio dexteræ excelsi, vt q olim se magnipẽderet, iam se inutilẽ ac nullius pensi ducat, maximè doleat & queratur, tam se nullam habuisse suî notitiam, suamq; miseriam & infelicitatem ita paruipẽdisse, atq; vsqueadeò propriam amasse excellentiã. At nunc quia ab ipsa veritate doctus est propriam agnoscere infirmitatem & miseriam, iam ab omnibus contẽni ac vilipendi se debere putat. sentitq; iniquum se de seipso tulisse iudicium, planeq; falsum ac deceptum fuisse, cùm se putaret aliqd esse. Vt enim D. Augustinus asseuerat, nihil ex se homo præter peccatum habet, & quãuis bona videantur quæ habet, sine Deo tamen bona non essent. Quando igitur bonos nos esse arbitramur, & aliquo in precio haberi appetimus, iam decepti sumꝰ. Quod vt meliùs peruideri possit, ponamus, exempli gratia, duos quosdam esse, qui se inuicèm maximè despiciant ac vilipẽdant, ita vt quicqd alter eorum velit, dicat, consulat, id alter reijciat, impugnet, eiq; contradicat. Horum qlibet vt ipse alterum aspernatur & odit, ita putat & alios omes eum odire & vilipẽdere: & vt ipse eum floccipendit, ita optat & ab alijs omnibus eum floccipẽdi, & si quam habet gratiam naturalem, vndè posset honore affici, eam cupit nulli esse cognitã, quo minùs honoretur: & si honor ei habeatur aut laude afficiatur, inuitus audit: sin verò cõtemnatur, hilarescit. Ita nimirùm sibijpsi facere debebit, quisqs humilis fieri velit. Quòd em aliqs istiusmodi cum sua pernicie & culpa facit ei quem odit, id in vnoquolibet laudabile ac præmio dignum est, si erga se-

Verè humilibus cõtẽptu sui nõ dolendum.

Gregorius.

Psal. 76.

Augustinꝰ.

seipsum ita se gerat. Non em possit quisquam vllum infestiorem habere inimicũ, quàm fuerit ipse sibi: & si benè poterit sese vincere, nullum habebit inimicũ, qui ipsi possit officere. Mundus nanq; & hostis Tartareus non nisi nobisipsis nos impugnant, nec quisquã magis quàm à seipso læditur. Qui ergo hostes suos omnes superatos cupit, priùs vincat seipsum. Virtutem autẽ humilitatis si quis perfectè obtinere cõcupiscit, discat perfectè amare DEVM. Charitas em humilitatis mater est: & quantùm in nobis augescit charitas erga DEVM, tãtùm & nostrî crescit vilipẽsio: atq; per amorẽ Dei perspicuè intelligimus, q iniustè nosipsos amauerimus: idemq; Dei amor docet nos, quemadmodùm verè nos amare debeamus. Tantùm em verè nos diligimus, quãtùm corã diuina maiestate nos deijcimus & aspernamur: quantùm verò Dei causa nos deijcere ac humiliare valemus, tãtùm in nobis Deus exaltat: atq; ita exaltari est humiliari, & humiliari exaltari. Dum em per supbiã & priuatũ amorẽ erigimur, Deus in nobis, vt ita dicam, humiliat: dum verò per humilitatem nos deijcimus, proprioq; renunciamus amori, Deus exaltat in nobis. Quãtùm em nosipsos inordinatè diligimus, tantùm in nobis minuitur DEVS, quod ad gratiam & virtutes attinet: Quãtùm verò propter DEVM nos deijcimus & aspernamur, tãtùm in nobis Deus gratia & virtutibus augmentatur: quanto autẽ gratia & virtutes iniqtate & vitijs præstãtiores sunt, tantò etiam præstãtius est odire nosipsos ex virtute, quàm amare nos ex vitio.

Mater hũilitatis quæ.

¶Rursus de vera humilitate. Caput II.

EST autem adhuc alia quædam humilitas, iam dicta humilitate nobilior & profundior. Itaq; vbi anima per amorem & diuturnam exercitationem, multisq; modis se ipsam vincendo & mortificando, iam mortua est non quidem secũdum essentiam, sed quod ad vitia attinet, ita vt quandam in ima propensionem in se sentiat, eaq; pensio velut in habitum transierit, sic vt nullam sibi vim adhibere cogatur. Vt enim superbus quispiam, siue id nôrit ipse, siue ignoret, quadam propensione honorari & prouehi appetit: ita humilium fundum, in ima & ad suî vilipensionem propensum est: vtque superbus tum maximè lætatur, cùm præcipuus ei habetur honor: ita qui ex fundo humilis est, ibi potissimùm gaudet, vbi maximè deprimitur & contemptui habetur: in hoc enim spiritalis gustus & amor præcipuè abundat. Et quanuis superbus aliquis omne illud in se gaudium & gustum posset experiri, quod simul omnes superbi vnquàm experti sint, idem tamẽ gustus perexiguus foret in illius comparatione, quam aliquis verè humilis sentit, vbi sibijpsi corã diuina Maiestate renunciat, idq; purè ad æternum Dei honorem. Emuerò vere humili fundo non aliquis dolor aut pœna est sese abijcere & humiliare, sed ingens potiùs gaudium. Si quo autem afficeretur honore, id verò cruciaret ipsum. Indignus enim omi sibi honore videtur: siquidem in ima propensus est, sicut & Gilbertus ait, humilem quiescere non posse, donec infimum obtinuerit locum, in quo demùm cõtentus est. Infimus autem locus est, nihil vitiosæ proprietatis habere. Et quia quandiu mortales sumus, semper quæ deponamus & abijciamus, nobis supersunt, semper ad infimum adspirare ac niti locum debemus. Deficere enim non quidem secũdum essentiam, sed dissimilitudinẽ, id fieri est. Quòd si quis affirmaret, demergi in humilitatem, id infimum esse locum, equidem haud contentiosè refragarer. Videtur tamen mihi, demergi in humilitatem, id esse, demergi in Deum, qui humilitatis quidem fundum est, & est supra & infra omnem locum, vtrobique eadem altitudine. Inter infimum autem locum & profundam suî abiectionem, meo iudicio non parũ interest. Infimum em obtinuisse locũ, est nihil inferiùs vitiosè retinere: pfundã aũt suî abiectionem experiri, in humilitatẽ demergi est: quod nihil est aliud, quàm mori & velut deficere & annihilari in DEO. Quia verò, vt iam diximus, donec hîc sumus, semper quòd deponamus habemus, nihil autem deponendum habere, infimũ est obtinuisse locum: perspicuum est, in hac vita infimũ nos adipisci locum non posse. Quis em vnquã tam aut humilis fuit, aut DEVM amans, qui & esse potuerit humilior, & DEVM amare perfectiùs, Christo duntaxat excepto? Itaq; infimũ humilitatis locũ hîc assequi non valemus: quo fit vt dum hîc sumus, nunquam cessare, nunquam contenti esse debeamus, certi semper nos posse humiliores effici. Quod qdem non paruam nobis debet adferre voluptatem, nempe Dominũ DEVM nostrum

Gilbertus.

An qs vnqã humilis fuerit, vt humilior esse nequiuerit?

tam magnũ esse & immensum, vt eum satis venerari ac honorare non possimus. Immò si singuli quiq; homines tantùm DEO honoris ac reuerentiæ præstare possent etiã momentis singulis, quantùm simul omnes & angeli & homines, nec id tñ sufficere deberet. Verùm vbi in humilitatem nos demergimus, ibi sufficit nobis: siqdem illic DEO cum DEO satisfacimus: vtpotè cum quo inibi vna vita sumus, non qdem per naturã vel essentiã, sed nostrã immersionem, quando per humilitatem à nobisipsis deficimus ac diffluimus in DEVM, qui humilitatis fundũ est. Vbi iam planè nihil nobis deficit, siqdem nosipsos in DEVM demersimus, vbi iam nec dare est nec accipere. Porrò cùm humile fundum ad diuinam capiendam seruandamq; gratiam vas omninò aptissimum, purissimum, solidissimũ sit, eiq; DEVS gratiam libenter infundat suam, simus obsecro humiles. Tanta enim tamq; præclara res est humilitas, vt obtinere mereatur quod doceri non potest, accipiatq; à Deo, quod nullis potest explicari verbis. Ipsa etiam violatæ est instauratrix charitatis. Cùm enim admisimus quippiam DEO inuisum ac displicens, cuiusmodi sæpè multa facimus, quę etiam ipsi ignoramus, sola humilitas apta & idonea est pacem cõciliare, & nos in gratiã cum Deo restituere. Humilis em̃ peccati agnitio & cõfessio intantùm placet DEO, vt det veniã peccato. Qui verè humilis est, non potest plùs æquo de se existimare, neq; desperare, neq; contendere, neq; gloriari, neque pro tuẽda decertare sententia sua: nec appetit iustitiam propalare suam, sed potiùs tegere, nisi vel impellatur à DEO, vel ob magnam proximorum vtilitatem, quemadmodùm S. Paulus: sed etiã tunc magno cum dolore & angustia id facit: nam ad occultandum sese multo ꝓpensior est. Humilitas diuinæ gratiæ est conseruatrix, præstatq; homini vt quanto plùs crescit in virtutibus, tãto sibi min⁹ crescere videat. Nam tametsi ad supremũ spiritaliũ exercitationum pertingat gradum, quiddam tamẽ impfectum in primo gradu ipsi relinquitur, vt sibi persuadere possit, se vixdum primũ attigisse gradum. Et quisq; progredi & magis ac magis ascendere cupit, ei necesse est vt de se humiliter sentiat. Planè enim stolidus est, qui se multis meritis, aut sanctitate, aut sapientia ꝑditum cõfidit, aut in aliquo ꝑfidit, pręterquàm in vera humilitate. Omnis em̃ dignitas & excellentia vilis & ignobilis est, nisi eam humilitas dignam ac nobilẽ reddat. Humilitas sola apta est cuncta hostium certamina dissipare, & omnia in suos vsus inflectere. Si enim humilis quispiã aduersa laboret valetudine, agit gratias DEO, & de eius manibus id accipit. Si sit incolumis, gratias agit Deo, & tanto studiosiùs diuinum exequitur cultum ac famulatum. Si contemnatur, agit DEO gratias, cogitans idcircò id eum permittere, ne se extollat, multoq; maiori se esse contemptu dignum, quàm possit ab alijs affici. Si honor ei habeatur, indignum se sentit, tãtoq; sese ampliùs contemnit. Vt enim D. Gregorius ait, qui bonos honorat, in eorum eos cordibus flagellat & cruciat. Vel putat ob suam infirmitatem id Deum permittere, ne plùs æquo diffidat. Et vt multa paucis absoluã, erga seipsum callidus & astutus est, vt ea quæ habet bona, tegat & extenuet, & leues etiam culpas suas magnipendat & prodat quantùm in ipso est. Erga proximos verò benignus & pius est, vt eorum etiã exiguas virtutes magnipendat, & non exiguas culpas extenuet, putà vel intentione, vel infirmitate eos excusando, aut quòd Deus permiserit salutis eorũ causa asserendo, quodq; quandoq; magno eis adiumento erũt ad seipsos humiliandos, ac studiosiùs & feruentiùs Deo seruiendũ: vel etiã persuadendo sibi, multo se grauiùs fuisse casurũ, si tam acriter esset impugnatus: gratiasq; agendo Deo, quòd se à tam infesta tentatione seruârit. Hoc humilitatis fundum quisquis hac ratione obtinuit, is multis verbis institui opus nõ habet: quippe qui plura diuinitùs percipit, quàm ei dici queant, vel ipse possit dicere. Tales enim omẽs sunt docibiles Dei. Quæ aũt hîc scripta sunt, eò tantùm faciunt, vt via quædam ad veram capessendam humilitatem nobis munita & patefacta sit, vt qui humilitatis obtinẽdæ tenentur desiderio, faciliùs ad eam pertingãt, eamq; ardenti⁹ concupiscãt, meli⁹ etiã, quid sit vera humilitas, & quid eos eò perducat, possint habere cognitũ. Cõtinuũ nãq; ac feruidũ desideriũ, ad verã obtinendã hũilitatẽ haud vulgariter suffragaẽ. Et quia iam antè dictum est, mentem humilem vas esse aptissimum ad diuinam capiendam gratiam: equidem mihi persuadeo, eiuscemodi mentem humilem, modò diuinæ gratiæ satisfacere, eamq; iugiter obseruare velit, eò posse pertingere, vt idẽ in ipsa possit Dei gratia, quod superbię spiritus in hoĩe supbo potest: hoc videlicet, vt quemadmodùm superbũ excel-

Charitatem violatã, humilitate instaurari.

Quãta confessionis humilis vis.

2. Cor. 11.

Gregorius.

Ioan. 6.

cellẽtia, dignitas, honor gaudio afficiũt: ita etiam, & quidem multo magis & veriùs, humilem abiectio, depressio & suã contemptus exhilaret. Iugis nanq; exercitatio humilis animę, cum diuina gratia coniuncta, efficacior est plusq; valet, quàm natura inordinata: potestq; propensionem in superbiam, vertere ac mutare in propensionem ad humilitatem. Siquidẽ D. Ambrosio teste, consuetudo est altera natura, id est, naturæ ꝓpensiones immutat. Quòd si id consuetudo & iugis potest exercitatio, multò sanè meliùs diuina gratia in humili anima propensiones naturæ inordinatas mutare valebit. Atq; ea ex causa diuina nobis prestatur gratia, vt quãdam in nobis Dei similitudinem efficiat, adimatq; quicquid est inordinatum, ne nos inhabiles ac ineptos DEVS inueniat, possitq; in nobis gratissimam exequi volũtatem suam. Quantùm enim in nobis decrescunt vitia, tantùm augescit Deus & illius similitudo. Qui verò iam nihil habet deponendum, cuiusmodi in hac vita nemo esse potest: donec enim mortales sumus, semper multa satis quę deponi oporteat, supersunt: rectiùs ergo dixerim, qui in abijciendis ac deponendis vitijs omnibus studiosiùs nauat operam, is omnium sanctissimus est, & in eo Deus voluntatem suam perfectissimè potest exequi. Sicut autem in superioribus iam commemoratum est, etiamsi in principio non absque cordis pressura & grauamine contemnamur, non tamen propterea studium perfectæ obtinendæ humilitatis omittere debemus. Multùm enim potest humilis, diuinæ gratiæ subnixus aduersariculo. Est tamen alius alio etiam ex ipsa natura aptior & propensior ad humilitatem, minusq; suã contemptu permouetur, quàm qui minùs aptus est: nec tamen propterea sanctior est. Ille autem sanctior habendus est, qui per DEI gratiam probiùs ac viriliùs decertat. Porrò vt ad humilitatem appræhendendam via sit planior & expeditior, eorum quæ iam dicta sunt, sententiam paucis ac velut in summa compræhendam. Quisquis humilitatem hãc adipisci appetit, agnoscat & fateatur oportet, se suis viribus absque DEI gratia nil posse, considerabitq; Dei magnitudinem & erga nos fidelitatem, suamq; ipsius paruitatem & erga Deum infidelitatẽ: discetq; sese funditùs habere despectui, sibiq; persuadere, neminẽ se vnquã satis posse contemnere & affligere, etiãsi solus pati posset, omnia quæ creaturæ omnes vnquàm pertulerint. Indè verò quædam in ipso, erga Deum libertas & fidẽtia orietur. Quanto enim quis humilior est, tanto & liberior & fidẽtior est: erigetq; omnes vires suas ad laudes gratesq; agendas Deo. Interim tamẽ etiam si solus quolibet momento tantùm laudare Deum, eiq; gratias agere posset, quantũ creaturę omnes vnquã fecerint, hoc ipsum tamen nimis parũ ei videbitur: atq; hoc pacto nec sese satis despicere, nec Deum satis laudare ac honorare poterit. Quòd autem in his deficere se sentiet, id ei sapiet quãoptimè. Non enim in suis exercitijs gustu aliquo affici optabit: sed quicquid egerit, purè faciet ad honorem DEI. Quòd si in Dei seruitio gratiamen aliquod senserit, id de manibus Domini accipiet, cogitans id Deum *præcipuæ salutis suæ causa permittere, atque per humilitatem gustu spiritali indignum se iudicans, DEVM quicquid volet in tempore & æternitate, secùm agere ꝑmittet: idq; meliùs ei sapiet, quàm si æternò deligere posset. Quãuis enim supra actiones oẽs iucundum sit laudare Deum, multo tamen iucundius est, proprium esse DEI: siquidem id ꝓfundiùs ducit in Deum, & passio potiùs est DEI, quàm actio. Denique vt humilitatis virtutem ea, qua diximus, ratione adipisci queamus, id nobis humilitatis præstet fundũ, quod est Deus ipse benedictus in secula. AMEN.

Ambrosius.

Humilitatẽ verã appetẽti quid faciendum.

*precipuè

¶De Obedientia. Caput III.

EX humilitate porrò obedientia nascitur. Itaque vt super humilitatis fundamentum Obedientiam collocemus, de ea iam dicere incipiamus. Est autem Obedientia, vt à definitione nostra proficiscatur oratio, virtus quędam, per quam quis propriã deserit & abnegat voluntatem, eligitq; facere quicquid iussus fuerit secundum Deũ, vel in Deo. Itemq;: Obedientia est animi submissio ac flexibilitas, & volũtatis ad omne bonum promptitudo. Obedientia præceptis ac vetitis, Deiq; voluntati hominem subditũ facit, sensusq; & vires sensitiuas rationi subijcit superiori, ita vt homo decenter ac rationabiliter viuat. Insuper & Ecclesię & Ecclesiasticis hominem subdit sacramentis, ac superioribus eius, cũctisq; Ecclesiæ dogmatibus, institutionibus, præceptis, consilijs, institutis, con

Obedientię definitio.

ſuetudinibus vniuerſis, omnibusque hominibus in præſtandis conſilijs, auxilijs, obſequijs tam corporalibus quàm ſpiritualibus, ſecũdum diſcretionem & cuiuſq; neceſſitatẽ, promptum atq; flexibilem reddit. ipſa in cõgregatione pace cõtinua fœderat vniuerſos. Neq; em̃ poteſt aliquis verè pacificus eſſe, niſi qui verè obediens ſit. Talis aũt diligitur ab omnibus, q̃buſcũ viuit. Om̃i nanq; velle & nolle prorſus abnegato, p̃ceptũ neq; expectat, neq; in exequendo moras facit: ſed mox vbi ei aliquid iniungitur, ꝓmptus atq; paratus eſt omnibus. Sed ô quàm pauci verè & pfectè obedientes nunc inueniũtur, qui omni ꝓpria volũtate abdicata, nõ DEVM & creaturas ſibi obtẽperare cupiant, ſed ipſi magis DEI velint facere volũtatem, dicentes ſine ceſſatione cum Apoſtolo: Domine, quid me vis facere? Sanè Obedientia tam eximia virt' eſt, vt vel minimũ aliquod opus ex ipſa factũ, qualecũq; illud fuerit, multo melius Deoq̃; acceptius ſit, alio quãlibèt magno opere ſine ipſa ꝓpetrato, ſiue ſit Miſſæ auſcultatio, ſiue lectio, oratio, cõtẽplatio, ſeu quodlibet aliud opus, quod excogitari poſſit. Ipſa om̃i tẽpore quod optimũ eſt, in om̃ibus & ante om̃ia operat̃. Ipſa errare non poteſt. Nec negligit quicquã. Opera illius correctione non egent, nec aliquod ei bonum deeſt. Quantũ em̃ per Obedientiam ſeſe quiſq; non quærit, ſeipſum & quod ſuũ eſt, deſerit abnegatque, vitijsque moritur, tantùm quoq; DEVM ipſum cum gratia virtutibusque ſuis ingredi oportet. Et quanto in vitijs magis ac magis abnegamus nosipſos, tanto quoq; noſtrî potentiores efficimur. Quis em̃ magis ſuus eſt, quàm qui ſuijpſius potens ac liber, animam ſuã habet in manibus ſuis, dare eã valens cuicũq; voluerit? Hic nimirũ abſq; impedimento ex integro cor ſuũ ad DEVM poteſt erigere, (quod ꝓfectò nemo facere poteſt, niſi q̃ ſibijpſi in Deo mortuus eſt) nec perire poteſt, qa à Deo per gratiã illius liberat' eſt: Dũq; ſeipſum nõ vult, Deus ipſum vult. Siqdem in hoĩe obediente penitùs morari, immò nec offendi debent, Volo & nolo, ſic vel ſic, hoc atq; illud: ſed ſeipſum om̃inò p ure exire ſtudebit: & ibi quicquid optat, aſſeqtur: dum videlicet Dei beneplacitũ om̃ibus illis quę Deus dare poſſit, anteponit & chari' amplectit. Ideoq̃; & hęc optima oratio eſt: Da mihi dñe Deus me' quicqd volueris, & fac mecũ in om̃b' ſecundũ gratiſſimã volũtatẽ tuã. Iſta oratio, q̃ cælũ terra, celſior eſt. Quãuis em̃ dũ pro gratia & virtutibus oramus, à Deo in precibus noſtris exaudiri iucundũ ſit: multo tamẽ delectabilius eſt potiſſimò ſe Dei beneplacito reſignare, eiusq; ante oĩa, in om̃ibus, & poſt omnia voluntatem appetere. Inter omnes nanque Chriſti preces, quas in hoc mundo fuderit, illa ſumma fuit & excellentiſſima, quam iuminente Paſſione fecit, dicens: PATER, non mea, ſed tua voluntas fiat. Hæc quippe oratio præ omnibus quæ vnquàm dixit, & DEO patri acceptiſſima maximeq̃; honorifica, & nobis vtiliſſima, & dæmoni terribiliſſima fuit. Per illam ſiquidem voluntatis ipſius ſecundum humanitatem eius, reſignationem, nos om̃es, ſi tamen velimus, ſeruati ſumus. Atq; hoc modo gratiſſima Dei voluntas, verè humilium ſummum præcipuumque gaudium eſt, eosque iucũdiſſimè afficit ſecundum ſpiritum. In iſto nanq; & natura extremè deprimitur, & Deus altiſſimè extollitur, cunctorumq̃; diuinorum chariſmatum homo fit capax, vtpotè qui omnia pro omnibus dedit, ac ſeipſum abnegauit funditùs: nec tñ pro hoc aliud aliqd requirit, q̃ quod velit Deus. Dum ergo nosipſos diuino beneplacito reſignamus, in Spũſancto baptizamur, filijq̃; Dei conſtituimur: dumq̃; huc orationem noſtrã referimus, ſatis benè precati ſumus. Vt aũt vera obediẽtia non debet habere velle proprium, ita nec nolle in ea inueniri debet. Id enim veræ obediẽtiæ venenũ foret. Vndè & Auguſtinus ait: Fidelis Dei ſeruus nõ affectat, vt ſibi dicatur p̃cipiatúrve, quod libẽter audit, ſed poti', quid ſibi dicat̃ p̃cipiatúrve, eum audire delectat. Sciendum eſt aũt, ad obedientiã veram atq; perfectam multa requiri. Primò nanq; prudens & diſcreta eſſe debet, vt videlicet intelligat, nihil ſibi contra DEVM & eius præcepta, præcipi vel prohiberi poſſe. In alijs vetò omnibus, ſiue ſit orare, vigilare, ieiunare, laborare, ſiue quodlibet aliud: in his, inquã, quãto obediẽtia ſimplicior, tãto & fructuoſior & p̃clarior erit. Secundò ſimplex erit, vt ꝓ ſolius Dei gloria & honore, non aliquo priuato lucro, hic vel in futuro percipiendo, fiat. Licèt enim vitam ęternam appetere ſit conceſſum, quo tñ obediẽtia puriùs ꝓ Dei exhibetur honore & gloria, eo melior atq; ſuauior eſt. Purè nanq; ad Dei gloriã obedire, nõ ſeruorũ aut mercenariorũ, ſed filiorũ eſt, quibus nimirùm

Quãta vere obedientiæ raritas.

Acto. 9.

Obediẽtiam ſacrificijs p̃ſtare.

Maximè ſuus quis.

Optim' orãdi mod' qs.

Mat. 26.

Oſonũ chriſti excellẽtiſſima que.

Auguſtinus.

Ad verã obedientiam qd primò requiratur.

II.

ipſe

ipſe patris honor qualibet mercede dulci' ſapit: ideoq̃; vel in vno ſaltem opere maiora accipiũt virtutis incremẽta, quàm mercenarij, qui Deo non niſi mercedis cauſa ſeruiũt, annis etiam mille. Tertiò hilaris erit. Hilarẽ quippe datorem diligit DEVS, & parùm aut nihil illi coacta placent ſeruitia. Vt igitur cum hilaritate obedire queas, multùm amare diſcas. Amor ſiquidem omnia reddit facilia, ita vt quęlibet etiam opera, ad offerendum dilecto ſuo, parua ipſi videantur. Quartò velox eſſe debet. Non enim moras nouit vera Obedientia, ſed ad omnia prompta atq; parata eſt: magisq̃; propenſam ſe ſentit ad exequendum ea quæ ſibi p̃cipiuntur, quàm quæ ſua ſuſcepit voluntate. Dum enim paruum aliquod Obediẽtiæ opus, magis etiam magno propriæ voluntatis actu, dilecto ſuo placere ſentit, ea de cauſa ſeipſam ſemper exire & abnegare deſiderat, vt tota fiat DEI. Quintò virilis erit, ita vt quicquid præcipitur, forti animo aggrediatur, & vix quicquam impoſſibile vel nimis difficile ducat. Quòd ſi etiam omnia quæ vnquàm facta ſunt, vel ſola facere poſſet, hoc ipſum tamen parũ ei videbitur. Talis nimirũ Obedientia, tam virtuoſa, tamq̃; honeſta eſt, vt omnium quę vel fecit, vel facere poſſet, oblita, hoc ſolũ ſpectet, quid illi debeat, propter quem omnia facit: ficq̃; plura adhuc facere deſiderat, paratior ad obediendum, quàm alius ad præcipiendum. Sextò deuota eſſe debet. Vera nanq; Obedientia quicquid agit, ex recta intentione pro ſola Dei gloria, non ad placendũ hominibus, facit: & quicquid ei p̃cipitur, totũ de manu Domini ſuſcipit reuerẽter. Vndè etſi fortaſſis ex ſeipſa melius aliquod opus inchoaſſet, citra tamen difficultatẽ ipſum intermittit dum ei aliud impatur. Plùs enim ei Obedientia in paruo, quàm ꝓprietas in opere magno, ſapit. Quiſquis igitur Obedientiam difficilem eſſe cauſatur, necdũ quid ſit Obedientia, guſtauit. Quanto enim ſapor diuinus omnem naturalem excedit guſtũ vel ſaporẽ, tanto etiã Obedientia omni ꝓprietate meliùs ſapit. Cunctis nanq; quæ ꝓ Deo fiũt vel omittũtur, ipſe cum ſeipſo vicem habet reddere. Huius tale quoddã legitur exemplum: Quadam die ſolenni Moniales cuiuſdam cœnobij ad ſacram debebant communionẽ accedere. Erat tũ inter eas virgo q̃dam, q̃ ſe ad cõmunionẽ p̃parârat. Cui Abbatiſſa, vt ad culinã ꝓgeret, & q̃ ibì faciẽda eſſent ageret, impauit. Illa mox vt iuſſa erat, ſine murmure, immò magna cũ deuotiõe, ad exequendũ iniunctũ ſibi Obediẽtię munus, abſceſſit. Et cũ cæterę coĩcaſſent, vox ibì audita eſt, virginẽ quę culinę miniſteriũ pegiſſet, Sacramẽti fructũ, ob ſuã Obedientiã, vberiùs ac veri' eſſe conſecutã. Nihil itaq;, q̃libèt magnũ, cũ tali proprietate poſſideamus, quin illud, DEO vel hominibus aliud exigentibus, hilariter dimittere poſſimus: In quo ſanè non modò nullam facimus iacturam, ſed etiam meremur plurimũ. Intentionẽ quippe diuini honoris, quam in maiori opere habuimus, & ſi bonũ eſſe debeat, habere in quolibet ope tenemur, nihilomin' retinem', dum ad aliud nos opus ex Obedientia cõuertimus, alteriq̃; nos ſubdimus ſubijcimusq̃;: & inſupèr virtutẽ lucramur Obedientiæ, quæ DEO ꝓculdubiò multo gratior eſt omni ope, quod ex ꝓpria volũtate facere potuiſſemus. Septimò, vera Obedientia etiã humilis erit, cùm ſit ipſa Humilitatis filia. Dum em̃ hũilis obediẽs, ſanctos quoſq; cõſiderans, aduertit vt illi vnanimiter magno deſiderio eò ꝓuenire cõtenderint, vt verè obediẽtes eſſe, ꝓpriumq̃; ſenſum penit' extirpare ac obliuiſci poſſent: ac vbi ꝓpriã fortaſſis q̃ſitionẽ deꝓhenderent, ſeipſos cõtinuò abnegârint: ſpecialiter verò dum fideliſſimi amatoris ſui ꝓpendit Obedientiã, attẽdens vt ille, cùm Rex regũ eſſet & Dominus dñantiũ, ad mortẽ vſq; crucis obediẽs ac reſignatus fuerit: indè nimirùm æſtuanti Obedientiæ deſiderio ſuccenſus, ad omnia bona promptus, alacer, paratus efficitur, idq̃; non tantùm ſub DEO & Superioribus ſuis, verùmetiam ſub omni humana creatura, cunctisq̃; hominibus, qui etiam quanto inferiores ſunt, tanto eis ſubiectio ampli' ſapit, libẽtiusq̃; obedit: cũ maior vtiq; mortificatio ſit in iſto, q̃ ſub ſupioribus inclinari. Quãto aũt noſipſos magis ac magis abnegam', tãto ſimiliores efficimur ei, q̃ propter nos nõ tantũ cæleſti Patri ſuo obediuit, ſed etiam in manus peccatorum ſeſe tradidit, liberè eis ſine querela, quicquid vellent, ſecũ facere permittens. Porrò quanto ei ſimiliores ſumus, tanto & eidẽ ampli' placemus. Deniq; licèt magnum ſit atq; laudabile, ſupioribus propter DEVM obedire: multo tamen maius eſt, æqualibus: maximum autem, inferioribus DEI cauſa obtemperare. Iſtud quippe mortificationem ac humilitatem maiorem exigit. Nec tamen ita hoc accipiendum eſt, quaſi inferioribus contra Superiorũ iuſſa parére debeamus:

III.

2. Cor. 9.

IIII.

V.

VI.

Parabola ſiue exẽplũ.

Minima obediẽter executa, etiam maximis attẽferri.

1. Reg. 15.

II.

1. Timo. 6.

Apoc. 17.

Obedientia maxima q̃.

aut quasi verus humilis, aliquem se minorem vel inferiorem, aut viliorem vel contemptibiliorem debeat ducere. Attñ, ꝑ statûs dignitate, sacerdos maior est hoïe plebeio: & subdiaconus Prælato, ac sene iuuenis, inferiores sunt. Neq; enim scire possum, quo pacto aliâs verè humilis, aliquem se viliorem inferiorémve posset credere, nisi pro statuum cõditione. Demùm quantus sit Obedientiæ fructus, & quanta per Obediẽtiam sancti miracula fecerint, multis est codicibus posterorum memoriẹ commendatum, & inter cætera, vt senex quidã discipulum suum iusserit abire, & leænam vinctam ad se adducere. Qui cõfestim abijt, & visa leæna, ait illi: Siste gradum, & sine vt te ligem. ita enim mandauit Abbas meus. Quibus auditis, leæna substitit, & se ligari permisit. Quo exemplo docemur, neminem tam ferum ac asperum esse hominem, quin, si per Obedientiam submittere & relinquere se velit, mitis ac mansuetus possit effici. Omnem enim feritatem ac inhumanitatem Obediẽtia domat ac mitescere facit. Itẽm vt Frater quidam iunior, ex Obediẽtia longiùs allata aqua, tam diu ligno aridum humi defixum irrigârit, vt fructum ex se produceret. Ita planè nec modò quisquam intantùm aridus & diuina gratia vacuus est, quin si Obedientiæ iugo suaui colla submittere velit, virere ac florere, copiosumq; fructum producere possit. Obedientia nanque ad omnem capessendam gratiam vel maximè habilis, apta & capacissima est.

Exẽplũ aliud obedientiæ commẽdatorium.

¶De ABNEGATIONE propriæ voluntatis, atque vt rebus temporalibus vti, exteriora opera ex fundo bono & sancto peragere, ac spiritu pauperes esse debeamus. Cap. IIII.

Abnegatio sui vndè & qualis.

POrrò ex obedientia propriæ volũtatis ac sensus proprij nascit abnegatio. Non em̃ potest aliquis nisi verè obediens, ꝑpriam voluntatem suã in omnibus alterius resignare ac subdere voluntati, quanuis externa opera, etiam cum propriæ voluntatis retentione perfici queant. Hæc autem ꝑpriæ volũtatis abnegatio siue resignatio, de qua iam antè plura dicta sunt, hominem sine electione huius aut illius in agendo & omittẽdo ad Dei honorem iuxta superiorũ voluntatẽ, omniumq; bonorũ hominũ, quibuscum viuit, consiliũ, cum vera discretiõe viuere facit. Quis igit in ꝑprietate viuit, nisi qui Deo donisq; omnibus cõmunis nõ est? Hic quicqd animo cõcipit siue ꝑponit, tam tenaciter ac mordicùs, tantaq; cum ꝑprietate tenet, vt vix aliquis eum indè possit abducere: adeoq; de se magnificè sentit, vt se difficulter relinquere possit. quod profectò totum venire ex superbia, dubium non est. Vndè nec pacem aliquam habet, nec opera bona, quæcunq; tandem agat, sapiunt ei, eo quòd ad diuinẹ gratiẹ susceptionem inhabilis sit. Vndè etiam nunc hoc, nũc illud eligit appetitq;. Quandoq; enim multa libenter experiri, cum DEO pacem ac fortem ad eum conuersionem habere ꝑcuperet: iam verò libens pauper & mendicus esset: aliâs vel eremitorium, vel meliorem optat congregationem accedere. Et in his omnibus benè secũ agi arbitratur. Sed reuerà non nisi à seipso mouetur, nec quicquam hîc est nisi propria voluntas, licèt ipse hoc neq; sciat, neq; cogitet, sentiátve. Rarò siquidem vel nunquàm aliqua in homine suboritur perturbatio, nisi ex ꝑpria voluntate, siue aduertat ipse, siue nõ. Amor enim inter homines pacis seminarium est: cuius dilectionis venenum, ꝑpria volũtas est, eiq; è diametro repugnat. Nec quicqum Deus ita odit, sicut ꝑpriam voluntatem. Cesset ꝑpria volũtas, ait D. Bernardus, & infernus non erit. In quem em̃ ignis ille desæuiet, nisi in ꝑpriã voluntatem? Cæterũ sunt pleriq;, qui multa quidem fugiant, & singulares quosdã viuendi modos, loca & opera inquirãt. Sed his nõ res ipsæ impediẽto sunt, sed ipsi potiùs seipsos impediunt in rebus, dum eas inordinato amore ꝑsequuntur. Quisquis igitur talis es, incipe primùm à teipso, & abnega temetipsum. Reuerà enim nisi tuijpsius inordinatum ac priuatum in rebus amorem euulseris & abieceris, quôcunq; etiam ꝑgas fugiásve, quod te impediat, quodq; ꝑturbet, inuenies. Qui enim seipsum non abnegat, nec abnegare conatur, quo longiùs fugerit, eo minùs, quod quẹrit, inueniet (haud secùs quàm is qui à recto aberrauit itinere) quantoq; magis hoc aut illud eligit, tãto plùs ꝑprietatis habet, & aberrat ampliùs. Quid ergo faciendum est in istis? Hoc nimirùm, vt dum aliquid nobis occurrit, in quo nosipsos inordinato cum amore quærimus, ibi statim nosipsos abnegemus & excamus: & tunc reliquimus omnia. Sed iam qtid sit amor inordinat⁹, agè explicemus. Si qua mihi cõfusio oc-

Pacis seminarium. Dilectionis venenum.

Bernardus.

Amoris ꝑdi

occurrit vel incommodum, si res meæ mihi auferant̃, aut alia quæuis accidãt mala, & hęc me multò dolore ac tædio perturbẽt, signum est euidẽs, me priuato meijpsius amore teneri. Si em̃ alteri hæc fortasse contingerẽt, quem minùs amarem, non me tãto dolore vel tædio afficerẽt, etiam si ille multò esset melior. Et hoc totum vtiq; ex inordinato amore ꝑcedit. Qui enim melior est, hunc iure plùs quàm nosipsos amare debem⁹, cùm & DEO chatior sit & acceptior: magisq; illi cõdolebimus. Quẹ nanq; DEVS plùs diligit, ea & nos amplius diligemus: nec quicquam in nobis diligere deberemus, nisi quæ DEVS amat in nobis: & odire, quæ ipse odit in nobis. Si igitur nosipsos inordinato non prosequeremur amore, gauderemus nimirũ, si ꝑsecutio vel oppressio nos aliqua molestaret. Ille nanque deprimitur, & ꝑsecutionem sustinet in nobis, qui & nobis quàm maximè aduersatur, & à nobis meritò odiri deberet. Et quis, quæso, molestè ferret, si capitalem eius hostẽ aliqs cum illo persequi conaretur? Planè igitur insipientes sumus, si dum ea quæ cum ꝑprietate possidemus, nobis auferunt̃, ira incandescimus ac perturbamur. Et quid, quæso, magis odiri possit, quàm ipsa nostra ꝑprietas, quẹ nobis tot læta & aduersa, tãtumq; tædij & molestiæ irrogat, vt corda mentesq; nostras pro nostro desiderio ad DEVM liberè nõ queamus erigere? Quid aũt DEVS ipse magis diligit in nobis, quàm ipsam nostrũ, vt sic dicam, integritatem, vt videlicet, ipse sine impedimento gratissimã in nobis queat perficere voluntatẽ suam? Quisqs igit̃ minus proprietatis habet, hunc DEVS ampliùs amat, isq; DEO similimus, & ad gratissimæ voluntatis illius executionẽ aptissimus. Sed & sapientissimus, & tam Dei quàm susipsius, iuxtã ordinatẹ dilectiõis rationẽ, maximè ꝑprius est. Quãtò em̃ plùs DEVM diligimus, eiq; placemus, tãto & nosipsos veri⁹ amamus. Vbi notandũ, quòd licèt omi inordinatæ ꝑprietati renunciare simus adstricti, ordinatã tamen ꝑprietatẽ, DEVM videlicet laudãdi, amãdi, ei perpetuò seruiendi, omino retinere debem⁹: nec hãc abnegare licet, cũ sit ipsa vita nostra æterna. Semp nanq; & æternò DEVM nostrum amabimus, laudabim⁹, & in illius ministerio corã ipso assistemus. Et hãc vitam intra nosipsos habebimus, & per gloriã suã in nobis DEVS ipse regnabit. Porrò quando per amorem in Dei laude deficimus, nescientes quo pacto satis illum præ excellentia maiestatis eius laudare, satisq; diligere possimus, & nosipsos in DEVM excedimus, ibì sanè magis patimur, quàm agamus, vnaq; cũ Deo vita efficimur supra nosipsos, atq; in DEO morimur nobisipsis. Vbi verò per amorẽ in Deum excessimus, ac mortui sumus, ibì vna vita & vnus amor sumus cũ Deo. Hunc triplicẽ vitæ modum perenniter experiemur, ac sine cessatione habituri sum⁹. Nec vnus modus impediet alium. Vbi nanq; Deũ per gratiã vel gloriã amamus siue laudamus, ibì re ipsa coram ipso semper assistemus, perpetuam quandam famẽ ac desideriũ sentientes. Vbi verò per amorẽ nos excedim⁹, ibì magis patimur q̃ agamus. Opus nãque quod hîc agimus, simplex quædam & amorosa est inclinatio in illum æternũ amorem, qui Deus ipse est, & hoc supra actionem est, & desideriũ virtutis amatiuæ. At vbi per amorẽ hoc ipsum quod sumus, excessim⁹: ibì planè satiamur, nec quicquam deficit nobis. Sed iam vlteriùs de ꝑprietate dicamus. Sicut is qui in ꝑprietate viuit, difficulter abnegat seipsum, quin semper mâlit alterum sibi obtemperare, quàm ipse velit (superb⁹ quippe est) acquiescere alteri: ita ecõtrariò is qui ꝑpriam voluntatẽ studuit abnegare in omnibus, tam in agendo, quàm omittẽdo vel etiam patiẽdo, ꝑnior est obedire alteri, quàm velit alterum obedire sibi. Atq; ꝑ hoc omnis supbiæ causa & materia ꝑfligatur penitùs, humilitas in supremo suo gradu ꝑficitur, Deus ꝑ suo beneplacito hominis fit potens: hominisq; voluntas sic diuinæ copulatur volũtati, vt nihil aliud quàm Deus velit, velle queat vel appetere. Hic planè veterẽ exuit hominẽ & nouum induit, qui iuxta Dei gratissimam creatus est voluntatem. Sanè si quis vel augustum imperium, aut etiam totius orbis abdicaret à se Dominium, & relinqueret possessionẽ, seipso retẽto, nihil aut parũ ille relinqueret. Qui verò seipsum funditùs abnegat & relinquit, quanlibèt multa sibi retineat, siue sint diuitiẹ, siue honores, seu alia quæuis, quæ sibi reseruare cogitùr, omnia tamen dereliquit. Omnibus nanq; ad DEI gloriam pro sua stricta necessitate vti nouit, tanquàm is cui mutuò data sunt atq; commissa velut seruo, ad imptiendum, quod supest, egenis & paupibus, non ad inordinato cũ amore possidendum. Dumq; alium rebus quas possidet, plùs quàm seipsum indigere considerat, illum ad bona sua seipso quoq; plus aliquid iuris habere arbitratur. Ex ipso autem cor-

dinati descriptio.

Diligẽda nobis aut odienda quæ.

Proprietas ꝑpria q̃ sit odienda.

Dei & susipsius maximè ꝑprius est.

Proprietas bona malàve quæ.

Ephe. 4.

Volũtatem ꝑpriã relinquere, quãtũ fit momẽti.

Crux cuiná sit mundus.

cordis fundo ab omni re & negocio temporali penitùs auersus, magìs contemni q̃ honorari, & subesse potiꝰ quàm præesse appetit. Mundus siquidem iste crux illi est, dũ quod mundus amat, ipse non quærit: quod autem ipse diligit, mundus auersatur. Verũ cùm aliquem in externis opibus fructum sibi facere posse videtur, siue ꝓmouẽdo aliquem ad DEVM, siue infirmis ministrãdo, siue in alijs quibuslibet actibus charitatis, tũc q̃libèt solitudini deditus sit, seipsum hilariter foràs vertit. Charitas enim non quærit quæ sua sunt: nec est vlla vita præclarior vita communi cum vera dilectione coniuncta. Et quia ad interiora propensior est, ideò seipsum tutiùs ac minori cum impedimento extrouertit, quàm alij qui ad exteriora sunt faciles ac proni. Ad hoc autem, vt exterioribus quibusq; per amorem ac delectationem homo non inhæreat, omnis omninò diligẽtia ipsi possibilis exigitur, quo ab omnibus fluxis ac tẽporarijs rebus alienus intactusq; ꝓmaneat. Non em̃ vel tantillũ nos habere ꝓprij vult Deus, quantũ oculus possit capere. Eapropter quòd modò aufert nobis, modò largit, quodq; diuersis nos vrget & exercet molestijs: totum ideò facit, vt ab omnibus prorsus nudi & pauperes efficiamur, sicq; nostrã ipse in nobis valeat salutẽ operari. Quãdo igitur homo resignatus & mortuus, seipsum foràs recipit, tunc nihilominꝰ & in intimis ꝓmanere, & oculos suos internos semper ad Dominum directos habere conatur: cumq; aduertit inutiliter se extrouersum, ilicò ad Deum sese conuertẽs, cum ingenti seipsum ob suã instabilitatem dedignatione considerat. Et q̃a nihil possidet per amorẽ, ideò nullo se negocio & foràs & intrò recipit. Sanè Petrus Apostolus ait: Domine, eccè nos reliquimus omia, cũ tamẽ non nisi nauem vnam & retia reliquisset. Quod S. Gregorius exponẽs, ait: Multùm dimisit, qui cum re possessa, etiã concupiscẽtijs renunciauit. Sequẽtibus ergo tanta dimissa sunt, quanta à non sequentibus concupisci potuerunt. Qui em̃ voluntatẽ suã & seipsum derelinquit, oia tam verè reliquit, ac si ipsius fuissent ꝓpria, & in sua ea potestate habuisset. Cuncta siquidem, quæ propter DEVM non vis concupiscere, reliqsti. Ideo Dominus ipse ait: Beati pauperes spiritu, id est, voluntate. Reuerà si via alia hac ipsa fuisset melior, eam nobis haud dubiè fidelis Dominus indicasset. Nam & alio loco dicit: Qui vult venire post me, abneget primò semetipsum: quippe cũ in hoc sita sint omnia. Teipsum igitur diligẽter obserua, & sicubì ꝓpriæ quæsitionis aliq̃d inueneris, ibi confestìm abnega temetipsum. Quanto em̃ celeriùs teipsum reliqueris, tanto & faciliùs id facere poteris: quantoq; sæpiùs te abnegaueris, tanto ad tui abnegationẽ magis ac magis reddéris idoneus. Quotiès autẽ in hoc te abnegationis studio exercueris, magìs id pro honore DEI, quàm pro ipsa virtute facies. Attamen sciendum est, neminem in hac vita ita penitùs in omibus esse abnegatum, quin iterũ aliquid inueniat, in quo se debeat abnegare. Sed pauci diligenter obseruant, vt ab isto incipiant, cùm tamen æqua sit hac in parte precij & rei emptæ cõditio valorq;. Quantùm em̃ te ipsum & omnia deseris & exis, tãtùm (& non plùs neq; minùs) DEVS cum omnibus diuitijs suis intima tua ingreditur: quantumq; moreris tibi ipsi, tantũ intra te viuit DEVS. Quicquid igitur habes & potes, totum pro tui abnegatione impende: sicq;, & nõ aliter, vera pace fruéris, quam etiam, vtpotè in DEO firmatam atq; fundatam, nemo facilè turbare poterit. Planè non tam quid faciant, quàm quid sint, homines attendere deberẽt. Si enim in fundo suo boni essent, & opa ipsorum facilè bona forẽt. Si in fundo suo iusti essent & recti, & opera iusta rectaq; forent. Multi sanctitatem suam in agendo constituunt: sed hoc optimum non est: quippe cũ in essendo, vt sic dicã, sanctitas sit constituenda. Quanlibèt enim sancta sint opa nostra, non tamen sanctificãt, quatenùs opa: sed quantùm nosipsi sancti sumus, & sundum sanctũ habemus, tantùm etiam opa nostra sanctificamus, siue sit edere, siue bibere, vigilare, dormire, orare, loqui, carnẽ ieiunijs afficere, & alia quæuis: quæ omnia, quantùm ex amore abundãtiori ad ꝓpetuum DEI honorem fiunt, tantùm etiam magna sunt. Qui enim DEVM maiore amore ꝓsequitur, sundum quoq; sanctiorem habet. Hoc igitur tota nobis diligentia curandum est, vt bonum ac magnum habeamus sundum, & ex illo, quantũ possumus, bona opemur. In ipso nanque animæ fundo & essentia & beatitudo hominis sita est: omniaq; opera illius indè virtuosa reddũtur, q̃ animus ipse bonus est, ac ꝓ amorem in Deũ impendiò subleuatus. Porrò huc omnia studia totusq; conatus noster fine cessatione referenda sunt, & in hunc finem quicquid agimus vel omittimꝰ, facere ac dimittere debemus,

1.Cor.13

Mat.19.

Gregorius.

Mat.5.

Mat.16.

Vera qui pace frui queas.

Ex fundo quenq; suo æstimãdum.

Sãctitas vbi cõstituẽda.

Quò studia nra omnia referenda.

VT DE-

VT DEVS nobis magnificetur, id est, magnus fiat. Quod quãto plùs adepti fuerimus, tanto etiam omnia opera nostra, quæcunque tandem illa fuerint, modò nè sint mala, maiora diuinioraque erunt. NVNC igitur ô fidelis anima, inhæreas DEO tuo, & cuncta tibi bona vicissim adhærebunt. Si solum DEVM quæsieris, omnia simul bona cum ipso recipies. Qui enim deserit omnia, nec quicquam sibi DEI amore reseruat, cuncta procul dubio in DEO habet, sicut Apostolus ait. Nec quicquam DEO acceptius, & nobis vtilius aut iucundius est, quàm omnia quæ vel agimus, vel omittimus, vel sustinemus, purè pro DEI honore facere, dimittere, sustinere. HOC siquidem nunquã absq; ingenti fructu fieri potest, nec vllum aptius ad virtutes perfectè obtinendas opus est. Ei quippe qui DEO ꝓ amorem & laudem inhæret, cùm ad diuinæ gratię susceptiõem sit aptissimus, DEVS omne bonum copiosè infundit. Huc igitur vbi peruenimus, quod priùs, cùm adhuc nosipsos spectaremus, magno cum labore ac dolore quęrebamus, nunc ingenti cũ gaudio nobis pręstatur, dum videlicet nosipsos abnegantes, DEVM obseruamus, eiq; per amorem continuè adhæremus. Et tunc omia nobis coopantur in bonũ. Libenter igitur omni proprietati renunciabimus, cùm nihil hac peste virulentius ac perniciosius sit. Quantùm enim in ipsa est, DEVM fidelissimum omni potentia, sapiẽtia, iustitia illius spoliare cuperet, quippe cui gratissimum foret, DEVM nec velle nec scire peccata sua vlcisci, sicq; vellet eum nec potentem, nec sapientem esse: & quia ꝓ peccatis suis pœnam sentire nollet, eo ipso nec iustum eum esse appeteret. Sicut enim amãs anima omem potiùs difficultatem ac pœnam subire vellet, quàm DEO superglorioso minima eius gloriæ decederet portio: ita fundus proprię voluntatis lepra infectus, DEVM illius excellentia priuare vellet, vt suam posset seruare proprietatem. Quod procul à nobis auertat, qui ꝓpter nos ad mortem vsq; crucis obediens factus est. AMEN.

Deo gratissimum, nobisq; vtilissimum, quid.

Amãtis deũ animæ affectus quis.

Phil.2.

¶De patientia in omni aduersitate, ad exemplum Christi & omnium Sanctorum. Caput V.

Patiẽtię descriptio & laus.

EX ipsa autem, de qua iam diximus, propriæ voluntatis abnegatione, Patientia oritur. Estq; Patientia virtus, quæ omnem aduersitatem & omnium persecutionum ac contumeliarum perturbationem æquaniniter ferre potest. Patientia quippe quasi Pacis opus dicitur, cùm sine hac nemo veram pacem habere queat. Ipsa nimirùm ægritudinum omnium vera medicina est. Quãlibèt enim caro diuersis afficiatur cruciatibus, spiritus tamen verè patiens, in sua quiete & tranquillitate perseuerat. Vndè & Dominus ait: In Patientia (corporis vestri) possidebitis animas vestras. Nam ipsa Patiẽtia multùm etiam dolores ac pœnas corporis mitigat alleuiatq;. Quanto enim quisq; in anima impatientior, magisq; inuolũtarius est, tãto & in corpore ampliùs cruciatur. Qui igitur virtute Patientiæ magis abũdaret, ille vel in maxima ꝓsecutione & cõtumelia, gaudio maiori diuinioriq; sapore perfrueretur. Pro æterno siquidem DEI honore, etiã aduersa quælibet ei placent, sapiũtq;. Reuerà si sanctorum grauissimas libéret afflictiones inspicere, nõ solùm patienter, sed gaudenter etiam aduersa quælibet sustineremus, cõsiderãtes qualiter ipsi in maximis pœnis atq; pressuris ꝓcipuè exultârint. Nónne gloriosissimus Christi apostolus Andreas, visa cruce, in qua suspẽdi debebat, in hęc verba ꝓrupit? Salue crux, quę in Christi corpore dedicata es, & ex membris eius tanquã margaritis ornata: gaudens venio ad te, vt & tu exultans suscipias me, accipiens me ab hominibus, & reddens me Magistro meo, &c. Itèm S. Vincentius in grauissimis doloribus constitutus, ita subridens Iudicẽ alloquebat: Insurge miser, & toto malignitatis spiritu debacchare: videbis me Dei virtute plùs posse dum torqueor, quàm te qui torques: Quo em̃ putas te graui ꝓ irasci, eo meliùs mihi incipis misereri. Planè si & nos verè patientes essemus, nihil nobis magìs ex vsu nostro esse posset, quàm vt omnes nos ꝓsequerent despicerentq;: & quo tunc nobis alij plura inferrent mala, eo nobis reuerà vtiliores benignioresq; forẽt. Em̃uerò nihil vnquã, quãlibèt paruũ, ꝓ Dei honore patimur, quin nobis longè sit vtilꝰ, quàm si totius mundi dominio potiremur. Quãlibèt enim exiguũ sit, quod ad Dei perpetimur gloriã, pro illo tamẽ non minùs nobis, quàm seipsum Deus retribuet restituetq;. Si igitur sanctos quosq; considerare velimus, quãta videlicet ipsi pro Deo perpessi sint, qui tamen, sicut & nos, fragiles vtiq; homines fuẽre: & attendere ni-

Luc.21.

S. Andreas sua qui cruce lætatus.

S. Vincentij patiẽtia inuicta.

Vndè nobis meritò erubescendum.

hilominùs, quò nõ sit abbreuiata manus Dei, sed idem nobis, quod & illis auxilium gratiæ suæ impendat: meritò sanè in nobis ipsis cõfundimur, quòd non solùm non possumus, sed nec volumus quicquã pro DEO sustinere, qui non minùs nunc nobis, q̃ olim illis, est potens & paratus auxiliari. Cæterũ quãdo nõ solùm qd sancti pertulerint, sed ipsam quoq; Dñi passionẽ omnis solatij expertẽ, mortemq; ignominiosissimã, durissimumq; cruciatũ, qualẽ nemo vnquã expertus est, cõsideramus, attendentes qualiter ipse cũ sceleratis deputatus fuit, &nec vnã qdẽ sanguinis in corpore suo seruauit guttulã, nec quicq̃ in ipso non lacerũ, atq; discerptũ extitit: perpẽdentes etiã quisnam ipse sit, quodq; hæc omnia ex amore purissimo sustinuit, p illis etiã peccatis, quæ ipsius tortores in eũ commiserant, quos ipse de nihilo ad magnam fecerat gloriã: q̃ insup tam amanter vera cũ fidelitate ad hostes suos, q̃ mortẽ ipsi inferebant, conuersus fuit, brachia sua ad suscipiendũ illos extendẽs, caput ad osculandum inclinans: cor, quo in ipso habitare possent, aperiens: multaq; alia dilectionis pferens signa, quæ hic enumerare longum foret. Quando igitur hæc omnia cõsideramus, ex ipsis magis, quàm ex aliquo alio ad patientiã roboramur, inflammamur, accendimur. Sanè dum attentè perspicimus, quæ & quanta maiestas illa in humana natura pro nobis ppessa sit, mirum est, si vel grauissima quæq;, immò vel infernũ ipsum, perẽniter, p illi' amore pati recusamus, attendentes quid pro nobis ipse sustinuit, pro ipsis eisdem planè iniquitatibus quas in eum admiseramus, summum vtique Dominũ, qui solus est, & absque illo nõ est ampliùs: quodq; ipse non modò nostræ patientiæ exemplar, sed victoriæ quoq; corona erit & pmium. Non enim vult gratis &absq; fructu nos aliqua pati, & non solũ copiosum nobis pro aduersitatum tolerantia parabit pmium, sed omnem quoq; suæ nobis Passionis fructum largietur, in qua nimirùm multo securiùs, quàm in nostris passiõibus, respiramus cõsolamurq;, quippe cùm sine suæ Passionis fructu nulla nobis afflictio nostra vtilis esse queat. Cùm igitur Christus IESVS fidelissimus amator noster (quem nulla infidelitas nostra mouere potest) seipsum ita funditùs abnegârit, & nõ tantũ patienter, sed & gaudenter, p gloria Patris sui & salute nostra passus sit, ideò & nos de manu illius ad honorem ipsius, quicquid nobis siue ab ipso, siue ab hominibus possit accidere, patienter accipere debemus. Si enim verè patientes fuerimus, nihil nos neque rerum temporalium amissio, neque Propinquorum, charorum, Affinium extinctio, neque infirmitas, neque ignominia, neque mors, neque vita, neq; Purgatorium, neque dæmon, neq; infernus ipse contristare poterit, eo quòd nosipsos ex vero amore diuinæ resignauerimus ac subiecerimus volũtati & beneplacito. Quisquis enim mortalis sibi peccati conscius non est, seq; in manus Domini commendauit: facile est illi, quicquid DEVS ipso facere volet in tempore & æternitate, sustinere. Denique hac patientia aduersus subitos iracundiæ motus, facilemque impatientiam in aduersis, quę sæpè intùs & foris occurrunt, animumque ad diuersas tentationes inflectere possent, communimur & corroboramur. Non enim poterit vnquàm diuina esse exercitatione prẽditus, qui non paratus sit quæuis potiùs perpeti, quàm diuinã inspirationem, Deiq; beneplacitum ob ea ope adimplere, eiq; pro viribus satisfacere negligeret. Porrò quisqs in aduersis impatientię succumbit vitio, non hunc aduersa malum efficiunt, sed ea quę in ipso latebãt, impatientiæ morbum, pdunt: fitq; ei velut cupreo, sed deargentato, nummo: qui, priusquã igni examinãdus tradit, totus omninò argenteus videt: Dum verò igni inijcit, non eum ignis cupreum efficit, sed quòd intùs cupreus sit, omnibus reddit manifestum. Equidem Dñs noster IESVS Christus suo nos precioso sanguine redemit, vt in ipso & p ipsum Deiformes efficeremur. Tum aũt Deiformes aut diuini reddimur, quãdo sanctis pũs freti gratia, inordinatas ad vitia, ppensiões vincimus, & quæ Dei sunt, nobis sapiunt: vt sicut, verbi gratia, Deo sapit omnis iustitia, misericordia, benignitas, bonitas & virtutes omnes: ita & nobis p Christi merita, iustitia, misericordia & cęterę virtutes sapiãt. Porrò quãto magis ac magis virtutes cunctę nobis sapiunt, tanto etiã Deo similiores ac diuiniores sumus. Sicut aũt Christi diuinitas in ipsius & nostra humana natura ita se occultauit, vt pauci diuinã eius potentiã agnoscerent: videbant em̃ eum velut pauperẽ ac miserũ quendã degere in hoc mũdo: ita & nos meritò in humana natura nostra sic ingredi ac viuere debemus, vt p eius intra nos inhabitationẽ, humanã fragilitatẽ nostrã nemo in nobis queat deprehẽdere, vitaq; nostra planè diuina reddat, nec quicquã in nobis, nisi quod DEI sit, possit aĩaduerti. Id verò nõ in eo tm̃ situ̇ est, q̃ verborũ suauitate affluimus, q̃ gestus religiosos & grandẽ quandã sanctitatis atque virtutũ p nobis ferimus speciẽ, q̃ longè lateq; opiniõis nostræ fama diffundit, q̃ magno dilectiõis affectu etiã spiritales quiq; & DEI amici nos psequunt: q̃ deniq; tã delicatè ac molliter à Dñò fouemur & educamur, vt eum velut omniũ oblitũ, nostrî duntaxat curã habere, nobisq; quicqd ab eo petierimus, haud dubiè sine mora cõcedendũ fore credamus. Hęc inquã, oĩa DEVS à nobis pcipuè nõ exigit. Aliud planè est, quod vita & doctrina sua Dñs in nobis efficere voluit & intẽdit, id nimirũ, vt nihil nos neq; lęta neq; tristia permoueãt, & libero, resignato ac immobili ferre discam' aĩo, si ab alijs fallaces ac seductores vocemur, seu alia q̃libet verborũ in nos cõgerant̃ iacula & iniurię, qb' bonę famę & existimatiõis nostrę vitiet integritas: si ptereà nõ verbis tm̃, sed opibus quoq; infestemur: si corporis nobis subtrahant̃ necessaria: si nõ solũ tẽporalia, qbus carere nõ possumus, nobis denegent̃, sed ipsis quoq; corporib' nostris iniuria inferat̃ & læsio, cui infirmitas succedat, aut alia q̃uis pœna seu dolor irrogęt, q̃ ijsdẽ corporibus nostris molestiã possit adducere: si ptereà omnes actus nostros meliori quo possumus, modo pficiamus, & ipsos nihilomin' alij quàm pessimè interpretent̃. Insuper, vt hęc non solũ ab hoĩbus feramus æquanimiter, sed ipsa quoq; Domini flagella patiẽter toleremus, si nobis psentiæ suæ cõsolationẽ subtrahat, adeoq; se à nobis elõget, ac si inter ipsum & nos murus sit interpositus: & si in labore & angustijs nostris pro consolatiõe & ope ad ipsum venientibus talẽ se nobis exhibeat, velut si oculos ad nostrum occludat occursum, neq; videre, neq; audire nos volens, solosq; nos in afflictionibus ac miserijs nostris certare sinat, sicut & ipse à Patre suo relictus fuit. In his omnibus in eius nos diuinitate abscondere debemus, vt in ipsa nostra desolatione immobiles pmanentes, in nulla mortali creatura vel negocio solatiũ queramus, nisi in illo dũtaxat verbo, quod & Christus ipse dicebat: Fiat voluntas tua. quæ quidẽ verba, & iucundissima & Deo gratissima sunt: & quisqs ea dicere potest ex sententia, is nec turbari vnquã, nec mœrore affici poterit, sed in pcipua suĩ resignatiõe maximũ gustum pacemq; pcipuam experietur, eo q̃ Deus fundus abnegationis sit, & in qualibet suĩ resignatione, vbi seipsum ex integro resignat, ipsum incommutabilem resignationis fundum inuenit.

Esa.53. Luc.22. Mar.15.

Vndenã ad patiẽdũ inflãmari debeamus.

Tolerantiæ fructus quãti.

Cui & cur & quĩ oĩa facilẽ sustinenda.

Impatientis & nũmi adulterini lepida collatio.

Deiformes qui quõ redamur.

Viuendũ nobis qui esset.

Quid à nobis maximè Deus exigat.

¶De interna Abstractione, per quam in omni loco & actione in Dei præsentia & vnione permanemus. Caput VI.

VITAM quisquis abstractã habere appetit, in Hierusalẽ, quæ pacis locus est, commoret̃, & à mortalis peccati, vndè non doleat, accusatione sit immunis, ab omni quoq; inordinata erga creaturas, ppensione sit liber, nec vllis vel psperis vel aduersis rebus permoueat̃, animũ autẽ suum sine impedimento erigat ad Deũ, idq; cõtinẽter obseruet, Deiq; instinctib' ac inspiratiõibus faciat satis, Deoq; ppetuò deditus, & ad Deũ ppensus sit oportet. Vita em̃ abstracta nõ tm̃ foris, sed p cipuè intùs agit̃. Vt autẽ im perfecto cuiquã externa vitãda sunt, etiã cum labore & dolore, si se totũ velit ad DEVM conuertere & adiũgere: (quę em̃ cũ amore possidem', ea, velim' nolimus, tenaci' nobis inhęrẽt, seq; nobis ingerũt) ita qui pfectus est, externa pindè fugere nõ habet opus, quippe qui nihil horũ inordinato cum amore possidet, suiq; ad DEVM introuersiõ per amorẽ iugemq; exercitationẽ & Dei obseruationẽ tam ipsi parata est, vt ad intrò se recipiendũ nullã sibi vim adhibere cogat̃. Et si qñq; se sentiat rebus inutilibus ac infrugiferis intentũ, (Nõ est em̃ possibile, vt in hac vita tẽporaria perpetim simus erecti ad DEVM) mox ingenti cum suĩ ac instabilitatis suæ dedignatione indè se auertit. Et quia citra affectũs adhæsionẽ rebus ijs intẽdebat, absq; aliqua violentia facilè se indè auertit. Siqdem ad interna ppensior est quàm externa: eoq; faciliùs intrò quàm foràs se recipit. Nosse tamen fuerit operæprecium, quosdam alijs esse ad stabilitatem propensiores: quo fit, vt aduersus instabilitatem minùs certare habeant: nec tamen propterea sanctiores sunt. Sed qui diuini plus habet amoris, Deumq; studiosiùs

Abstractè quinam & vbinã viuendum.

Abstracta quĩ vita potissimũ agatur.

Impossibile huic vitæ quid.

Sãctior vri-

ée qs alio at que alio sit.

ùs obseruat, eiq; obseruationi facit satis, is nimirùm sanctior est. Immò sępiùs ita vsuuenit, vt qui natura erant instabili, indomita, ac inepta, studiosiores fuerint, & perfectiorem sint adepti vitam, quàm qui natura quieti & benè compositi ac sedati erant. Sępiùs nanq; istiusmodi, ob studium, strenuitatem & feruentem amorẽ suũ erga Deũ, instabilitatem suam vsqueadeò ponderant, atque intantùm sese vilipendunt ac dedignantur, vt vix ferre se valeant: exiguamq; culpã interdum magis exaggerãt, magisq; ponderant, quàm alius, licèt bonus, etiam peccatum mortiferum: atq; indè fit, vt tanto sint ad cauendas etiam leues culpas studiosiores: quod non parùm eis ad obtinẽdam stabilitatem adminiculatur. Et in hoc potiùs Dei honorem quàm seipsos spectant. quodlibet enim, licèt tenuissimum, quod Deo in ipsis displicere queat, pluris faciunt, q̃ iacturam vllã vel detrimentũ. Quanto autem amorem studiosiùs colunt, tanto fiunt sanctiores, propensiores q; ac stabiliores erga eum quem diligunt. Agè igitur ô anima sancta, libẽter sis sola, vt illi vni vnicã te serues, quem prę creaturis omnibus delegisti. Fuge simulatos hominum affectus & propensiones: fuge amicos, infrugiferamq; societatem, & omnem perniciosam multiplicitatẽ: obliuiscere populum tuum & domum Patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Nec tamen solo fugias corpore, sed etiam corde, deuotione, intentione, hoĩs interioris inhabitatione, & spiritu. Cùm enim Deus spiritus sit, non solam corporis, sed etiam cordis solitudinem expetit. Interdum sanè frugiferum est, etiam corporis captare solitudinem: Etenim Dominus IESVS exemplar nostrum, nonnunquàm secessus petijt, vt solus oraret, non quo ipse opus haberet solitudine, sed vt nos itidèm facere doceret: & vt bonorum societas quandoque prodest, ita malorum conuictus & societas impfectis officit ac impedimentum præstat. Cordis autem & spiritûs solitudo est necessaria. Is autem solus est, qui non cogitat ea quæ mundi sunt, nec leuiter insolescit in rebus pręsentibus, contemnitq; ea quæ multi Deo inuito appetunt: cuiq; tædio sunt, quæ perplures inanissimo cum gaudio & voluptate possident: & qui cõtentiones fugit, nec sentit damno vel ignominia se affici, atque irrogatę sibi iniuriæ obliuiscitur. Quisquis talis non est, etiamsi corpore solus viuat, non est tamen reuerà solus. Qui verò eiusmodi est, vt iam dixim⁹, is etiãsi multis hoĩm turmis admixtus sit, attamẽ verè solus est. Porrò ad cordis & mentis vnitatem ac solitudinem peruenire volenti, cum primis danda opa est, ne curiosè exploret aliorum vitam aut viuendi rationem, nec facilè aliorum facta iudicet, etiamsi quippiam vitij in alijs depręhendere sibi videatur, sed potiùs excusare ac in melius interpretari conetur. Quòd si factum excusare non possit, saltem intentionem quoad poterit excuset: quòd si nec id potest, cogitet eum inscientem id fecisse, aut errore deceptum esse. quòd si nulla ratiõe vel excusare, vel quippiam ei pretexere queat, persuadeat sibi grauiter eum impugnatum fuisse, & se fortassis multo peiùs acturũ fuisse, si tã acriter esset impugnatus: agatq; gratias DEO, quòd non tam fortiter sit impugnatus, & cum ingenti commiseratione ac condolentia precetur pro illo DEVM. Maximè autem & super omnia caueat alios aspernari aut dedignari. Id enim magnum præstat obtinendæ abstractioni impedimentum. Plures nanque sinistras in hominem suspiciones adducit, quæ non mediocrem pstant instabilitatis causam. Benigno aũt & compatiẽti oculo culpas aliorũ adspiciat, ita vt omnia vertat in melius: seipsum autem callidè & seriò attendat, sic vt sese ex animo asperne tur, & leues etiam culpas suas non paruipendat. Prætereà det operam, ne quid vel iudicet vel amet: atque ita, quandocunque volet, poterit se auertere ab omnibus. Mota quandoque fuit quæstio cuidam sancto viro, quòd nonnulli plurimùm sese ab alijs abstraherent, libenterque secùm vel soli viuerent, & pro suo iudicio magna gauderent pace, si vel soli vel in sacris essent ædibus, vtrúmne hoc eis optimum foret. Qui respondit, minimè. Cuius equidem ista est ratio: Si quis verè ac perfectè iustus sit, is etiam in locis omnibus, & apud quoscunque homines iustus est: Itemque qui iniquus est, idem & quibuslibet locis apud quoscunque iniquus est. Iustus autem ille dicendus est, qui DEVM reuerà habet, idque omnibus in locis, etiam in plateis, & apud quoslibet mortales, haud secùs quàm vel in ædibus sacris, vel in cubiculo, aut inclusorio: quemadmodùm Dominus ait Mulieri sedens super fontem, quòd tempus veniret, atque etiam adesset, quòd neque in Hierosolymis

Instabiles q aliqũ stabilissimi euadant.

Aĩę solitarię qs esse debeat scopus.

Psal. 44.

Ioan. 4.

Mar. 6. Luc. 6.

Solitudo q̃ qb⁹ cauẽda, aut q̃rẽda.

Solus qs esse dicatur.

cordis solitudini necessaria quæ.

Aliena facta qui excusanda aut extenuandũ.

Abstractioni obtinẽdæ qd maximè cauendũ.

Quęstio de nimiũ abstractis.

Iustus dicendus quis.

Ioan. 4.

mis, neque in monte illo Patrem adorarent, sed in spiritu & veritate. Quid est autem adorare Patrem in spiritu & veritate, nisi per amorem cohærere DEO? Itaque qui DEVM verè amat, is DEVM adorat in spiritu & veritate. Non enim potest quisquam verè amare, quod non nouerit. Atque hoc pacto quisquis DEVM verè amat, non necesse habet DEVM aliquo in loco tantùm, neque ab hominibus quęrere, sed eum intra se inuenit: quandoquidem propior ac vicinior est nobis, quàm nosipsi simus, estq; adeò conseruator & essentia essentiæ nostræ. Si igitur DEVM verè ac solum habet, spectat & amat, seq; & omnia propter DEVM habet, non potest eum quisquã, nec etiam hominum aut locorum multiplicitas impedire, sed omnia ei diuina redduntur. Etenim DEVM inuenit in omnibus, habetque DEVM in cunctis actionibus suis & locis omnibus: cunctaq; eius bona opera Deus ipse efficit. Qui enim operis alicuius causa est, ei⁹ etiã, ppriè ac pcipuè opus illud est. Si ergo Deũ solum in actionibus nostris purè spectamus, eumq; verè diligimus, necesse est, vt ipse operum nostrorum principalis effector sit. Fieri nanque non potest, vt quispiam DEVM sine DEO purè spectet & amet, aut ex sola natura seipsum excedat. Hęc em̃ supra naturã sunt, q̃ seipsam p seipsam abnegare non potest. Eamobrem q DEVM in omnibus quærit & gustat, eum propemodùm nemo possit prępedire, quin potiùs in omni multitudine vel multiplicitate solus & Deo vnitus manet: atque vt DEVM nulla potest perturbare multiplicitas, ita fermè nec istum vbi vnitus est in vno. Id autem supra virium actionem est, quò nulla potest pertingere perturbatio. adeoque in DEO est, in quo omnis multiplicitas præsens, & collecta siue vnita minimè multiplex est. Danda igitur cuilibet opera est, vt DEVM in omnibus spectet & amet, animumque suum eò assuefaciat, vt DEVM semper in amore ac intentione præsentem sibi habeat. Vide, obsecro, vt DEVM habueris, cùm esses in templo, aut cubiculo tuo, atque eundem animum tecùm ad homines, ad inquietudinem & occupationes, & ad dispares euentus adfer & conserua. Qualem autem te habere appetis sub precibus tuis in templo, ita te fac geras extra orandi tempus. Quæ enim ante preces cum amore tractaueris & gesseris, eorum, velis nolis, sub ipsis precibus imagines patieris. Cæterùm quòd de æqualitate hîc dictum est, non sic accipi velim, quasi cuncta opera, vel loca, vel homines aquales censendi sint: Id enim periniquum fuerit: præstanti⁹ enim opus est orare, quàm nere: & potior locus ædes sacra, quàm platea: sed ea potiùs dictorum meorum mens est, in cunctis actionibus & locis eundem animum, eandemque erga DEVM fidelitatem, amorem, studium ac diligentiam gerenda esse. Qui enim istiusmodi est, ei præsentiam DEI nemo potest eripere. Porrò qui sic DEVM præsentem non habet, sed eum foris quærere & accipere necesse habet, is vbi dissimili vel dispari hominum societati, vel loco, vel operi adiungitur, facilè aliquod patitur impedimentum. Non enim DEVM verè pręsentem habet. Et quia DEVM solum purè non quærit & spectat in omnibus, sed seipsum inordinatè amore ac intentione prosequitur, fit sæpenumerò, vt nedum malorum, sed etiam bonorum hominum societate, nec solùm in platea, sed etiam in templo præpediatur. Siquidem impedimenta sua ipse intra se gerit. Quicquid em̃ inordinatè amat, id ei impedimento est, nec Deum habet præsentem in omnibus, vtpotè quem nec amat, nec spectat purè in omnibus. Si enim Deũ quibuslibet locis acciperet, eundem etiam vbique locorum apud quoscunq; & nunquàm non reuerà pręsentem haberet, nec eum aut eius actionem quisquã ei posset eripere aut præpedire. Deum autem reuerà pśentem habere, in animo & interna ac intellectuali introuersiõe & DEI intentione situ est. Non em̃ cuiquã satis esse debet vt cogitet Deũ: nã aliqui recedẽte cogitatiõe, etiã DEO carebit: sed Deũ, vt sic dicã, essentiatũ ac fixũ, cogitatiões hominis, immò etiã creaturarũ oĩm lõgè excedẽtẽ, habebit. Hoc aũt modò Deũ intra se habet, q sese p amorẽ excedere, & supra viriũ suarũ actiões Deũ intra se sentire ac inuenire nouit. Illic em̃ simplicẽ quandã ac amorosam cõtinuãq; in Deũ ppensionẽ in se reperit, quã nulla possit vnq̃ creatura ppedire: siqdẽ oẽs creaturarũ actiões, cũcta & pspera & aduersa, atq; oẽm adeò mutabilitatẽ excedit. Quo fit, vt simplex, nudus & diuinę cõtẽplationi intẽtus oculⁿ, nullũ ferè neq; ab imaginibus, neq; distinctiõe patiat impedimentũ, qñquidẽ cũctis imaginib⁹atq; oẽi distinctione superior est, nõ nisi Deũ sibi habẽs ppositũ. Atq; vt oculus intellectualis Deũ sub formis spi-

Deum verè amãti an solitudo vbiuis necessaria.

cuiuã minimè noceat multiplicitas.

Quid cuiuis vbiq; sũmè conandum.

Aequalitas q̃ quib⁹ vbiq; præstanda.

Cuiuã societas etiam bona officere videatur.

Dei pśentia quib⁹ in reb⁹ sita.

Simplicis oculi felicitas quanta.

ſpiritalibus, putà, quatenùs eſt miſericordia, bonitas, & eiuſmodi contẽplatur: ita ſimplex obtutus DEVM ſupra imagines omnes intuetur. Vt autem DEVS in animæ viribus per gratiam ſuam commoratur: ita per ſeipſum in animæ eſſentia ac nuda mente, ſine medio DEO cohęrente, & vnum cum DEO exiſtente, viuit & habitat. Iam quiſquis per DEI gratiam & charitatem actiones animæ ſuæ excedere nouit, is in ſimplici animæ ſuæ mente DEVM nudum & imaginum expertem inuenit. Ibì tum gratia oritur, promanatq; indè in vires, quo anima gratię freta ope, ſupra virium ſuarum actiones ſeſe poſſit ſubrigere, vbi gratia ſumit originem, eſtq; in DEO. Gratia nãque in ſuo fonte vel origine DEVS eſt: vbi verò in noſtras profluit ac deriuatur vires, nosque per eam operamur, ibi vtique res creata eſt. Quiſquis igitur hoc pacto Deum intra ſe per gratiam ſuam regnantem, & per ſeipſum ſupra virium actionem manentem inuenit, is nullum facilè ex creaturarum multiplicitate, vel à proſperis aut aduerſis ſucceſſibus patietur impedimẽtum. Habet enim DEVM intra ſe fixum ac velut eſſentiatum: propenſiorque eſt & paratior ad introuerſionem quàm extrouerſionem: eademq; propenſio vbicunque ſit homo, ſemper eum ſuî reddit memorem, nec ſinit eum ſuî obliuiſci, niſi fortè deliberata voluntate ſeſe auertat à Deo, quod certè ægrè facturus ſit. Qui enim hac ratione DEVM inuenit, haud facilè ſe ab illo poſſit auertere: non quo omninò id fieri non queat: neq; enim quiſquam in hac vita, niſi fortè ex diuina reuelatione, de ſua ſalute certus eſſe poteſt, ſed quòd difficilè poſſit accidere. Quicunq; autem DEVM ita fixum & eſſentiatum intra ſe habet, is DEVM diuino quodam capit modo, & DEVS ei in omnibus illucet. Qui enim cuncta refert ad honorem DEI, ei etiam ſapit DEVS in omnibus. In omnibus etiam DEI quandam præſentem intuetur ſpeciem, quippe qui omnia accipit de manu DEI, eiq; de omnibus laudes grates q; agit. Perpetuoq; in illo pſeuerat illucetq; DEVS: ſiquidem ſeriò DEVM obſeruat, nec vnquàm ſciens & prudens ad inutilia ſeſe conuertit. Quòd ſi id quãdoq; eueniat, mox vbi id animaduertit, ilicò indè ſe auertit, idq; nõ ſine magna erga ſeipſum acerbitate, queriturq; DEO inſtabilitatem ſuam, proponitq; nunquàm deinceps ſeſe ad vana conuertere. Vana autem & inutilia ea omnia habenda ſunt, in quibus nec Dei honor, nec propria vel proximorum vlla vtilitas ſita eſt. Ita qui ſuî agit curam puigilem, minùs impeditur: ſępiùs enim dilectum ſuum pręſentem habet, vtpotè cuius magno tenet deſiderio. Sicut verbi gratia, qui acriter ſitit, ſub ipſa ſiti quãuis alia agat & cogitet, aut apud quoſcũq; ſit, potûs tamen imago ab eius memoria non recedit, quandiu ſitis permanet, ſed & dolor ſemper increſcit: aut qui quippiã intantũ amat & ſpectat, vt nihil eum aliud afficiat, nihil ei cordi ſit, is vbicunque aut apud quoſcũq; ſit, vel quicquid agat, à ſuo animo id, quod tantoperè diligit, per hæc non expellit, ſed omnia ſpeciem rei tam charę ipſi velut repræſentant, idq; tanto euidentiùs, quãto res ipſa charior eſt: nec ad eam rem amandam ocium aut quietem expetit, quãdoquidem nulla occupatione impeditur, quo minùs eiuſce rei ſic dilectæ ſpeciem aut ſimilitudinem ſemper pręſentem retinere queat. Ita nimirùm & nos Deũ amare debemus, vt charitatis ac pſentiæ eius imaginem ſemper intra nos circunferamus, idq; in cunctis actionibus noſtris, & quibuſlibet locis, & apud quoſcunque ſiue homines, ſiue res aut occupationes: vt quemadmodùm Deus eſt in omnibus, & omnia illi pręſentia ſunt, ita & nos Deum in noſtra intentione, deſiderio, exercitatione, & in ijs omnibus quæ tum agimus, tum omittimus, præſentem habeamus, vt ipſe horum omnium ſolus cauſa ſit. Sic autem DEVM habere præſentem, non exteriori tantùm ab omnibus diſtractione diſcitur & obtinetur, ſed & interior quædam ſolitudo comparanda eſt, vt vbicunque ſiue apud quoſcũq; ſit homo, omnia ſic penetrare contendat, vt nullum ei ad dilectum Deũ ſuum pertingendi præſtent impedimentum. Huc autem requiritur, vt Deum ita intra ſe recipiat, eiusq; amorẽ & imaginem tam fortiter eſſentiali quodam modo in ſe retineat: id eſt, vt Dei ſui ita capax, ad eumq; adeò ſit propenſus, ac ſi naturale ei foret, Deum ſemp & vbiq; præſentem habere. Sicut em is qui ſcribendi ſcientiam cupit adipiſci, magnam initio diligentiam adhibere, ſeduloq; aduertere pingentis manũ, & in ipſo ſeſe ſcriptionis exercere ſtudio, ſæpiusque magno cum labore literarum ſibi imagines imprimere cogitur: & quanuis in initio perquãdifficile & penè impoſſibile ipſi videatur, vt poſſit eam artem adi

Gratæ origo vbi & vñ.

An hic ſua de ſalute q̃s certus.

Vana habẽda quæ.

Dilectionis vehementis & ſitis collatio.

Diligendus qui nobis ſit Deus.

Dei pſentia q̃ obtineat

Studij vehemẽtis efficacia quæ.

adipiſci, ſi tamen ſæpiùs exercitare ſe velit: deindè à diligentiori attentione & literarũ imaginibus abſolutus, faciliter literas pingit, quod ſimiliter & in alijs artibus atque ſciẽtijs ita ſe habet. Ita & Deus per continua exercitia in homine fixè ſtabiliterq; præſens fieri debet. Ipſe nanque adeò nos vbiq; & ſemper mouet, admonetq;, vt ſi illius ſaltem curam haberemus, nec ad alia plùs ſatìs eſſemus effuſi, ipſum vtique vbiq; in omni re, loco & opere pſentem haberemus, in nobis ſentiremus, imaginis ſuæ forma transformaremur, & in ipſo vniti ac (vt ita dicam) habituati eſſemus, adeò, vt citra difficultatem nulloq; negocio & abſq; alia quauis imagine, eius nos amabilis omni in re, loco & opere poſſideret pręſentia, nosq; p ordinata in DEum propenſione, prorſus liberi ac expediti maneremus. Quiſquis aũt ad iſta volet pertingere, diligens ſit oportet, Deumq; magna cum diligẽtia obſeruet: eidẽq; obſeruationi faciat ſatìs: nihil cum amore inordinato, ſed omnia purè ad Dei honorem poſſideat: nec aliqua demùm inutilia, vana, friuola ſciens ac volẽs tractet, agátve. Cumq; aduertit inutilibus ſeſe occupari, ſtatìm illa cũ magna contritione ac ſuijpſius inſtabilitatisq; ſuę dedignatione, deſerat abnegetq;. Enimuerò ſi veram voluerit ſtabilitatem conſequi, nihil omninò proprietatis ſeruare debebit. Dabit autem omnia pro omnibus. Sicq; illi ſapient omnia in omnibus. Et licèt fortaſſis in initio difficilè huc attingere poſſit, nequaquã tamẽ ob hoc facere, quod in ſe eſt, deſiſtet. Nec em magno fructu labor eius fraudabitur. Sine labore magno ad magnam ſanctitatem non peruenitur. Quiſquis tamen feruida dilectione ſuccenſus eſt, hic aut laborem non ſentit, aut ſi ſentit, ipſum ad Dei gloriam amat & amplexatur. Certè quotquot nos præceſſere ſancti, difficultates plurimas experti ſunt: defectusq; ſuos grauiter ponderârunt. Sicut & ante hos dies apud Bruxellas Brabãtiæ oppidum cùm quidam preces veſpertinas, ſomno obrepẽte correptus, tempore ſuo pſoluere neglexiſſet, id ipſum poſteà deprehẽdens, cum tanta ſuijpſius ſe ad ſeipſum dedignatione cõuertit, vt ſe dignum iudicaret, qui pro tali negligentia per totam Brabantiam circumactus puniretur. Quæ quidem ſuî deiectio, plùs illi ad veram humilitatẽ contulit, quàm ſi preces veſpertinas ſuo tempore perſoluiſſet.

Quãtoperẽ nos Deo vbique moneat ac moueat.

Proprietas quæ quibus cauenda.

Laborẽ quî aut non ſentias, aut facilè toleres.

Culparũ leuiũ grauiter põderatarũ fructus.

¶ Vtì quis omnia opera ſua modo perfectiſſimo faciat, vt in omni loco & opere intùs nullum patiatur impedimentum. Caput VII.

INVENIRE eſt quoſdã, qui dum diligentiã adhibere curant, ad hoc peruenirũt, vt exterior a quælibet quibus licitè occupantur, ſiue quibus iuſtis ex cauſis adſunt, nihil eos impediant, nec aliquã eis nociuã intùs pariant imaginẽ. Quę em mens & cor DEO plena ſunt, in eis creaturæ locũ non habent. Sed hoc nobis ſufficere non debet. Immò verò ex omnibus virtutis augmentũ ſumere, cũctaq; vt noſtris deſeruiãt profectibus, efficere conabimur, quæcunq; etiã ſint illa, & vbicunq; ſimus, & quãlibèt aliena ſiue diſtorta vel inæqualia ſint illa quæ nobis occurrunt. Enuerò tum demũ, nec vnquã antè, rectè nobiſcũ agitur. Nec hìc vllũ vnquàm terminũ reperire eſt, quin ſine ceſſatione in iſto creſcere, atque in hoc profectu magìs ac magìs augeri poſſimus. Quiſquis autẽ huc peruenire volet, ille cuncta opera ſua & res omnes prudenti quadã conſideratione attendere, atq; ſuijpſius & interiorũ ſuorũ verã notitiã habere, Deũ ſupremo, quo poteſt, modo accipere, & demũ (vt Dominus ait) hominibus ſemper vigilantibus & expectantibus dominũ ſuũ, ſimilis eſſe debebit. Porrò ad hoc, vt omnia excellentiſſimo capiamus modo, id requiritur, vt omnia quæ occurrunt, de manu Domini ſuſcipientes, illi pro eiſdem gratias agamus, ipſum laudemus, vtpotè q ea pro ſuprema noſtra diſpoſuerit ac pmiſerit vtilitate: vtque omnia, quę vel audire, vel videre, vel pcipere contingit, ad Dei referamus gloriã, totaq; mentis intentione perſcrutemur, vt ea quàm optimè interpretari, & ad noſtrã ſupremã vtilitatem inflectere poſſimus. Scimus em (ait Apoſtolus) quoniã diligentibus DEVM, omnia cooperantur in bonum. Requiritur etiam, vt noſipſos ſagaci conſideratione attendentes, deprimere ſemper, ac ſub Deo humiliare, & de manu illius, vt iam dictũ eſt, quæcunq; accidentia ſuſcipere conemur: ea quę patimur, longè noſtris demeritis eſſe minora ſentiamus: proximos quoſq; benigno ac miſericordi reſpicientes oculo, eorũ facta in melius interpretemur. Hoc autẽ difficile no bis

Exterioribus quoſdã nil affici.

Qui ſolũ rectè nobiſcũ agatur.

Luc. 12.

Roma. 8.

Iob 2.

Iudith 8.

bis non erit, si fundũ bonum habuerimus, quippe qui solus idoneus est omnia in melius vertere, & DEVM in omnibus magnificè laudare. Sanè qui talis est, eum verum Christi discipulum dicere non dubites, cui & ipse occultas semitas suas manifestat. Hic semp alacer & vigil perseuerans, diligentissimè obseruat, vndenã is quem expectat, Dominus videlicet suus, venire velit, & in omnibus quæ sibi occurrunt, quãlibèt aliena & peregrina sint, diligenter explorat, si quid fortè illius quem pstolatur, in eis non liceat inuenire. Bonus siquidẽ fundus, Dei in omnibus peruigilem ac doctã habet curam, cum integra sui ipsius abnegatione. Huc autem diligentia magna requiritur, nec minùs quàm omnis in hoc nobis est nostra expendenda facultas. Ita nanq; facientes, iusti ac recti efficimur, Deumq; in rebus omnibus, & in qualibet actione vel perpessione nostra, diuina quadam ratione capimus ac inuenimus. Qui ergo opera sua in vera mentis æqualitate operatur, cuncta illius bona opa Deo placita, rectaq; fiunt. Quòd si omes hoc agerent, ita nudè Deus omnipotens in maximè mundanis, sicut in pfectissimis ac Deiformibus, reluceret hominibus. Deus nãq; ita veraciter malis, sicut bonis inest per essentiã, cùm & sit oim cõseruator creaturarũ, viciniorq; ac interior illis, quàm sint ipsæ sibi, & essentiæ illarum essentia. qui pindè seipsum viribus actiuis per amorem nouit excedere, ille DEVM in supremo creatæ essentiæ suæ, vbi cũ ipso sine medio, vnũ quodammodò est, inueniet. Sicut autem ipsum intra se, ita & in alijs eum creaturis omibus reperire potest, ea ratione, quòd & ipsæ cum DEO supra creatam essentiã suam, suo quodam modo vnum sunt. Atq; hoc pacto DEVM in omibus rebus creatis, bonis quoq; ac malis hominibus, æqualiter deprehendet inuenietq;: in malis quidẽ per iustitiã atq; vindictã, in bonis verò per gratiã. Sicut autẽ in istis diuinã extollit misericordiã, ita in illis diuinam iustitiam, vel etiã bonitatem, illorum malitiã benignè tolerantem, ipsosq; protegentem, ac vt quandoq; pœniteant, misericorditer expectantem, prædicat & laudat. Rursus, sicut in his qui saluantur, Dei clementiã ac bonitatem, ita in damnatis, illius effert iustitiam. Insuper sicut pro his, q & sibi & alijs benigni ac benefici sunt, DEO gratias agit ac laudis offert sacrificiũ, ita nihilominùs & pro illis, qui vel sibi vel alijs duri, asperi, molesti sunt, DEVM laudare, eiq; gratias agere contendit, cogitans DEVM omnipotentẽ hoc pro sua & aliorum pcipua vtilitate permittere. Sic ergo bonus quisque DEVM in omnibus inuenit hominibus, & ipsi omia cooperant in bonum. In omibus aũt excellentissimo, quo potest, modo DEVM sumit. Nec tamen hoc ita accipi velim, quasi huiusmodi homo defectus aut vitiosum aliquid siue distortum, admittere debeat. Sed in omnibus quæ illi videre extrinsecùs vel audire contigerit, DEVM ea, qua iam dictũ est, ratiõe psentem habere nitetur. Qui em sic DEVM in omnibus presentẽ habet in intelligẽtia sua, id est, nuda essentia, seu intenta acie animæ suę, DEVM supra oẽm imaginem contemplante, quiq; seipsum in vitæ sanctitate cunctisq; studuit exercere virtutibus, ita vt eisdem per simplicem ac amorosam ad DEVM ppensionem, supra omnẽ virium operationẽ, omnemq; discretionem potens sit vti: hic solus, quid vera pax sit, nouit, ac veracem & felicem prorsus agit vitam. Quisquis em iustus esse voluerit, alterum ei è duobus congruat oportet, vt vel DEUM ipsum in suis capiat, discat, spectet vel intendat operibus: vel supra actiones omnes per amorem erectus ac sublimatus, DEVM magis patiatur quàm agat ad illum. Et quia sine opere esse non valemus, ideò summè necessarium est, vt DEVM in omibus præsentem habere, & in cunctis operibus ac locis animo liberi & absque impedimento esse discamus. quotiès ergo perfecto alicui siue spiritali homini foris aliquid cum hominibus agere incumbit vel operari, seipsum totis obseruabit viribus: Deũq; in memoria sua tam sibi fortiter proponet, vt Mens siue Memoria ac Intellectus ipsius, nullis alienis imaginibus aut formis, vel depingi queant, vel occupari.

Opa q̃ qui recta fiant.

Deus q̃ malis pindè ac bonis insit.

Roma.8.

Quid, cũ sine labore eẽ nequeam⁹, summè conandum.

¶Vt in vitiorum impugnatione & tentationibus habere nos debeamus. Caput VIII.

IPSA vitiorum impugnatio, & ad mala propensio, bonis hoĩbus nunquã absque fructu magno dilabitur. Est autem duplex bonorũ hominum genus. Quidã ita habent, vt vix aut tenuiter à vitijs impugnentur. Alij verò, dum sese occasiones offerunt, tentant forinsecùs & ad peccata cõmouentur: verbi gratia, vel ad iram, vel vanam gloriam, vel gulam

Duplex bonorũ hominum genus.

lam, vel luxuriã, vel alias quaslibet culpas: intùs autem in viribus supremis, horum nihil patiuntur, nec quicquã mouentur: immò etiam peccata huiusmodi auersantur penitùs. Fixũ nanq; atq; statutum est illis, nunquàm vel iræ, vel superbiæ, vel alicui alij vitio consentire: dumq; ab his impngnant, resistunt viriliter. Et licèt fortassis ex ipsa natura quædam eis vitia insita sint, sicut quidã ex natura in superbiam, vel iram, aut alias culpas procliues sunt: illis tamen nulla ratione volunt præbere consensum. Hi longè ampliùs à DEO laudantur atq; probant: ipsasq; virtutes multo illis alijs excellentiùs nobiliusq; possident. Virtutum nanque perfectio, strenua ac legitima decertatione comparatur, & Apostolus ait: Virtus in infirmitate perficitur. Vndè & necessaria nobis tentatio est. Non enim coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Certare autem non potest, qui non impugnatur, & absque certamine nemo victoriæ palmam obtinet: immo & turpe foret, sine bello & victoria triumphum agere, aut vsurpare coronam. Cùm igitur vita nostra plena tentationibus ac prælijs, militia sit sup terram, nec tamen ex nobisipsis vlli tentationi resistere possimus: (quod quidem satis nobis placere & gratum esse debet, cùm optatius sit, à DEO quàm à nobisipsis virtutẽ accipere resistendi: eiusq; magis voluntati præsto esse, quàm eligendi habere facultatem: nihil enim vel in tempore vel in eternitate iucũdius, nihil est securius, quàm pprium esse DEI. Nam sicut Deus in omibus plena gaudet securitate, ita & is qui pprius est DEI, securissimus est, & vicissim maiori Deum pprietate possidet, quàm rem vllam vnquàm occupârit.) Cùm ergo, vt dixi, sine DEO nihil possimus, omino necessarium nobis est, vt & ipsius & gratiæ eius curam habeamus puigilem atq; ppetuam, quo p ipsum tentationes omes supare queamus. Enimuerò quotiès de tentatione referimus palmam, totiès & DEO gloriam, & angelis sanctis lætitiam exhibemus ingerimusq;. Deniq; ipsa ad malum ppensio, peccatum non est: sed pficere velle peccatũ, id vitium est. Sunt tamen aliqua peccata, vt verbi gratia, cogitationes obscœnæ, quibus diu immorari absque peccato non possumus, etiamsi fortassis ad actum pcedere nolimus. Nimis enim ad mala hominem inclinant. Vndè mox vt illas aduertere contingit, indè citiùs multa cum diligentia est recedendum, & animus auertendus. Cętera nanq; peccata omnia, resistendo: carnalia autem meliùs fugiendo vincuntur. Planè si quis rectè valeret in anima, etiam si optio ei daretur, nequaquã tamen vitiosis ppensionib⁹ tentationibusq; velle deberet absolui. Quibus enim ista desunt, sine solicitudine & circunspectione sunt in cunctis actibus suis, nec aduersum aliquid suspicantur: & coronam illam quæ datur probè certantibus, minimè pcipiunt. Ille autem pugil est optimus, qui vitiosas ppensiones & tentationes superat, & dominatur animo suo. Vitiosæ præterea ppensiones, ipsas virtutes in animum inducunt, & nos in DEI seruitio studiosiores efficiunt, mentemq; ad DEI & suijpsius obseruationẽ & ppetuum quoddam virtutis studium & exercitiũ excitant: atq; ipsa demũ sedula vitiosę ppensionis obseruatio, in virtutibus nos confirmat stabilitq;. Quanto autem nos infirmiores cognoscimus, tanto diuinam nos gratiam & benedictionem ardentiùs suspirare, ac studiosiùs obseruare cõuenit. Virtus nanque & vitium in nostra consistunt voluntate.

2.Cor.12.

2.Tim.2.

Iob 7.

Nra de tẽtatore victoria Deum & angelos gaudere.

Quæ peccata resistẽdo, q̃ fugiendo vincenda.

Pugil optimus quis.

¶Vt bona voluntas diuinæ voluntati vnita, ac Deum in omnibus purè quærens & spectans, omnia possit: & de interna consolatione ac derelictione. Caput IX.

QVandiu bona se quispiam voluntate sentit pręditum, ex nulla re turbari immodicè, nec plùs æquo dolere, nec à DEO se remotiorẽ arbitrari debet. Omnis nãq; virtus & bona omia, ex voluntate dependẽt. Nihil ergo deficit illi, q verè iustam possidet voluntatem. Proindè si humilitatem, si charitatem, si quaslibet alias appetis habere Virtutes, tantùm fortiter ac tota voluntate velis, & haud dubiè habes eas. Nec potest istud quisquã subripere tibi, siue DEVS, siue creatura, modò voluntas tua sit recta & Deiformis. Est autem voluntas Deiformis siue Deifica, qua quicqd volumus, purè ad Dei volumus gloriam. Hoc quippe voluntati naturaliter non inest. Nec potest in vllo Deiformis hæc siue Deifica meliùs agnosci voluntas, quàm si in omnib⁹ purè Dei gloria quæratur. Hanc voluntatem nihil superare potest, neq; mors, neq; vita, neq; dæmon, neq; infer-

Virtutes ac bona oia ex voluntate pendere.

Voluntas deifica, quę.

Roma.8.

nus, neq; Purgatorium, neq; alia quæuis creatura. Veruntamen non ſatis eſt ita leuiter dicere, Vellem me talem aut talem eſſe: ſed tota intentione ac fortiter oportet velle, dicẽdo: Sic planè facere vel eſſe volo. Si virtus aliqua vel bonum ſpiritale per mille abeſſet milliaria, atq; ego hoc pfecta volũtate habere vellẽ, magis hoc ppriè meũ eſſet, quàm quę ſinu inclu ſa tenerem, nec tamen habere vellem. Neq; em minùs coram DEO ad bonum efficax eſt bona voluntas, quàm ad malũ mala. Conſtat autem, quia licèt nullum fortaſſis opus impium agam, pfecta autem voluntate aliquod malum opus velim: haud ſecùs coram DEO reus ſim, quàm ſi opus iniquum re vera ppetraſſem. Vndè etiam fieri poſſet, vt tanto voluntatis affectu in multorum necem conſentirem, vt etiamſi re ipſa nil tale pficerem, coram DEO tamen reus illorum tenerer ſcelerum, eſſemq; illius iudicio homicida. Nec tamẽ hîc aſſeuerare velim, peccatum opere ppetratũ, non maius eſſe illo, quod ſola voluntate admittit: ſed quòd ipſe voluntatis conſenſus peccatum cõſtituat, etiamſi nullum vnquàm opus ſubſequatur. Magis ſiquidem in voluntate, quàm in opere, peccata poſita ſunt. Cumq; hęc ita ſe habeãt, cur non eadem ſit bonæ voluntatis efficacia? Planè idipſum multo magis in bonis poſſumus. Deus nanq; bonæ voluntati cooperans, eius opus leuius ac tolerabilius reddit. Malæ autem voluntati ſola duntaxat illius ſuffragat iniquitas. Quanto autem gratia diuina bonæ voluntati coniuncta, ſola peruerſa voluntate ampliùs poteſt: tanto & bona voluntas, diuinæ gratiæ freta auxilio, quicquid volet, efficaciùs poterit pficere, quàm mala voluntas, ſola duntaxat propria peruerſitate adiuta. Aio ergo, & qdem conſtãter, quia per voluntatem poſſum omnia. Per hanc omnium labores ſuſtinere, cunctos alere inopes, omnia omnium opa exequi, & quicquid demùm cogitari poteſt, facere queo. Si enim hæc pfectè volo, & ſola deficit exequendi facultas: LIBENTER autem, ſi poſſem, facerem, & quãtùm poſſum in his, facere non omitto, nimirùm omnia coram DEO feciſſe iudicabor. Nec poteſt quiſquam hanc mihi voluntatis efficaciam, vel ad momẽtum eripere, immò ſi voluntas mea maior ac intentior foret ad opus aliquod ab alio perpetratum, quàm ipſius facientis: & ego ad operis illius executionem id, quod poſſem, adhiberem: licèt illud forinſecùs non omninò perficerem, maius tamẽ illo pro ope à iuſto iudice DEO reciperem præmium, quàm alius ille, qui magno hoc labore peregiſſet. HOC tamen affirmare non auſim de opibus illis, in qbus amor atq; voluntas paria per omnia forent, quòd videlicet in his idem ſit præmium agentis, & non agentis. Aureolam ſiquidem, quæ martyribus præſtatur, non habebit is, qui martyrij dolores non ſuſtinuit: licèt alioquì tanto feratur martyrij affectu deſiderioq;, quanto illi, qui reuerà pœnas ſubiêre martyrij. Si qs autem affirmare vellet, perfectã voluntatem abſq; opere tãtundem valere, quãtùm bonã voluntatem ſimul cum opere: haud equidem contentioſè huic ſentẽtiæ refragarer, cùm magna ſit bonæ voluntatis virtus & efficacia, hoc quod in ſe eſt, ex toto facientis. Si enim reuerà tãtùm ad DEVM laudãdum voluntatis ac amoris habere potes, quãtùm vnquã quiſquam potuit, idipſum habes haud dubiè, ſi modò voluntas tua integra ſit, recta, perfectaq;. Deniq; iuſto ac recto homini ob bonæ voluntatis ſuę perfectionem, nullum tẽpus nimìs breue eſſe poteſt. Quãdo enim ſic voluntas eſt affecta, vt quicquid poteſt, facere velit, idq; nõ ſolùm nunc, ſed etiãſi mille adhuc annis oporteat ſuperuiuere, tunc planè coram DEO totum hoc illi imputabitur, quod tanto interìm annorum ſpatio opere perfici poſſet. Tunc autem recta eſt & integra voluntas, quando nihil omninò vitioſæ habet admixtum proprietatis, id eſt, quando nihil ſcienter malitiæ continet, quando à propria vitioſitate auerſa, immò ſegregata penitùs, in diuinam eſt voluntatẽ trãsformata ac immutata, ita vt nihil iam velit, niſi quod pro ſuo iudicio & cognitione DEO gratum credit, atque hocipſum, prout poteſt & fieri debere iudicat, & agendo & omittendo declarat. Quanto autem his voluntas abundat magis, tanto veriòr & rectior eſt. Et hac voluntate nihil eſt quod non poſſis, ſiue ſit DEVM amare, ſiue quodlibet aliud. Veruntamẽ non eſt ignorãdum, quòd licèt fortaſſis tantam quis habere appetat ſanctitatem, quantam vllus vnquàm habuit, non tamen ideò ſtatim eam habet ſanctitatem. Tantũ autem ſanctus eſt, quantùm voluntas illius ad Deum magna eſt. Vndè ſi tanta illius, tamq; perfecta voluntas eſſet, quàm alicuius vnquàm fuit: eadem quoq; illius, quæ perfectiſſimi, foret ſanctitas: quamlicèt alioquì plurimùm affectat, non tamen maior eſt ſanctitas illius, quàm volũtas. Sed quę-

Voluntatis energia quanta.

Peccata voluntati magis q̃ operi inesse.

Volũtatem bonã mala potẽtiorem esse.

Voluntate quì omnia possimus.

Aliena quì bona iustè ac facilè tibi cõpares.

Aureola q̃ quibus tantùm debita.

Voluntatis vis quanta.

Volũtas vñ & quando sit recta.

Sanctitas vñ estimanda.

rat aliquis: Qua ergo ratione iam dictam ſanctitatem aſſequi potero, cùm eam neque ſentiam, neq; aliquod illius in me deprehendam veſtigium: multos quoq; grãdium quorundã operum eſſe & exercitiorum, ac mira quędam facere videam, quorum in me nihil inuenio? Hîc iam duo conſideranda ſunt, quæ congruunt amori. Vnũ eſt, ipſa eſſentia: Alterũ, opus ipſum ſiue effectus amoris. Porrò amoris eſſentia eius eſt magnitudo, quæ in volũtate duntaxat ſita eſt. Vndè qui bona voluntate eſt ditior, plùs quoque veræ dilectionis habet. Hæc autem in anima latet abſcondita, nec quiſquã eam in proximo facilè diſcernere poteſt. Vndè & præceptum habemꝰ à DOMINO, ne temerarium ſuper alios iudicium feramus. Effectus verò ſiue opus amoris, quandoq; magnum aliquid eſſe videtur, vt eſt iubilatio, deuotio, & alia huiuſmodi: ſed hæc nõ ſemper potiora melioraq; ſunt, cùm & ſine vera poſſint charitate ſubſiſtere, & natura ſæpè huiuſmodi ſaporẽ ac dulcedinem miniſtrare ſoleat, vel etiã, DEO permittente, malignus ſpiritus ea in homine excitare queat, vt aliquo ille in precio ab alijs habeatur. Nec ille ſanctior dicendus eſt, qui his ampliùs abundat: Vndè ſolerter eſt diſcutiendum, vtrùm à DEO, & cur à DEO, præſtetur. Sæpe nanq; huiuſmodi DEVS p ſua pietate largiri ſolet, vt hominem ad altiora prouocet, & in vitæ contineat integritate. Dum verò is, cui hęc conferre ſolebat, in vera dilectione proficit, hanc ei dulcedinis inſtillationẽ paulatìm ſubtrahit. Porrò etiamſi quis in hac conſolatione DEO fidem ſeruet, adhuc tamen vigilãter ſatis inſpiciendũ eſt, vtrùm ex vera dilectione procedat: & licèt hoc eſſe conſtiterit, at nec ſic quidem optimũ eſt. Quod indè ſatis appãret, quòd huiuſmodi cõſolatio pro dilectionis aliquo opere, alteri vel ſpiritaliter vel corporaliter neceſſario, eſt poſtponẽda. Si enim ad illum quis contemplationis pertigiſſet exceſſum, ad quem vnquàm vel D. Petrus, vel Paulus, vel Apoſtolorum aliquis peruenit, ſciret autem pauperem quendam infirmum calida egere ſorbitiuncula, aut alio quouis ſeruitio habere opus, multo quidem melius foret, ipſum à contemplationis interìm quiete exurgere, & pauperi illi in vera charitate dilectionis impendere obſequium, quàm pręſenti cõtemplationis dulcedini immorari. DEI nanque præcepta, pro nullo quãlibet magno exercitio ſunt negligenda. Huius quoddã exẽplum Bruxellis in D. IOANNIS HOſpitali euenit: Fuit illic virgo quædam multùm religioſa, quæ infirmis benignam & piam præſtare ſe ſolebat. Hæc cùm quandoq; in ſuo eſſet cubiculo, Dominus IESVS ſub pueruli cuiuſdam ſpecie iuxta ipſam ſe poſuit. Interìm illa fortè audiuit, ęgrotum quendam ſua indigere opera & auxilio. Itaq; confeſtìm ſurgens, relicto Domino IESV ſolo, ad ægrotum perrexit, neceſſariumq; illi impendit miniſterium. Quo expleto, reuerſa ad cubiculum ſuum, DOMINUM IESVM quem paruulum reliquerat, iam ſpecioſiſſimũ iuuenẽ inuenit. Quod illa ſtupens, ait ad eum: O DOMINE, quinã tantillo tempore tam grandis effectus es? Cui ille reſpondit: Tantùm nunc tuo in corde excreui, eo quòd me, & quam ex me habebas, conſolatione relicta, ad ſeruiendum membro meo perrexiſti. Itaque DEO gratius eſt, vt ipſum propter ipſum relinquẽtes, eius membris ex charitate ſeruiamꝰ. Nec ſanè credendum eſt, aliquod hinc nos detrimentum accipere. Quæ enim ex animi beneuolentia deſeruntur, multo excellentiùs reſtituuntur à DEO, ſicut ipſe in Euangelio teſtatur, dicens: Qui reliquerit patrem vel matrem &c. propter me, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit: vbi planè centuplum, ſaporem illum ſignificat, quem experitur is, qui aliquid pro DEI gloria deſerit, abnegat, relinquit. Hic nanq; ſapor ſpiritalis, omni illo ſapore, quem rei alicuius propriæ poſſeſſio habet, longè (immò centuplo) nobilior eſt atq; præclarior. Vndè ſi quis magnoperè affectaret diuinam intra ſe conſolationem, Deiq; pręſentiam, inſtar aliorum piorum hominum ſentire, DEVS autem hoc illi negaret, & ipſe hac in parte ſe ex toto diuino pro DEI gloria reſignaret beneplacito, multo ei veriùs hocipſum præſtaretur, quàm ſi ſenſibiliter idem percepiſſet. In propriæ ſiquidem voluntatis abnegatione centuplo plus ſaporis eſt & pręmij, quàm in ipſa ſenſibili cõſolatione, proprietate retẽta. Sanè quicquid à DEO aliquis ſperare vel deſiderare poteſt, ſiue corporale ſit, ſiue ſpiritale, totum in ipſo reperit. DEVM autem pati, multo, quàm propter DEVM operari, præclarius eſt. Quòd autem interìm ex charitate cõtemplationis ſtudium intermittendum ſit, etiam APOSTOLUS teſtatur cùm ait: Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. quod quidem non de verę dilectionis, ſed ſenſibilis illius cõſolationis ſubtracti-

Queſtio.

Duo q̃dam congruere amori.

Mat. 6.

Ioan. 7.

Suſpecta deuotionis dulcedo quì diſcutienda.

Cõtẽplandi quies vbinã actiõi poſthabenda.

Exẽplũ ſeu parabola.

Mat. 19.

Rom. 9.

Qui Paulus

esse voluerit anathema.

one, intelligit. A vera siquidem charitate, pro nulla re mũdi vel ad momentum separari voluit. Attamen amici Dei nunquàm diuina carent cõsolatione, quãdo quicquid eis Deus siue largiri, siue cum eis facere velit, id summum eorum solatium est, qualecunq; demùm sit illud, iucũdum vel triste. Cæterũ multos inuenire est, qui se bonam habere voluntatẽ arbitrentur, quam tamen minimè habent. Dominatur autem eis volũtas propria, qua sic vel sic Deum secũ agere debere volunt. Sed hi aberrant penitùs. Talis enim voluntas à bona voluntate prorsus abhorret. A DEO nanq; non solatium internũ, siue dulcedo, non hoc aut illud, sed eius duntaxat gratissima voluntas est votis omnibus expetenda. Alia siquidem licèt in gratia peti possint, ea tamen immoderatiùs appetere, imperfectio est. Planè super oĩa DEVS ipse à nobis id exigit, vt nostram illi penitùs voluntatem offerentes, quicquid volet, ipsum facere permittamus: & per hoc in omnibus vera gaudemus pace. Præter hoc autem, quicquid siue nos cum DEO, siue ipse nobiscũ loquatur, parùm aut nihil prodest, donec cum Apostolo ex sententia dicere possimus: Domine, quid me vis facere? Tùnc nimirũ sciet Dominus, quid facere debeat. Et hoc illi multo acceptius est, quàm si mira quædã ex voluntate ꝓpria pro illius amore nos libenter facere velle dicamus. Super omnia nanque quæ vel dicere vel facere possemus, hoc vel maximè DEVS poscit, efflagitatq;, vt intùs in corde dicamus: Domine, fiat gratissima volũtas tua. Cùm Angelus Gabriel virgini Matri summæ Trinitatis nunciaret consiliũ, parùm omnia illa, quæ cum eo loquebatur, ad hoc vt Mater DEI fieret, conferre poterant. Mox autem vt voluntatem propriam resignauit & obtulit DEO, vera DEI & sempiterni verbi Mater effecta est: DEIq; filium concipiens, eundem quoque & ipsa filium habere, eiusq; vera genitrix & dici & esse meruit. Nec enim aliquid est, quod hominem securum aut verè iustum reddere queat, donec propriæ renunciet voluntati: quod quãdiu non facit, nihil profectò apud DEVM, quod quidem ad perfectionem attinet, se nouerit profecisse, tametsi hoc aut illud eligere, etiam cum gratia subsistere possit, modò DEVS omĩbus anteponatur. Cùm autem ad hoc peruenerit, vt seipsum ex toto resignãs & offerens DEO, omnia propter ipsum intùs & foris, pati ac subire paratus sit, tunc benè cum ipso agitur, & non antè. Tunc enim de omnibus ita quodammodò securus efficitur, vt est ipse DEVS: & omnia magis illi propria sunt, quàm vnquàm aliquid fuit: talemq; hic saporem percipit, qualem nemo absque hac voluntatis abnegatione sentire meretur. Heu igitur, tam paucos inueniri, qui sic perfectè omnem volũtatem suam diuinæ substrauerint voluntati. Nemo iam propè est, qui funditùs mori velit, siue sentiãt id homines, siue non. Plurimi sunt, qui hunc aut illum viuendi modum, aut illa vel illa bona appetant: sed reuerà totum quod agunt, ex ꝓpria plerunq; voluntate ꝓcedit. Qui autẽ integra resignatione omnẽ voluntatem suam in DEVM transfudit, & in ipso firmauit, omnia quę illi DEVS in tẽpore vel ęternitate euenire, siue ipso facere velit, libens suscipit, suãq; in omnibus voluntatem diuino beneplacito conformat. Itaq; nihil equidem dicere verear, vnam saltem Angelicam salutationem, cum suiꝑsius abnegatione, ad perpetuam DEI gloriam, ꝓlatam, etiã multis psalterijs ex ꝓpria voluntate atq; cum ꝓprietate propter seipsum cantatis, multò meliorem, immò & vtiliorem esse. Nam & is qui perfectè seipsum & omnia exijt deseruitq;, adeò in Deum est receptus, vt quisquis eum contingere volet, DEVM priùs tangere habeat, cùm sit ipse in DEO, & DEVS vicissim in ipso: & quicquid ei euenit, totũ de manu Domini suscipiẽs, eundem ob id laudare, eiq; gratias agere cõtendit: sicq; velut per Dominũ suscipiens omnia, in omnibus quãdam expitur suauitatem. Nõ enim potest aliquid amarum trãsire per Dominum. Sicut em̃ exempli gratia, potus palatum nõ afficit, nisi priùs per linguam defluat: quæ si infecta vel acida fuerit, quãlibèt alioquì in seipso vinum dulce sit atq; suaue, non potest alium q̃ ingratum, saporem ingerere, ob linguę infectionem: ita nimirũ quisquis seipsum, quod ad vitia attinet, funditùs abnegauit, reliquit, exijt, & in DEO iam mortuꝰ est, ita à DEO vndiq; circundatur, vt nulla eum creatura, sicut iam dixi, cõtingere possit, nisi priùs DEVM tangat. Quicquid enim ei euenire debeat, priùs per DEVM transire habet: vbi saporis condimentum accipiens, totum Diuinum efficitur. Vndè quãlibèt magna sit, quę illi occurrit, afflictio: quãdo priùs illam DEVS portat, & ipsi pro sua vtilitate euenire permittit, facilè illam sustinet, dum eam non de illius qui hanc ipsi irrogat, sed de manu Domini suscipit.

A Deo qd duntaxat petendum.

Quid maximè à nobis exigat Deꝰ.

Act. 9.

Lucę. 1.

Securꝰ quõ qs verè fiat.

Suĩ abnegatio vera quã vim habeat.

Infectę linguę & proprietatis collatio.

Hoc

Hoc autẽ non à seipso habet. Deniq; nulla vnquã cuiquã occurrit aduersitas, quin eam permittere, diuinæ quodammodò naturæ repugnet: Vndè nec vllo eam pacto admitteret, nisi homini sciret eam vtilem ac fructuosam. Afflictio enim, quatenùs afflictio est, Deo nõ placet, nec nisi ob hoc duntaxat incomparabile bonum, quod indè nobis accrescere nouit; & ipse ab æterno constituit & ordinauit. Cumque ipse, sicut iam antè diximus, simul cum illo, qui se ipsi pfectè resignauit, onus aduersitatis ferat, ipsaq; aduersitas non nisi per DEVM istiusmodi eueniat homini: fit indè nimirùm, vt ipsa crux seu afflictio, dulcis omninò ac Deifica reddatur, & iam perindè sit homini despici vel honorari, amara experiri vel dulcia: quippe cùm hæc omnia in DEO condiantur, & diuina fiant ac Deiformia. Immò gratior illi foret amaritudo, quàm dulcedo, vtpotè qui se illam magis meruisse, & ideo potiùs sibi deberi, existimat: qa tñ seipsum ex toto, diuino resignauit beneplacito, gratum est illi, qcqd ei DEO pmittente occurrit, omniaq; de manu illius studet accipere. Cùm em̃ nihil ipse q̃rat, nihil diligat, nec quicq̃ illi sapiat nisi DEVS, ita hunc in amaris atq; contrarijs, sicut in maxima dulcedine, capit. Hic planè lux in tenebris lucet, & eam hic sentire licet. Nec enim fieri potest, vt aliquis pro DEI gloria quicquã sustineat, qn in eo ipso quod patitur, saporẽ quẽdam diuinitatis percipiat. Et licèt fortassis nihil illi sentire, id est, gustare contingat sensibiliter, DEO se ad tempus occultante, hoc ipso tamẽ benè illi quod patitur, non potest non sapere, quo se hoc ad æternam DEI gloriam ferre velle cognoscit. Enimuerò DEO purum impendere honorem, diuino sapore carere non potest. Sed obsecro, cur hæc & alia plura, salubria vtique, dicuntur, nisi vt eis, in afflictione siue mentis obnubilatione positi, vti conentur? Quem enim alioquì hæc fructum afferre poterunt? Addo igitur adhuc: Si quis seipsum ex toto, quod ad vitia attinet, exiens, in DEVM transisset, diuina ꝑsentia nunquã in quocunq; etiã opere fraudari posset. Nam etsi in verbis fortè vel operibus suĩ oblitus excederet, aut alia ei mala in mentem inciderẽt, minimè tamẽ ob hæc, bona studia & opera sua iam inchoata deberet intermittere. Cùm enim DEVS operis eius initium sit, & ipse hoc ad honorem illius inchoârit, facilè quoq; illis qui se operi immiscent, defectibus siue incidentijs veniam dabit, sicut hoc & in D. Bernardo, & alijs sanctis videre licet. Neque enim, quandiu hic sumus, ab huiusmodi incidẽtijs prorsus esse liberi possumus. Nec tamen ob aliquarum admixtionẽ palearum, frumẽtum reijciẽdum est. Reuerà huiusmodi prauæ immissiones diaboli siue incidentiæ malæ, homini recto reformato, & cum DEO viuere sciẽti, non solùm non officiunt, sed & magnum insupèr adferunt emolumẽtum. Sicut enim Apostolus ait: Diligentibus DEVM omnia cooperantur in bonum. Roma. 8.

Afflictiones hoĩ quatenùs placeãt Deo.

Cuinã amara pindè ac dulcia sapiant.

Quis diuinã ꝑsentia nunquàm fraudandus:

Defectꝰ qui bꝰ sancti implicant, facilè ignosci.

¶ Vt Deo gratiæ referendæ sint, q̃ nobis non solùm peccata dimiserit, sed etiam à multis nos præseruârit vitijs: & vt nos cum dolore & contritione ad ipsum conuertere debeamus. Caput X.

CVM peccatũ adeò detestandũ sit, vt pro nulla mundi vel prosperitate vel aduersitate quodlibet vel mortale, vel veniale committi debeat, nos tamẽ interim heu multa nimis admiserimus: mirum ꝓfectò est, quomodò nos continere possimus, vt non penitùs per ingentẽ ac feruidam dilectionem resoluamur, deficiamusque, attendẽtes vt pius ille & fidelissimus DEVS, omnẽ à nobis impietatẽ auferẽs, in nouã nos gratiæ vitam transtulerit, & de inimicis amicos fecerit: quod quidẽ maius esse, quàm mundum creare de nihilo, certum est: vt præterea etiam ipsa peccata nostra per bonitatẽ suam ad nostros inflexerit vsus & vtilitatẽ nostrã, ita vt, si nos velimus, ipsa quoq; nostræ saluti cooperentur. Nec tamẽ hoc ita intelligẽdum est, quasi pro peccatis nostris dolere non debeamus: sed ideò nobis illa prodesse, quòd nos ad pœnitentiam adduxerint, & humilitatis ac deiectionis nobis præbuerint causam. Est autẽ & alia præclarior humilitatis causa, quam ignorare non debemus. Intemerata nanq; DEI genitrix gloriosa semper virgo MARIA cùm ab omni peccato sit ꝑseruata, maiorẽ se hũiliandi causam habet, q̃ beatissima Maria Magdalena, q̃ sic diuina bonitate à peccatis liberata, sicut virgo gloriosa ab ipsis ꝑseruata fuit. Maius etem̃ beneficium est, à vulneribus illæsum seruare, quàm inflicta curare vulnera. itemq; ꝑclarius

Pctm quãtopè detestandum.

Peccatoris iustificatio quantum sit Dei opus.

Peccasse, q̃ nobis poccasione ꝓfuĩt

Deiparę ne Marię, an Magdalenę maior hũiliandi causa.

est, & maiori dignum gratiarum actione, seruari à peccatis, quàm de admissis consequi veniam. Quanto autem cumulatiora sunt in nos beneficia DEI, tanto & nos illi cum humilitate ac reuerentia gratias abundantiores agere sumus adstricti, non solùm de peccatis nobis misericorditer indultis, sed multo magis de ijs quoq;, quæ incidere poteramus, nisi sua nos bonitate ipse custodisset, & non tantũ de beneficijs iam collatis, sed de oĩb⁹ quoq; bonis illis q̃ nobis collatur⁹ erat, nisi nostra hoc malitia ꝓpedisset. Vndè si quis solerter aduertere velit, ex ipsis quoq; virtutibus ei à DEO collatis, & ex DEI bonitate, quæ à ꝓfundiori ipsum ruina præseruauit, maiorem ꝓclariorem q; humilitatis rationem, quàm ex hoc, quòd lapsus, à DEO veniam meruit & indulgentiam, habet inuenit q;. Cùm autem omnia iam nobis à DEO peccata tam misericorditer remissa sint, vel hinc confidere licet, haud quaquàm ipsum, vt in ea caderemus, permissurum fuisse, nisi ex ipso casu nostro nostrã vellet salutem ꝓmouere copiosiùs, & aliquod indè bonum nostrum elicere, si tamen nos ipsi cooperari velimus. Dum enim quisq; peccator à vitijs resurgens, & ab eis integrè se auertens, Deo perpetuò seruire, eiq; soli viuere statuit: adeò se illi benignã exhibet illa æterna ac immẽsa bonitas, ac si nunquã in peccata corruisset. Omnia nanq; peccata illi perfectè remittit, nec vnquàm illi ea imputabit, etiamsi tot essent, quot omnes simul homines commiserunt, si tamen perfectè doleat purè ad gloriam Dei, & ideò potissimũ suæ illi iniqtates displiceãt, q̃ eas Deo displicere intelligit. Feruentissima quippe charitas illa, ex qua dolor iste ꝓmanat, omnem peccati absumit rubiginem, modò sit magna satìs charitas ista atque contritio, ex omnibus (vt decet & oportet) viribus procedens. Quãlibèt autem parua sit contritio, purè Dei intuitu concepta, Deo tamen multo gratior est omni illo dolore, quem propter seipsos omnes simul homines habuêre. Deniq; huiusmodi conuerso peccatori Deus familiaritatem omnem & secretorum suorum reuelationem, quam vnquàm alicui impendit, exhibere iam potest. Si em̃ paratum eum & idoneum inueniat, non magnoperè attendit qualis antè fuerit. Nam Deus præsentiæ DEVS est. Qualem vnumquenq; reperit, talem eũ suscipit & assumit. Nec respicit quid olim fuerit, sed quid modò sit. Ideoq; contemptum omnem & iniuriam, quæ sibi per peccata inferunt, Deus misericordissimus libenter tolerat & multis annis benignissimè tulit, vt homo q̃nq; ad peccatorum suorum & æternæ charitatis Dei veram perductus agnitionem, ex his suus amor, gratitudo, reuerentia, strenuitas erga suum conditorem augeantur, fiantq; meliora, & vehementiùs accendãtur. Ista quippe non rarò ex peccatorum cognitione oriuntur in homine. Vndè vitiorum probra & contumeliam libenter ab electis suis Deus tolerat, & tulit, quos ad magna quædam & sublimia perducturum se præuidit. Quis, quæso, Domino nostro IESV Christo vasis illis misericordiæ, Apostolos dico, charior aut familiarior fuit, quorum tamẽ nemo perstitit, sed omnes in peccata ceciderunt, vnus tamen grauiùs alio? Huiusmodi lapsus tam in veteri quàm nouo instrumento sæpè Deus etiam in illis sustinuit, qui ipsi postmodùm fuêre chariores. Et perrarò contingit aliquem ad magna quædam prouehi, qui non priùs in aliquo lapsus sit. Cur autem hæc ita circa nos fidelissimus ille amator noster disponit, nisi vt ex his immensitatem misericordiæ suæ attendentes, ad profundiorem humilitatem ac diligentiam seduliorem accendamur, ipsiq̃ deinceps perpetuis temporibus per amorem inhæreamus, & in ipso nos exercere curemus? Quotiès enim per peccati commemorationem dolor & contritio renouatur, totiès & amor & feruens in Deo exercitatio augeri debet.

Iniqtates cur potissimùm nobis displicitur.

Dei erga cõuersum familiaritas quanta.

Cur peccatores tam & diu & patiẽter de⁹ferat.

Matt. 26.

¶De duplici contritione. Caput XI.

Contritio naturalis.

EST autem duplex cõtritio: Altera, naturalis vel sensualis: Altera, diuina & supernaturalis. Contritio quam naturalem dicimus, graui quodam & inordinato mœrore animum deprimit, ac propemodùm in desperationem adducit, semperq̃ in tristitia ac displicentia subsistit, nec vllos efficit fructus, nullamq̃ salutem operatur. Detinet enim in quadam desperatione hominem, tanquàm nulla ipsius cura sit DEO: potiùs enim sese ac suum damnum, quàm Dei offensam, spectat. Itaque licèt vnus aliquis huiuscemodi contritionis tantum habeat, quantum simul omnes vnquàm creaturæ habuerint, non meretur tamen nec vnius saltem peccati veniam: quippe quæ ex charitate, quæ omis

omnis veræ cõtritionis causa est, neutiquàm proficiscitur. Diuina autem cõtritio lõge aliter sese habet. Ea enim displicere homini facit peccata sua, in eisq; magis põderare ac dolere, quòd displiceat & peccauerit DEO, quàm sese damno affecerit: efficitq; vt firmo ac perpetuo nunquàm peccandi cum ꝓposito ad DEVM se cõuertat: plurisq; faciat & vehementiùs ponderet ac acerbiùs doleat minimum, quo DEVM offenderit, peccatum, quàm damnum omne & dedecus ac ignominiam, quæ ob id vnquàm perpeti queat. Vbi autem hoc pacto quispiam DEI offensam, quàm suam iacturam ac incommodum, grauiùs põderat, magisq; dolet, indè nimirùm quædam in eo vera erga DEVM fidutia vel cõfidentia oritur, facitq; eũ intùs sentire spem bonam veniæ à DEO impetrandæ, siue quòd DEVS peccata ipsi cõdonare velit. Isthæc enim cõtritio ex charitate, tanquàm sua causa, trahit originem. Charitas autem nunquàm est absque sapore vel cõsolatione. Deindè spiritale intùs in eius anima gaudium exurgit, ex omni eam mœrore & miseria releuans ac sustollens, firmũq; eam cum DEO pactum ac fœdus inire faciens: Quanto autem maiori à DEO cõsolatione afficitur, tanto in ea vera cõtritio magis augescit. Porrò cùm animaduertit DEVM non modò peccata ipsi remittere velle, sed etiam cõsolationem infundere, auxilium q; præstare ex ineffabili bonitate ac misericordia sua, simul etiam attendit DEI ac Domini sui immensam maiestatem ac dignitatem, & quòd is talis ac tantus ipsum cõsolari dignatur, iam tanta intùs animi cõtritione accenditur, vt se putet nũquàm satìs dolere posse: nec solùm petat à DEO, vt is peccata sua sibi remittat per bonitatem & misericordiam suam, sed etiã, si id ad maiorem DEI laudem cedat, per iustitiam suam ea in se vindicet. Quanto enim maiorem erga se experitur DEI benignitatem, tanto peccata sua magis põderat: quemadmodùm etiam D. Petrus visa Christi benignitate, ait ad eum: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Sanè si quis eò posset pertingere, vt DEI erga se iustitiam, perindè vt misericordiam, exoscularetur ac diligeret, is reuerà peccatorum suorum omnium, atq; etiam pœnarum illis debitarum tam facilè plenam obtineret veniã, quàm vna aquæ guttula in ardenti fornace consumeretur. Nec in hoc grandis situs est labor, sed potiùs gaudium ingens: quandoquidem multo est iucundius, diuinæ se permittere vel resignare iustitiæ, quàm misericordiæ, eo quòd maior in illo sita sit mortificatio. Atqui quo est mortificatio maior, eo & gustus copiosior. Cæterùm quanto se quispiam pluribus senserit implicitum culpis & defectibus, tãto maiorem habet causam sibi displicendi, tantoq; fortiùs amore inseparabili DEO sese cõiungere, cum eoq; fœdus inire debet: quem quidẽ amorẽ nusquàm meliùs licet perspicere & agnoscere, quàm vbi veriùs ac magis propriè DEI sumus. Interìm tamen qui ad hanc perfectam cõtritionem ꝓtingere non potest, minimè despõdeat animum, nec de infinita DEI misericordia desperet. Si enim tanta est contritione ꝓditus, vt se peccasse doleat, velitq; ex animo plùs se dolere, idq; potiùs ob honorem DEI, quàm iacturam suam, studeatq; iuxta sanctæ Ecclesiæ catholicæ instituta pœnitentiam agere, omninò confidere potest, DEVM peccatis suis veniam daturũ. Nam tametsi vnus aliquis tam esset paratus & aptus à DEO veniam consequi, quàm omes vnquàm mortales aut fuerint, aut possint esse, attamen infinito paratior est DEVS veniã dare peccatis nostris, si tantùm ex animo verè nos peccasse pœniteat. Quod cùm ita se habeat, quisnam desperare possit? Itaq; vtile sanè ac salutiferum est, vt dum quispiam sese ad DEVM conuertere instituit, sua inspiciat peccata, & amara cordis contritione in confessione coram sacerdote sese accuset, & Domini IESV pedibus prouolutus, firmaq; cum fidutia & spe, veniam se à DEO impetraturum. Quod etiã meritò illi confidere debebit. Et quãnã vnquã, obsecro, desperare possimus, si immensam velimus attendere benignitatem DEI, dicentis ꝑ Prophetã suum: Etiamsi mater obliuiscat infantis vteri sui, ego tamen tui non obliuiscar. Quantillus verò est amor cuiuslibet, quanuis amantissimæ, parentis erga vnicum licèt filium suum, si conferas eum cum amore illo prorsus immenso, quo nos DEVS ꝓsequitur? Agè igitur ex vera contritione peccata nostra magni pendamus. Quo em̃ ea nos magis ponderamus, eo paratior est Deus illis ignoscere. Quod em̃ cuiq; magis aduersum & inuisum est, id libenti⁹ ac studiosiùs eliminat ac depellit: cũq; peccata Deus maximè habeat exosa, dubiũ nõ est, qn ea libẽter sit à nobis ablaturus, si modo ex aĩo doleamus. Nec quisquã ambigere debet tantã esse Dei misericordiã, vt dũ quispiã hac diuina cum contritione ad Deũ sese conuer-

Contritio diuina.

Fidutia quẽ vñ oriatur.

Cõtritio q̃ quì magis ac magis augescat.

Luce. 5.

Resignatio q̃ cui prestet.

Remissio peccatorũ q̃ vndè certò speranda.

Esa. 49.

Cur sua cuiq; delicta grauissimè põderanda.

uertit & erigit, in immẽsę bonitatis ac benignitatis eiꝰ abysso cũcta eiꝰ peccata citiꝰ absorbeãtur & consumant, quàm possit oculus aperiri & claudi. Nam tãetsi mũdus vniuersus igneus quidã globus foret, & in eius medio pauxillum lini positum esset, non tam celeriter id conflagraret, quàm paratus est DEVS remittere peccata verè pœnitentibus. Enimuerò inter bonitatem Dei & peccatorem verè pœnitentem, neq; tempus, neq; medium vllum interest: eiusq; peccata vsqueadeò in obliuionem abeunt apud DEVM, ac si nunquã facta sint. Deindè plena inter DEVM & eiusmodi pœnitentem hominem fides oritur. Tanta nanq; DEI, vt sic dicam, ciuilitas & honestas est, vt quod semel pfectè remisit, nunquàm deinceps improperare queat, modò is, cui remisit, in bono perseueret.

Quibꝰ pœnitẽtibꝰ q̃ Deꝰ peccata remittere paratus.

De vera Pœnitentia. Caput XII.

MVltos inuenire est, qui tum demũ grandem se agere pœnitentiã arbitrent, cùm magna quædã & dura, eaq; externa, exercitia sectant, putà ieiunia, vigilias, & id genus alia pœnitentiæ opera. Quæ quidem dubium non est grata esse DEO, & pœnitentibus necessaria: attamen verissima ac optima, & qua ad DEVM proximè acceditur, pœnitentia est, vt ex animo & verè quispiã sese conuertat ad DEVM, & ad virtutes omnes, ppter DEVM, idq; perfecta cum auersione ab illis omnibus, quæ nouerit aduersa esse Deo, ita vt omninò statuat pro re nulla quæ possit accidere, eorum aliquid velle ppetrare: ac deindè firmam gerat fidutiam erga bonitatem Dei, quòd ea nunquàm ipsi opitulari desinet. Ista autem conuersio, cũ immobili quodã coniuncta erit amore erga fidelissimũ ami cum suum, Deum Opt. Max. cuius tanta fidelitas est, vt nunquã quenq̃ possit, sed nec antehàc potuerit, deserere, q ipsi, ita vt oportet, cõfidere nõrit. Feruẽti etiã strenuitate ac diligentia pditus erit istiusmodi, iugiq; exercitatiõe gratias Deo agẽdi, q ipsi in eius peccatis pepcerit, veniã & gratiã pstiterit, vt se peccasse doleat, nolitq; deinceps in se peccatũ admittere: cũ tamẽ interìm innumeri sint relegati in Tartara, qui longè minùs quàm ipse, peccauerint, & fortassis quãdoq; ad suscipiendã Dei gratiã fuerint aptiores. Nec tñ id ita dictum sit, quasi personarum acceptor sit Deus: Non enim potest cuiquam Deus facere iniuriam: sed vt facit, ita semper optimum est. Quibus enim supernaturaliter non infundit gratiam suam, eorum id vtique vitio fit: satisq; meriti sunt ea carere, sine qua tamen DEO placere non poterunt. Quibus aũt ea infundit, non habent sanè quod sese iactitent aut de se glorientur, tanquàm suis potissimùm meritis eam sint adepti: quando eam Deus gratuitò largitur. Cur autem alijs gratia præstetur à Deo, alijs minimè, nemo curiosiùs inquirere debet: siquidem iudicia Dei incompræhensibilia sunt. Id verò pro indubitato habendum est, nemini eum iniuriam facere. Sed ad propositum reuertamur. In quibus operibus vel actionibus quispiam Dei benignitatem meliùs gustat ac experitur, & quæ eum opera aptiorem efficiunt ad plangenda ponderandaque peccata sua, & ad ampliùs confidendum ex vero amore DEO, ea sectetur & colat: & quo horum plura fecerit, eo plus veræ faciet pœnitentiæ. Vera nanque Pœnitentia est, vt Dei bonitatem & erga nos fidelitatem magnipendamus, nosipsos ex animo admodũ aspernemur, & opera nostra quãuis magna, tamen parua putemus, arbitremurq; planè indignos nos esse tanta benignitate DEI, quam experti sumus atq; etiamnum experimur: nec posse nos pro illius minimo beneficio vnquàm illi satisfacere, aut dignas referre gratiarũ actiones. Quid verò ꝓ ineffabili, quam ei exhibuimus, infidelitate illi respondere poterimus? Ex horum ergo consideratione quicquid aut agimus, aut agere possimus, paruipendere debemus, etiamsi tantũ soli facere queamus, quantum creaturæ omnes vnquàm fecerint: quæ autem adhuc desunt nobis, ea magnipendere debemus. Atque hoc pacto seriò semper dabimus operam, vt DEVM quidem præcipuè veneremur, nos autem planè despiciamus. Hoc exercitio nullum aliud aptius est ad delenda peccata, pœnasq; minuendas. Immò possit quispiam breui spatio tam efficaciter ac fortiter ab omni se peccato auertere, idq; tãta cum displicentia ac aspernatione suî, ad honorem DEI, vt etiamsi solus tot perpetrasset peccata, quot mortales omẽs vnquàm egerint & sint acturi, simul omnia cum pœna quoq; ipsi remittãtur: & si sic moriatur, confestìm euolet ad conspectum Dei. Nulla enim malitia diuinæ potest bonitatis vel minimũ pręponderare punctum, si modò ex vera cha-

Pœnitentia optima q̃.

Roma. II.

Opa q̃ cuiq; potissimùm sectanda.

Pœnitentia vera quæ.

Quali exercitio qs ad quãtã felicitatẽ puenire queat.

charitate quis ei possit confidere. Quæ fidutia vel confidentia non nisi in multùm amantibus inest. Amor enim parit confidentiam. Vera autem istiusmodi confidentia & amor erga DEVM, nostriq; displicẽtia, thesaurus est longè præclarissimus, quo quicquid desideramus aut possumus appetere, immò etiam ampliùs quàm desiderari possit, id est, bona sempiterna mercari queamus. Non enim potest sese cõtinere Deus, quin in quibus hæc insunt, præstet quicquid velint: vtpotè qui in eo sauciatus est latere, vbi se tueri non potest. Hęc igitur nostri displicentia & seria nunquàm peccandi voluntas, veraq; erga Deum confidentia & amor, vera Pœnitentia est. Hinc autem externa Pœnitentiæ opera, vt sunt confessio sacramentalis, ieiunia, vigiliæ, orationes, eleemosynarum largitiones, aliaq; huiusmodi satisfactoria opera pia proficiscuntur: eaq; tanto magis sunt grata DEO, quanto maiori cum charitate coniuncta sunt. Porrò istiusmodi Pœnitentiam illi perfectiùs obtinent, qui se ad meditandam dignissimam Saluatoris vitam conferunt, eiusq; acerbissimos cruciatus, ignominiosam mortem, totamq; adeò vitam longè fidissimam, quantùm maximè possunt, in se recipiunt, sibiq; imprimere conantur: nec solùm attendunt, quid egerit ac perpessus sit, sed etiam quis & quantus sit ipse, & quòd omnia propter nos tam exiguos, ex immensa fidelitate fecerit ac tolerârit: quã de re iam antè diximus, & ne cui tædio simus, hîc multis repetere non audemus: quanquàm hoc ipsum exercitium tam est amabile, efficax & iucũdum, vt mirum sit, vel ad momentum id nobis posse excidere, aut aliundè nos posse loqui, quàm vt eius magnitudinem & fidelitatem, & nostram exiguitatem ac infidelitatẽ consideremus. Enimuerò vtilissimum hoc exercitium est, quo facilè peccatorum nostrorum & eorum omnium q̃ inordinata sunt, displicentiã obtineamus. Vndè etiam libenter Dominicæ exercitandæ atq; commemorandæ passioni vacare debemus, sed multo magis eius fidelitati & charitati, ex qua tanta pro nobis perpeti voluit. Quædam etiam nobis efficienda consuetudo est, vt in cunctis actionibus ac sumissionibus nostris, Domini IESV fidelitati, vitæ & actionibus nos imprimamus ac conformemus: & cùm aliquid patimur, & in omni euentu ita cogitemus ac desideremus: Fidelissime PATER, sicut ipse ab omni æternitate, antequàm ego essem, voluisti, ita fiat, & non vt ipse volo. Charior est enim mihi tua gratissima voluntas, quàm optandi Libertas. Optima igitur pœnitẽtia fuerit, animum habere eleuatum ab omnibus, quæ nos impedire queãt, prorsusq; DEO infixum: & quæ opera huc magis conferunt, ea libentiùs sunt amplectenda. Quòd si quis ita sit debilis, vt externa opera hac in parte ipsi impedimento sint, eà licebit ex boni ac prudentis confessoris iudicio intermittere: Diligentissimè tamen inspiciendum est, ne seipsum hîc quęrat. Semper enim tutissimum est, Christi IESV & Sanctorum eius vestigijs inhærere. Quod qui præ virium imbecillitate non potest, faciat quod poterit, & sufficit DEO. Non enim opera dũtaxat adspicit DEVS, sed multo magis ex qua charitate, qua reuerẽtia, quo animo procedãt. Non enim tam opera quàm Animum & Amorem cunctis in Actionibus nostris pensat. Hæc enim præcipuè appetit. Vt autem Diuus Augustinus ait, valdè is auarus est, cui non sufficit DEVS: quandoquidem in DEO plus inuenitur, quàm quis possit capere: & quicquid de diuitijs DEI intellectu potest apprehendi, minus est quàm acũs acies ad totum vniuersum. DEI nanque diuitiæ nullum finem habent. Porrò cunctæ Actiones nostræ eatenùs meritum & laudem habebunt, quatenùs ea DEVS agnoscet. Quæ enim DEVS ignorat, ea sempiterna obliuione sepelientur: non quantùm ad vindictam, sed Remunerationem, attinet. Quæ enim DEVS nescit ex benignitate munerari, ea ex iustitia vlcisci nouit. Semper igitur in omnem æternitatem & in cunctis actionibus nostris id nobis sufficiat, quòd solum DEVM Amore ac intentione in illis ꝓsequimur, ita vt omnes Actiones nostræ ad cuncta peccata nostra emendanda referantur. Cogitare etiam debemus, DEVM totius mundi communem fuisse liberatorem, atque indè magis eum laudare, amare, gratias agere sumus adstricti, quàm si quemlibet vnum ex nobis redemisset. Ex singulis enim beatis singulare percipiemus gaudium, & proprium gustum: & quotiès illi DEVM laudabunt, totiès nos exhilarabimur. Maximè enim nos afficiet & delectabit, quòd eum laudari sentiemus quem diligimus: & quo maiori erit laude affectus, eo nobis dulciùs sapiet. Sed & hoc cogitãdum est, Reparatorem ac instauratorem eum esse eorum

Quo thesauro quę bona eõparanda.

Externa pœnitę opa q̃.

Quę qbꝰ eõ sectudo facienda.

Pœnitentia optima quę.

Augustinus.

Opera meritoria quę.

Quę Deꝰ nẽ scire dicat.

rum omnium, quæ in nobis ipsi peccando destruximus. Itaq; dedamus nos totos DEO, si. namus eum agere nobiscùm quicquid volet, & ipse restaurabit ac reformabit in nobis, quę nos perdidimus. Destruximus autem in nobis per peccata nos totos, putà cor, sensus, vires, corpus & animam. Nihil ergo melius, quàm vt in ipsum confugiamus, vtpotè in quo nullus est defectus, in quo bona omnia abundant, qui nos longè ampliùs amat quàm ipsi nos, quiq; tum etiã dilexit nos, cùm nos ipsi odiremus ac perderem⁹. Et qa amare nos nõ destitit, etiam cùm ipsi per inobedientiam essemus contrarij, multo magis fidere iam licet, eum nos vtique & amaturum, & auxilio futurum, nobisq; necessaria cuncta præstiturum, quando ipsum amare, ipsi obedire volumus.

¶ Quòd qui vitam asperam & rigidam agere non possunt, non ideò se à Deo alienos aut remotos iudicare, sed Christum in vera dilectione & omni virtute imitari debeant. Cap. XIII.

INfirmiores quidã, dum vitę Christi & sanctorũ eius seueritatẽ & laborẽ attendũt, seq; talia nõ posse, nec ad huiusmodi intùs impelli atq; moueri sentiunt, reddunt pusillanimes, & à Deo nimiũ se remotos arbitrant, vtpotè qui vitã asperã nõ agãt. Sed in hoc nõ satis prudẽter faciũt. Neq; em vlla rõne vel ob defectus quosdã minores, vel ob naturę imbecillitatẽ, vel qa forinsecùs asperiorẽ viuẽdi modũ seruare neqt, vel ob inæqualitatem, quã in seruitio Dei & virtutũ sentit exercitio, à DEO se remotiorẽ homo bonæ volũtatis æstimare debet. Hoc aũt summo curabit studio, vt vitia grauiora maioresq; defectus suos itaradicit⁹ euellat, vt pro nulla re, neq; pro vita, neq; p morte quicq̃ aduersus pcepta Dei facere consentiat. Quę voluntas quãdiu in ipso perseuerat, nõ est vndè se à Dño longi⁹ abesse suspicetur. Nã si rigidiorẽ adhuc pœnitentiã agere nescit, hoc tantũ faciat quod potest: & satis est. Nimirũ & Apostolus ait: Corporalis exercitatio, si quidẽ sola fuerit, ad modicum vtilis est: pietas aũt ad oẽia vtilis est. In oẽibus qppe, quod optimũ est, facit. Dum em pius aliquis alium magna quædã operari cernit, gratias agit DEO, quòd hãc illi gratiã & virtutẽ dederit, vt Christum IESVM, & alios sanctos in pœnitẽtiæ & bonę vitę & austeritate sequi possit: Dumq; se talia nõ posse animaduertit, indignũ se fatet cui De⁹ illã, quã alijs dedit, gratiã largiat: & seipsum corã DEO despiciẽs, vel in alijs colere & amare satagit, quod se minimè sentit habere vel posse. Qui si interìm maiori vitæ asperioris desiderio & amore teneat, quàm fortassis ille, q magna opa & durã agit pœnitentiã, & ipse quoq; si vires haberet, eadẽ libẽs ageret: veri⁹ ea procul dubiò habet, & maiori dign⁹ censet prẽmio, atq; is, q ipsa opera facit. Nequaq̃ igit ob ea, quæ facere nõ potes, à Deo te remotiorẽ arbitrabere. Nã etsi longi⁹ ab illo te abesse suspiceris, ipse tñ tibi proximus est, comes indiuiduus peregrinationis tuæ: & si fortassis ad cor illi non dat accessus, ad ostiũ (sicut in Apoca. testat) stat pulsans, cui si qs voluntatis ianuã aperuerit, intrat ad illũ, & cœnat cũ illo, & ille cũ Deo. Post cœnã aũt succedit reqes. Nec potest aliqs verã animi quietẽ obtinere, nisi cũ quo Christus cœnare & cõuiuari dignat, id est, cuius animã Christus inhabitat. Illius aũt habitator est Christus, q vitam ipsius cum vera patiẽtia, amore, cęterisq; virtutibus imitari & intra se possidere studet: sine quo alia oẽia, dura licèt, opera magni æstimãda nõ sunt. Attñ de vitæ asperitate hoc tenendum est, vt obseruet quisq;, ad quid à Deo ampli⁹ impellat atq; trahat. Non em oẽs eadẽ ad Deũ via ingredi intùs monent, nec eundẽ viuendi modũ tenere possunt, nec singuli modos oẽs. Bona igit studia & sua quisq; laudabilia seruet instituta, ad eaq; alia quęq; reducat, in suisq; institutis cũcta instituta bona cõprahẽdat. Crebra nãq; exercitiorũ & consuetudinũ immutatio, animũ instabilẽ reddit. Porrò qcqd boni in aliquo viuẽdi instituto cõtingere tibi potest, idipsum & in alio reperies, si tñ bonũ & laudabile sit. Deniq; q purè Deũ nec aliud quicq̃ spectat & amat, & similiter oẽs alios in suis exercitijs & institutis hunc solũ spectare & amare desiderat, hoc ipso omniũ bonarũ consuetudinũ atq; institutorũ fit particeps. Quod etiã intelligi licet de quorundã sanctorũ aspera & austera viuendi ratione. Charitas quippe omniũ bonorũ illorũ, quæ in alio diligis, participẽ te reddit. Veruntñ licèt oẽs non eundẽ modũ seruare, nec eadẽ forinsecùs via possimus ingredi, intùs tñ eadẽ omninò via, via vtiq; amoris, oẽs incedere oportet. Quisquis em Deũ non amat, ille necdũ modum aliquẽ habet, & claudus est. Sed dicat aliquis: Cùm ipse Dominus ac redemptor noster sublimissimum viuendi modum tenuerit, nõnne meritò ipsum sequi debemus? Ita planè. Exemplum enim dedit nobis, vt sequamur vestigia sua. Et quanto ei similiores, tanto & sanctiores sumus. Sed tamen in õmnibus ipsum foris sequi non possumus. Exempli gratia: Ieiunauit ille quadraginta diebus & totidem noctibus. Non hoc potest infirmitas nostra. Sicut enim alia plura, ita & istud ea mente fecit, vt ipsum in hoc non corporaliter, sed spiritaliter sectemur. Vndè summo studio nobis enitendum est, vt sciamus quomodò ipsum prudenter & rationabiliter sequi possimus. Sanè in imitatoribus suis hoc semper pcipuè dilexit, vt se in DEI & proximorum omnium fideli dilectione sequerentur. Vndè etiam ait: In hoc cognoscent omnes quia Discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad inuicẽm. Ideoq; rationale siue spiritale opus, soli exteriori operi præferendum est, meliusq; censendum. Interìm nihilo minùs, quantùm facultas admittit, ipsa Dilectio operibus comprobanda est. Ieiunauit CHRISTVS quadraginta diebus. In hoc illius & tu imitator factus, ab omnibus quidem vitijs spiritaliter, & præter hoc, quantùm potes, etiam corporaliter ieiuna. Huc autem necessarium est, vt tuij ipsius curam gerens peruigilem, vbicunque te ad mala inordinatiùs propensum repereris, ibi statim te deseras, ac prauæ affectioni propensioniq; resistas. In corporalibus nanque, ad quæ procliuiores sumus, seipsum quisque studiosiùs abnegare, vincere, & DEI Amore mortificare debet: vt verbi gratia, in accuratiori cibo & potu, & id genus alijs, quibus necessariò nõ indigemus. Sępè etiam fit, vt qdam minùs patienter ferat verbum aliquod asperiùs prolatũ, quod nulli⁹ alioquì momẽti est, q̃ DOminus IESVS etiam dura verbera & contumeliosa verba. Quisque igitur pro æterna DEI gloria minora quælibet sufferre discat, cùm ipse pro salute nostra grauissima quæq; perpeti non refugerit. Denique hoc pacto CHRISTVM in oẽibus pro nostrarum tenuitate virium sectari debemus, à quo etiam nos haud quaqua remotos suspicabimur, quandiu illius præcepta seruare, & volũtati morem gerere volemus. Quanto autem Obedientia & Humilitate excellẽtiùs præditi fuerimus, tanto etiam plura sustinere, & CHRISTVM meliùs sequi, valebimus. Neque enim CHRISTO aliquis aut obedientior aut humilior fuit, QVI EST BENEDICTVS IN SECVLA. AMEN.

Scrupulosorum consolatio.

1. Tim. 4.

Apo. 3.

Bonorũ quì oẽm particeps fias.

Ioan. 13

Mat. 4. Lucę. 4.

Ioan. 13

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS,

de Fide & Iudicio tractatulus insignis.

QVISQVIS seruari appetit, & ad æternam peruenire vitam, huic omninò necessarium est, vt ad supremũ vsq; vitæ suæ diem fidem catholicam retineat. Per fidem enim anima coniungitur Deo, despondeturq; illi ceu sponsa suo sponso. Fides vera animã eò perducit, vt confidat DEO: felicemq; ac salutarem ei præstat Dei rerumq; ęternarum cognitionem. Et hæc cognitio hic incipit, & in vita æterna perficit, vbi DEVS facie ad faciem, ita vt est in seipso, in perenni claritate videtur. Fides quoq; Catholica docet nos vti viuendũ nobis sit, & quid DEVS ex amore fecerit, ac deinceps in omnem æternitatem facturus sit. Atq; eamobrem sine vera fide nemo benè ac beatè viuere, nec placere DEO, nec saluus effici potest, quicquid alioquì bonorum agat operum. Itaque principio Christiana fides id nos instituit, vt singulus quisque fidelis absque vlla hæsitatione & formidine, libero, syncero ac neutiquàm ficto corde, animo sentire & ore profiteri debeat in hunc modum: CREDO IN VNVM DEVM, PATREM OMNIPOTENTEM, FACTOREM CAELI ET TERRAE, VISIBILIVM OMNIVM ET INVISIBILIVM, id est, tam materialium siue corporalium, quàm spiritalium rerum, putà angelorum ac animarum. Hæc enim omnia DEVS ex nihilo creauit. Sequitur indè in Symbolo fidei: CREDO ETIAM IN VNVM DOMINVM IESVM CHRISTVM, FILIVM DEI VNIGENITVM, ET EX PATRE NATVM ANTE OMNIA SECVLA, id est, ab omni æternitate, & sine vllo initio, DEVM DE DEO, LVMEN DE LVMINE, DEVM VERVM DE DEO VERO, GENITVM, NON FACTVM, CONSVBSTANTIALEM PATRI, id est, vnius ac indiscretæ cũ patre naturæ. PER QVEM filiũ OMNIA FACTA SVNT: quippe qui Patris est sapientia, in qua omnia viuunt, & licèt sit altera & discreta à patre persona, vnius tamen sempiternæ cum patre naturæ est. Sequitur: QVI PROPTER NOS HOMINES ET PROPTER NOSTRAM SALVTEM DESCENDIT DE CAELIS, ET INCARNATVS EST DE SPIRITVSANCTO, id est, per virtutem ac operationem Spiritussancti, EX MARIA VIRGINE. ET verus HOMO FACTVS EST. Nam sicut anima rationalis & caro, vnus est homo, ita DEVS & homo, DEI patris & virginis Matris filius, vnus est CHRISTVS. CRVCIFIXVS ETIAM PRO NOBIS & pro salute nostra SVB PONTIO PILATO, qui id temporis agebat pręsidem Hierosolymis, PASSVS ET SEPVLTVS EST: moxq; eius anima cum ingenti potestate & exultatione descendit ad inferos, & diuina virtute contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit, eripuitq; indè Patriarchas & prophetas, qui in eum crediderunt, & magno desiderio illius præstolabantur Aduentum: simul etiam indè eduxit oẽs quotquot ei ab origine mundi fideliter seruierãt, & sine mortifero peccato diem suum obierant: alios verò minimè. Nam qui Deum non amãrant, & improbi ac infideles instar malorum spirituum fuerant, æternùm apud inferos pmanebunt, quemadmodùm Abrahæ verba confirmant, quę ad diuitem illum auarum respondit sepultum in profundo inferno, longè infra omnes illos, qui ad Deum pertinebant. ET RESVRREXIT TERTIA DIE SECVNDVM SCRIPTVRAS, idq; ppria virtute, quod nemo potest alius. Eũuerò gloriosa viuidaq; anima eius diuinitati vnita, erat in Limbo apud inferos: itemq; extinctum corpus eius Deo vnitum, erat in monumento. Vbi aũt anima redijt ad corpus, totus gloriosus resurrexit, & cum eo plura alia corpora, ad patris honorem & gloriam, lætitiamq; omnium angelorum & sanctorũ

Sine qua fide nemo salutandus.

Lucę 16.

Mat. 27.

ctorum atque piorum hominum: eiusq; humanitati data est potestas & honor in cęlo & in terra & apud inferos: atq; ex ipso & per ipsum omis sanctæ Ecclesiæ potestas proficiscitur: & sicut ipse sua potestate ante mortem & post mortem excitauit mortuos, ita sępenumerò sancti homines tam sub veteri quàm nouo testamento perplures illius virtute spiritaliter & corporaliter mortuos, ad vitam reuocârunt. Deinde quadragesimo die ASSCENDIT IN CAELVM: immò supra omnes cælos materiales, vti Apostolus ait, in cælum spiritale, vbi Angeli degunt, atq; adeò etiam vltra omẽs spiritus angelicos in cælum occultum, id est, arcanam quandam dignitatem, vbi supra omnes spiritus est exaltatus. Nam secũdum humanitatem SEDET AD DEXTERAM PATRIS omnipotentis. Non autem putandum est, Deum patrem cælestem sedere vel stare, aut manus habere, cùm sit spiritus: sed pręclarissima in Christo Natura Humana eleuata est, sedetq; supra creata omia in summa ac celsissima potestate, & præcipuis ac excellentissimis bonis, quæ Deus præstare queat. ET ITERVM in extremo die VENTVRVS EST CVM GLORIA, diuinaq; virtute & potentia, cum frequentissimis omium sanctorum Angelorum agminibus, IVDICARE VIVOS ET MORTVOS, id est, bonos atque malos. CVIVS REGNI NON ERIT FINIS. Credere præterea debemus, Patrem cum Filio quinquagesimo post Christi resurrectionem die sanctum misisse Spiritum, qui amborum charitas est, eumq; sancti omnes Apostoli suscepêre, tanta simul virtute & sapiẽtia repleti, vt deinceps neminem extimescerent: sed toto terrarum orbe mortales omẽs aptos ac idoneos regno Dei docerent & conuerterent. Itaque singulus quisque è Religione Christianus, sanctæ sese cõformare Ecclesiæ debet, pioq; corde ac libero animo proferre ea quæ sequuntur: CREDO ET IN SPIRITVMSANCTVM, DOMINVM ET VIVIFICANTEM, quippe q; æterna Patris & Filij charitas est, QVI EX PATRE FILIOQVE PROCEDIT, QVI CVM PATRE ET FILIO SIMVL ADORATVR ET CONGLORIFICATVR. Tres enim personę istæ vnus Deus, id est, vna substantia, sunt in naturæ vnitate: & sicut Dei verbũ filius est Dei, ita Dei charitas est Spiritussanctus. Et quisquis Deum amat, etiam Spiritũsanctum habet, & omẽs bonos actus suos per Spiritumsanctum operatur. Vndè sequitur in symbolo: QVI LOCVTVS EST PER PROPHETAS, qui in veteri testamento Domini aduentũ præcesserunt. Credendum etiam nobis est, Sanctumspiritum profluẽtem esse charitatem, cælum ac terram bonis omnibus implentem, & per hanc charitatem sancta Ecclesia vna & Catholica est, toto terrarũ orbe diffusa, sicut sequitur in symbolo: ET VNAM SANCTAM CATHOLICAM ET APOSTOLICAM ECCLESIAM, quæ idcircò Apostolica dicitur, quòd sublimis ille Apostolici ordinis princeps diuus Petrus, cæteriq; Apostoli eam in firma petra, id est, Christo IESV, fundârint atq; ædificârint. Christus enim fundamentum nostrum est, & nos omẽs, sicut ait diuus Petrus Apostolus, viui lapides sumus in templo DEI, id est, quandiu fidem Catholicam & charitatem retinemus: simulq; credentes omnes sanctam Ecclesiam efficiunt. Etenim per Spiritumsanctum, qui est Amoris vinculum, omnes in vna fide, vno baptismo, vna mandatorum & sacramentorum DEI lege adunati sunt. Atque eam ob rem nemo deuiare debet, ad hæsitandum aut opinandum de aliquo ex his, quæ sancta Ecclesia generatim colit, obseruat, & credit: nam alioquì infidelis erit. Vera autẽ fides si sit charitate decorata, intimum ac pręcipuum, quod equidem modò nouerim, gaudium præstat. Porrò vna isthæc omnium credentium collectio siue Ecclesia, sancta est: siquidem omnes abluti sunt precioso sanguine Domini nostri IESV Christi, & vncti gratia Spiritussancti, atque sacrosanctæ Trinitatis inhabitatione sanctificati. Vndè etiã sanctę Ecclesiæ vnitas similis est arcę Noę. Sicut enim omnes qui extra Arcam mansere, diluuij vndis perierunt: ita pereant necesse est, quotquot segregant semetipsos, & in aliquo articulo à sancta Ecclesia aut catholica fide dissentiunt, putà vel falsa & corrupta vita, falsa spe & consolatione, falsa hæsitatione, aut spem & consolationem constituendo in imposturis, in augurijs, in somnijs, in superstitionibus siue diuinationibus, in incãtationibus, in dæmonũ implorationibus. Itẽ quicunque aliquã rem creatã plùs quàm Deum verentur, honorant & amant, magisq; in creatura extra Deũ, quàm DEO, confidunt & sperãt. Istiusmodi omnes disiuncti & perditi sunt homines, nec in sanctæ Ecclesiæ vnitate viuunt. Vt enim Anima & corpus perplura habent membra, ita Christus & sancta Ecclesia multa habent membra, eaq; omnia viuunt de Spiritusancto.

Mat. 28.

Ro. ii.

Eph. 4.

Ioan. 4.

Act. 2.

Ecclesię & arcę Noię pulchra collatio.

1. Pet. 2.

Et ſicut vnus aliquis vno ore cuncta ſua membra cibat ac nutricatur, & ſingulum quodq; membrũ alijs viuit & inſeruit: ſic & CHRISTVS & vnuſquilibet homo bonus, bonis actibus ſuis cuncta ſanctæ ECCLESIAE membra fouet, cibat ac nutrit.

Bonorũ inter ſe cõmunio quanta.

Vndè tametſi ſingulorum ſanctorum & quorũlibet bonorũ hominum opera bona, ipſorum propria ac peculiaria ſint, quod ad honoris & præmij retributionẽ attinet, attamẽ etiam per omnia ſanctæ Eccleſiæ membra deriuantur ac penetrant: ſiquidem ſancti & credentes oẽs, vnũ ſunt in Chriſto IESV Domino noſtro, & ſinguli aliorũ membra ſunt. Chriſtus autem pręcipuum ac principale ſanctæ Eccleſiæ membrum eſt, nempe omnium noſtrũm caput, & nos illius membra ſumus, ipſumq; caput cunctis membris ſuis vitã ſubminiſtrat. Porrò qui Chriſti ſpiritum & vitam in ſe nõ habent, ij non ſunt eius, ſed ſunt mẽbra ſeparata & abſciſſa. Quapropter ſancti Apoſtoli in Symbolo ſuo adijciunt, SANCTORVM COMMVNIONEM, vt etiã ipſam credamꝰ. Vt em iam dixi, Chriſtus IESVS ſuo ſpiritu ſuaq; vita & beatos in cælo, & animas in Purgatorio, & bonos homines in terris, ſingulos pro ſua conditione ſiue ſtatu cibat ac alit. Iſti nanque omnes vna Eccleſia ſunt, & vna ſanctorum atq; etiã omis boni communio. Atq; extra hanc ſanctorũ cõmunionem ne quis maneret excluſus, conſequẽter Spũſſanctus per Apoſtolos etiã VNVM BAPTISMA ET REMISSIONEM PECCATORVM credendam pronunciauit. Quæ quidem peccata primò remittuntur per baptiſma, vbi tingimur, & emundamur in ſanguine Chriſti, atq; per ſanctam illius mortem reuiuiſcimus: vbi ſimul culpa & pœna omnis præterita laxatur. Sed baptiſmum hunc non niſi ſemel percipere licet. Nec tamen vult nos Spirituſſanctus perdere ſiue amittere, ſi peccatis noſtris primũ baptiſma contaminauerimꝰ. Nam alter baptiſmꝰ cunctis peccatoribus paratus eſt, qui quidem peccaſſe ſe dolent, & gratiam ac indulgentiam quærunt, & ſanctorum ac ſanctæ Eccleſiæ communionem expetunt. Tales enim omnes baptizantur in Spirituſancto, id eſt, abundantiſſima Dei bonitate, cui nulla peccata neq; magna neq; multa nimis eſſe poſſunt, ſi tm iuxta veram ſanctæ Eccleſiæ conſtitutionem ac ordinationem, gratia, venia & miſericordia quęrat. Sequitur iam in Symbolo, loquente & docente nos Spirituſancto: Credo ET EXPECTO cum ſanctis omnibus RESVRRECTIONEM generalem omnium MORTVORVM corporum à primi vſq; ad extremi hominis corpus. Quælibet enim anima propriũ ſuum, quod geſſit, & in quo vixit in terris, corpus recipiet. Deus nanq; oĩpotens, qui oĩa in prima materia creauit ex nihilo, & Adæ corpus de limo terræ formauit, facilè et iã poterit ex eodem, vndè facta ſunt, puluere quantumuis longè lateq; diſtracto ac diſperſo, noſtra reformare corpora. Atque hoc ipſum ex omni æternitate Deo viſum eſt iuſtum eſſe, atq; condecens, vt homines boni in anima & corpore pręmia conſequantur, quandoquidem Deo anima & corpore ſeruierint, eumq; adamârint: iuſtumq; nihilominꝰ eſſe, impios omes in corpore & anima torqueri & excruciari, prout diabolo & vitijs ſeruierint, & in tota vita ſua ſe emẽdare conuertiq; noluerint. Atque eãobrem in nouiſſimo iudicij die, in tuba Dei mortui reſurgent, vt Apoſtolus ait, quod tum erit, quando Chriſtus Dei filius cũ angelis & ſanctis omibus maxima cum gloria, maieſtate & poteſtate è cælis deſcendet in aera, circa Hieruſalem, vbi (vt qdã volunt) primũ formauit hoiem, & pditũ refecit ac reparauit ſacratiſſima morte ſua, quantũ quidem in ipſo fuit: atque eo loco vocem præceptumq; ſuum edet, vt Dominus & Iudex potentiſſimus totius mundi: & ad hanc eius vocem & imperium cuncta mortalium corpora reuiuiſcent, & in momento reſurgent, non quidem paria ordine & pmio, ſed ætate, eadem videlicet qua fuit Dominus noſter IESVS Chriſtus, cùm propter nos moreretur. Nam ſenex centum annorum, & infans noctis vnius, eiuſdem ſtaturæ erunt. Et licèt boni quidam hîc ſint claudi & cæci, ſed tunc cum membris omnibus ſani & integri, abſq; omni macula & glorioſi reſurgent, ſicut & corpus Dñi noſtri IESV Chriſti. Malis autẽ & damnatis omnia euenient contraria. Ita ergo vnaquælibet anima ſuum pprium induet corpus, & ſinguli ad iudicium venient cum anima & corpore, & vt ſanctus Iob ait, in carne noſtra videbimus Deum ſaluatorem noſtrum, id eſt, Dñm noſtrũ IESVM Chriſtũ ſecundum humilitatem illius. Is enim omnibus ſeſe hominibus conſpiciendum præbebit eadem in forma & figura, in qua propter nos vixit & mortuus eſt. Et boni quidem faciẽ eius hilarem, iucundã, glorioſam cõſpiciẽt: malis verò terribilis, de dignabũdus, & iratus nimiũ apparebit.

Pctorũ remiſſio qui bi fariẽm fiat.

1.Co.15.

Iudicium quod vbi & quõ futurũ.

Iob.19.

Chrm diuerſis in iudicio diuerſimodè appariturum.

Et

Et ſingulus quiſque per iuſtitiam & ſapientiã DEI cuncta dilucidè perſpicientem, iuſtè iudicabitur de cogitationibus, verbis, factisq; ſuis omibus: eaq; ſentẽtia ſiue iudicium nunq; reuocabitur. Mali enim ſemper damnati & perditi erunt, boniq; æterna gaudebũt beatitudine. Deindè docet nos Spirituſſanctus per Apoſtolos, vt VITAM credamus & appetamus æternam, vitam ſcilicet VENTVRI SECVLI. ſicq; in fine Symboli tum Apoſtoli, tum tota Eccleſia ſubiungũt, AMEN, in ſignum atq; argumentum, promiſſam nobis diuinitùs futuræ vitæ beatitudinem nos omnes & expectare & deſiderare debere: ſiquidem ea omnium, q̃ modò credimus, finis & conſummatio eſt. Perfecta autem beatitudo in eo ſita eſt, vt poſt hoc exilium cum anima & cõrpore in DEI gloriam tranſlati & aſſumpti, DEVM clarè cognoſcamus, amemus, ac æterna fruitione poſſideamus. Etenim ſupra omnia DEVS ipſe eſſentiale pmium eſt, vtpotè in quem ſupra omnia credimus & confidimus, cuiusq; gratia cũctas virtutes noſtras operamur. Hoc præmium vbi nacti erimus ac poſſederimus, tum omnia ſummo ac excellentiſſimo modo perfecta & conſummata erunt. Tunc nanq; æternò DEVM cõgnoſcemus, & intima cum appetentia ac delectatione amabimus, & ſine vlla defatigatione laudes gratesq; ei ſemper agemus. Singuli autem Sancti ſpeciale ſuum habebunt præmium pro dignitate & ſanctitate ſua: præmium verò Accidentale ſingulorum tam erit multiplex, quot erunt beati. Vnuſquilibet enim de aliorum beatitudine, perindè vt de propria, gaudebit ac gratulabitur. Ipſam autem præmiorũ & gaudiorum varietatem ac multiplicitatem, quam quilibet in ſeipſo & alijs omibus habiturus ſit, ſolus DEVS nouit, isq; cui volet, id poterit reuelare. Erit autem in illa vita omnimoda ſapientia: ſiquidem cognitum perſpectũq; habebimus quicquid volemus: erit etiam omnimoda poteſtas: quãdoquidem Reges erimus & filij DEI, & quicquid libuerit, faciemus: erit prætereà omnigena opulentia, eaq; longè vltrà quàm capere poſſimus, nos inundabit. Ad hæc erit pulchritudo ſempiterna & immarceſcibilis, itemq; æterna & imperturbabilis pax. Deniq; erit ibidèm omnium affluentia diuitiarũ, omnigenũm influxus deliciarum, omis boni acceſſus, atq; florida iuuentus, oĩs expers mortalitatis. Nihil ibì erit, quod quenquã malè habere aut moleſtia afficere queat: Abundabit aũt, quicqd poſſit adferre lętitiã. Atq; iſt hoc gaudiũ & lætitia & abũdãtiſſima Beatitudo, tam ingẽs, tam multiplex, tã inexhauſta erit, vt nec enũerari, nec mẽſura cõprehẽdi, nec cogitari, nec ſcribi, nec verbis exprimi, nec vlla demũ ratione oſtẽdi ſatis queat. Maior eſt em & cumulatior, q̃ vel ſpe, vel deſiderio, vel cũctis ſimul viribus noſtris cape queamus. Enimuerò Deus ipſe incõprehenſibilis & immenſus, noſtrũ vult eſſe præmium, noſtrumq; gaudium: & ipſe dicit: Serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Cùm enim cuncta vaſa noſtra Dei gloria plena erunt ac abundabunt, tunc in gaudiũ Domini immenſum ac interminatũ intrabimus, in eoq; nos amittemus, & eſſentialiter permanebimus in fruitione ſempiterna, & ſinguli in ſuo quiſque ſtatu & ordine conſiſtemus, atque in CHRISTO IESV ad cæleſtẽ Patrem noſtrum cum perenni veneratiõe ac laude erecti ac ſublati erimus. Porrò infra nos cæli, terræ, elementorum omnium, quæ poſt iudiciũ mirificè ornata erunt, elegantiã & pulchritudinem conſpiciemus. Atquì iuxta nos beatiſſimos ſpiritus angelicos & homines ſanctos, qui vnà nobiſcùm perenni DEVM laude & amore proſequentur, habebimus. Et in glorioſis corporibus noſtris vitales habebimus animas, cunctis ornatas virtutibus: ipſaq; corpora noſtra ſeptuplo Sole clariora, & tanquàm cryſtallus vel vitrum perſpicua, adeoq; impaſſibilia erunt, quòd omnis inferorum ignis & quotquot vnquàm fuêre enſes, nec minimo ea vulnere aut nocumento poterunt afficere. Tanta etiã agilitate prædita erunt ac leuitate, quòd vbicunq; anima eſſe debebit aut volet, mox in momento ſuũ ſecùm corpus eò adducet: & tanta ſubtilitate, vt etiamſi murus ſit æneus centum milliaria latus & craſſus, minori negocio quàm per vitrum Solis ſplendor, ſint penetratura. Inſuper corporalibus oculis noſtris Dominũ IESVM, eiusq; beatiſſimã & dulciſſimam genitricem ſemper virginem MARIAM, vnaq; ſanctos omnes, omnemq; antè à me commemoratum corporeum decorem ac elegantiã adſpectabimus. Internis autem oculis noſtris diuinę ſapientiæ ſpeculum, in quo quicquid vnquàm factũ eſt, quod nos exhilarare queat, relucebit ac emicabit, contuebimur. Sic etiã externis quidem auribus noſtris angelorũ & ſanctorum, DEVM ęterna laude afficientium, melodiã cãtusq; tinnulos ac ſuauiſſimos audiemus: interniis

Beatitudo pfecta vbinã ſita.

Aeterna vita qualis.

Mat.25.

nis verò auribus verbũ Patris insitũ auscultabimus, in eodemq; verbo scientiã & veritatem omnem percipiemus. Præclarissimus quoque Sanctispiritûs odor nos transibit, omni balsamo & quibuscunque aromatibus longè suauior:isq; nos extra nosipsos in æternam Dei trahet ac rapiet charitatem. Gustabimus etiam æternam bonitatẽ Dei, omni melle dulciorẽ, eaq; nos pascet & cibabit, atque per corpus & animã pferetur ac penetrabit:eiusq; nos perpetua tenebimur fame ac siti:sicq; fiet, vt perennem sitim ac esuriem etiã perpetuus gustus & cibatio comitetur, semperq; renouetur:quæ est vita æterna. Ad hęc Amore comprahendemus, & ab amore comprahendemur, Deumq; possidebimus, & vicissim à DEO possidebimur in vnitate, DEOq; perfruemur, & illi vniti, cum ipso in beatitudine quiescemus:quę quidem modinescia fruitio, & quies in superessentiali Diuinitatis substantia, altissimũ beatitudinis fundum est:siquidem hîc supra famem in satietatẽ absorbebimur, quò nulla potest esuries pertingere, quando hîc non nisi vnitas est:atq; inibì omnes amantes spiritus in superessentiali caligine obdormient, ac nihilo minùs in lumine glorię cum omi antè dicto ornatu & gloriosis exercitijs semper viuent & vigilabũt, singuli in suo statu & ordine. Nemo igitur sibi à quoquam imponi sinat ocio fallaci siue falso:certus quæ à me dicũtur, ijs nostrã fidem & scripta diuina adstipulari:quippe quæ semper duratura veritas sunt. In futura nãq; vita semper amabimus & fruemur, agemus & quiescemus, exercitabimus ac possidebimus, eaq; simul omnia in quodam NVNC, præsenti absque temporis decessu & accessu, vel sine Antè & Pòst. Si qtis diuersum affirmet, ei fides commodanda non est. Possem equidem hoc loco cõmemorare multa de singulari laude & præcellenti dignitate Martyrum, Virginum & Doctorum:sed ea nunc missa facio:satis enim multa iam diximus. Itaque hęc est vita æterna, quã obtinebunt quotquot à dextris Domini iudicantis erunt, quibus ipse dicet: Venite benedicti Patris mei, possidete paratũ vobis regnum ab origine mundi. Quibus dictis, mox ad sinistrã versus, cunctis infidelibus & quicũq; à mũdi exordio vsq; ad extremũ diem in peccatis mortiferis ex hac luce migrârint, voce terribili dicet: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, id est, Lucifero, cunctisq; peccatoribus & dæmonibus. Peccatores enim diaboli sunt serui ac mancipia: immò verò etiã serui peccati, sicut ipse Deus ait. Deindè confestim Dominus cum angelis suis & iustis hominib' ascendet in cælum: & diabolus cum suis in puteum abyssi, & in sempiterna inferorũ tormenta demergẽt. Cùm em peccatores in vita sua in æternũ, immortalẽ ac infinitum Deum peccârint, eorumq; peruersa voluntas vnà cum peccatorum maculis æternò perseueret, eamobrem etiã pœnas peccatis ex æquo respondentes luent sempiternas. Itemq; quando spontè scientesq; DEI gratiam à se repulerunt, & temporaria prę æternis amplexi sunt, Deumq; & eius gratiam contempserunt, idcircò & DEO & eius gratia æternùm carebunt. quod enim quispiam sciens & prudens vendit, suoq; in eo iuri renunciat, illo etiam vt careat, æquum & iustum est. Deo aũt & perenni beatitudine æternò carere, pœna damni vocatur:eaq; spiritalis est, & omnem in corpore sensibilem dolorem siue cruciatum superat. Paruuli tamen, qui sine baptismo decedunt, antequàm rationis sint compotes, ob solam originis culpam Deo carent, nec vllum prętereà cruciatum perpetiuntur. Sed qui spõte sua ac libera voluntate à Deo se auertunt, Deumq; cõtẽnunt ac deserunt, his ppetuò carere Deo, prima atq; grauissima pœna est. Et quia ijdem inordinatò cum amore cõtra Dei honorem ad creaturas sese conuertunt, huic amori inordinato æternus respõdet ignis. Vtrùm verò ignis iste spiritalis sit, an materialis, vel spiritalis simul ac materialis, quod mihi magis placet, Deo meliùs cõmittimus: certi eam illius esse potentiam & virtutem, vt ignem materialem in animabus & corporibus ardere facilè possit efficere. Est deindè tertia apud inferos pœna, eaq; interior, & est Tartareum ac sempiternum frigus. Qui enim Deũ non amat, magnum secũ frigus adducit, & in frigore semper pereat necesse est: quiq; creaturas amat inordinatè, semper ardeat oportet, quando ipsemet secùm ignem apportat, nempe peruersum Amorem & concupiscentiam. Et quisquis ad DEI iudicium absque charitate perductus fuerit, intima spiritûs eius præ frigore Tartareo contremiscent & cõcutientur: qui verò eò Amorem peruersum ac alienum adduxerit, eius anima & corpus igni tartareo cremabuntur. Porrò præter has pœnas impij etiam internas patientur tenebras peccatorum suorũ,

Mat.25.
Ibidem.
Ioan.8.
Pœna damni quę.
Infernalis ignis qualis.
Frigus inferni quale.

rum, ac simul etiam omni externo carebunt lumine, tãtillo duntaxat excepto, quo possint tetras ac Laruales Dęmonum & corporum damnatorũ species ac loci illius fœdissimi horrorem conspicere. Nec vnquàm in eis morietur conscientiæ vermis, sed perpetim eos rodet & arguet, quodq; vitam potuissent mereri æternam, solaq; culpa sua & propter demerita sua se æternas illas dare pœnas testabitur. Dabunt etiam magnos gemitus & querimonias, non quidem ex contritione aut odio peccati, sed præ nimia angustia, & horrore pœnarum illarum æternarum. Semper quidem morientur, nec vnquã tamen esse desinent. Vndè pœna inferni, Mors dicitur æterna, de qua Propheta: Mors, inquit, depascet eos. Vt em gloria DEI sanctos ineffabili pascit gaudio, ita pœnæ inferorum dãnatos sempiterno mœrore depascunt. Obtinebit etiam miseros illos æterna desperatio: quippe quibus id certò constabit, pœnas quas sentient, nullo vnquàm fine claudendas. Et vt modò diuersa ac multiplicia sunt peccata, ita singulis vitijs singula respondebunt tormenta. Qui enim hîc elationis & superbiæ vitio intumescũt, illic omnium infimi erunt, & à dæmonibus damnatisq; hominibus conculcabuntur. Est nanq; infernus, DEI omnipotentis carcer, vbi mala omnia ex vero æquoq; iudicio vindicabuntur. Homines auari ac tenaces ardentibus flammis tanquàm candenti argento & auro, & velut metallis liquidis perfundentur ac complebuntur: tumque desiderabunt mortem, & ea longè fugiet ab eis. Mutuum odium ac inuidentia singulorum erga alios tanta illic erit, quanta nunquàm fuit in terris. Et tamen semper in omne ęuum simul illic degere compellentur, perindè vt quæ simul in eadem coquuntur olla. Iracundia ac furor insanus haud secùs, quàm canes rabidos, qui se inuicèm discerpere ac deuorare velint, eos omnes occupabit. Tanto verò torpore animæ & corporis constringentur, quòd nullam vnquàm agere, immo nec desiderare quidem virtutem poterunt: & corpora habebant molaribus saxis grauiora ac immobiliora, non aliter quàm si sint ferreis adstricta & religata catenis. Homines gulosi & delicati ac lautitijs dediti, qui nunc Deum ex sua memoria remouent, omnemq; consolationem & prosperitatem suam in gulæ suæ voluptate constituunt, si quidẽ tales hinc excesserint, cibi potionisq; loco sulfure bullientiq; pice complebuntur, præ cuius escæ ardore sudor infernalis ex eis erumpet. Credite mihi, si quis etiam totus esset æneus, & huius Tartarei sudoris vna saltem guttula adspergeretur, mox colliquesceret. Cuius quoddam exemplum audisse me memini: Tres gulosi monachi circa Rhenum in quodam degebant cœnobio, qui non contenti cibis communibus, sed escas singulares sibi ministrari volentes, seorsim à fratribus alijs semper edebant. Quorum duo subitanea ac improuisa abrepti sunt morte: vno prę focato, altero, dum se lauaret, submerso in aquis. Vnus autem ex eis socio tertio superstiti apparens, ait se damnatum esse. Interrogatus ab illo, cui apparuit, si magna pateretur tormenta, extensa manu, guttam vnam sudoris sui in cãdelabrum stanneum vel æneum, quod ibi fortè erat, cadere permisit: quod momento celeriùs, perindè vt seuum vel cera in ardenti fornace, liquefactum est: tantusq; indè extitit fœtor, vt illius loci monachi tribus diebus à cœnobio abesse cogerentur. Ille autem Frater qui hæc vidit, relicto eo Monasterio, Franciscanus effectus est. & qui mihi hęc retulit, inibì monachum egerat, sed indè recedens, sancti Dominici institutum amplexus est. Possem hîc aliud recitare exemplum, quemadmodùm ipse legi, de illis qui impudicam agunt vitam, & in ea absque contritione & confessione moriuntur: sed quia parùm honestè dici posset, supersedere satiùs est. Id vnum pro comperto habendũ est, magnitudini oblectationis contra DEI præceptum & sanctæ Ecclesiæ constitutionẽ captæ & expetitæ, pœnæ quoquæ magnitudinẽ ex æquo responsuram: atque in ijsdem mẽbris, quibus diabolo & carni mos geritur ac inseruitur, singulares cruciatus ac tormenta perferenda. Etenim potentissima Diuinæ iustitiæ manus in igni Tartareo operatur: quo fit, vt idem ignis in singulis quibusque damnatis magìs minúsve ardeat, prout meriti sunt, atque etiam pro modo & ratione maleactorum, Atqui ignis iste sempiternus est & inextinguibilis, nec minuitur vnquàm. Non enim vnquàm damnati boni quippiam agent, sed nec appetent quidem. Vndè Dominus in Euangelio secundum Matthæum, iussit hominem non vestitum veste nuptia-

Vermis quis vbi nũquàm moriturus.
Mors ęterna quę.
Pſal.48.
Infernus qd carceris sit.
Gulosorũm pœna futura quę.
Sudor infernalis.
Exemplum notabile.
Voluptati suã ex æquo mſuram pœnam.
Mat.22.

li, id est, ad iudicium sine charitate veniẽtem, ligatis manibus & pedibus, mitti in tenebras exteriores, id est, perennem omnis consolationis, gratiæ, & misericordiæ obliuionem, vbi, vt idem Dominus ait, fletus erit & stridor dentium, qui est cantus infernalis, nullum vnquã finem habiturus: vlulatus ac rugitus dæmonum & hominum condemnatorum, & quicqd horrori ac abominatiõi esse poterit, illic semper videbitur, audietur, ac sentietur. In puteo illo infernali sempiternus erit ignis, perpetuus tremor & gemitus, stridorq; dentium, tenebræ, fumus, internæ lachrymæ, clamor miserabilis, dæmonũ visio, ardentes hominum damnatorum vultus, probra, dedecus, præ nimio æstu exarescere ac perire, sitim vehemẽtissimam perpeti, omni carere bono, in carcere tartareo catenis religari, itemq; sulfur, fœtor, miseria, timor ac pudor, dolor acerbissimus, conscientiæ vermis nunquàm rodere desinens, odium ac inuidẽtia, & ira perpetua ac pœnitentia quòd diuini vultũs cõtemplatione carere oporteat. Istæ nimirùm sunt pœnarum infernaliũ species quædam. Porrò in ipso iudicij die Tartarus damnatos omnes vbicunque fuerint, atque insupèr quicquid in mundo fœtoris ac spurcitiei est, in se recipiet: claudeturq; supernè, ac deindè nullus indè vnquã dæmon aut homo egredietur: sed erunt superiùs obstructi atque operti instar ollæ, in qua quippiam pilo tunditur: sicq; ex diuina iustitia & ob propria maleficia sua semper sine fine inibì coquentur & assabuntur. Vos igitur omnes quicunque adhuc in Gratiæ tempore estis, Vos, inquam, compello, vt iam nunc eligatis, vtra cum societate viuere ac mori velitis. quòd si gloria DEI non trahimini, saltem pœnæ infero rum vos exterreant, vt relictis vitijs, VIRTVTIBVS operã detis. Quę enim ex me audistis, CATHOLICA fides est, & Dicta sanctorum Patrum, & VERITAS sempiterna. Rogetis DEVM, vt CATHOLICAM retineamus fidẽ, sicq; virtutibus exornemur, vt in DEI iudicio, Christi suauissimam illam vocem audire mereamur,

Mat. 8. b 13. c & g 22. b 24. d 25. c

Putei infernalis descriptio.

Mat. 25.

VENITE BENEDICTI PATRIS MEI, POSSIDETE PARATVM VOBIS REGNVM AB ORIGINE MVNDI.

QVOD NOBIS PRAESTET DEVS IN SECVLA BENEDICTVS. AMEN.

DIO-

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS, TRACTATVLVS VTILISSIMVS,

De quatuor subtilibus tentationibus, per quas bona pars hominũ ad vitia pertrahuntur & seducuntur: & quomodò eiusmodi sit tentationibus resistendum, & vita correctior obtinenda.

In hoc vertendo Opusculo, partim impressum, partim manuscriptum exemplar secuti sumus.

QVI habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs, hoc est, vniuersæ Christianitati seu Populo Christiano: Qui vicerit, non lædetur à morte secunda. Hoc est: Qui aduersus diabolum, mundum & carnem dimicans, victor euaserit, non lædetur à morte, nullo fine terminanda. Hæc enim mors, secunda dicitur. Quotquot igitur studiosiùs se introrecipiunt ad inspirationes diuinas intùs hauriendas, quàm ad hominum percipienda verba foràs sese conuertant, quosq; non tam sciendi curiositas, quàm benè viuendi cupído ad audiendum Dei verbum solicitat & inuitat: qbus item Dei sermo, cibus est introductorius, in quo Deus illis quàmoptimè sapit, & placet super omnia, quiq; demũ cum fide & dilectione verbo interno simpliciter inhærent: ij sunt qui aures audiendi habent. Tales nanq; apti sunt omnem intelligere veritatem, quam Deus illis reuelare voluerit, & ipsi peccata omnia vincunt, quæ est mors prima: nec lædunt à dãnatiõe perpetua, quæ est mors secunda, quæ peccatum, hoc est, primã mortem, certissimè subsequitur. Illos verò qui multiplices sunt, & in studio sacræ scripturæ cum vana suã atq; scientiæ suæ cõplacentia procedunt & versantur, semper alios docere volentes: hos, inquã, quicũq; sequunt, nunquàm ad ipsius notitiam veritatis pertingunt, sicut nec ipsi quos sequuntur, eo quòd hi faciem suam à simplici lumine veritatis, quod in ipsis est, auertentes, ad scripturæ sese multiplicitatem conuertant. Quamobrem diuinam non merentur illuminationem. Siquidem nec Spiritui sancto, nec cuiq̃ cedere consentiũt, sed semp scripturę literã sequi, & omnia pro suo volunt sensu & iudicio non intelligere tantùm, sed & docere. Hinc sæpiùs accidit, vt opiniones & dogmata eorum, communibus bonorum hominum assertionibus, atq; sanæ doctrinæ, & veræ quoq; sanctitati repugnẽt. Indè verò bella plurima, lites & cõtentiones oriuntur, corda diuidunt, & vera charitas impediẽ quàmmaximè. Si enim resistatur illis, prorũpunt ad irã: sin verò suę voluntati relinquant, iã malè victores euadunt. De talib. Apostolus ait: Qui stat, videat ne cadat. Planè si perseueranter stare volumus, si à grauibus facinoribus cupimus præseruari: operæpreciũ est, vt discam. nosse & obseruare nosipsos per simplicem ad interiora nostra introuersionem, atq; ita intùs commorando, intra nosipsos & circa diuinas inspirationes permaneamus, audientes quid loquat in nobis Dominus Deus. Ibì veram veritatem & vitã audiemus atq; discemus: & tunc vita nostra, & sacræ scripturæ & sanctæ Ecclesię & omnibus sanctis consentanea atq; cõformis erit: sed & virtutũ ac prę cipuè humilitatis amore, tũ à scripturis diuinis, tum à cunctis mortalibus argui & reprehendi desiderabimus: & breuiter iucundum atq; gratissimũ nobis erit, & audire & videre sanam

Apo. 2.

Mors secunda.

Quinã habẽant aures audiendi.

Mors prima.

Peccatum est mortem primam.

1. Co. 10.

Psal. 84.

nam doctrinam, vitæq; ſanctitatem & innocentiam. Hæc porrò boni hominis indicia ſunt: Omnia nanque iſta inuiti audiunt, & non ſine moleſtia percipiunt, quotquot ſeipſos non penitùs exeunt, omnemque voluntatis ſuæ proprietatem in quibuſlibet rebus aduerſis, præſentibus vel futuris, non perfectè abnegant per ſtudium atque exercitium mortificationis ſuijpſorum, carnis, ſanguinis, ſenſuum, & intellectualium operationum ſuarum, iuxta omnem modum quo id facere, tam à DEO intùs, quàm à ſecretioribus amicis illius fo ris admonentur, inſtruuntur, vrgentur, ac impelluntur, quandiu hîc ſuperſunt. Cæterùm id cum primis hîc dicendum venit, quatuor in mundo TENTATIONES ſiue diabolicas ſeductiones & impoſturas, graſſari: quas ſi quis diligentiùs perſpexerit, nullo negocio noſſe poterit, vtrùm errore aliquo deceptus ſit, an Chriſtum IESVM re vera ſequatur. Sunt enim TENTATIONES iſtæ, modi qdam errorũ. Et quotquot ſpiritales videntur, nec tamẽ coram DEO veram ducũt & virtutũ ſtudioſam vitã, aliquo horũ quatuor modorũ ſeducti ſunt atq; decepti. Aduertatur hîc, oro, quænam ſint errorum omnium cauſæ atque origines. Quiſquis DEVM & ſupra ſeipſum & ſupra creata omnia intentione ac amore non proſequitur, ille ſemper diuini honoris, verarum virtutum, atque adeò ipſius DEI, neglector eſt. Hinc fit, vt omni TENTATIONUM generi ſiue modo expoſitus ſit, procliuis ad mala omnia. Siquidem infirmus & ignarus exiſtens, facilè ſeduci poteſt, & ſæpè neſciẽs in varios errores ac laqueos pertrahi. Hîc iam nihil dicturus ſum de illis, qui in manifeſtis ac grauibus mortiferis degunt vitijs: (horum enim aperta ſunt opera) ſed de ijs, qui ſub dubio, ſpecie & opiniõe ſpiritalis vitæ, erroribus implicantur ac agitantur, & à ſua ſalute procul aberrant.

Tentationes quatuor

Errorum eõm cauſę.

Prima tẽtationum quatuor, quę

¶Itaque prima TENTATIO ſiue impoſtura, qua vel maximè bona pars hominum miſerabiliter ſeducta eſt, natura eſt indomita. Ad hanc pertinent omnes illi, qui naturę & ſenſuum ſuorum voluptates, oblectationes, affectus, propenſiones & commoda ſectantur in videdo, audiendo, loquendo, conuerſando pro ſenſuum deſiderijs, deſiderando itèm placere inuicèm, prouocando mutuum amorem per munerum largitiones, per verba & opera, per geſtus, literas & nuncios: curioſitatem quoque, vanitatem & lautitias ſectando contra rationem, abſque iuſta neceſſitate, tam occultè quàm manifeſtè, in cibo & potu, in veſtitu, in habitũs varia, peregrina & laſciua ſpecie, grato q; colore, aliarumq; diuerſarum rerum multiplicitate, quibus putre carnis ſuæ cadauer, paulopòſt vermium eſcam futurum, ornare geſtiunt, quo diabolo & ſatellitibus ei ſeruientibus, queant placere. Hæc igitur prima eſt TENTATIO ſiue impoſtura, quæ & communiſſima eſt omnibus, quæ omnem ferè totius Eccleſiæ & populi Chriſtiani deuotionem ac ſynceritatem miſerabiliter infecit atque corrupit. Ipſa ſiquidem in MONASTERIJS, in Incluſorijs, in Ordinibus, inter Prælatos, atque in omni ſanctæ Eccleſiæ ſtatu, à ſupremo vſque ad infimum dominatur: quæ potior cauſa eſt, cur verę virtutes hodiè tam parùm agnoſcantur, tam miſerè negligantur ab omnibus. Quodq; magis dolendum eſt, adeò quidam excæcati ſunt, vt mutuam complacentiam dicant eſſe caſtitatem & ſpiritalem amicitiam, quam DEVS amet: ſe teneros & infirmos, ac nobilioris habitudinis vel complexionis eſſe, & ideò multa commoditate & ſupellectili opus habere. Denique bonos quoſque omni honore dignos aſſeuerant, perſuaſum habentes ſe tales eſſe: in quo tamen nimiùm falluntur. Et licèt chorum noctu diuq; viſitent, multa legant, pſallãt, preces vocales multiplicent, & id genus alia bona opera perficiant, ea tamen nec ipſis, nec DEO ſapiunt, eo quòd ad exteriora diffuſi, ſecundum carnem ambulent, non ſecundum ſpiritum, cæci, & inobedientes veritati ac inſtinctui Spiritusſancti. Ideoque ſacra ſcriptura, & ſancti veteres in cælis iam degentes, verbis & vita omnes illos execrantur & maledicunt, qui cùm ſecundum carnem & ſanguinem viuant, nihilominùs ſe ſanctos eſſe arbitrantur. Tales nanque deſtruunt, quod CHRISTVS & Sancti eius, ſanguine ſuo, & tam viuendo quàm moriendo, ad DEI gloriam ſacrârunt, fundârunt que. Denique hæc prima TENTATIO eſt, quæ in carne dominatur, per quam plurimi ſeducuntur.

Virtutes verę cur vel ne ſciant adeò, vel negligãt.

II. ¶Secunda TENTATIO, ex qua ſecundus error oritur, prædictæ contraria eſt, vtpotè quę ex falſo ſpiritu procedit, magnam præ ſe ferente ſanctitatem, vbi nulla eſt. Hinc liquidò aduertere licèt, multos in graues errores incidere, qui tamen plurimũ videant religioſi & magna præditi ſanctitate. Quod vt manifeſtius fiat, quę ſubiungo, notanda ſunt. Quicunq; neglecti-

ctiorem habitum, vitã duram & pœnitentię deditam aſſumit, & amicis atq; cognatis, bonis temporalibus & omni mundano ſolatio ita renũciat, vt in hoc ſeipſum magis, propriumq; commodum & lucrum ſuum, quàm Dei honorem, ſpectet & amet, hic inſtabilis eſt & procliuis ad malum, ad illapſus vel incidentias vanas diuerſarum rerum, cogitationum & imaginum, & ad quaſlibet TENTATIONES ſpiritales & errores. Opera nanq; ſua, ex ꝓprietate quadam ſuijpſius perficit, & ad ſeſe reflectitur. Et ſi DEVM diligit, eidemq; qualecũq; ſeruitium impendit, cùm id pro ſuo faciat lucro, commodo & amore priuato, amor iſte naturæ eſt, non gratiæ. Sibijpſi enim necdum mortuus eſt, nec ſe libero Dei vult beneplacito reſignare & offerre. Ideoq; DEO omnipotenti confidere non audet: quippe cuius natura cedere nuſquàm, ſed in omnibus vult eſſe certa atq; ſecura. Quapropter DEVM pro ſua voluntate & commodo habere deſiderat, putà, vt ille ſpecialem quandã ipſi præ ceteris exhibeat familiaritatem, angelum aliquem aut ſanctum ipſi mittat, à quo, vti viuendum ſit, inſtituat, & vtrùm Deo placita ſit vita ſua, intelligat: vel certè literas aureis ſcriptas characteribꝰ ad ipſum perferri curet, aut ſaltem ꝑ ſomniũ ſiue viſionem beneplacitum ſuum ipſi reuelet. Hæc autem vt plurimũ ex ſpiritali ꝓcedunt ſuperbia, qua excæcatus eiuſmodi, tantis Dei beneficijs dignum ſe arbitrat. Et licèt quibuſdam ſanctis talia contigiſſe dubium non ſit, nõ eſt tamen, cur iſte ad ſimilia adſpiret. Hîc porrò fallitur ſæpiùs. Singularia DEI beneficia ſanctis quibuſdam præſtita, ſibi quoque præſtari exoptat: ſed ſaluberrima ſanctorum dogmata, vitamq; ſanctiſſimam pro nihilo ducit negligitq;: vellet autẽ libenter inuiſam anteà ſanctitatem exhibere, & raris quibuſdam vijs, nulli hominum cognitis, ingredi. Et quia ex amore priuato, quo quis ſeſe ac ſuum potiùs quàm Dei amat & aucupat honorem, falſa quædam & vmbratica ſanctitas, & hypocriſis, id eſt, vita ſuperba ac ſimulata naſci ſolet, ſingularem quendam forinſecùs viuendi modum, ſigna & geſtus aſſumit, & ſingularem præ ſe fert ſanctitatem, quo ab omnibus credatur eſſe ſanctus: atq; per hos ipſos, quos foris exhibet, ſingulares modos ſuos, gratiam inueniat apud omnes, placeat omnibus, & cunctorum opinione magnus habeat. Sed ſi vita pœnitentiæ dedita, dura ac rigida exercitia, & externa inſtituta ſiue modi, profunda ſint cordis humilitate deſtituta, ſemper ibi hypocriſis quædam admixta eſt. Hinc nimirũ accidit, vt is de quo agimus, eiq; ſimiles, æquanimiter ferre non poſſint, vt aliquis ipſis dicat ſanctior, aut maioris ſit opinionis quàm ipſi. Nam & inſtar phariſæorũ ſpiritaliter ſuperbi ſunt, & ſuo iudicio ſapientes & perſpicaces, cùm tñ reuerà obeſæ naris ſint, inſcij atq; rudes, vtpotè q ſummã felicitatẽ & ſanctitatẽ in ſolis externis opibus conſtituant. Et ſi DEO ꝑmittente diabolus illis vel per ſomnia peruerſa, vel per viſiones manifeſtas appareat, trãsfiguratus in angelum lucis, gloriant admodùm, & ſibijpſis impenſiùs placent: atq; ita periculoſiùs adhuc decipiunt: iſtaq; adeò ſibi appropriãt, vt deindè vix vnquàm conuerti poſſint. Hic itaq; ſecũdus eſt TENTATIONUM modus, per quem hoſtis fraudulentus homines, ꝓprietarios, qui ſuam nolũt abnegare, exire, relinquere voluntatem, quiq; ſeipſos per inordinatum ſui amorem poſſident, tentat atque ſeducit. ¶Tertia TENTATIO ſiue impoſtura ꝓcedentibꝰ longè intellectu ſubtilior eſt, difficiliusq; aduerti poteſt. Hunc incidunt, qui religioſum ſiue ſpiritalem viuendi modũ tenentes, ſenſibus ſubtiles ſunt & acuti, ac intellectus naturalis acumine & verſutia pollent, ſed diabolica fraude ſeducti, natura ac donis naturalibus pro naturæ voluptate, abſq; amore & paupertate ſpiritũs, profundaq; humilitate, vtuntur & exercent. Natura ſiquidem ipſorum & ſenſus interiores, naturali lumine vigent ac florent, ipſumque lumen tanta cum voluptate ac proprietate poſſident, vt omninò perſuaſum habeant, veritatem omnem & quicquid ad vitam rectiſſimè inſtituendam ac agendam ꝑtinet, abſque ſupnaturali diuinæ gratię opẽ & auxilio ſe capere poſſe, & ꝑſpecta habere. Sed in hoc falluntur maligni ſpiritũs conſilio ac perſuaſu decepti, magnamq; ſpiritalem ſupbiam incidunt, adeò ipſorum animum inflantem, vt rarò poſſint reſipiſcere. Putant eẽ primã veritatẽ naturali ſuo lumine ſe cõſequi & appræhendere poſſe: atque ſuo acumine & ſcientia penetrare & pueſtigare moliuntur arcana quæq; myſteria ſacræ ſcripturæ, quam ipſe Spiritusſanctus, æternaq; ſapientia dictauit. Hinc præ ſupbia, quatument, ſe totius orbis ſapientiſſimos credunt, omnemq; ſcripturam multo ſe lucidiùs ac perſpicaciùs intelligere arbitrant, quàm ipſis ſanctis, qui eam ex Sanctiſpiritũs inſpiratio-

Singularia aliquorum, vniuerſis ad exoptanda.

Humilitas quãtã vbiq; vim habeat.

2. Cor. 11.

III. Tentatio.

Sciētię potiq; sanctitati incumbere, quale quid.

ne conscripserunt, docuerunt, ac viuendo sectati sunt, fuerit intellecta. Horum omne exercitiū est intùs imaginari, studere, & ipsas quoq; scripturas, quatenùs audent, arguere. Alios quosq;, vitam sanctā & simplicem, aut pœnitentię deditā ac rigidā ducentes, vt rudes asinos & bestias despiciunt: quippe qui sibijpsis præ omnibus placent, plusq; delectationis & gaudij intùs experiunt in illis, quę intra sese per rationē intelligunt & apprehēdunt, quàm in his quæ rationē omnem transcendentia, fidem exigūt, fideq;, non intellectu, capiuntur, & æternā nobis conferunt beatitudinem. Quapropter non absurdum fuerit, eos gentilibus ac paganis incredulis DEVM ignorātibus comparare. Semper noua quedā & nouas adinuentiones proferre gestiunt & exhibere coram hominibus, loquentes indè cum naturæ delectatione. Est enim hoc maximè commune eis, vt agant omnia & loquant ex quadā suāpprietate: quo fit vt placeāt sibijosis, priuatum venent honorē & superbiā exerāt, quis id ipsi minimè aduertant. Huc accedit, quòd vt plurimū difficilis extrinsecùs conuersationis sunt, moro sam quandā præ se ferunt grauitatem, adspectu torui & asperi, erga alios superbi & animosi, & corpori suo necessaria, quauis preciosa & lauta, abundè in omnibus administrantes. A cunctis honorari appetūt, & cęteris hominibus anteferri. En hic Tertius est Tentationum modus, quo omnes illi seducunt, qui magno ingenio ac subtilitate præditi, in sua naturali prudentia aut acquisita scientia per vanam suam complacentiam sese extollunt, atque per

IIII. seipsos cū lumine naturę suę absq; gratia Dei assc̄dere moliunt. ¶ Quarta Tentatio siue impostura, præ iam dictis ampliùs formidanda, (quam quotquot incidunt, adeò à DEO cunctisq; virtutibus procul aberrant, vt vix vnquàm ad iustitiæ semitam reduci possint) omnes illos complectit, qui sine virtutum exercitijs, per indepictū nudumq; intellectū, essentialem animæ suæ existentiam intra se reperiunt, possidentq; in nudo quodam ocio spiritūs ac naturæ suæ. Hi in vanum & cæcum quoddā essentiæ suæ ocium plabūtur: omniū prorsus bonorum operum & exercitiorum, intùs æquè vt foris, incuriosi fiunt: cunctasq; internas actiones, vt est verbi gratia, velle, nosse, diligere, desiderare, & omnem demū actuosam ad DEVM accommodationē, contemnunt abijciuntq;. qui si toto vitæ suę spatio vna saltem horula DEVM puro amore ac intentione fuissent prosecuti, verasq; virtutes gustassent, ad hanc cęcitatem & infidelitatem, plabi haudquaquā potuissent. Sanè ipse Christus Dns & redemptor noster, omnes beatorum spirituum ordines & homines sancti, in omne æuum agent, amabunt, desiderabunt, gratias agent, laudabunt, velle & nosse habebunt: & sine his actionibus beati esse non possunt. Ipse DEVS si non operaret, neq; DEVS esset, neq; beatus. Vndè multùm fallunt isti planè miseri, & omni lachrymarū fonte plangendi, qui in peruersa naturæ suę qete obdormiunt ac demergunt, eandēq; colunt & sectant quietem. Cumq; hanc intra se sentiunt, absq; amore & virtutum exercitijs ipsam possidere, eidemq; inherere volunt. Indè verò magna infidelitas, herefis, & puersa falsaq; spiritūs libertas oritur. Hac tentatione siue impostura quotquot seducunt, vt plurimū simplices sunt, in virtutibus parùm aut nihil exercitati, & de vera suī mortificatione, ne pilum quidem habentes: aut si etiam diu multumq; in magna se pœnitentia exercere curārunt, absque amore tñ & pura erga DEVM id intentione fecêre. Istorum modus est, quieta corporis in aliquo loco Sessio & collocatio, & omni operatione seposita, cum ociosa & ab imaginibus denudata sensualitate, intra seipsos se recipere. Et quia absq; exercitio sunt & amorosa ad DEVM adhæsione, ideò non penetrant seipsos, sed in sua ppria essentia quiescentes, ipsam pro Deo seu idolo habēt. Interim tamen vnum esse cum Deo & vnam essentiam cum illo sibi habere videntur. Quod cùm impossibile sit, omninò periculosissimè grauissimeq; decepti sunt, sicut & antè dixi, & aliās crebrò me vobis dixisse memini. Iam restat vt videamus, quo pacto his iam dictis & alijs quibuscunq; tentationibus & imposturis qsq; reluctari, eas diuino fretus auxilio superare, Deoq; honorificè, & sibi ac proximis omnibus vtiliter viuere debeat & possit. Quod sanè quisquis obtinere appetit, aliud ei omninò tenendum est iter, alia ad cælestem patriam gradiendum via, quàm sit ea de qua hactenùs locuti sumus. Seipsum nanque vt verè miser peccator, qui nihil ex se habeat, nihil possit, nihil velit boni absque gratia & auxilio Dei, in loco infimo sub hoibus vniuersis collocabit, cōstituetq;: (Super hoc suæ depressiōis ac humiliatiōis fundamētum, vitā poterit sublimē construere) semperq; intùs cum Publicano clama-

quinā ppido lo habeant seipsos.

Remediū cōtra tētationes primū.

mabit, dicēs: Deus, propicio esto mihi peccatori, simulq; spem perpetuam erga diuinam geret bonitatē. Dehinc præcepta Dei & sanctæ Ecclesiæ tali strenuitate aggredietur, vt fixum habeat in animo suo, ea quoad vixerit, diligenter implere, & perseuerāter inherere eisdem. Rectæ ratiōis suæ dictamen promptè sequetur, Deoq; & cunctis hominibus, apud quos vitam agit, libenter obediet, quatenùs in hoc pacem, virtutem & suæ proprietatis mortificationem consistere aduerterit. Sensus atq; naturam sub freno semper habebit, cunctis inordinatis resistet oblectationibus, seipsum exiet & abnegabit: propriam voluntatem, iudicium, & sensum in omnibus, quando in hoc virtus sita erit, mortificabit & abijciet. Crucem suam tollens, dominum Iesum Christum in pœnitentia & abstinētia sequetur, discretè tamen, quantùm vires corporeæ & natura poterit sustinere. Erga omnes strenuā fidelitatem & beneuolentiam, & communem in animo geret dilectionem, à quibus neminem prorsus excludere licebit. Domino Deo suo integram exhibebit obedientiam, & in omnibus eiusdem cum illo voluntatis erit. In aduersis quibuscunq; patientiam cum hilaritate coniunctam seruabit: mitem, benignum & Amabilem se præstabit omnibus, quos aliquo saltē modo ad Deum & virtutes se conuertere posse putabit. Prælatis ac superioribus suis, immò & bonis omnibus, vbicunq; eos nosse poterit, pro cuiusq; tamen conditione, sine simulatione honorem impendet ac reuerētiam. In omnibus omnium necessitatibus, plena fidelitate, verbis, opibus, & rebus oibus qbus poterit, salua semper discretione, misericordiæ & charitatis exercebit opera, ac pietatis viscera pandet. Omibus falsis ac subdolis hominibus, vbicunq; eos agnouerit, semper grauem, serium ac maturum se exhibebit. Quæcūq; recta ratio dictat, aut diuinæ tradunt literæ, aut sancti homines docēt, pro viribus (cum discretione tamen) obseruare conabitur. Possem hîc innumera dicere, quæ ad vitam componendam moresq; formandos pertineāt, de bonis quoq; exercitijs & vitæ sanctimonia: sed istud habenti fundamentum, de quo iam paulò diffusius loquutus sum, intra seipsum, cum Dei gratia cuncta ad vitam rectè instituēdam necessaria inuenire, pronum erit. Est enim hîc communis quidam virtutum modus, omnibus illis oppidò quàm necessarius, qui Deo placere volunt, & tentationes omnes vincere. Attamen velim nos adhuc subtiliùs & profundiùs interiora nostra scrutari, & obseruare, quo diuitias Dei in spiritu nostro viuentis, lympidiùs ac viciniùs reperiamus sentiamusq;. Itaque nosipsos intrò recipere debemus, ac nudam & indepictam intelligentiam incompræhensibili exhibere & exponere veritati DEI, quam nobis impressam, nosq; vicissim illi impressos, & vnum cum illa effectos, in nobis inueniemus. Et hæc est clarissima vox, qua Dei filiū inuocamus, eiusq; cū illo hereditatē & nosipsos possidebimus. Deindè hac sublimi cū dignitate & honore ad nosipsos redeūtes, corā oipotenti Dei maiestate nos submittemus ac inclinabimus, idq; in quandā nostrī nihilipensionē, resignationemq; ad perferenda æquanimiter oia, quę Deus nobis euenire voluerit in tempore ac perennitate. Et hæc est vox gratiosissima. Ita & Christus secundum humanitatem sese demittens, vitam nobis æternam comparauit, ac emeritus est. Cum hac voce diuinam inuocamus iustitiam, simulq; cū Christo in infinitam Dei abyssum siue pfunditatem, cuius fundum nemo vnquàm attingere valebit, descendimus. Ex hac verò pfundissima demissione, libera mente ad summā nos sublimitatem erigemus, atque cum omnibus beatis spiritibus & sanctis, Dominum DEVM in Christo IESV amabimus, laudabimus, eiq; deuotissimè gratias agemus nūc & in omne æuum. Et hæc est iucundissima vox, qua supsanctissimā inuocamus Trinitatem, quam intra nos inueniemus habitantem in nobis cum omniū donorum & gratiæ plenitudine: nosq; cunctis cum virtutibus ab illa nobis collatis, in diuinam reflexos vnitatem. Deindè ex hac locupletissima vnitate liberè pfluemus vnà cum largissima bonitate diuina, cordeq; liberalissimo atq; pijssimo per cælum & terram, cum gratia & gloria, bonisq; omibus cuiq; necessarijs pmanebimus. Et hęc est vox dulcissima, qua sanctū inuocamus spiritum, per quā amoris possidemus latitudinem, vnumq; efficimur cū illo. Porrò vbi amor ita spiritum possidet in vnitate, tum spūs attingit viuacitatem, eidemq; immensas suas diuitias felicissimè gustādas exhibet porrigitq;. Tum verò cuncta hoīs interiora delectatiōe spiritali, castissimaq; pmouentur voluptate: vndè deinceps auidè desiderare & inhiare incipit in amoris infinitatem. Et hæc est occultissima vox, qua ipsum postulamus amorem, vt nos in se

Luc. 18.

Matt. 16.

in se absorbeat atq; cõsumat in abysso sua, vbi omnes amãtes spiritus sua destituũtur operatione, & fruitioni cedũt & vacant. Ibi se caliginosum manifestat silentiũ siue quies, q̃ supra omnẽ modum ociosa cõsistit, in qua mortui sumus, & supra nosipsos viuimus. Hæc est em̃ fruitio & summa beatitudo nostra. Hic est ꝑpetuũ quoddã silentiũ in nostra, vt ita dicam, supessentialitate: hic nullũ ꝓfertur verbũ in ꝓsonarũ vnitate: nec huc quisquã ꝑtingere potest absq; amore, & virtutũ exercitatiõe in iustitia. Fallũtur igit, & ab omi ꝓcul veritate nimis aberrãt, quotquot falsum sectãtur ocium, falsamq; spiritũs libertatem. Et hæc ratio est oẽs vincendi tentationes, cunctasq; nequissimi hostis insidias & imposturas. Sanè hanc amoris celsitudinem & perfectionem multi nullo negocio cõsequi possent, si ita probè & sapienter exercere se curarent, vt iam superiùs dixi faciendum. Sed hoc plerisq; admodùm difficile est, & à paucis adamatur. Alij nec perspectum habent, vt carnem & sanguinem, & quod amplius est, propriam oporteat mortificare volũtatem. Nemo proindè facilè sibi magnam arroget sanctitatem, nemo de seipso plùs æquo sentiat. Sæpè etenim non nisi naturalis quædam affectio siue propensio est, hoc est, indita naturę delectatio & proprius sensus siue iudicium, & instabilitas aut nouitas quædam, vel naturę impet', quod magna putatur esse sanctitas atque perfectio. Quandiu enim quadragesimum necdum excessit annum, ad varias affectiones homo pronissimus est & natura instabilis: frequenter etiam saporem & delectationem quęrit, seipso neque sciente, neque aduertẽte, in exercitijs suis: atque ita his ipsis vt plurimũ natura sese admiscet. Vndè fit, vt vbi se spiritum souere, id est, sanctè viuere existimat, ibi immortificatam quandã suijpsius proprietatem & merã naturam suam foueat. Hinc sanctus Papa Gregorius Leuitas Testamenti veteris vsque ad annum quadragesimũ in Tabernaculo fœderis ministrasse, deindè vasorũ custodes effectos fuisse ait, ea ratione, quòd tunc natura frigidior sit & ad occasum tendat: sicq; Leuitas per ministerij sui perseuerantiam & bonorum operum aggregationem in seipsis, ea ætate sedatos, roboratos, solidatosq; fuisse. Indè etiam est, quòd olim in lege anno quinquagesimo, qui Iubileus dicebatur, terra quiescebat, remissio fiebat cunctis habitatoribus terræ, laxabantur debita, reuertebatur quisque ad hæreditatem Patrum suorum, captiui soluebãtur, & serui liberè nati, manumittebantur. Ita nimirùm Dominicam intra nos consequuti natiuitatem, seu verbi æterni generationẽ experti, tum primùm viuere incipimus: estq; tunc oppidò quàm necessarium, vt in templo DEI, hoc est, intra nosipsos ministremus, actibus Pœnitentiæ incumbendo, & sanctis operam nauando Exercitijs, donec per Dei gratiam, terrenam & vitiosam vitã nostram, & quicquid tam Deo quàm virtuti contrarium est, in cogitationibus, verbis, moribus, actibus, & cunctis Exercitijs nostris, funditùs extirpemus, abdicemus, atq; vincamus: adeoq; ipse in nobis Dei amor conualescat, vt ad affluentissimam bonitatem, quæ idem ipse est, nos sustollere queat: vbi tum eadem bonitas cuncta interiora nostra penetrans perfluensq;, tanta ea voluptate & gaudio perfundet atque replebit, vt omis terra corporis nostri, ocio & quiete perfruatur. Exterior nanq; homo noster eo tempore ab omi feriabitur opere & Exercitio. Et hic est quinquagesimus Remissionis annus, dictus IVBILEVS. Incipimus autem numerare ab eo tempore, quo Christus Dei sapientia in nobis natus est. Hæc est, inquã, nostra ad ROMANAM vrbem peregrinatio. Hic enim debita laxantur omnia, id est, peccata remittuntur: captiui à vinculis omnibus absoluuntur, id est, animus ab omni inordinato quarumlibet rerum creatarũ amore eximitur: serui omnes, qui de libera stirpe seu progenie descendẽre, manumittuntur, id est, vires animę superiores tantam consequuntur libertatem, vt in suî eleuatione DEVM amare, laudare, Deo gratias agere & seruire, in quolibet etiam modo, omni loco & tempore, possint, absque vllo siue dæmonis, siue mundi, siue carnis impedimento. Attamen vires infimæ & sensus exteriores, perpetuę manent subiecti seruituti, ac laborare coguntur. Cùm enim caro sint, & ex carne traxerint originem, si suæ voluntati relinquerentur, ipsam quoq; carnem sequerentur, & carni seruirent: atq; ita opus eorum vitiosum foret, rectæq; contrarium rationi ac inordinatũ. Hoc igitur modo ad æternã nostrã reuertimur hæreditatem, quam heu peccando vendidimus ac perdidimus: & ita demũ veri custodes tabernaculi Dei quod nosipsi sumus, efficimur, quãdo iuxta Apostoli doctrinam, in sanctitate & honore scimus vnusquisq; possidere vas suum, & per diuinam virtutẽ omes supe-

Affectionibus qualibꝰ quousq; obnoxij simus.

Gregorius.

Iubileus.

1.Thes.4.

superare tentationes, atque libera mente sine impedimẽto supra omnia ad perenne bonum illud, quod nostra hæreditas, nostra est beatitudo, nos subleuamus. Quod nobis omnibus præstare dignetur, super omnia toto diligendus affectu, dominus noster Iesus Christus, propter nos sæpè à diabolo, sæpè à mundo & flagitiosis hominibus tentatus, qui nobis hæreditatem patris sui precioso sanguine, morteq; sua acerbissima comparauit atq; mercatus est, vt hanc, ab omni absoluti impedimento, liberi atque felices cum ipso & in ipso possideamus in beata & interminata perennitate, Amen.

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS,

De septem Custodijs libellus multò pijssimus.

PRAEFATIO AVTHORIS.

VM primis quidem & ante omnia Deum, & amare & spectare seu pro scopo habere nos, æquum est, charissima. Propter quod obsecro, vt vltimum petas locum, & ita poteris ad summum amoris ꝑuolare gradum. Et id quidem Deo pollicita es aciuramento confirmasti: si steteris promissis, nimirùm inter electos numeraberis. Si qd interim in te rebelle, & quod obedire nolit, senseris, id haud secus q̃ stercus asperneris. Odio prosequaris quicquid in te vitij est: idq;, vbicunq; potes, profliges ac depellas. Teipsam autẽ ama & diuini cultus & famulatus gratia, & à Deo veritatẽ doceberis. Sed his ita præmissis, iam veritatem ipsam liquidò præscribere aggrediamur.

Amor sui quõ licitus.

¶ Vt nihil sit præclarius Christi seruitute. Caput I.

CONIDERANDVM tibi est charissima, vt Christus Dei filius seipsum abiecerit ac humiliârit, serui forma assumpta, in qua nobis deseruiret, vtq; mitis, benignus, pius, & cælesti Patri suo ad mortem vsq; nostrî causa obediens fuerit, & in medio discipulorum suorum velut minister vixerit, suoq; ore professus sit, non se ministrari venisse, sed ministrare. Quam etiã ob causam iuxta humanitatẽ sublimiter exaltat' est, dato illi nomine à Deo, quod est supra omne nomen, (Apostoli verba sunt hæc) vt in nomine IESV flectatur omne genu cælestium, terrstrium & infernorum. Quæ cùm ita sint, si æterna Dei sapientia miseros peccatores & seruos ad suî famulatum eligat, libenter sanè illi famulari: atq; obedire debes, neque illi duntaxat, sed & superioribus tuis. neq; est vndè magnipẽdere debeas seruire te Deo, sed id potiùs pro magno habeas dignari illum te famulam habere. Nam etiamsi vel Romani Imperatoris filia & totius orbis domina fores, ijsq; omnibus derelictis, ad pauperis ancillæ conditionem te abijceres, seruiens Christo in membris eius, etiam tum sanè esset vndè meritò gauderes, tanquam cui ingens bonum & grandis honor obtigisset. Nulla enim in terris aut maior dignitas, aut sublimior honos esse potest, modò id probè intelligeremus, q̃ sit seruire Deo. Etenim sapienter seruire Deo, regnum possidere ac gubernare est. Et licèt regnum istud in nobis, dum hic sumus, occultum & abditum sit, post hanc tamẽ vitam manifestum erit, vbi Dominus IESVS dixerit: Eugè serue bone & fidelis, intra in gaudiũ Domini tui. Atq; eam ob rem quicunq; hic domini ac dominæ esse volunt, nec cuiquam seruire dignãtur, sed mâlunt ab alijs sibi inseruiri, ij ad Dei regnum non pertinent. Enimuerò etiam ipse Pontifex

Philip.2.

Luc.22.

Mat.20.

Philip.2.

Seruiendi Deo dignitas quanta.

Mat.25.

Romanus ſeruum ſeruorũ Dei ſe ſcribit, idq; de ſe vt ſentiat neceſſe eſt, quãtũ qdem ad ſpiritale miniſteriũ, & ſanctę ECCLESIAE vtilitatem attinet, ſi modò Chriſti ſectator eſſe velit, & regnare cum Chriſto. Sed & ipſa probè noſti, vt D. Frãciſcus ſecundũ religionẽ pater tuus, Chriſtũ Chriſtiq; Euãgelium verbis & actib' ſectat' ſit, vtq; paupertatẽ, abiectionẽ, ſuũ contẽptum, obedientiã elegerit, optãritq; toti' orbis communẽ ſe pſtare miniſtrum, modò id cõmodè fieri potuiſſet, & vt deniq; inter fratres ſuos humilis, morigerus, & omniũ minimus vixerit, eundẽ viuendi canonẽ, idemq; exemplum tibi ſectãdum relinquẽs. Quò facit & hoc, q; ſupremi veſtri ordinis ppoſiti ſeu plati, miniſtrorũ nomine appellant, vt vel hoc ipſo ſignificet, toti vbiq; ordini & corporaliter & ſpiritaliter, hoc eſt, laborãdo, docẽdo, corrigendo, ſanctè viuẽdo, miniſtrare ipſos debere. Et ſeruat quidẽ hodiè canon iſte ſeu Regula, ſed ſecundũ gloſſas duntaxat, nõ vt ipſa verborũ veritas habet, quẽadmodũ ſolebat ab initio. Pauptas em in magnificũ dñatum, opulentiã, mollitiẽ, quaten' hæc adipiſci licet, abijt. Et verbis quidem laudat paupertas, re autem ipſa negligit. Pœnitentiæ ſtudiũ & labor vehementer torpuit, fratribus ſibi pſuadentibus affecta & debili ſe eſſe valetudine, eamq; ob cauſam ſolatia & cõmoda ſua captãtibus. Doctrina in ſubtilitates verſa eſt, & quæſtiones, & noua quædã commẽta ſeu adinuentiones, parùm aut nihil ad Dei honorẽ, aut animarum ſalutem facientes. Correctio & caſtigatio remiſſa ac mollis eſt: neq; id mirum, qñ charitas & timor elanguerunt. Et ſi qua interim adhibeat correctio, fit id potiùs famæ cauſa quàm DEI, aut ſalutis animarũ. Ita iam prohdolor vitæ ſanctimonia apud ordines omnes Religionisq; Monaſticæ ſtatus, plùs ſatìs obſcurata eſt ac interijt. Quamobrẽ ſoror mea, ſi viuida eſſe Dei filia, & à Chriſto IESV amari appetis, eius exempla ac inſtitutiones ſectãdę tibi ſunt, itemq; priſci illi ſancti, qui in naſcentis Eccleſię initijs ac deinceps vixerunt, à quibus canones ac ordines Monaſtici inſtituti ſunt, idq; verbis & factis, honeſtis moribus, ſanctis exercitijs tum internis tum externis, tam coram DEO, quàm mundo & hominibus. Id verò hac ratione aggredi & inchoare debebis.

S. Franciſcilaus

Miniſtrorũ vocabulo p̃lati qui cur ita vocent.

Virtutes q̃ quib' vitijs cõmutatæ.

¶Qua ratione bona vita inſtituenda & agenda ſit. Cap. II.

Sãctitatis totius fundamentum.

PRINCIPIO ſciendum tibi eſt, totius ſanctitatis fundamentum conſcientiæ eſſe puritatem. Quã vt poſſis adipiſci, teipſam explorabis ac diſcuties, examinabisq;, quantùm longiſſimè meminiſſe potes, à primis ætatis puerilis initijs: & ſi quid in te repereris, quod cenſeas eſſe mortiferum peccatum, indè coram ſacerdote & æterna veritate te expurgabis contritione, confeſſione & ſatisfactione, ac deindè ſpe bona ac certa erga diuinam miſericordiam fidutia concepta, peccata tua tibi remiſſa confides. Atquì licèt à Deo peccatorum veniam conſecuta ſis, nihilominùs coram illius ſemper miſericordia perſeuerãs, corde & affectu intùs vociferaberis: DEVS, propicius eſto mihi miſeræ peccatrici. Animũ tuũ perpetua cum laude ad ipſum ſuſtolles, & affectum ac deſiderium tuum cum diuina bonitate ad beatos & mortales omnes perenni cum charitate latè extendes: cor verò tuum ingenti cum reuerentia corã ſublimi Dei omnipotentis maieſtate & Domini IESV pedibus ſubmittes ac humiliabis: in eoq; verſaberis exercitio, & quendam illius habitum tibi efficies ac comparabis, in quo omnes vitæ tuæ dies verſeris ac ambules. Porrò ſingulis q̃busq; diebus manè ſurgens, flexis humi genibus, humiliter precare DEVM, eam tibi prẽſtet gratiam, vt ea die ſic miniſterium exequaris tuũ, vt ad ipſius honorem, tuam ſalutem ac cœnobij totius pacem & quietem cedat.

Luc. 18.

Quotidiana Religioſorũ exercitia.

¶Quemadmodùm ſub Miſſæ auſcultatione ſeſe exercitare quis debeat. Caput III.

SI PER officium, quo fungeris, atq; per ſuperiores tuos licitum erit, MISSAE ſacrum auſcultes. Et in ipſo Miſſæ exordio peccata tua & incuriam, negligentiam ac defectum Deo confitearis atq; queraris, orans illum, vt tuĩ miſereatur, tibi clemẽtem ac propicium ſe exhibeat. Deindè petas ab illo, vt veritatis, virtutis & iuſtitiæ viã te edoceat, tibiq; demonſtret. Si concionem aut ſalubres inſtitutiones auſcultes, diligenter attenta ſis: idq; viuendi potiùs, quàm ſciendi cauſa. Qui enim multa nouit, neque iuxta ea tamen

Facere, multo q̃ ſcire p̃ſtare.

men vitam componit ſuam, is temporis precioſi iacturã facit. Deindè ſub Miſſæ ſacro Chriſti IESV paſſionem tibi proponas, amãti cum compaſſione eam commemorãs ac animo reuoluens, & humili cũ deuotione gratias illi agens, q; tuĩ ac peccatorũ tuorũ cauſa homo fieri, viuere, ac turpiſſimã & acerbiſſimam perpeti mortem voluerit, eamq; Patri cæleſti & teipſum ſimul ac omnes neceſſitudines tuas & quicqd ad ſanctæ Eccleſię vtilitatem pertinet offerens, ſicut & ipſe moriens fecit, atq; etiãnũ facit in vita æterna corã cæleſti Patre ſuo. Et hoc eſt venerandum illud ſacrificium, quod Chriſtus ipſe, vt dixi, fecit, quodq; hodiè faciunt ſacerdotes oẽs in Miſſa, vbi virtute Dei carnẽ Chriſti & ſanguinẽ conficiunt, eadem in paſſionis, mortis & æternæ charitatis eius, quam & in tempore nobis exhibuit, & exhibebit deinceps in æuum ſempiternum, memoriam offerentes. Simul autem cum his offeras ſublimem & celſiſſimam intemeratæ ſemperq; Mariæ, ſanctorum Apoſtolorum ac martyrũ prẽſtantiã & dignitatem, confeſſorum firmã ac honeſtiſſimã profeſſionem, puriſſimam virginum caſtitatem, & laudes angelorum, omnemq; que ſanctæ ECCLESIAE cultum ac miniſterium. Et cum omni hac oblatione, & cum vniuerſis viribus, & tota facultate tua in diuinæ Maieſtatis conſpectum tete erigens, ibidèm cum laude & gratiarum actione atque intimo amore conuerſeris ac commoreris, hoc ipſo paſſionis & mortis Chriſti, & bonorum omnium, quæ vnquàm in cælis & terris facta ſunt & fient, particeps futura. Hac enim ratione fructus omnes venerabilis Sacramenti in anima ſpiritaliter percipiunt ac obtinentur. Ad idem quoq; præſtantiſſimũ Sacramentum intima cum deuotione, magnoq; deſiderio, & cum ſodalibus tuis accedas, non quidem quotiès tibi libitum erit, ſed pro ordinis conſtitutione & conſuetudine. Quando autem ad ipſum acceſſura es, ante & poſt perceptionem, & quotiès poteris, ad ſpiritalem eſuriem ac ſitim cęleſtis & ęterni edulij tete exerceas, idq; adeò, vt omẽs internæ vires ac venæ tuę illo cibo refiçi ac exatiari hianti ore ac deſiderio appetant. Excitat enim Deus famẽ in viribus noſtris per ſuã gratiam, & noſtrã exercitationem: idemq; ipſe animę eſſentiam implet & exatiat per ſuã in ea inhabitationem. Agè ergo eſurias illum & ſitias vehementer, & in eſſentia tua quandã ſenties ac experieris ſaturitatem. Modò enim poſſis ipſa Chriſtũ auida cum appetitione edere atq; manducare, ab ipſo quoque viciſſim manducaberis & in ipſum tranſferéris. Ita enim habent verba illius: Qui manducat, inquit, carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in illo: quæ eſt vita æterna. Rurſumq;: Niſi, inquit, manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitã in vobis, videlicet placentem & gratã Deo. Tam ergo vehementer amare coneris, vt æterna Dei charitas te ſuis ſtringat amplexibus: ſicq; vnus cũ Deo ſpũs & vnus Amor efficieris. Porrò in Sacramento ipſo cordiali te amore & ſenſibili appetentia ac deſiderio exercitabis. Siqdem CHRISTI carnem, ſanguinem & corpus accipis. In rationali autem anima tua amorem & iuſtitiã exercebis, quãdoquidem vitalem CHRISTI animã cum vniuerſis meritis & omni gloria eius ſuſcipis. In mente deniq;, hoc eſt, in ſpiritu tuo amorem exercitabis liquefaciẽtem. Etem Chriſtũ ſumis Deũ & hoĩem, qui te illuſtrare poſſit atq; tranſformare in diuinitatis vnitatẽ. Ita videlicet amabis Dñm DEVM tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua, quod eſt primũ & maximũ mandatũ, ſanctitatis omis principium ac finis. Cęterùm ſi amorem & ſanctitatem in ſupremo gradu colere, exercere ac poſſidere velis, vim intellectiuã à cunctis expẽdias ac nudes formis & ſimulacris oportet, & per fidẽ ſupra rationem eleues, vbi æterni Solis micant radij, q; te ſuo illuſtrabit ſplendore, & omnem docebit veritatem, & veritas liberabit te, & nudum adſpectũ tuum in formæ neſcia defiget ac ſtabiliet nuditate. Beatos illos oculos, q̃bus hanc videre contingit. Siqdem viſionem hanc vis amatiua nudo amore ſemper inſeqtur, & in ipſo ſequendi actu diuinæ gratię riuus iugiter manat, animã iſtiuſmodi ad viuidum ſanctiſpũs fontem introducẽs, vbi ęternę ſuauitatis ſcaturiunt venę inebriãtes animã, ſupraq; rationem eã ſubleuãtes in quandam vehit aberrationem ſeu auia itinera, in ipſam ſcilicet ęternę ſalutis ac beatitudinis eremum: & hęc verę ſanctimonię radix ac ſubſtantia eſt, ex eademq; radice interna virtutũ exercitia continenter emergunt ac proficiſcuntur. Non enim poteſt amor vacare ocio.

Qua deuotione ſeu feruore Menſã dñica accedenda.

Ioan. 6.

Ibidèm.

Exercitia q̃ q̃bus & vbi oportuna.

Matt. 22.

Luc. 10.

Verę ſanctitatis radix.

¶De quadruplici internarum exercitationũ modo. Cap. IIII.

Modus I. INTERNARVM autē exercitationum quadruplex modus est. Primus ad Deum nos sustollit cum intima charitate, cum amore perenni, cum laude & gratiarum actione, cum deuotis precibus, cum sitibunda strenuitate ac exactione libera cum fidutia cōiuncta, cum defectu spiritūs & omnis actionis nostræ in amoris & æternæ bonitatis illius contuitu. Iste videlicet primus internæ exercitationis nostræ modus est, & sursum tendens nostræ in Deo vitæ celsitudo. Alter modus ad humilem nostrijpsorum contemptionem deorsum nos mittit, ita vt nemo nos suis laudibus extollere queat, certos videlicet, cuncta opera nostra Deum in nobis operatum esse: neq; etiam quisquā vituperando cōtristare aut premere nos queat, quando peccatorum nostrorum solum Deum iudicem fore certi sumus. Et quia peccatores sumus, & in cunctis virtutibus deficimus, libenter & sub Deo, & superioribus ac præfectis nostris & æqualibus, itemq; inferioribus nos submittemus ac humiliabimus: neq; cuiquam nos comparare aut ęquiparare audebimus, sed potiùs contēnemus nosipsos, & infra omnes infimos, omniumq; mortaliū indignissimos nos putabimus, & sub cunctas nos demittemus creaturas, etiam sub dæmones ipsos, vt nos, quatenùs Deo visum erit pmittere, flagellis & vexationibus afficiant, sicq; peccata in nobis sua vltione plectantur, & Deo honor, nobis verò confusio & ignominia fit. Hic alter est modus exercitatiōis internæ, descensus videlicet vitæ nostræ, quo nos despicimus, ac nihili facimus, in humilitatis vsq; fundum. Tertius porrò modus foràs nos mittit cum exercitatione interna in charitatis latitudine, ita videlicet, vt sanctos omnes veneremur, de eorum meritis & laude gratulemur ac exultemus, eorum preces & auxilium imploremus ac ambiamus, vt & nos cum ipsis in meritis & æterna Dei laude idonei ac digni efficiamur: vtq; cum bonis omnibus per charitatem & virtutes nos coniungamus ac vniamus, quo simul omnes adipisci victoriam, & in extremis nostris palmam referre, & hostibus nostris esse superiores valeamus: vt deniq; tum pro nobisipsis, tum peccatoribus quibuscunq; Dominum precemur, vt nostri misertus, à peccatis & vitijs nos abstrahat, & ad electorum numerum adiūgat. Et hic tertius internæ vitæ modus est, quo ad proximos egredimur in latitudine charitatis, cęlum terramq; gratiæ & virtutum diuitijs ac opibus implentis. Quartus demum internæ vitæ modus, rationem nostram inter tempus ac æternitatem constituit: & inferiùs quidem vbi despicimus siue deorsum respicimus, mundum hunc nobis ostendit ceu exilium quoddam, in quo velut in carcere detinemur: Superiùs autem dum suspicimus, cælorum nobis regnum demonstrat, quò vocati & electi sumus. Et quandiu ratio nostra inter vtrunque suspensa manet, mœrore ac dolore afficimur: cernimus enim supra nos gloriam Dei & pacata ac tranquilla omnia, neq; eò tamen pertingere licet: & infra nos miram conspicimus instabilitatem, vitia & peccata, probra ac ignominiam & rerum omnium confusionem ac perturbationem, & istic demorandum nobis est: itaq; mundus hic nobis in crucem, tædium ac nauseam vertitur: atq; ea re dum in isto degendum exilio est, plorare, gemere, queritari cogimur & dicere cum Propheta: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Hinc verò ex Dei gratia in cordibus amantibus suprema, quam equidem nouerim, virtus emergit, videlicet patiens longanimitas, eaq; sic dicit: Non mea Domine, sed tua voluntas fiat semper: non meum commodum, non mea oblectatio aut voluptas, sed tuus honor & laus tua. En meipsum dedo ac resigno & permitto tibi Deus meus, non in tempore modò, sed etiam in æuum sempiternum. Hæc nimirum internæ exercitationis longitudo est, cuncta patiēter ac longanimiter sustinens & expectās. Hosce quatuor internæ vitæ modos si cum ipso substantiæ fundo, in quo suas egērunt radices, adepta es, iam in nudo ocio supra rationem contemplari, itemq; ratione virtutes omnes distinctè ac discriminatim cōsiderare poteris. Quod qdem exercitium ceu nummus quidam est ex puro confectus auro, quo æternam liceat mercari ac obtinere vitam. Sed vnusquilibet nummum probet & inspiciat suum, num probè aureus, & iusti ponderis, & vtraq; ex parte debitè formatus sit. Quæ quid sibi velint, attendas oro. Quando Deum ipsius duntaxat causa, nō ob aliud quippiam amamus, iam nummus noster ex puro confectus auro est: cumque alia omnia in charitate & non nisi ordinatè siue in ordine ad Deum gerimus & exercemus, ijsq; vtimur, ita vt Dei amor omnibus præponderet, iam

II.

Esaiæ 26.

Quàm submissè de nobis sentire debeamus.

III.

Sanctos vt veneremur.

IIII.

Miseria præsentis vitæ.

Psal. 119.

Psal. 41.

Virtus præcipua quænam.

Nūmus noster qñ aureus sit.

iam nummus noster iustus est, ac debitū habet pondus suum. quādo deniq; Christum sequimur, & nostram ferimus crucem, naturamq; nostram pœnitentiæ studijs premimus ac mortificamus, eiq; reluctamur, & præfectis ac maioribus siue superioribus nostris, legiq; & pceptis Dei, & rationi nostrę ac vitæ Dñi Saluatoris morem gerimus, iam Christus viuit in nobis, & nos in illo: atq; hoc ipso nummus noster suum habet decorem, formam ac monetā à crucis latere: at nihilo seci' eundē nos magis ac magis virtutibus exornare conabimur, idq; sectandis vestigijs Dñi saluatoris. Et latus qdēm nudum seu informe nūmi nostri, animę nostræ essentia est, cui De' suā impressit imaginē. Cumq; per fidem, spem & charitatē intrò nos recipimus, atq; ita Deum amamus & possidemus, in nudo nūmi nostri latere imaginem illius supnaturaliter accipimus. siquidem sacrosanctę Trinitatis imagine, quę Deus ipse est, nudum nūmi nostri latus, id est, vita nostra introuersa, insignita, formata, ac decorata est: quādoquidem illic & Deus in nobis, & nos in Deo viuimus. Ita ergo nudum nummi nostri latus, Dei inhabitatione: & crucis latus tum virtutibus nostris, tum Dñi IESV vita ac meritis decoratur. Atq; hic aureus numm' est, idem ipse dignus vita ęterna, cùm sit ipse vita æterna. Itaq; sibijpsi singulus quisq; inuigilet, certus quòd quisquis nummū suum vitiosum ac deprauatum ad Christi tribunal apportauerit, igni semper arsuro addicendus sit. At tamen si modò nūmus tuus fortè plumbi admixtione vitiosus est, nec iustum pondus ac debitā monetam habet, obsecra & implora Spiritumsanctū, vt purum tibi largiatur aurum, quo inter te & ipsum tantę elegātiæ ac puritatis possis nummū cudere ac exprimere, vt Deo gratus & acceptus sit. Verùm de his iam dictum sit satis.

Qñ iusti pōderis.

Qñ suā habeat, monētam.

Nūmū vt qsque suū corrigere debeat.

¶De obedientia erga superiores, de humilitate & cura erga infirmos. Caput V.

DICAMVS nunc, quemadmodū, soror mea, in humilitate ac castimonia vuiere debeas, ita vt Dei filia sis, & virginum aureolā cum pmio centuplici adipiscaris. Ait quodā loco Propheta Dauid: Audi filia & vide, & inclina aurem tuā, & obliuiscere populum tuū & domū Patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Obsecro igitur soror mea, audi Deū & prælatos tuos, & vide atq; attende qd illi præcipiant, & inclina aurem tuā ad omnem obedientiā, & sic concupiscet rex (id est, Christus) decorē tuum. Manè posteaquā Missæ sacrum auscultaueris, ad tuum perge laborem. quòd si vsque eò occupata es, vt Missam audire non possis, neq; Dñici corporis sacramentū percipere, nihil te res ista perturbet. Gratior est Deo obedientia quàm victimæ: & resignatæ voluntatis maior atq; vberior & excellentior semper fructus est, quàm pprię voluntatis. Semper etiam infima & abiectissima atq; contēptissima seruitia & officia eligas ac amplectaris, siue ea coquinæ sint, siue valetudinarij, aut domus infirmorum. Nulli quicquam imperes aut iubeas, nisi cui fortè, præfecta sis: sed semper per teipsam quicquid poteris libens exequaris. Si infimum atq; extremū tibi demandet officium vel ministerium, gaudeas, & gratias agas Deo qd id prestare queas. Quòd si infirmarum habere curam iubearis, serenum ac hilarem illis vultum exhibeas, seruiasq; illis hilariter, humiliter, & cum mansuetudine ac citra murmurationem. Et licèt illæ fortassis morosæ sint ac impatientes, cogites te ministrare Christo: tamq; benignam, piam, ac mitem illis exhibeas faciem, vt coram Deo & te meritò pudefiant: quātò autem pauperiores atq; ægriùs affectæ sunt, & rariores amicos habent, hoc eis propēsiùs atq; prompti' seruias, neq; eas solū attēdas, qbus inseruis, sed Deum potiùs, cuius causa id agis. Magno verò opere caueas, ne aduersa correptas valetudine, siue verbo, seu facto, aut gestu aliquo tuo cōtristes, vel affligas & premas: sed si quas cōspexeris mœrore animi cōtrictas aut impatiētes, tum dñica, tum sanctorū perpessiōe eas cōsoleris, cōmemorās eis, vti illi alacriter & cū gaudio aduersa ptulerint, atq; ea re beati iā & gloriosi agāt in cęlis. Qñ petūt qppiā sibi necessariū, absq; mora q̄ poteris celerrimè id eis ministres aut ministrari cures: Si quid verò petāt incommodū ac perniciosum sibi, & vndè morbus possit augescere, si id ministrare vereris, simula te non intelligere qd velint. quòd si illę in petendo pertinaci aīo psistāt, dicito illis nociturū ipsis quod petūt: at si nec sic qescāt, agè cū cōsilio supiorū tuorū, aut eorū, q te prudētiores magisq; experti sint. quicqd aūt eis aut cibi aut potionis paraueris,

I. Reg. 15.

Obediētia q̄ sit grata Deo.

Infirmi vt tractandi sint.

Infirmi vt ad patientiam incitādi.

ris, id tanta munditia, tantaq; saporis gratitudine, modò possis, accures ac præpares, vt illis satisfaciat, eoq; contentæ sint, & vtrobiq; pacem conserues. Lectos quibus decumbũt, subinde moueas atque componas: & quicquid poteris commodi illis impendas, idq; eo magis, quo erunt teneriores, & his opus habebunt. Si res postulet, maneas peruigil apud eas, tantaq; dum illis ades, hilaritate vtaris, adeoq; verbis iucundis & ad exhilarãdum appositis eas recrees, vt quæcunq; malè valent, te sibi adesse peroptent. Verba salutaria & pia exẽpla tum Domini Saluatoris, tum sanctorum illis referas, si tamen audire velint, vt quibuscunq; adesse te contigerit, simul omnes spiritaliter in anima reficiantur.

¶ Vt sese gerere debeat, qui aduersa laborat valetudine. Caput VI.

PORRÒ dum ipsamet aliquo morbo correpta es, ita tibi persuadeas, pauperẽ te esse peregrinam, alienæ domũs vtentem hospitio, & ad ęternam patriam suam peruenire cupientem. Itaque sis patiens & hilaris in omnibus, & agas gratias Deo pro beneficijs ac donis eius, nec quicquã aliud velis vel optes aut eligas, nisi quod Deus præstare & conferre velit, neq; plùs satìs curiosa sis, hoc est, non nimiam tui curam geras, sed sis contenta omnibus, quæcunque præstantur tibi. Resignes te Deo, neq; de hominum infidelitate aut solatij defectu, vel morbo ipso queraris, & licèt nemo te inuisat, non murmures, nec iudices quẽquam, sed de manu Dei tui accipias, quicquid is tibi euenire volet. Ede & bibe ea quæ tibi ministrantur, si tamen libet aut potes, velut mendicus quispiam. Etiamsi cibus aut nimiùm salsus, aut adustus, aut insipidus est, cogites Dominum IESVM dum maximè sitiret, & esset ægerrimè affectus, fel & acetum potasse, & tacuisse tamen, nec quicquam questum esse: ita & tu quoq; illius causa rebus oblatis contenta sis. Iam si quid fortè libeat, quod tamen non habeas, & sit tibi necessarium, indicare illud poteris illis qui tibi adsunt: & si quidem obtinueris, age gratias Deo: sin minùs, esto patiens, & Dei causa libenter eo careas, & erit Deus merces tua. Refrena interìm cupiditatem ac appetitiones tuas, neq; exigas qcquid in mentem venerit, aut appetitus exigit. Id enim solent homines delicati, rebus omnibus locupletes: sed molestum ac graue est in homine mendico ac paupere, & probro datur ac ægrè auditur ab illis, q eiuscemodi homini adsunt. Si alij tui parùm memores sint & obliuiscantur, neq; te inuisant quando id tibi putas necessarium, feras isthæc moderatè & placidè, certa tum adesse tibi Christum cum sanctis & angelis suis. Semper esto hilaris, & à querelis ac murmure abstineas. Sit tibi Deus semper in corde, & bona verba in ore, sicq; in virtutibus iugiter profectum facies, & quotquot sese tibi adiunxerint, meliores à te recedent.

Querimonia vitanda ægrotis.

psal. 68.

Hoim visitationes raræ infirmis qui ferendæ.

¶ Communes quædam institutiones viuendi cum proximis. Caput VII.

ATQVÌ vbi conualueris, & morbo liberata, pristinas recuperaueris vires, rursum ad officium vel ministerium tuum humiliter accede, nec quicquam eligas, sed quicqd iniunctum erit, id assumas, eoq; pergas, siue id sit lauandi officina, siue valetudinarium aut domus infirmorum, aut culina ipsa: & quantùm quidem ex te est, semper mãlis infima seruitia, ijsq; tibi demandatis gaudeas, ac libens ea amplectere: sin verò exaltari te contingat, doleas, & inuita id recipias ac nolens, atque hoc pacto facies in virtutibus profectum. Esto præterea simplex & prudens, & fidelis in officio siue ministerio quo fungeris. Non mentiaris vnquàm, non iures, nec vnquàm sciens & prudens cuiquam maledicas aut execrationibus vtaris: qui enim his dediti sunt & assueti, animas suas perdunt. Inter sorores pacifica sis, & feras æquanimiter aliena onera, neque propriæ sis dedita voluntati, sed cum sororibus in omnibus rebus bonis cõcordiam sectere. Nemini exprobres aut verbum mordax dicas, neminem spernas, neminem contristes, aut premas, aut confundas, aut contumelia afficias, aut iudices temerè, nec cuiquam detrahas aut obloquaris. Quin potiùs ames omnes, inuideas nemini, neminem neque verbis neq; factis decipias, non rancorem vllum retineas, nec vindices quicquam. Sed sis mitis ac benigna, neq; vlla pro re contendas aut decertes, sed semper vinci ac superari te patiaris: magisq; velis virtutem seruare incolumem, quàm superbiam, contentionem ac propriam retinere voluntatem. Nihil omnino fictè ac simulatè

Humilia officia libẽter amplectenda.

Hypocrisis fugienda.

geras, quo videaris ab alijs, aut sancta credaris: sed sis verbis & actibus verax, & omne in te vitium odio persequaris, idemq; diligenter obserues ac animaduertas, & vbicunq; poteris, profliges ac elimines. Eas quibuscum viuis, bonis verbis, magìs verò etiam bonis exemplis instituas. Si qua te vel facto, vel dicto offendit, ilicò corde remittas, etiamsi illa id nõ petat, nec desideret: tamq; illi iucundum ac amicabilem exhibeas vultum, vt rubore suffundatur & erubescat coram Deo & te, animoq; mitescat ac sedetur. Sin verò ipsa aliquam vel verbo, vel actu læseris, mox veniam preceris, & ab illa tibi ignosci petas, & si necesse sit, possisq; eam hac ratione placare, eiusq; tibi conciliare gratiam ac beneuolentiam, eius te vestigijs aduoluas. Inter consodales posita, semper iucunda, amicabilis ac benigna sis, non singularis, sed communis, & parata singulis quibusq; tuam expetẽtibus ac desiderãtibus operam. Ista nimirùm iam dicta, à te Deus expetit atq; præstari peroptat.

¶ De vitanda in mensa edacitate, & vt in mensa sumendoq; cibo se quis gerere debeat, & de corruptis quorundam moribus. Caput VIII.

VBI verò ad Refectorium cum cæteris accesseris, benedictionẽ mensæ pro consuetudine legas, & licèt magna te fames occupet, ingensq; cibi ac potũs appetitus, caueas tamen excessum ac immoderatum eorum vsum: quando gula causa & origo est vitiorum omnium, quippe cùm indè torpor, acedia, & impudicæ propensiones, atque interdum etiam libidinosi actus oriantur, ex quibus deinceps diuersa ac multiplicia vitiorum monstra emergunt ac proficiscuntur. Adam quidem protoparẽs noster nulla licèt fame laboraret, gulæ tamen vitio tentatus est, & legem Dei violauit, atque eo ipso in mortiferum lapsus crimen est, & nos simul omnes cum illo. Atqui CHRISTVS Dei filius & famem sensit, & tentatus est à dæmone, sed vicit improbum, nostræ institutionis causa ita illi dicens: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Constat enim, ex duabus hominibus naturis compositum esse, spiritali videlicet & corporali, hoc est, anima & corpore. Et corporea quidem natura cibo alitur corporeo, & spiritalis alimento viuit spiritali. Fames corporis quandoque perit, cibus deficit, & vita mortalis est: at esuries spiritualis, quæ est charitas amorque diuinus, æterna est, esca vitalis, & vita beata ac gloriosa, vtpotè qua DEO felicissimè copulamur ac vnimur. Cibum corporeum aut ipsi nobis præparamus, aut paratur ab alijs: sed escam spiritalem DEVS ipse nobis in beata æternitate parauit: & vbi spiritalis esuries est, ibi quoque æternum alimentum semper paratum est: contrà verò vbi fame laboratur corporali, ibi plerunque rerum defectus ac ingens penuria est. Ita quisquis spiritaliter esurit ac sitit, nunquàm non reficitur à DEO, viuitque coram DEO in gratia: sed qui corporalem duntaxat famem sentiunt & implere contendunt, iustitiæ fame neglecta, mortui sunt coram DEO, cùm vita illorum non nisi beluina sit. Quando igitur corporis percipis necessaria alimenta, animo ad DEI conspectum subleuato, cum CHRISTO, & angelis & sanctis omnibus discumbe inter sorores seu consodales tuas, donaque & fercula ex DEO manantia suscipe, sicq; secundum hominem interiorem æterna aleris ac reficieris esca, hoc ipso victura in DEO. Moriaris (obsecro) mundo, & viuas DEO: quæ sursum sunt, hoc est, cibum æternum à CHRISTO tibi præparatum, quæras & sapias. Neque te tui corporis cura occupet, sed eius victum necessarium accipe, ita vt à Deo datur ac prouidetur: neq; ibi saporem, aut delectationem, aut commodum quæras, sed rudiori cibo contenta esto: & quæ alijs supersunt edas, si tamen natura tua id patitur. Sis discreta ac prudens, & naturæ tuæ attende habitudinem siue complexionem, & quibus habeas opus, quibusque carere possis. Si enim corpori vltra necessaria plùs nimio indulseris, hosti tuo vires addes: sin autem minùs quàm debeas illi tribueris, mancipium tuum, quo DEO te seruire oportebat, destrues. Inspice quæso vitas priscorum patrum, eremos incolentium, vt illi panem suum certo pondere & aquam certa mensura sumpserint, idque maximo abstinentiæ amore, cuius causa etiam carere, ac penuriam pati, & ipsa quoque necessaria parcè ac strictè capere, solebant: interìm tamen erga sibi conuiuentes, itemque aduentantes hospites, pios ac liberales se præbebant.

Gene. 3.

Matt. 4.

Deut. 8.

Hoiem duabus cõstare naturis.

Cibũ sumenti quid mente tractãdũ.

Naturæ habitudo obseruanda.

Sed

Sed & primi illi ordinum Monasticorũ Patriarchæ ac Architecti siue institutores, non verbo tãtùm, sed etiã exemplo suo, vt verbi gratia, Augustinus, Benedictus, Bernardus, Dominicus, Franciscus, in seipsos qdem rigidi, duri ac seueri, & sobrij ac temperantes admodùm, ita vt necessaria parcè sumerent, fuisse legunt: sed erga fratres & qui eis aderant, clementes, propicij, & perquàm pij ac liberales in omnibus quæ illis fuissent necessaria. Et isthæc vita, istiq; viuendi canones, in libris hodieq; descripta visunt, sed in cordibus & actibus ppemodùm obliterata sunt ac pessùm iêrunt. Abbates enim & Abbatissæ & Prælati Ecclesiastici cuiuscunq; illi Religiosi sint statûs, magna ex parte, vt videt, dominãdi pompam & sui corporis oblectamenta, grãdi alenda familia & immanib' faciendis sumptibus, colũt ac sectantur haud secùs quàm si in mundo agãt. Et in omni propè Religione, & in multis cœnobijs diuites & pauperes, pindè vt in mũdo, inuenire licet. Prelati, Monachi, Monachę, & quos fratres ac sorores vocãt, & quotquot in Religiosis statibus locupletes sunt, suis obseratis cubiculis, edunt ac bibunt quicqd libet. Vesperi percontãdum est, quid altera die cibi ac potûs ministrari, idemq; vt apparãri sibi velint. Nolo quisquã putet me hîc de infirmis, valetudinarijs, senio affectis, aut qui ita teneræ sint naturæ, vt neglectiori vel incondito cibo vti non possint, agere, sed de illis poti' omnibus, qui carni viuant, & seipsos ac suum commodum inordinati' ament, qui omnes duri, inclementes, auari sunt, nec facilè vel seipsos vel quicqd habent aut obtinere possunt, alijs communicant ac impartiunt. Istos haud incongruè quisquam diuiti illi comparauerit Epuloni, cuius Domin' apud Lucam meminit, qui purpura & bysso induebat, & epulabat quotidiè splendidè, nec alijs quicquam tribuebat, ne ipsi qdem Lazaro mendico ad ostium illius iacenti. Enimuerò fratrum pauper conuentus, in refectorio velut ad diuitum ostium ponit: sed nihil illis, præterquàm quod debetur, apponitur: & licèt tantos edant clamores, vt vel in cælo audiri possint, nec sic tñ vel oũ vnum aut halec dimidium, præter solitũ, illis datur: tametsi interdũ ieiunare, & onera nocte ac die cantãdo & legendo ferre coganṭ. Sed si isti obedientes ac patientes sint, & in ordinis obseruatione ad mortẽ vsq; constantes pseuerent, cum Lazaro ab Angelis in Abrahæ sinũ perducunt: diuites autem auari, qui bona cõmunia sibi priuatim vendicant ac vsurpant, & indè pro sui corporis voluptate ac delectatione viuunt, cum diuite Epulone in inferni pfundo sepeliuntur, vbi in flãmis semper arsuris vel guttulam vnam aquę pro linguæ suę petent refrigerio, nec eam vnquàm obtinebunt. Quapropter in cibo ac Potu percipiendo sobria ac temperans, taciturna & necessarijs contenta esto: & dum corpori necessaria præbes alimenta, cor ad Deũ subleuato. Sumpto cibo, dic gratiarum actiones cũ cęteris p instituti vestri consuetudine: laudes & grates agens Deo pro bonis omnibus, & obsecrans eũ p illis, à quibus ea præstita sunt vobis: itidemq; orans, vt det veniam immoderationi siue indiscretioni tuæ, si quid plùs minúsve sumpseris, seq; tibi propicium præbeat.

Luc. 16.

Inclementia quorũdã erga subditos.

Post cibum quid agẽdũ.

¶Qua ratione sit accedendum ad hominum colloquia. Caput IX.

Deindè si fortassis ad cãcellos, vbi fit collocutio, vocata fueris, si qdem libens eò & cum animi voluptate accedas, est sanè quod doleas: quippe quæ plùs adhuc carni viuas, quàm spiritui, plùs mundo, quàm Deo: cuiq; etiam primũ illud desit, quod ad clausurã siue custodiã tuã pertineat. Quãdo autem ad cancellos iam dictos itura es, neq; nimiùm tete habitumq; tuũ coles ac apparabis, nec etiã plùs satìs abijcies, sed medium obseruabis. Cumq; ad cancellos ventum erit, fixis humi oculis, in nullius intendas vultum, nec quenquã tc considerare sinas, modò id vitare possis: maximè verò adspectum caueas virorum. Eos qui te inuisunt, breuibus ijsq; simplicibus salutes verbis. Si religiosi aut spiritales sunt, ora eos, vt boni quippiã tibi referant, vndè possis effici melior, & vt in votis tuis atq; cœnobio, cui inclusa es, ad extremum vsque spiritum persistere queas. Si seculares sunt & mundani, cautè satìs attende verbis tuis, ne quid ex tuo proficiscat ore, quod carpi ab illis possit, aut eis esse offendiculo: tamq; sedeas procul à cancellis, vt qui te inuisunt, & te dicentem audire, & abs te audiri queant. Nihil de amicis, neq; cognatis, nec de vlla re mundana scisciteris. Si quis ex te quicquam percontet, quod tibi constet, respondeas

Habit' vt cõponẽdus sit.

In colloquẽdo qs seruãdus modus.

deas quàm poteris breuissimis ac apertissimis verbis. Sin verò id interroget quispiam, quod ipsa nescias, nihil verearis nec te pudeat illi fateri eius te imprudentem esse. Quòd si cupiant quidam audire ex te vndè corrigantur, vituperes apud eos peccata, & commendes ac prædices virtutes & iustitiam: terreas eos pœnis tartareis, ac consoleris Dei misericordia, proponasq; illis immanitatem ac horrorem dæmonum, & tormentorum inferni, itemq; gloriam & lætitiam angelorum & sanctorum cum Deo in æterna degentium vita ac beatitudine. Ita inquam, loquaris eis, adiunctis exemplis ad isthæc appositis & accommodatis: sicq; arguentur ipsi ac instituentur, terrebuntur ac consolationem accipient, idq; in omnibus eis necessarijs. Nihil à quoquam exigas aut petas, neq; sine superioris permissu quicquam des vel accipias, & à cunctis hominibus & erga eos occupationibus & collocutionibus, vt primùm poteris te expedias, atq; ad tuam cum Deo vnitatem & solitudinem reuertaris. Si enim ita affecta sis, vt libenter & cum affectu ad colloquij cancellos accedas, & citiùs foràs quàm intrò te recipias, delectetq; te fabulari, & cum aduentãtibus colloqui, ac rumusculos mũdanos percipere, non poteris illustrari intùs, sed in dies magìs ac magìs obtenebraberis, atque rudior & crassior efficieris: & licèt boni quippiam diuinitùs senseris aut perceperis in gratia & virtutibus, hoc ipsum amittes, & intùs virtutibus vacua, & corde multiplex, vaga & instabilis reddéris, & sub precibus tuis gustu, strenuitate & diligentia ac deuotione destituéris, formisq; ac simulacris & peregrinis cogitationibus atque id genus alijs innumeris culpis & vitijs abundabis. Quamobrem obseruaui ipse in D. Clara ordinis ac instituti tui duce ac auspice, septem eam custodijs inclusam fuisse, atque ita cunctis virtutibus illustratam, clarificatam atque exornatam esse, sanctamq; & beatam vsq; ad diuinæ fruitionem gloriæ effectam esse. Hasce custodias septem quæso vt attentis percipias auribus, quas equidem commemorare ac docere te constitui, modò eas ipsa suscipere velis. Neq; enim conferre eas quisquam potest, nisi spiritussanctus: neq; suscipere, nisi qui Deum amet.

Loqua citas quãtùm obsiti.

D. Clara quibus se custodijs inclusérit.

¶De prima custodia. Caput X.

In prima quidem custodia, per Dei gratiam ac liberæ volũtatis arbitrium corpus includitur, tum videlicet, quando tecùm ipsa ex amore constituis ac proponis & Deo polliceris, omnes vitæ tuæ dies absq; immutatione eo te in loco permansuram in seruitio ac cultu Dei, in quo nunc agis siue constituta es. Hęc, inquam, prima custodia est, cui corpus per gratiam ex amore & libera voluntate ac spontè includitur. Libera siquidem charitas, corporis custodia est.

Promissio stabilitatis in eodem loco.

Corporis custodia quæ sit.

¶De altera custodia. Caput XI.

Sequitvr porrò altera custodia, vbi externus sensitiuus homo in interno rationali homine includitur, ita vt portio sensitiua rationis semper imperio, haud secùs quàm ancilla dominæ suæ subdita ac morigera sit. Etenim ratio custodia ac conclaue tuum erit, in quo demoraberis, quodq; charitate, sanctis exercitijs, cunctis tum corporalibus tum spiritalibus virtutibus munies ac exornabis. Sunt autem custodiæ vel cõclauis huius quinq; portæ, quæ sunt sensus quinq;, quas Deus rationis curæ ac solicitudini commisit, vt eos à cunctis seruet ac tueatur hostibus. Et licèt sensus isti ad externum hominem iure naturæ pertineant, non tamen potest eos moderari ac regere, cùm sit ipse stolidus ac fatuus & sensibus consentiens, eoq; cum omnibus ad se pertinentibus meritò interioris hominis debeat imperio subiacere. Quotiès enim ex aliqua harum quinq; portarum absq; rationis permissu & vigilantia foràs progreditur, semper peccatum admittit, si naturæ suæ propensiones & oblectamenta sectetur. Idq; vbi accidit, à ratione trahendus est intrò, & pro ratione culpæ ac errati sui obiurgandus, castigandus, flagellandus & verberibus afficiendus. Si nãq; sic diu foris hæreat, & amore ac voluptate capiatur, in eandem captiuitatem etiam interiorem hominem secùm pertrahet atq; perducet: tum verò vterque apostata ac stolidus reddetur, & custodiam atque conclaue siue cellam suam amittet, in quam ingressus hostis tartareus, sibi eam vendicabit: quo facto, necesse est & Deũ & virtutes omẽs ex animæ regno depelli ac exturbari. Serua igit custodiã siue cõclaue tuũ, virtutesq; cole & exerce, & libẽter intùs maneas, sicq; afflictiões & necessitates oẽs & qcqd te excruciat, vincere ac superare valebis.

Ratio vt sit custodia nostra.

Portæ 5.

¶De tertia custodia. Caput XII.

Charitas & Gra Dei vt obtineatur.

EST deindè custodia tertia, quę nunquã non patet, nunquã non recipere parata est, quotquot id appetunt. Nihil enim custodia hæc aliud est, quàm gratia & charitas dñi IESV: neque ea obtineri vel possideri potest, nisi integrè redamando. Rumpenda igitur nobis sunt vincula omnia, laquei omnes atterendi, cuncta trãscendẽda, & curæ, occupationes, solicitudines cordis, & omis inordinatus Amor propulsandus ac repellendus. Ita enim exuemus nosipsos, ac deponem' veterem hominem cum actib' suis, & induemus nouum, id est, Dñm IESVM Christũ, q nos seipso, & vita, gratia, ac charitate sua vestiet & induet. Cũq; hoc pacto suę nos charitatis & desiderij habitu vestierit, & nos in illo, & ipse in nobis viuet. Et hęc tertia nostra custodia est, qua affectus vel desiderium nostrum modo excellentissimo exornat. Enimuerò Dñi præceptum est, vt ex toto corde, ex tota anima, & ex cunctis virib', siue tota vi affectiua amemus: vbi verò amans cum dilecto in eadem amoris custodia iungitur ac vnitur, ibi amor perfectus est. Et hic cordialis amor ita erga DEVM exercitatus, quartam nobis præstat custodiam.

Ephe.4.

Deut.6.

Amor qñ perfectus sit.

De quarta custodia. Caput XIII.

EST autem quarta custodia, quãdo ex amore propriã voluntatem, omnemq; adeò proprietatem in liberrimam Dei resignam' ac abnegamus voluntatem, vt iam nihil aliud, nisi quod velit Deus, velle possimus. Tum enim libera voluntas nostra sponte sua in voluntate DEI ceu in custodia quadam, absq; retrocessione ex amore includitur atque cingitur siue captiua tenetur: & ita in veræ sanctitatis ordine DEO professionem facimus, qualicunq; simus tecti habitu, aut quẽcunq; vitæ statum teneamus. Cæterùm quandiu certi & securi esse mãlumus, quàm confidere Deo, & voluntas nostra volendo nolendo diuinæ necdum est vnita voluntati, cupimusq; ab illo potiùs nobis morem geri, ꝓ nostra voluntate, quàm à nobis ipsi pro illius arbitrio, tam diu non poterimus in amore profiteri, sed nouitij maneamus necesse est, quandoquidem diuinæ charitatis ignis æs omne auro admixtum, id est, omnem amoris nostri proprietatem, qua nosipsos spectamus & quærimus, necdum absumpsit & exussit. Porrò cùm vsque eò in nobis conualescit & feruescit amor, vt in nobis amorem vitiosum & dolorem, metumq; cuiuscunq; rei amittendæ, & spem cuiuslibet lucri acquirendi, & quicquid demũ in nobis est in quo nosipsos spectare vel quærere possimus, prorsus exurat & suo ardore absumat, iam planè pura & munda charitas est, atq; instar annuli aurei, qui cælo, terra, & rebus omnibus amplior sit, perfecta. Atq; hæc cella vinaria est, in quã charitas suos electos introducit, quẽadmodũ in ipsius (id est, Canticorum) volumine discimus: & hîc nedum charitas, sed etiã cæteræ virtutes oẽs ordinantur: estq; hîc radix, vita, incrementũ, nutrimentũ, & conseruatio virtutũ omnium, idq; cũ ordine quodã ac discrimine in honestis moribus, & cunctis actibus bonis: at tñ charitas cum dilecto suo supra rationem, supraq; modũ & supra exercitia virtutũ in æterna permanet cella, nec ibi nisi sibijpsi dat operã, & sufficit ipsa sibi, & habet in se quicqd appetere aut desiderare queat: neq; em extra se aliqd q̃rit aut concupiscit: nẽpe Deũ habẽs intra se, & in suo ad Deũ assẽsu ebria & modi expers est: quo fit, vt supra rationẽ in modi carentiã ac felicẽ ignorantiã sine fundo aberrare nos faciat: vbi sine reuersione capti manemus.

In amore ꝓfiteri qs nequeat.

Charitas vt sit pura. Cant.I.

¶De quinta custodia. Caput XIIII.

QVAE nimirùm quinta nostra custodia est, in qua nudum intellectum nostrum subleuatum, fixum, & simplici adspectu in diuino lumine intentè cõtemplãtem reperimus. Huc quotquot amor perducit, Dei electi sunt: quippe qui istic vitam inueniunt cõtemplatiuam in æternum amorem subleuatã: habentq; intra se vitam rationalem, gratia, charitate & sanctis exercitijs abundantem: Porrò infra se vitã obtinent sensitiuam moralem, ad Dei præcepta compositam, honestis præditam moribus, atq; externis actionibus bonis coram hominibus quibuscunq;. Quæ quidem triplex vita dum ceu vna obtinetur siue possidetur ac exercetur vita, qualibet agente quod suum est, tum demũ perfectus est homo, vtpotè qui supra se nuda charitate in diuino lumine Deo coniunctus & vnitus est, & in seipso per gratiã & benè compositas atque ordinatas virtutes DEI quãdam gerit similitudinem, atq; infra se per Pœnitentiã & carnis ac sanguinis & omnium vitiosarum ac inordinatarum naturæ suæ affectionum siue propensionum contemptum, humanitati Christi vtcũq; similis est. At verò quoddam hominum genus reperire licèt, qui se ꝑfectos arbitrent, cñ tñ ab his in omnibus planè dissentiãt atq; discordent. Ij sunt, qui per nudum ocium & imaginum denudationem atque absterſionem internam, modi quandam carentiam repererunt, & absque DEI amore occupârunt ac possederunt. Quãobrem persuasum sibi habent, sese Deũ esse, eò quòd se amoris, formarum, imaginum, cognitionis expertes, & à virtutũ actibus absolutos reperiant. Itaq; cũcta Ecclesiæ sacramenta, instituta & exercitia, vt sunt verbi causa, ieiunia, vigiliæ, preces, cãtiones, lectiões, ordines Religiosi, siue Monastici, lex, & omnis sacra scriptura, & quæcunq; sancti vnq̃ ab ipso mundi exordio coluêre, quibusq; dedêre operam: hæc, inquam, omnia paruipendunt ac floccifaciunt, quandoquidem pro suo iudicio in modi carentiã ac nescientiam subleuati sunt. Hanc autem modi carentiam & delectationẽ, DEVM esse putant: & quia DEVM non amant, & ocium in modi carentia possident, omnem vitæ, laudis ac discretionis ordinem, in beata æternitate interiturum autumant: nec quicquam illic remansurum, nisi essentiam simplicem sine personarum tam in Deo quàm creaturis distinctione. Quæ sanè stolidissima ac impijssima, quę vnquàm vel inter ethnicos, vel Iudæos, vel Christicolas extiterit, perfidia est. Obsecro igit, vt in quintam custodiam tuam semper subleuata maneas, idq; contemplando, amando, intendendo, & propendendo in Deum tuũ, adeò vt spiritus tuus præ amore deficiat, ac quasi redigatur in nihilum, & ipsemet in amore amor, & vnus spiritus & vita cum Deo efficiatur, quæ est sexta custodia nostra.

Vita contẽplatiua I.

Rõnalis 2.

Moralis 3.

Perfectus quis sit.

Hęreticorũ quorũdam descriptio.

Hęresis oim impijssimæ.

¶De sexta custodia. Caput XV.

SICVT enim sexta die homo conditus est, secundum naturam suam, ad imaginem & similitudinem Dei, ita & in sexta hac custodia totus reformatur ac reparatur, recipiens isthîc imaginem & similitudinem Dei supra naturam suam in amoris vnitate vel vnione, vbi vnus cum Deo spiritus & vna vita est. Ita enim S. ait Ioãnes Euãgelista: Quod factum est, in ipso vita erat. Enimuerò in principio siue origine nostra, quæ est fœcunda cælestis parentis nostri natura, supernaturaliter ac minimè manifesti & ingeniti viuim' secundum ideas: in Filio autem generamur, & ab æterno cognoscimur ac eligimur, & in Sancti spiritûs emanatione ab omni æternitate dilecti sumus, id quod nobis auditu iucundum esse debet. Ita ergo semper in filio geniti sumus, & absq; intermissione cum eodem filio generamur, & perenniter in Patre ingeniti manemus: itidemq; amoris nexus & vnitas siue vnio inter Patrẽ ac filiũ perseuerat: & itñ tũ filij generatio, tum sanctispũs emanatio ac ꝓcessio, sine cessatione in sublimi diuinitatis natura renouat. Est em Dei natura fœcunda & actio pura in personarum Trinitate: sicq; Deus regnat ac viuit in nobis, & nos in illo supra creatã essentiã nostrã in spũs vnitate, vbi amoris connexione siue vinculis Deo semper vniti manemus. At nihilominùs continenter ac sine intermissione in virtutibus ac maiori Dei similitudine nos renouemus oportet: quando non ad imaginem duntaxat, sed ad similitudinem quoq; Dei, facti & conditi sumus. Vbi igitur cum Deo vniti sumus, ibi occultus quidam attactus est, qui idem diuinæ gratiæ origo est, intellectũ quidem nostrũ dilucida ac perspicua discretione illuminans ad cognoscendam perspiciendamq; veritatem, & voluntatem ad omnem appetendam iustitiam charitate inflammans. Et quandiu amor & desiderium vel affectus, rationi illuminatæ obsecundant, magna nos actitare opera valemus, & virtutibus ac sanctis exercitijs nostras exercere custodias. Quando verò amor & affectus ex Dei, in amoris vnitate, contactu velut æstuantes ac impatientes fiunt, iam ratio cedere & amorem vt suum agat opus, sinere compellitur, quandiu hic amoris æstus ac impetus perseuerat. Sic nimirùm Deo per gratiam & virtutes intra nos similes, eidemq; per intentam subleuati spiritûs nostri contemplationem in ipso vniti esse debemus. Et hæc sit sextæ huius custodiæ conclusio, vbi spiritus noster in vitam contemplatiuam subleuatus est, & vna cum Deo vita, vnus spiritus, vnus amor effectus est.

Gene.I.

Ioan.I.

In Dei similitudine vt crescamus.

¶De septima custodia. Caput XVI.

ACCEDIT hinc septima custodia, cunctis custodijs excellentior ac sublimior, eaq; est supra actionem omnem tranquilla & ociosa requies, & supra cuncta sanctæ vitæ studia & amoris exercitia simplex beatitudo, & supra famem deniq; ac sitim, amorem & desiderium erga DEum æterna satietas. Nimirùm intra se dies, cælum, terram, angelos, homines DEus condidit, & suo quæq; ordine disposuit atque exornauit: septima autem die requieuit ab omni opere suo. Et nos itidèm sex diebus operabimur, septima quietem capiemus ac feriabimur. Sexta quidem ætas à mundi exordio nunc agitur: si ergo benè operati erimus, vbi ex hac vita migrandum fuerit, æternæ quietis tempus incipiet.

Gene.1. Gene.2. Sexta ætas.

¶De triplici cuiuslibet boni hominis vita. Caput XVII.

EST autem triplex in bono homine vita, quarum duæ imperfectæ sunt, & suos defectus habent: tertia, perfecta est. Infima ex his vita, corporea & sensitiua est: eaq; fame & siti affecta, cibo ac potione alitur & sustentatur: & quandiu fames & sitis, appetitus & gustus simul in homine perseuerant, corpus nutritur & confirmatur. Atquì dum saturitas famem & sitim, appetentiam & saporem excludit, si priusquàm antè sumpta concoquantur, alia sumere velit, naturam destruit & corrumpit. Non enim possunt, salua corporis incolumnitate, in inferiori hominis portione satietas & esuries simul persistere. Itaque secundum infimam hanc suì partem homo ignobilis, defectui obnoxius, ac mortalis est. Media vita, spiritalis est ac rationalis: & hæc scientiam ac sapientiam, deuotionem & internam vitam, charitatem ac iustitiam & virtutes omnes concupiscit. Et hæc quanto magìs appetimus, eo ampliùs adipiscimur: quoq; eis magìs præditi sumus, eo vehemẽtiùs ipsa concupiscimus. Est igitur vita hæc in seipsa imperfecta, eo quòd semper defectum patiatur, nec potest hoc desiderium vlla omninò re, quæ DEo minor sit, exatiari atque compleri. Quam ob rem vitam quandam præstitit nobis DEVS supra nos, quæ est vita diuina, quæ nihil est aliud, quàm intentè contemplari, & nudo amore cohærere DEO, gustare ac perfrui & colliquescere ex amore, & semper renouari in idipsum. Vbi enim supra rationẽ, & cunctas actiones nostras in nudam visionẽ seu intuitũ exaltati sumus, ibi à spiritu DOmini agimur, DEiq; actionem sustinemus, diuinaq; illustramur claritudine, perindè vt aëra solis splendor & vt ferrum ignis virtus & ardor penetrat: ita, inquam, nos ad increatam lucẽ, quæ DEus ipse est, contemplandam subleuamur ac illustramur: sicq; transformamur atq; transferimur à claritate in claritatem in eandem beatissimæ Trinitatis imaginem. Siquidem per creatam diuinæ gratiæ lumen erigimur atq; illuminamur ad contemplandam lucem increatam, quæ Deus ipse est, atq; ita per amorem in æternam imaginem nostram, quæ & ipsa Deus est, introducimur ac reformamur siue transformamur. Istic verò Pater nos inuenit & amat in Filio, & Filius reperit, eademq; charitate nos diligit in Patre, & Pater vnà cum Filio in Sancti spiritûs vnitate nos circumplectitur ac amplexatur in beata fruitione, quę in omnem æternitatẽ absque intermissione cognoscendo & amando renouabitur, nempè per æternam filij ex patre generationem, & ex ambobus, hoc est, Patre & Filio, Sancti spiritûs emanationem. Si nanq; pereat in Deo cognitio & amor, simul pereat necesse est tum ęterna filij generatio, tum processio Spiritussancti, & ita personarum Trinitas interibit, & iam neque Deus, neq; creatura vlla permanebit: quod est planè impossibile, & extrema dementia ita sentire vel cogitare. Enimuerò cunctarum ordine ac distinctione creaturarum nihil à Deo vel in cælis vel terris neq; pulchrius, neque præclarius conditum est. Nam tametsi verum est, omnes nos in vno amore, vno amplexu, ac eadem DEI fruitione colligi ac adunari, singulo tamen cuique sua vita & suus in gratia ac virtutibus status & conditio manet: & vnusquilibet à DEO gratiam ac dona suscipit pro dignitate sua, & quatenùs illi in virtutibus similis est: sicque singuli magìs ac minùs DEO adiuncti sunt & cohærent: & quantùm quisque DEVM sitit, esurit, appetit, tantùm & sentire, gustare ac perfrui poterit. Est enim DEVS communis quidam cibus & bonum commune, quod vnusquilibet pro vitæ, desiderij, & spiritalis sanitatis suæ dignitate siue nobilitate gustat. Et vt stellæ cæli aliæ ab alijs claritate, loci altitudine, molis magnitudine, & in cũcta hęc inferiora agendi virtute ac efficacia differũt: ita & quotquot DEVM amant, intellectûs claritudine, vitæ sublimitate, amoris magnitudine, & emanantium actionum virtute, alij ab alijs distant ac distinguuntur. Videmus vt ęstiuo tempore ventis duobus contrarijs ac vehemẽtibus in aere ex aduerso in se mutuò incurrentibus, tonitrua, fulgura, grandines & pluuię, nonnunquàm etiã tempestates ac clades hîc inferiùs existant, atque hoc idem in æstuante ac propè insaniennte & impetuoso amore considerare licet, hominis videlicet spiritu in vnitate ad DEI spiritum subleuato, & vnoquolibet alterum inuitante, alteriq; offerenti & exhibenti quicquid est & potest. Hinc enim illuminatur ac claritate quadam perfunditur ratio, modisq; omnibus perspectum habere contendit quid sit Amor: & attactus vel instinctus ille quo tangitur ac cietur spiritus, quiq; velut ebulliens sursùm nititur: affectus autem seu desiderium quicquid ratio illuminata percipere & assequi potest, experiri ac penitùs gustu penetrare conatur: ex quib' in spiritu Amoris impetus ac tempestas & ingens impatientia nascitur. Interim tamen haud obscurè cognitũ habet Amans spiritus, quo plus obtinuerit, eo plus deesse sibi: sed Amoris impetum ac æstum in ipso cum Ardore quodam ac ebullitione exorientem, sedare & compescere non valet. Etenim mutuus ille identidèm renouatus attactus, nouos Amoris impetus excitat, ijq; impetus velut quidam ictus tonitrui sunt, ex quibus amoris ignis velut candentis metalli scintillæ, & vt cæli fulgura emicat & excutitur. Atque hæc ipsa fulgura in vires vsq; sensitiuas decidunt: quo fit, vt quicquid in homine viuit, in eam vsque sursùm nitatur vnionem, vbi amoris contactus trahit originem. Sed in hoc contactu vires neque agere, neque durare possunt, sed in seipsas recidunt ac relabuntur: atquì nec hîc durare queunt: quãdoqdem vbi spiritûs impetus & cõmotio est, sursùm tendere ac ambulare coguntur: sicq; pergere semper ac reuerti eas necesse est: quibus omnibus Ezechiel propheta adstipulat vbi ait: Animalia ibant & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.

Vita rationalis. Vita diuina. 2.cor.3. Ordo & distinctio creaturarũ, quale sit Dei opus. Deus quale sit bonum. 1.Cor.15.

Electi vt alij ab alijs distent. Amoris estũ & impatientiam quid efficiat. Ezechiel.1

¶De quadruplici spiritalis vitæ modo. Caput XVIII.

QVAM enim Propheta ille quatuor animalium euntium ac reuertentium similitudinem vidit, ea spiritalem significat vitam quatuór habentem modos, in quibus charitas ipsa & virtutes omnes exerceantur. Ex his primus modus fortitudo spiritalis est, quæ quicquid Deo & virtutibus aduersum est, vincit ac perimit; atque ea re Leonis ferarum omnium regis habet effigiem. Alter modus, cordis aperti siue patentis pietas est, Deo semper honorem impendere sitiens. Hic modus Animam, corpus, cor, sensus, & quicqd fortitudo debellat, vincit & occidit, Deo offert, & id totum cum DEuotione ac Reuerentia concremat: habetq; ob hoc ipsum vituli faciem, quem lex Mosaica offerri atq; in honorem Dei penitùs cremari iubet. Tertius modus discretio est, quæ cum sapienti coram æterna veritate moderatione cuncta in agendo ac omittendo, dando & accipiendo foris & intùs ordinat ac moderat: atque hoc ipso faciem gerit hominis, qui est animal rationis particeps. Quartus idemq; postremus modus, est recta intentio & Amor erga Deum: & hic Aquilæ comparat. Vt enim Aquila non multam carnem, sed plumas multas habet: ita qui Deum Amore ac intentione prosequit, carnem & sanguinem & quicqd temporarium est, paruifacit: sed plumis abundat, id est, exercitijs cælestibus, quæ leuia sunt, & ad Deum subuehunt. Et vt Aquila cæteris auibus altiùs volat, ita amor & intentio vltra virtutes omnes ad eum quem amore & intentione psequimur, subuolat. Et sicut Aquila subtili & acuto est adspectu, ita vt in ipsum Solis axem immota acie intendat: sic qui Deum diligit, ac p scopo habet, æterni Solis radios firma acie intuet: siquidem & Deum amat, & virtutes omnes quæ possint ducere ad DEVM. Atque ea re iustus est, volatq; sursùm vbi est quod amat: itemq; deorsùm, vbi in virtutibus & bonis actibus se exercet. Vadit igitur & reuertitur instar fulguris, qñ & ascendendo & descendendo suam captat vitam & alimoniam. Sic enim etiam Aquila dum altissimè leuata est in aera, exiguos maris pisciculos, quibus vescitur ac viuit, conspicit, & hoc pacto sursùm & deorsùm volitat, & vtrobiq; reficit ac nutritur. Hæc nimirùm quatuor animalium figura est cum modis totidem, quibus Deus moderatur ac præsidet, & quibus virtutes omnes coluntur ac exercentur.

Aialiũ quatuor mystica significatio. Modus I. II. Exo.29. III. IIII. Plumę mysticę.

¶In his quatuor modis intima cum deuotione se exercenti quę eueniant. Caput XIX.

PORRÒ si in his quatuor modis interna cum deuotione exercere nos velimus, in fundo voluntatis seu vis amatiuæ nostrę Sanctispūs contactum velut fontem viuum æternæ suauitatis venis scatentem, ebullientem atque emanãtem sentiemus: itemq; in vi intellectiua æterni Solis Domini nostri IESV Christi diuina veritate radiãtem atque coruscãtem adspectum & vultum expetie mur: & Pater cælestis memoriam denudabit & expediet, & ad sublimem suam nos inuitabit, exiget ac trahet vnitatem. Hæ videlicet portæ, cælestes sunt, quas Deus amãti animæ aperit, vt ad ipsius possidendos thesauros ingrediat. At vicissim anima cunctas vires suas Deo patefaciens, illi dare cupit quicquid ipsa est, & recipere quicqd ille est. Id verò ei prorsus impossibile est. Quo enim plùs largitur & accipit, tanto plùs dare & accipere appetit. Neque tamen vel totam se transfundere in Deum, vel illum totum suscipere valet. Quicquid em adipiscitur, si ad id quod illi deficit, conferatur, exiguum & quasi nihil esse videtur. Hinc igitur quodam agitatur impetu, & amoris impotentia ac æstu corripitur, eo quòd DEO neque carere, neque eum adipisci, non illius imum attingere, nõ celsitudinem assequi, neque demùm illum aut apphendere, aut deserere valet. Et hæc ea tempestas ac spiritalis calamitas est, cuius suprà memini. Multimodos enim impetus, turbines, motus ac agitationes ex amore vtrinque nascentes, nulla exprimere lingua sufficit. Siquidem interdum charitas animum hominis æstu, interdum frigore afficit: modò timidum, modò audacem reddit: quandoq; hilaritate perfundit, aliâs mœrore contrahit: & breuiter ipsa sperare ac velut desperare, queri, plangere, cantare, laudes gratesque agere facit, atq; id genus innumera alia efficit, quibus vacare cogunt, qui amore ebrij sunt. Et tamen intima ac vtilissima hæc vita est, quam possint homines istiusmodi secundum suum modum colere ac exercere. Cæterùm vbi ipsorum deficit modus, neque potest tendere altiùs, ibi Dei modus incipit: hoc est, vbi ipsi intentione, amore ac implacabili desiderio Deo cohærent, nec possunt ad vnionem pertingere, iam Domini spiritus ceu ignis vehemens accedit, comburens atque absorbens in se, & consumens omnia, adeò vt suijpsorum & exercitiorum omnium ipsi obliuiscant, & non nisi spiritum vnum, atque vnum cum Deo amorem effectos se sentiant. Hic iam sensus & vires omnes silent, & pace quadam sopiuntur, vtpotè diuinitatis ac diuitiarum Dei fonte irrigatæ ac abundè perfusæ, plusq; adeptæ singulæ, quàm vel desiderare queant. Et hic Primus Dei modus est, spiritum hominis in se sustollens ac erigens. Alter modus filio Dei tribuitur, quo is intellectum supra rationem, supra considerationem ac discretionem subuehit, nudaq; intelligentia diuino illustratur ac penetratur lumine, ita vt simplici adspectu in eodem diuino lumine diuinam claritatem ac æternam veritatem in seipsa intenta acie contẽplari queat. Tertius porrò modus cælesti Patri ascribitur, quo is memoriam formis & imaginibus vacuam reddit & expeditam, nudamque mentem in eius, quę est ipse, originem sustollit: vbi figitur ac stabilit & vnitur homo in suo principio Deo, pstaturq; illi virtus, facultas & libertas extrorsùm ac introrsùm virtutes oẽs actitãdi: itemq; conferẽ ei notitia & discrimen siue discretio in cunctis quę cum ratione fiunt exercitijs, & vt Dei internã operationem diuinorumq; modorũ supra rationem transformationem, sicut iam dictum est, pati ac sustinere debeat. Deniq; vt supra ipsos quoq; diuinos modos omes eodem intuitu absq; modo omnis modi expertẽ intelligat essentiã Dei, quę modo carere dicit, eo ꝙ nec verbis, neq; actu, nec modis, nec signis, nec aliqua similitudine demonstrari queat: verùm ipsa se simplici mentis ab imaginibus vacuæ intuitioni manifestat. Interìm tamen collocari in itinere signa quædam possunt atque similitudines, quibus ad DEI conspiciendum regnum homines præparentur. Imagineris igitur ipsa, quasi videre te immensam ignis ardentis atq; candentis molem, in qua cuncta conflagrârint ac penitùs redacta sint in tranquillum, excandescentem, immobilem ignem. Iuxta hunc modum tranquilla essentialis sese habet charitas, quæ & DEI & sanctorum omnium fruitio est, idque supra modos & actiones omnes cunctaque virtutum exercitia. Est enim tranquillum quoddam ac prorsus inexhaustũ, & vt ita dicam, abyssale pelagus vel flumen, in quo san-

Animæ amãti quæ portæ aperiantur.

Charitatis multiplices effectus.

Primus Dei modus.

II.

III.

Essentia Dei cur modi expers.

Charitas essentialis cuiusmodi sit.

sancti omnes cum Deo in modinesciam promanârunt fruitionem, quæ quidem vasta ac deserta est ceu deuiatio quędam ac aberratio: quippe quę nec modum, nec viam, nec semitam, neq; mensuram, neq; finem aut initium vllum, nec quicq̃ omninò habet, quod aut certis verbis exprimi, aut demonstrari queat. Et hæc omnium nostrûm simplex beatitudo est, diuina videlicet essentia, & nostra, vt ita dicam, superessentia, supra rationem & absq; ratione. Hęc si nos re vera experiri velimus, spiritu excedamus necesse est in eam ipsam supra creatã essentiam, in ipsum vsq; centrũ æternum, in quo omnes lineæ nostrę originẽ ac initium sumunt, itemq; desinunt, & in quo suum amittunt nomen & distinctiõem omnem, vnum cum ipso puncto & quasi ipsum punctum effectæ, ita tamen, vt semper in seipsis lineæ accedentes maneant. Ita enim & nos semper quidem id quod sumus, in creata essentia nostra manebimus: & tamen per spiritûs excessum semper in superessentiam nostram transcendemus, vbi iam nosipsos in sublime ac profundum, in longum & latum excedemus, idq; in æternam quandam aberrationem vel amissionem absq; reditu vel reuersione. Hoc videlicet Ezechiel propheta testatur, vbi ait de animalibus quatuor, quòd gradiebãtur quidem nec reuertebãtur. Quod reuerà ita se habet, vbi homines boni & perfecti cum sanctis omnibus supra seipsos modinescia fruitione & quiete potiuntur, vbi nunq̃ retrò adspicitur, nec quisquam reuertitur. Atq; hæc septima nostra custodia est, in qua sanctitas & beatitudo omnis perficitur & consummatur: in eaq; nos supra creatam essentiam nostram simplices ac immoti commorabimur. Quanq̃ nihilo minùs omnes custodiæ nostræ possidendæ, occupandæ, atque etiam exornãdæ nobis sunt virtutibus, & intrò ac foràs nos recipiẽdo sanctis exercitijs, & antè commemoratis quatuor modis. Et in his multiplex differentia est, quando singuli Deo, & sibijpsis ac virtutibus incumbunt ac student tum pro modo donorum ac illuminationis diuinæ, tum pro suæ charitatis ac sapientiæ mẽsura. Atq; eam ob rem singuli magìs ac minùs & esuriunt, & sitiunt, & gustant, & appetunt Deum virtutesq; omnes, prout quique sancti sunt & beati, & pro meritis ac dignitate singulorum. Superessentialis autem beatitudo, quę Deus ipse est, cum qua supra nosipsos in nostrî liquefactione, seu diffluxione vel absorptione vnũ sumus per nos omnes cõmuniter absq; mensura & supra oẽm virium nostrarum captum exundat & abundanter affluit. Id verò singuli plusq; minusq; in seipsis discriminatim sentiunt, gustant, cognoscunt & amant, quatenùs peculiari beatitudine sancti ac beati sunt. Et hic tam angelorum q̃ sanctorum in cælis ac terris degẽtium, & eorum quos Deus ab ęterno elegit atq; prędestinauit, ordo est, qui etiam in omnem semper perseuerabit æternitatem. Clamemus igitur sitibundis cordibus: O potentissima absq; vllo ore vorago, in tuam nos perduc abyssum, tuusq; nobis fac innotescat amor. Nam si vel lœthalibus simus cõfecti vulneribus, modò amor nos complectatur, salui erimus. Agè iam soror mea in teipsam descende, & vide num septem has in te custodias experiaris, sisq; illis intùs ornata ac vestita virtutibus, quæ huc pertineant.

Simplex beatitudo nostra quæ.

Ezechie. 1.

Custodiæ nostræ vt exornandæ.

Ordo qs electorũ oim.

¶ Cuiusmodi sit vtendum vestibus, & de petulantia vestium horum temporum. Caput XX.

VERE OR enim ipse satìs, vt plurimùm hodiè in religiosis ordinibus ac cœnobijs maiorem impendi operam ac studium vestiendis atq; ad ornatum componendis corporibus, quàm animabus. Quamobrem monitam te velim, ne erga habitum siue vestitum tuum curiosa sis, sed potiùs negligẽs: vt siue ille vetus sit, siue nouus, siue rudis, siue abiectus, nihil te isthæc moueant: sed quemadmodùm tibi ministratur, ita contenta esto. Satìs est si corpus aduersum frigora & æstus munitum atq; contectum sit. Nimirùm si iuxta canonis vestri præscriptũ viuere, Deumq; retinère cupis, caue ne vnquàm murmures. Ab ipso enim initio institutarum à sanctis patribus religionum & ordinum monasticorum, ijdem ipsi totius, in qua morabantur, prouinciæ pannum maximè rudem atq; vilissimum, eundemq; colorium, hoc est, nullo tinctum colore, deligebãt. Atquì hodiè malignus spiritus & homines improbi noua quædam commenti sunt. Niger color in fuscum versus est: cinericeus habitus, ex cæruleo, viridi, & rubicundo mixtus est. Cãdidus vel albus color

color fucum quidem nõ admittit, sed ita maneat necesse est: at tamen qualiscunq; sit color, libẽter pstãtissima semper quę haberi possit lana capit, idq; etiã in statu Monastico. Deindè pãno pparato, vix ipsorũ aliqui satis cõminisci queũt, quẽ ad modũ vestes sibi confici velint, quę mũdo ac tetris spiritibus arrideãt. Quidã tam latas, amplas & ingentes sibi parari vestes volunt, vt duæ vel tres indè cõfici possint. Alij contrà tã strictas, vt ad corporis cutem assutæ videant. Inferiores quorundã vestes non nisi genua attingunt, & circa ventrẽ nodis stringuntur instar morionum. Alij tam prolixas mãlunt, vt succingere oporteat. Quidam in humum defluere, ac cœno immergi sinunt. Sed vide, obsecro, & animaduerte, quantùm isthęc à prima institutione dissentiant. Itaq; nulli dubium est, & lanam, & colorem, & habit' formam, esse irregularia, id est, minimè ad ipsum ordinem siue Monasticum institutum accommodata & congrua. Præstet illis DEVS sapientiam suam, qui istiusmodi vestes parari iubent, quiq̃ue eis vtuntur. Accedit autem ad hanc insaniã, quę modò passim in cœnobijs regnat, aliud quoddã ornamẽti genus, putà cingula argenteis laminis obducta, appẽdentibus hincindè decoris gratia quibusdã rebus tinnulis ac strepẽtib', vt moniales dum eunt, haud secùs q̃ gallinæ crepitacula gestãtes, tinnitum ac sonitũ reddãt. Monachi verò armati equitãt, & longis ad latera appensis ensibus pindè vt seculares equites. At ijdem ipsi aduersum dæmones, mundum & fœdas ac sordidas carnis voluptates nihil muniti sunt, eoq; sæpiùs ab illis superãtur. Iam quasdam cernere sacras virgines licet, quę longè magìs mundo placere, q̃ Deo, appetant: quarum in publicum pcessus, æternę mortis virus est, gratissimũ tartareis hostib', quod cum ijsdem miserę illæ in spurcissimo inferorũ conclaui sine fine potabunt. Adde his, q̃ istiusmodi Deo sacratę virgines in cœnobijs agentes, lectorum fulcris & puluinaribus, ac sedilium instratis plùs ęquo preciosis, & stragulis pictis ac ceruicalibus non aliter quàm si in medio viuãt mundo, sua instruunt atque ornant cubicula. Ex quibus omnibus facilè potest colligi ac animaduerti, quam viuendi rationem ac instituta sancti Patres in ordinum Monasticorum initijs fundãrunt ac constituerunt, ea ab hisce nostro æuo destrui ac euerti. Interìm qui cœnobijs hodiè traduntur aut ea petunt pueri ac puellæ, tam perniciosa inueniunt exempla: itãque perit in dies religio & vitæ sanctimonia.

Monachorũ eqtatio.

Instituta sanctorũ patrũ à quib' euertantur.

Quam ob rem certam tibi vnius diei transigendæ normam præscripsi, iuxta quã omnes ipsa vitæ tuæ dies transigere curabis. Considera quæso & inspice temetipsam quotidiè foris & intùs, vtrùm etiam pensum quotidianum absoluas. Vt enim diuinam sapientiam perscrutari non sufficis, ita eam nec fallere poteris. Et diuina quidem iustitia, quo in statu ex hac vita decesseris, secundum eum iustissimè de te feret sententiam. Hortor itaq; & obsecro, vt diligenter, probè ac strictè te examines, obserues ac animaduertas. Tempus enim breuissimum est, & mors adest prę foribus. Vbi ad eam vẽtum erit horam, qua extremum trahes spiritum, mercedem pro ratione tuorum accipies operum: nec deinceps vnquàm huc redire licebit

Psal. 61.

¶De triplici codice serò euoluendo. Caput XXI.

VESPERÌ semper dum quietem captura, lectum accedis, si datur ocium & opportunitas, tres primùm perlegas libellos, quos ipsos nunquàm non etiam tecùm feres. Primus ex his liber peruetustus est ac deformis & sordidus, nigerrimo script' atramento. Alter candidus est & gratus ac elegans, rubicundo sanguine exaratus. Tertius cæruleus ac viridis est, & totus aureis scriptus literis. Primò igitur vetustum perleges codicem, hoc est, antiquam & præteritam vitam tuam, quæ sicut in cæteris mortalib', ita in te quoq; vitijs & erratis obnoxia est. Ergo in temetipsam descendens, ac intrò ingrediens, librum explica conscientiæ tuæ, qui in extremo Christi iudicio Deo ac mundo vniuerso apertus erit. Explora, attende & iudica temetipsam, ne illa tremenda die iudiceris ac condemneris. Conscientiæ autem examinandæ hic tibi præfixus sit modus, vt ad memoriam reuoces, quemadmodùm vixeris, vtì te neglexeris in verbis, actibus, desiderijs, cogitationib', meditationibus, inordinato ac iniusto timore, illicito auditu, non recto amore ac dolore, instabilitate, tuij ipsius immortificatione, duplicitate, simulatione vel hypocrisi, agendo ac omittendo inutiliter, sensus foràs sequendo, sensitiuæ parti vel sensualitati intùs consentiendo, appetendo, commodum proprium captando, impuritatem contrahendo, atq; in alijs demùm

Cubitũ iturò qd agendum.

Liber I. II. III.

Apoc. 20.

Liber cõscię vt explicandus.

demùm omnibus, quæcunq; præter ordinẽ vel inordinatè admittuntur, & à charitate dissentiunt, & vel præceptis, vel consilijs, vel gratissimæ Dei voluntati repugnant: Quorum quidem atque id genus aliorum tantus est numerus, & tam multiplex varietas, vt nulli, præterquàm Deo soli, perfectè cognita sint. Et tamen animæ faciem commaculant, eo quòd atramento scriptæ sint, hoc est, carnis & sanguinis voluptate ac delectatione, & peruersa quadam ad res terrenas propensione. Displicebis igitur ob ea tibijpsi, & cum publicano coram patre tuo cælesti & eius æterna misericordia humi in faciem prostrata, dices: Deus, propicius esto mihi peccatrici. Peccaui Domine, peccaui, miserere mihi miseræ. Da cordi meo lachrymarum & veræ pœnitentiæ siue contritionis vndas, quibus animæ meæ faciem à vitijs & peccatis meis abluam, priusquàm in tuum me conspectum erigam. Largire mihi Domine gratiam tuam, qua exornem atq; colorem faciem meam, ita vt placeam tibi. Præsta mihi bonam voluntatem atque animum strenuum, quo tuo in seruitio tuaq; laude continenter ac sine intermissione renouer. Et ista quidem si obtinere velis, maneas affixa humo, tundas pectus, altos ede clamores, funde lachrymas, neque ausis sursum tollere oculos, sed contemne, abijce, humilia, & obiurga teipsam: Deum autem misericordiæ suæ commonefacias, neque ab his desistas, donec ipse tibi respondeat & veram loquatur pacem, verumq; gaudium in corde tuo. Tum verò metum anxium & formidinem, dubitationem ac horrorem, & quicquid ipsi in te displicet, à te auferet ac remouebit, præstabitq; tibi fidem, spem, & erga se fidutiam de illis omnibus, quæ tum in hac temporaria, tum æterna illa vita tibi necessaria fuerint. Hinc iam illum laudandi, illi ad mortem vsq; fidem seruandi quodam accendẽris desiderio: ac deindè vetusto posito codice, in genua cum laude & gratiarum: actione cõsurgens, ex memoria tua candidum proferas librum rubicundis literis exaratum, id est, innocentem Christi IESV vitã: cuius quidẽ anima innoxia est, eiq; totius inest gratiæ plenitudo, estq; ardenti instar flammæ rubicunda amore. Corpus autem gloriosum & mirificè candidum, ipso sole splendidius, vndiq; confectum flagellis, roseo ac precioso perfusum sanguine, qui sunt characteres rubri, q̃ nobis illius erga nos veræ charitatis signa & literæ sunt. Quinq; verò insigniora vulnera, literæ maiusculæ ac capitales sunt, quibus huius codicis capita inchoantur. Literas igitur in venerando eius corpore exaratas, ingenti cum miseratione & condolentia releges: charitatem autem in illius anima viuentem, intima cum deuotione commemorabis. Agè fugias ac deuites mundum hunc fallacissimum, quandoquidem cernis Dominum tuum sua extendisse brachia, quibus te suscipiat & amplectatur. Commorare in foraminibus vulnerum eius, quemadmodùm columba solet in petrę cauernis. Apposito ad patulum lateris eius vulnus ore, cælestem suauitatem ex corde eius manantem gustato atque olfacito. Adspice pugilem & gigantem tuum, vt ad mortem vsque pro te dimicãrit, victis hostibus tuis, & sua morte peccatorum tuorum morte perempta, ac persolutis debitis tuis, patrisq; sui hæreditate precioso sanguine suo recuperata atque comparata tibi, & vt in cælos ascendẽs, æternę glorię portas tibi patefecerit, ac locum prępararit. Quas ob res gaudere meritò debebis, & Domini tui charitatem ac passionem tuo gestare in pectore, ita vt & ipse viuat in te, & tu in illo: quo fiet, vt mundus omnis cruciamento ac tædio tibi sit, & mori ipsa appetas, & sequi dilectum tuum in regnum suum. Et sic cãdidus quoq; liber perlectus erit. Tum verò in pedes erecta, & sursum in cælum leuatis oculis, & mentẽ tuam Deo explices & aperias, librumq; tertium perlegas cæruleo viridiq; colore conspicuum, & aureis scriptum characteribus, quo vita significatur cælestis, quę in hyacinthi morem, cæsio siue cęruleo nitet colore, & triplici claritate refulget, in eaque claritudine viridis quidam elucet atque existit color, multiplicem illi decorem adferens. Prima cęli claritas sensibilis est, eaq; Deus cęlum supremum compleuit ac illustrauit, quemadmodùm totum vndiq; terrarum orbem solis splendor implet & illuminat. In hoc cęlo cum Christo beatis angelorum spiritibus cum anima & corpore perenniter viuemus ac regnabimus, singulis corporibus p meritorũ dignitate fulgẽtibus: & tñ omniũ minimè splẽdidi corporis claritas, solis huius visibilis claritudine septuplo maior erit, cunctaq; illic corpora impassibilia erunt, & ipsa quoque cogitatione agiliora, aẽre leuiora, & solis splendore subtiliora. In hac cæli & gloriosorum

Venia vt pẽtẽda ac impetranda.

Vita Christi eiusq; passio q̃ reuoluendæ.

V. Vulnerũ

Triplex cæli claritas.

I.

Corporum beatorũ dotes.

rum corporũ claritate, viridis apparet ac eminet color ſimilis Iaſpidi: eamq; noſtris nos corporeis conſpiciemus oculis viriditatẽ, quę ſunt cuncta illa externa bona opera, quę iam facta ſunt, & deinceps fient vſq; ad mũdi terminũ, quocũq; illa modo & pacta ſunt, & pagẽtur, putà moriẽdo, viuẽdo, martyrij cruciamẽta pferẽdo, humilitatẽ, caſtitatẽ, pietatẽ vel liberalitatẽ, charitatẽ colẽdo ac exercẽdo, ieiunãdo, orãdo, vigilãdo, legendo, cãtãdo, multiplicẽ agẽdo pœnitẽtiã, & q̃uis demũ bona actitãdo opa, quorũ oĩm nũer⁹ eſt infinit⁹. Hic, inquã, amœn⁹ & grat⁹ ille viridis color eſt, quo corpora glorioſa pl⁹ minúsve, ꝓ ſuo q̃q; labore, merito ac dignitate decorabũt. Altera beatę vitę claritas ſpiritalis eſt, oculos oẽs ĩtellectiles ad pſpiciendas cognoſcẽdas q; internas virtutes oẽs ſciẽtia & ſapiẽtia in cælis adimplens & illuminãs: & in ipſa itidẽ color elucet viridis, qualis eſt ſmaragdi gẽmæ viriditatis eximię, & hic color mirificè elegãs eſt, & oculis intellectualib⁹ lõgè gratiſſim⁹: ꝑ ipſum aũt, virtutũ decorem, fructũ ac diſcrimẽ oẽ intelligi volumus, q eſt regni cęleſtis color oĩm elegantiſſimus atque iucũdiſſimus: quanto q; virtutes ipſæ cũ fructibus ſuis attẽtiùs inſpiciunt, & altiùs ſcalpunt, tãto ſunt adſpectu pulchriores atq; amœniores: quãobrem ſmaragdo pclarę admodùm gẽmę cõparant, quippe quę quo ſcalpit magis, eo obtutus ampli⁹ delectat & exhilarat. Atq; in huiusipſius gemmæ morem ſingulus quiſq; beatus pro ſua excellentia, merito ac nobilitate magis vel minùs clarus, viridis, formoſus, iucũdus & glorioſus eſt. Vndè etiã Dominus quibuſdã ſanctis ſuis cæli gloriã ſub huius gemmæ eximio colore viſendã exhibuit ac demonſtrauit. Tertia demùm cælica claritas, prorſus diuina eſt, & non niſi ipſa æterna eſt ſapientia & claritudo, quę Deus ipſe eſt. Hæc claritas quicquid eſt creatæ claritudinis, circumplectitur & excedit: & ad diuinam ſapientiam omnis creaturarum omnium tam cęleſtium quàm terrigenarum cognitio collata, minor eſt, quàm candelę vnius lux in radiantis media æſtate Solis ſplendore. Atque ea re intelligentiæ omnes incompræhenſibili illi claritati ac veritati, quæ Deus eſt, planè cedant neceſſe eſt. In hac autem diuina claritudine color viridis quidẽ ſeſe manifeſtat ac emicat, ſed nulli cõparari poteſt, quippe cuius tãta amœnitas, gratia & gloria eſt, vt obtutus oẽs in ipſo hebeſcãt & excæcent, & omni conſideratiõe deſtituant. Ex his animaduertere potes tertiũ, quẽ euoluendũ tibi dixi, codicem vitã eſſe cęleſtẽ ac beatã, triplici claritate ac viriditate diſtinctum, prima ſenſibili, altera ſpirituali, tertia diuina. Script⁹ aũt tot⁹ hic liber eſt auro puro, q̃nquidẽ ſingulę q̃q; amoroſę introuerſiões ſingulos efficiũt verſus auro ſcriptos. Itaq; vera Dei, noſtrũq; ipſorũ & virtutũ cognitio, hui⁹ noſtri codicis claritas eſt: Multiplices aũt & varij modi, diſcrimĩa & exercitia virtutũ, eiuſdẽ libri color viridis eſt. Atq; intima deſideria, amoroſa adhęſio, & vnio diuina ęternĩ verſus ſunt in eodẽ noſtro cęleſti volumine auro exarati. Quapropter in q̃buſdã reuelationib⁹ vitã hãc cęlicã Dñs modò Sapphiro, modò Iridi cõparat, q̃ hęc duo multicoloria ſint. Sapphirus em̃ flauus, purpure⁹ ac viridis, & aureo velut puluere ꝑmixtus eſſe dicit. Et Iris itẽ multicolor eſt, quẽadmodũ in ſãctis varios virtutũ modos ac diſcrimĩa cernere licet, ijdẽq; auri puluere mixti ſunt, id eſt, claritate penetrati ac Deo vniti. Et eorũ q̃ amãt, ſinguli quiq; cũ codice ſuo corã Deo clari ac virides, iucũdi, gratioſi ac glorioſi aſſiſtũt. Mẽte igit̃ vltra cęlos oẽs ſubleuata, codices hoſce legito, q̃ quidẽ oẽs tũ foris in ſenſib⁹ ob pclara & grãdia opa ſua, tũ intùs in ſpiritu ob multiplices virtutum modos ac exercitia pleni ſunt gloria, ac deniq; ſupra oĩa ſubleuati in Deũ in fruitionẽ amoris. Quòd ſi in Chriſto tibijpſi & rebus oĩb⁹ emortua es, & cũ ipſo in nouã & ęternã reſurrexiſti vitã, q̃ ſurſùm ſũt & q̃ ęterna ſunt, ſapito q̃ritoq;. Percurre ſeptẽ cuſtodias tuas, & inſpice codices tuos. & licèt tertiũ hũc neq; plegere, neq; ꝑſpicere ac euoluere poſſis, (ſiq̃dẽ gloria cęleſtis regni immẽſa eſt & tãta abyſſus, vt puideri non poſſit) potato tñ & guſtato ac inebriare, & in ipſum ꝑcumbẽs ac reclinãs codicẽ tuũ, in pace ęterna q̃eſce & obdormi. Pòſt vbi euigilaueris, mox occurret aĩo tuo id quod amas, quodq; potiſſimũ colere & exercere ſoles, & quod tuo viuit in pectore. Sis, obſecro, firma ac ſtabilis in ſeruitio ac cultu Dei tui, eiusq; iugiter gratiã preceris. Oleũ ardẽs ſemp̃ ſit in lucerna tua, vigilijs ac precib⁹ qua oportet moderatiõe inſiſte. Sponſus q̃dẽ tuus opinione tua celeriùs aderit. tm̃ vide vt inter prudẽtes virgines inueniaris, quo ab illo eiusq; familia recipi digna ſis, vbi gaudia erunt interminata: q̃ vt oẽs cõſeqũ & experiri mereamur, præſtet nobis Deus omnipotens, abſq; fruſtratione ſpei & expectationis noſtræ, AMEN.

Bona opera cuiuſmodi coloré reddẽt in cælis.

II. Virtutum cuiuſmodi color erit.

III. Cognitio creaturarũ oĩm q̃ nihil ſit ad Dei ſapientiam.

Codicis nſri q̃ claritas.

Quis color viridis.

Qui verſus.

Beati vt ſint cõtẽplandi.

Coloſ.3.

Pſal.4.

Mat.25.

D. IO-

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS,

De ſeptem gradibus amoris libellus optimus.

¶ De primo Amoris Gradu, nempe bona voluntate. Caput I.

GRATIA ET TIMOR DOMINI SANCTVS, SIT CVM omnibus nobis. Omne quod natum eſt ex Deo, ſanctus Ioannes Euangeliſta ait, vincit mundum. Et vera quidem ſanctimonia ex Deo nata eſt. Sancta autem vita, amoris ſcala eſt ſeptem diſtincta gradibus, quibus ad cæli regnum conſcenditur. Hæc eſt enim voluntas Dei, Paulus Apoſtolus inquit, ſanctificatio noſtra. Porrò vbi cum Dei voluntate noſtra conſentit & concordat voluntas, iam primùm in charitatis & ſanctæ vitæ ſcala gradum tenemus. Nanq; bona voluntas virtutum oĩmium fundamentũ eſt. Quamobrem Propheta regius: Ad te Domine, inquit, confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam veritatis & virtutum. Hæc bona voluntas cum Dei voluntate coniuncta & vnita, diabolum & vitia atq; peccata ſuperat omnia: ſiquidem diuinæ gratiæ plena eſt: & ipſa, prima oblatio vel ſacrificium eſt, quod Deo offerre ac præſtare tenemur ac debemus, modò ipſi viuere velimus. Qui bona voluntate præditus eſt, ſecùm ſtatuit & appetit amare Deum & ſeruire Deo non in hac duntaxat vita, ſed etiam in oĩmem deinceps æternitatem: hæcq; illius vita eſt & exercitatio interna: atque hinc bona gaudet pace cum Deo, cum ſeipſo, & cæteris rebus omnibus. Itaque cæleſtes illi ſpiritus, in mundum recèns edito Saluatore, concinebant: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Nunquàm autem voluntas bona ab actibus bonis vacare aut ociari poteſt. Ipſo enim Domino authore, arbor bona fructus bonos facit.

Scala amoris quid.

1.Ioan.5.

1.Theſ.4.

Virtutum omniũ fundamentum.

Pſal.142.

Bonæ volũtatis effectus.

Luc.2.

Matt.7.

¶ De altero Amoris Gradu, putà voluntaria paupertate. Caput II.

PRIMVS autem ex bona naſcens voluntate fructus, volũtaria paupertas eſt, eademq; alterum in amantis vitæ ſcala gradum efficit. Qui ſpontè pauper eſt, vitam agit liberam & omnium ſibi non neceſſariarum rerum temporalium curis vacuam. Enimuerò vt prudens mercator, terram cælo commutauit, morem gerens illi ſentẽtiæ Domini IESV, qua dicitur: Nõ poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Relictis igitur atque poſthabitis omnibus, quæ terreno affectu & amore poſſidere potuiſſet, voluntariam mercatus eſt paupertatẽ, videlicet agrum, in quo Dei regnum inuenit. Beati enim pauperes ſpiritu, hoc eſt, volũtate, ſiue pauperes volũtarij, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Regnum Dei, charitas eſt & amor, & cunctorum operum bonorum ſtudium ac exercitatio, ita vt iſtiuſmodi pauper ſpiritu erga omnes qui ſuæ ſunt opis indigi, largiter miſericors, benignus, clemens, ac verax ſit, eisq; prodeſſe conetur, ſic vt quandoq; in Chriſti iudicio declarare teſtatũmq; reddere poſſit ex larga Dei beneficentia & ab eo perceptis rebus, miſericordię actibus ſe dediſſe operam, ijsq; intentum fuiſſe. Nihil enim in terrenis rebus proprij habet, ſed quicquid habet, commune eſt Deo & cunctis ad familiam Dei pertinentibus. Beatus planè pauper voluntarius, nihil ca-

Laus volũtariorũ pauperum.

Luc.16.

Mat.5.

Regnũ Dei quid ſit.

ducum ac labile possidens, siquidem Christum sequutus est, & centuplex virtutum præmi
um consequetur, Deique expectat gloriam & vitam sempiternam. Contrà verò qui auarus
Mat.19. est, admodùm imprudens ac stolidus est, quippe qui cælum terra commutat, tametsi cer-
Auari stoli- ditas. tus est etiam terram breui se amissurum Pauper spiritu cælos scandit: auarus mergitur in
tartara. Si camelus potest transire per foramen acûs, etiam auarus & tenax cælos pe-
Mat.19. netrare poterit. Et licèt rebus terrenis pauper sit, si tamen DEVM non præ omnibus
eligat, si auarus obierit, dubio procul peribit. Auarus præ nucleo nucis putamen, præ vi-
tello testam eligit. Et tamen reuerà qui aurum diligit, & res terrenas possidet, non nisi ve-
Auarus inex plebilis. nenum edit mortiferum, & aquam bibit æterni mœroris. Et quanto plùs bibit, eo sitit
vehementiùs: & quo magis caducis abundat bonis, eo plùs appetit. Et licèt habeat multa, ta
men contentus non est: deest enim illi quicquid alienum adspicit: quæ autem habet, parua
aut nulla ipsi videntur. Nec cuiquam ferè charus est. Cùm enim auaritiæ laboret morbo,
Auarus cur dæmonũ vn guibus simi lis. diligi non meretur. Possit quidem haud ineptè dęmonis vnguibus comparari. Nam quæ-
cunque apprehendit, deserere non potest: sed ad extremũ vsque spiritũ mordicùs retinet,
quæcunq; etiam dolo & fraude adipisci valet. Tum verò, velit nolit, amittit omnia, moxq;
excipit eum dolor æternus: & dignè quidem, cùm inferni similis sit, qui quantumuis mul
Pro.30. tos recipiat damnatos, nunquàm tamen dicit, sufficit, & licèt deuorârit plurimos, non ta-
men propterea meliùs habet. Quotquot autem apprehendit, firmiter retinet, & semper ho-
1.Tim.6. spites tartareos hianti ore expectat. quapropter auaritiæ pestem, tanquã vitiorum omnium
totiusq; improbitatis ac malitię radicem, summoperè caueamus.

¶De tertio amoris gradu, videlicet castitate.
Caput III.

Castitatem obtinere volentiquę necessaria. SEQVITVR hinc tertius in charitatis scala gradus, putà munditia & castitas animæ, &
puritas corporis. Attentum se præstet lector, obsecro: Si cuius anima munda & casta
esse debeat, ob Dei Amorem odio atque contemptui habeat necesse est omnem amo-
rem, propensionem & affectum inordinatum erga seipsum, erga Patrem & matrem,
erga creaturas omnes, ita vt seipsum & creata omnia non nisi ad Dei cultum atq; famula-
tum diligat: Dicere tunc poterit cum Christo: Quicunq; facit voluntatem Patris mei, ille
Mat.12. meus frater, & soror, & mater est. & sic proximos suos diliget tanq; seipsum. seruet etiã sese
mundum, neque à quoquam vel dictis vel factis, vel munusculis, vel inuitamentis, vel obse-
quijs aut exercitijs, aut specie sanctitatis trahi, illici ac irretiri se patiat. Nam tametsi quan-
doq; spiritum præ se ferãt, tandem in carnem vertunt, nec illis tutò credi potest. Neminem
admodùm colat, nec coli ab aliquo se velit. Quãuis enim boni speciem habeat, in tristes de-
sinit exitus, efficiturq; venenum. Inuigilet ac intendat sibijpsi, sit prudens, nec se falli sinat.
Si se illici ac trahi permiserit, delusum ac deceptum se sentiet. Missa igitur faciat quæcunq;
eiusmodi sunt, & curam agat suijpsius, IESVMque colat vnicum sponsum suum. Huic, ex-
clusis ac vitatis extraneis hospitibus quibuscunque, fixus adhæreat, cum eo firmus ac stabi-
lis permaneat, eius fruatur beneuolentia. Recipiat sese intrò, & auido vacet amori, cunctisq;
virtutibus. Docebitur ab eo, atq; pasceẽt, & dirigeẽt: siquidem ipse eius fructus est. Immò etia-
am vltra vicinos suos omnes in sinum Patris ducet ab illo: vbi nimirùm summam experi-
etur & inueniet fidelitatem, & ab omni mœrore ac necessitudine se sentiet releuari ac
refici. Et hæc animæ mundæ & castæ vita est. Superest corporis puritas. De qua vt ali-
Hõ ex quib° compositi°. quid dicamus, sciendum est, compositum esse hominem à DEO ex naturis duabus, pu-
tà anima & corpore, vel carne & spiritu. Et hæc duo vnam efficiunt personam in na-
tura humana, in peccatis concepta & nata. Et licèt animam DEVS mundam & imma-
culatam fecerit, tamen vnita corpori, originalis peccati labe adspergitur. Atque hoc
Psal.50. pacto omnes nos in peccatis ex materno vtero nati sumus. Quod enim natum est ex
carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Et quanuis amet carnem su-
Ioan.3. am spiritus secundum naturalem generationem, at tamen in regeneratione, vbi ex DEI
spiritu nascitur, sibi inuicèm aduersantur, atque inter sese confligunt & pugnant, car-
Gala.5. ne videlicet concupiscente aduersus DEVM & spiritum, & spiritu simul cum DEO
ad-

aduersus carnem. Iam si iuxta procliues carnis nostræ appetitiones ac delectamenta viua- Rom.8.
mus, morimur in peccatis: sin autem facta carnis spiritu mortificemus ac superemus, in vir-
tutibus viuimus. Odiendum igitur atque despiciendum nobis est corpus nostrum tan- Corpus vt & odiendũ & amãdum.
quàm hostis capitalis, à DEO ad vitia abducere nos cupiens. Itemque amandum & in pre-
cio habendũ nobis est corpus nostrum vitaq; sensitiua, quatenùs instrumẽtum est quo Deo
seruiamus. Nam sine corpore in externis actibus, putà ieiunando, vigilando, orãdo, & alijs
id genus bonis agendis operibus, quæ iure meritoq; faciẽda nobis sunt, Deum colere, Deoq;
seruire non valemus. Hactenùs ergo libenter nobis alendum, cibo potuq; reficiendum atq;
vestiendum est corpus, nempè quo tum Deo, tum nobisipsis, tum etiam proximis seruimus.
At tamen diligenter animaduertenda, ac studiosè vitanda nobis sunt tria quædã vitia in car Tria vitia carnis fugienda quæ.
ne regnantia, putà Acedia, Gula, Luxuria: quibus permulti, etiam bona præditi voluntate, in Remedia gulæ.
peccata grauia collapsi sunt. Et contra Gulam quidem modum, temperantiam ac sobrieta- Acediæ.
tem eligemus & chariùs amplectemur, quippiam nobis semper subtrahendo, minusq; quàm
libeat sumendo, ita vt necessaria eaq; parca refectione contenti simus. Contra acediã autem
vel torporem, erga omnes omnium necessitates quandam intùs cõmiserationẽ, fidelitatem
ac beneuolentiam sentiemus: & foris alacres ac strenui erimus, paratiq; singulis, qui nostra
indigeant ope vel opera, idq; pro viribus & rectæ rationis moderamine ac discretione. Con Luxuriæ.
tra luxuriam deniq; foris quidem inordinatam conuersationem & libidinis incitamẽta de-
uitabimus ac fugiemus: intùs verò immunda cauebimus phantasmata & spurcas imagines,
ne in illis moram faciamus, nec propenso cum affectu ac delectatione ijs inhæreamus: ita em
fiet, vt nullæ nobis imprimantur imagines, neque aliquam naturæ immunditiam contraha-
mus. Vertemus autem nos intrò ad Dominum & in Dominum nostrum IESVM Christum,
eiusq; cõsiderabimus passionem & mortem, & preciosi sanguinis nostra causa ex amore lar
gissimas effusiones. Et in his nos exercebimus, horum imaginem nostris cordibus, anima- Christũ vt nobis imprimamus.
bus, corporibus, totique adeò naturæ imprimemus, perindè vt sigillum in cera imprimitur.
Tum verò Christus nos in sublimem illam secum subuehet vitam, vbi Deo vniti sumus, &
munda ac casta anima nostra per amorem adhæret & commoratur in spiritu sancto: vbi mel
lei fluunt riui cælestis roris & omnis gratiæ: quibus gustatis, mox desipit omnis caro & san-
guis, & quicquid totus hic mundus habet. Et quandiu vita nostra sensitiua subleuata est &
vnita spiritui, vbi Deum colimus, & intentione ac amore prosequimur, tam diu corpore &
anima casti, puri ac mundi sumus. Ast vbi rursus ad inferiora redimus & sensibus vtimur,
guttur quidem seruandum est à gulæ vitio, & corpus ac anima à torpore & acedia, atque na
tura ab obscœnis ac libidinosis propensionibus. Vitanda item & cauenda improba socie- Mala societas vitãda.
tas, qualis est eorum, qui mendacijs, execratiõibus, maledictis, dediti sunt, quos iurare & in
Deum blasphemias euomere delectat: quiq; tum verbis, tum factis obscœni & impuri sunt:
qui sanè haud secùs, quàm ipsi cacodæmones, fugiendi sunt. Seruandi quoq; & cohibendi
sunt oculi & aures, ne quid vel videatur vel audiatur, quod non liceat agere. Nitatur ergo
vnusquilibet mundum se seruare: sit libenter secùm: fugiat multiplicitatem & multitudinẽ:
colat sacras ædes, & manibus suis bona exerceat opera: execretur ac odio habeat ocium: fu-
giat commoda inordinata, & seipsum ducat pro nihilo. Amet veritatem & vitam, & licèt ca Occasiones cuilibet fugiendæ.
stum se sentiat, tamẽ peccandi fugiat occasiones: diligat pœnitentiæ opera, ametq; laborẽ,
inspiciat Domini præcursorem & baptistam Ioannem, vt is, tametsi antequàm natus, sanct°
fuerit, tamen teneris sub annis patrem, matrem, honores & diuitias mundi, & ciuium tur-
mas peccandique occasiones fugiens ac deserens, antra deserti petierit. Et tamen innocens
erat & puritatis angelicæ, & veritatem tum viuendo coluit atque sectatus est, tum alios ver Luce 1.
bo docuit, ac demum causa' iustitię neci datus est, & vltra vulgarem siue communem oẽm Ioã.3. Mar.6.
vitæ sanctimoniam prædicatur & effertur. Consideret etiam patres olim in Aegypti eremo
commorantes, vt illi mundum reliquerint, carnem naturamq; suam, vitijs reluctando, agen
da pœnitentia, abstinendo, fame sitiq; perferenda, & subtrahendis sibi omnibus illis qui-
bus carere poterant, excruciârint & afflixerint. Deindè in memoriam redeat sententiæ illius
& iudicij, prolati à Domino in diuitem indutũ purpura ac bysso & epulantẽ quotidiè splen Luc.16.

 didè

didè, nec quicquam egenis impertientem, vt videlicet posteaquã excessisset è viuis, sepultus sit in inferno, vbi iam cruciat & ardet in flammis Tartareis, & quãuis multũ optet, non potest tamẽ pro æstuantis linguæ refrigerio vel vnã obtinere aquę guttulã. Contrà verò, vt Lazarus mendicus, qui ad diuitis huius ianuã fame ac siti laborans, & vlceribus plenus iacebat, petens micas sibi dari quę caderent de mensa diuitis, nec impetrauit tamen, postquàm vita functus est, in sinum Abrahę ab angelis deportatus sit, vbi sunt gaudia immensa nullo dolore permixta, & vita ęterna nunquam moritura.

¶De quarto charitatis gradu, scilicet Humilitate. Cap. IIII.

Humilitas quali similis fonti.

PROXIMVS dehinc in cælesti scala nostra gradus, vera est humilitas, q̃ spiritalis quędam suî in ima demissio est, in qua & Deus nobiscùm, & nos cum Deo vera in pace viuimus: Ipsa nimirùm totius sanctitatis vitale est fundamẽtum, eamq; nos fonti comparamus, quatuor virtutum omnium & ęternę vitę riuulis dimanãti: ex quibus priorem locum occupat obediẽtia, alterum mãsuetudo, tertium patientia, quartũ abnegatio proprię volũtatis. Primus ergo riuus siue fructus primus ex humilitate seu humili fundo emergens, vt diximus, obedientia est. Hæc exigit à nobis, vt nos sub Deũ, eiusq; præcepta & creaturas omnes submittamus ac despiciamus, ita vt tam in cælis quàm terris locum vltimũ ac nouissimũ eligamus, neq; vlli nos in virtutibus aut vitę sanctimonia, æquparare ausimus, sed potentię Dei pedibus velut sacculus vilis pculcari appetamus, & aures habeamus ad percipiendã ex diuina sapientia veritatem & vitam submissas ac humiles, & promptas ac alacres manus ad perficiendam gratissimã Dei voluntatem. Hęc aũt gratissima Dei voluntas est, vt repudiata atq; cõtempta mundi sapientia, Christũ Dei sapientiã sectemur ac imitemur. Qui cùm diues esset, pauper factus est, vt nos sua inopia ditaret: seruiuit alijs, vt nos Domini simus: mortuus est, vt nos viuamus. Porrò vt viuendũ nobis sit, ipse nos instituit, dum ait: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidiè, & sequatur me. Itẽq;: Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Et hoc ipsum quoq;, vt eum sequi debeamus, alibi nos docet, ita dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Atqui mitem esse, siue mansuetudo, alter virtutum riuus est, ex humilitatis fundo promanans. Beati mites, quoniam ipsi pacificè possidebunt terram, hoc est, corpus & animam. Siquidem super humilem & mitem requiescit spiritus Domini. Atq; vbi spiritus noster subleuatus est, & vnitus spiritui Dei, ibi nos iugum Christi ferimus suaue & leue, portamusq; onus eius leue ac facile. Non enim laborat amor illius: Nam quo plùs amamus, hoc leuiorem sarcinam ferimus: quandoquidem amorem gerimus, & amor vltra cælos omnes ad dilectum vsq; nos portat ac euehit. Etenim amãs spũs, quôcunq; vult, peruolat, cũctis illi cælis patentib̃. habetq; aĩam suã semper in manib̃ suis, traditq; eã quôcunq; vult. Deniq; intra se animæ suæ thesaurũ inuenit, putà Christum vnicè sibi charum atque dilectum. Si ergo, ô homo Christiane, Christus viuit in te, & tu in Christo, sequere illum vita, verbis, actionibus, & afflictionibus tolerandis: Sis mitis, benignus, clemẽs, misericors, pius erga omnes & singulos, quibus opera tua necessaria est. Neminem odio habeas, nulli inuideas, neminem asperneris: nec premas quenquã verbis asperis ac duris, sed ex animo ignoscas. Neminem confundas, nec vllum vel verbo, vel facto, vel signo, vel quouis gestu dedigneris, aut contumelia afficias. Neque sis toruus nec acerbus ac morosus, sed moribus quidem maturus, vultu aũt hilaris ac serenus. Audias libenter & discas, etiam ab vnoquolibet, quę scitu necessaria tibi sunt. De nemine sinistrè suspiceris: nulli diffidas: nec ea quæ latent, iudices temerè. Non contendas aduersus quenquam, quo videaris illum anteire sapientia. Quis amplectere mãsuetudinem, quæ ne tum quidem irasci nouit, cùm neci datur. Itidèm & ipse morigerus ac obsequens esto, & quicquid tibi ab alijs inferatur, silentiò feras. Ex hac porrò animi leuitate tertius manat riuus, qui est patientia. Est autem patientia, libenter aduersa perpeti absque voluntatis detrectatiõe vel obmurmuratione. Afflictio & perpessio, nuncij sunt DEI, quibus nos visitare consueuit, quos cùm nos hilari mente suscipimus, ipse Dominus vnà cum illis aduenit. Hoc enim per Prophetam ipse affirmat:

I. Humilitatis riuus.

Obedientia quid exigat.

Volũtas Dei gratissima q.

2. Cor. 8.

Luc. 9.

Ioan. 12.

Mat. 11.

II. mansuetudo.

Mat. 5.

Esa. 66.

Mat. 11.

Psal. 118.

III. Patiẽtia.

Afflictioũ vtilitas.

Cùm

Cum ipso sum, inquit, in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum. Enimuerò patiens perpessio Domini RESV, vestis nuptialis fuit, quando is in crucis altari sponsam suam Ecclesiam sanctam sibi despõdit, eademq; veste omnem suam familiam, quæ ipsum sectata est iam inde à mundi exordio, induit. Libenter enim electi omnes, afflictiones perpessi sunt, quando Christum Dei sapientiam vitam humilem, abiectam, cõtemptam, rigidam & asperam elegisse viderunt. Atque in hoc ipso omnes religiosæ seu monasticæ vitæ ordines fundati & instituti sunt: quanquàm qui hodiè cœnobiticam agũt vitam, Christi vita, eiusq; veste nuptiali contempta, cultu ac vestibus corporis quàm maximè possunt, mundum imitantur, non tamen omnes, sed magna ex parte. Superbia nanq; & vana complacentia, item auaritia, inuidia, gula, luxuria, desidia, & omne malorum genus in plerisq; monasterijs seu monasticis ordinibus, non minùs hodiè quàm in mundo dominatur. Mundum dico eos, qui in mortiferis viuunt peccatis. Itaque vel nunc pudeat vos ac erubescatis, qui Deum deseruistis, & canonum atque votorum vestrorum omnium obliti, vitam viuitis nihil à beluina differẽtem, & spurcissimo seruitis cacodæmoni, qui mercedem vobis refundet, qualem ipse suis, p scelerib̃ consecutus est. Non est enim discipulus supra magistrũ. Probè suos ille agnoscet discipulos, habitabuntq; cum eo in igni Tartareo, vbi erit fletus oculorum & stridor dẽtium, & æterna nec vllum vnquàm finem habitura miseria. Quos autem Christus seipso suisq; vestierit donis, in Patris eius gloria sine fine cum ipso commorabuntur. Sis igitur mitis & patiẽs: id enim passioni dominicæ debes. Si vis exaltari, patiaris necesse est: ipsa te hoc veritas docebit. Quartus hinc idemque postremus sequitur humilis vitæ riuus, putà abnegatio propriæ voluntatis & omnis proprietatis: qui quidem riuus ex patienti perpessione profluit. Itaque cùm homo humilis intùs tangitur, mouetur, absumitur ac trahitur siue rapitur in Dei spiritum, idem ipse propriæ valefacit ac renunciat voluntati, libereque totum sese Dei tradit ac offert manibus, sicq; vnius fit cum Deo voluntatis, eiusq; voluntas in diuinam quodammodò transit voluntatem ac libertatem, neque iam potest velle aliud quàm quod Deus velit: quod ipsum est humilitatis fundum. Dum enim sua nos gratia Deus tangit, ita vt nosipsos abnegemus, propriam repudiemus voluntatem, eamq; in Dei gratissimam voluntatem resignemus, iam voluntas Dei etiam nostra est. Et quia voluntas Dei libera est, immò libertas ipsa, spiritu timoris seruilis à nobis ablato, tum à nobisipsis, tum ab omni metu ac timore, qui nos siue in tempore, siue æternitate premere ac grauare possit, liberos ac expeditos nos reddit, præstatq; nobis spiritum adoptionis filiorum siue electorum Dei, in quo vnà cum filio clamamus, Abba pater: & ipse filij spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd filij Dei simus, & cohæredes cum filio in regno Patris, vbi nos subleuatos quidem atque exaltatos cõspicimus in Dei sublimitate, humiles autem siue demissos in nobisipsis, & in Dei vnione plenos gratia & diuinis charismatibus. Atque hîc summa libertas, & infima seu ima humilitas, in vnam confluxêre personam. Quæ autem huc tum in humilitate tum sublimitate pertinent exercitia, eorum extranei ac alieni imprudentes sunt & ignari. Deniq; qui verè humilis est, idemipse vas est electionis Deo, donis ac bonis omnibus plenum & redundans: qsquis eum fideliter pulsauerit, quicquid appetit & quibus habet opus, adipiscetur. Sed cauẽdum est simulatorum genus, eorum qui se putant aliquid esse, cùm reuerà non nisi folliculus sint vẽto turgidus ac inflatus, qui si prematur, sonum reddit inuisum ac minùs gratum. Ita & ipsi cùm sint superbi ac ficti, habeantq; persuasum sibi, se sanctulos esse, vbi affliguntur atque premuntur, mox erumpũt & crepitant: nõ em̃ ferre possunt, neq; se aut obiurgari, aut doceri patiuntur. Etenim nequam & asperi sunt, aliosq; dedignantur & despiciũt. Animo nulli se submittunt, sed cunctis qui se illis coniungunt, sese anteponũt. Atq; ex hisipsis nosse licebit, fictos atq; fallaces eos esse, & intùs semper immortificatos ac propriæ deditos voluntati. Esto igitur ô homo humilis, obediens, mitis & resignatæ voluntatis, & in amoris ludo victor euades. Considera etiam quæ tuæ sint saluti necessaria. Nam tametsi diuinæ gratiæ fretus auxilio, vitia & peccata omnia per virtutes in spiritu fortasse superâris, viuunt tamen adhuc natura & sensus in vitia culpasq; procliues, aduersum quos dimicandum concertandumq; erit, donec corpus mortale & necdum gloriosum fuerit.

Psal. 90.

Christi vestis nuptialis quæ.

Vitia vt hodiè in cœnobijs dominẽtur.

Luc. 6.

IIII. Propriæ voluntatis abnegatio.

Fundum humilitatis quod sit.

Roma. 8.

Verè humilis vas electionis Dei.

Hypocritę fugiendi.

¶De

¶De quinto Amoris gradu, qui est Dei spectare & appetere honorem. Caput V.

virtutũ oĩm ac bonarũ actionũ nobilitas quæ.

DEindè quintus sequit̃ in spiritalis Amoris scala gradus, qui est virtutum omnium cunctorumq; rectè factorum siue bonorum operum prestãtia vel nobilitas. Virtutum autem omnium & bonarum actionum nobilitas est, Dei honorem supra omnia appetere. Hæc prima omnium virtus in cælis ab Angelis, & intra materna viscera à Christi anima in terris exercitata est: ipsaq; itèm prima à nobis Deo danda ac offerenda est, modò illi placere velimus. Ipsa omnis sanctitatis fundum est & origo: atq; vbi ipsa deest, nihil boni adest, Dei honorem appetere, & amore ac intentione ꝓsequi, vita est æterna: & primũ ꝓcipuumq; sacrificium quod exigimur à Deo. qui verò sibi placet, & ꝓprium concupiscit & aucupat̃ honorem, is Deo placere non potest. Deus quidem dum sua nobis largit̃ dona, sibijpsi placet: facit enim pro bonitate sua: & nos dum perceptis ab eo donis vicem reddimus, virtutes ad eius honorem colendo: etiam ipsi placemus, eo quòd morem illi gerimus. Cæterùm quẽcunq; viuendi teneamus modum aut institutum, quantumuis excellentis vitæ & sublimium bonarum actionum esse videamur, si nosipsos, & non potiùs DEI spectamus honorem, planè fallimur, quandoquidem charitatis expertes sumus. Enimuerò vbi ex fundo humili DEI honorem corpore & Anima, cunctisq; viribus desideramus ac intentione spectamus, hoc ipsum charitas est, quę virtutum omnium totiusq; sanctitatis radix est & origo. Sed qui DEI honorem negligit aut non curat, sed suum aucupatur, is superbiæ vitio laborat, quę radix est vitiorum omniũ ac totius improbitatis & malitiæ. quãdo igit̃ Domini spiritus cor humile tangit, gratiã illi suã infundit, exigitq; eam quę per virtutes habet̃, suã similitudinem, & supra cunctas virtutes charitatis secùm vnitatem vel vnionem. Porrò ad hãc exactionem Anima viuida, & cor amãs hilarescit, tametsi ignorat, vt illi vocationi vel exactioni possit esse satis, & soluere debitum quod ab amore exigit̃ ac reposcit̃. Et quia eademipsa amãs anima honorem & reuerentiã erga Deum ꝓclarissimã virtutum & compendiosissimũ, quod haberi possit, ad Deum iter esse intelligit: eamobrem supra quęuis bona opera cunctasq; virtutes, honoris ac reuerentiæ exhibitionem erga Deum, perennis exercitij loco assumit & eligit, absque vllo fine in eo perseuerare proponens: quæ nimirũ vita cælestis est, & Deo grata valdè. Siqdem ob Dei exactionẽ, & viuidę animę satisfactionem nedum vires oẽs, sed etiã cor, sensus, & quicqd in homine viuit, exhilarat̃. Cunctæ, inquã, vires animę hilarescunt, vires oẽs hiant, & sanguis incalescit desiderio diuini ꝓficiendi honoris. Cũ em̃ secundũ Christianę religionis fidẽ nobiscũ ipsi ꝓpendimus & considerамus DEVM Patrẽ nostrum oĩpotentẽ cælum, terrã & creaturas oẽs in suum æternum honorẽ cõdidisse, & per filium suum coæternã sibi sapientiã suam & fecisse nos & refecisse ac reparasse, & quæcũq; sunt, ad suum æternum honorẽ ordinasse ac moderatum esse, atq; per Spm̃sanctũ, Patris & filij voluntatẽ & amorẽ, cũcta ad æternũ honorẽ suũ ꝓfecisse & cõsummasse, atq; hũc in modũ tres esse ꝓsonas in naturę vnitate, & vnitatẽ naturę in ꝓsonarũ trinitate, simul vnũ verũ ac oĩpotẽtẽ Deũ: ex horũ, inquã, cõsideratiõe satis intelligim̃, q̃ iure meritoq; hunc ipsum Dn̄m Deũ nostrũ tota facultate nostra venerari ac adorare debeam̃. Honorãdus etiã nobis est & adorãdus dulcissim̃ Dn̄s noster IESVS Christ̃ De̅ & homo sub vna ꝓsona. Etem̃ Deus ipse humanitatẽ suã, quę vnũ nobiscũ est, p̃ creaturis oĩbus honorauit, bn̄dixit, extulit, exaltauit, sibiq; cõiunxit & vniuit: atq; per hãc sublimẽ cũ Deo vnionem corpus & anima Christi repleta est, immò plenitudo ipsa est toti̅ gratiæ & donorũ oĩm: & ex ei̅ plenitudine, quotquot illius discipuli sunt, eumq; imitant̃, gratiã & qcqd ad vitã sanctè agẽdam necessariũ eis est, accipiũt. Et ipsa ꝓclara Dn̄i IESV humanitas cũ oĩ familia sua ad exhibendũ Deo Patri honorẽ cum laude, gratiarum actiõe ac reuerentia, tota facultate sua & suorum reflexa est. Ita videlicet De̅ Pater suum honorat filiũ, & quotquot eũ sectantur, eique vniti sunt. Qui enim Deum honore afficit, vicissim honoratur à DEO. Honore afficere ac honore affici, Amoris exercitatio est: non quo Deus nostra honoris exhibitione opus habeat, cùm sit ipse suus honor, sua gloria, sua immensa beatitudo, sed vult sibi à nobis honorem haberi, seque à nobis amari, quo sibi vniamur, ac beati simus.

virtutũ oĩm radix.

Virtus ꝓclarissima, quę.

Quę nos meritò ꝓmouent ad honorem Deo habendum.

Chr̃s vt nobis honorãdus.

Ioan. 1.

1. Reg. 2.

Honorari à nobis cur velit Deus.

Qua

Qua autem ratione & honorandus & laudandus nobis sit Deus, me dicente, lector animaduertat. Quando Deus seipsum oculis nostris intellectualib̃ in infuso lumine manifestat, potestatem nobis facit sub similitudinib̃ tanq̃ in speculo, vbi formæ, imagines, ac similitudines DEI reluceant ac videantur, sese cognoscendi. Eam autem quæ ipse est, substantiam non nisi per ipsum videre possumus, quod est supra nosipsos & supra cuncta virtutum exercitia. Atq; hac ex causa libenter sanè DEVM in formis, imaginib̃, diuinisq; similitudinib̃ adspectare ac exercere debemus, quo nos supra nosipsos in quandam secùm vnitatem vel vnionem, vbi iam nõ sint similitudines, euehat ac sustollat. Porrò in ipso speculo nostro sub formis, imaginibus ac similitudinib̃ DEVM magnitudinem, excelsitatem, potentiam, fortitudinem sapientiam, veritatem, iustitiam, clementiam, pietatem, opulentiam, bonitatem, misericordiam, fidelitatem, amorem inexhaustum, vitam & coronam nostram, gaudium interminatum, & æternam beatitudinem esse contuemur: sed & plures id genus alias illi conuenire appellationes, quas nec capere, nec enumerare sufficimus. His autem ita consideratis, ratio & intellectus admiratione afficiuntur & obstupefiunt, & amoris nostri affectus DEO pro illius dignitate honorem laudemq; tribuere concupiscit ac molitur.

¶Triplex spiritalium exercitiorum modus, & speciatìm de primo, cuius partes sunt, Adorare, Honorare, & Amare Deum. Caput VI.

ITAQVE quia id appetimus, spirit̃ Domini triplicem nos docet modum exercitiorum, in quib̃ omni studere possimus venerationi ac honoris exhibitiõi, quem quidem Deo præstare queamus. Atq; ex his primus modus absq; medio coniungit nos DEO: alter diuinæ nos vnit voluntati, idque per gratiã & bonos actus nostros: tertius seruat nos vnitos DEO, facitq; excrescere & augeri in gratia, virtutibus & omni genere sanctitatis. Primus modus tria complectitur Deo nos vnientia, quæ sunt adorare, honore afficere, & amare Deum. Secundus similiter tria habet, putà desiderare, orare & exigere. Tertius æquè trib̃ constat, videlicet DEI laude, gratiarum actione, & benedictione. Sed iam quid sit adorare Deum, videamus: nempe in fide Christiana magna cum reuerẽtia supra rationem in spiritu nostro DEVM æternam intueri potentiam, creatorem ac Dominum cæli, terræque & creaturarum omnium. Et hæc primi modi prima pars est. Altera est honorare DEVM, quod est abnegare & obliuioni tradere nosipsos & res creatas omnes, & absq; termino & sine respectu æterna cum veneratione ac reuerentia sequi DEVM. Tertia est possidere, & intentiõe ac amore prosequi Deum, nõ quidem priuati alicui̅ lucri nostri, aut honoris aut beatitudinis, aut cuiusquam alterius rei gratia, quam ipse nobis præstare queat, sed propter ipsum dũtaxat, eiusq; æternum honorẽ. Et hæc est perfecta charitas, qua nos vnimur & copulamur Deo, in ipsoq; manemus ac habitamus, & ipse in nobis.

Modus I. II. III.

Adorare Deum quid sit.

Honorare Deum quid.

Perfectè Deum amare, quid.

¶De altero spiritalium exercitationum modo, qui constat desiderio, oratione & exactione. Caput VII.

EX hac deindè charitate alter spiritalis exercitationis procedit modus, tribus constãs partib̃, videlicet appetitione vel desiderio, oratione & exactione, ex quib̃ desiderium corde, oratio ore, exactio spiritu fit. Desideranda enim nobis est gratia & auxilium Dei & quidẽ intima cum deuotione, ad illi̅ honorem, & pro nostra necessitate, quo illi per ea seruiam̃. Et hoc desiderium nostra in anima, amore & appetitu gratissimam Dei voluntatem tota virium nostrarum exequendi facultate ardebit: & hinc alterũ, hoc est, oratio proficiscitur, quæ fit ore & corde. Sanè rogandus nobis est pater noster cælestis, cùm omne datũ optimum & omne donũ perfectum ab ipso ad nos descendat, vt det nobis spiritum casti ac filialis timoris, quo erga ipsum reuerenter nos geram̃, & per peccata eum offendere vereamur ac formidem̃: det etiam nobis spiritũ pietatis, vt in suo nomine vera cũ virtute ac probitate mites, pij, humiles, benigni simus erga omnes nostri indigos: ad hæc, vt largiatur nobis scientiæ spiritum, quo tum coram ipso, tum hominibus quibuscunq; semper

Gratia Dei vt desideranda.

Orandus Deus. Iacob. 1.

ingrediamur & ſimus honeſti moribus, & verbis veraces, in agẽdo, omittẽdo, patiẽdo, atq; in omnibus benè cõpoſiti, vt nõ modò nemini ſcãdalo ſimus, ſed etiã modis oĩbus cuncti ex nobis ad meliora prouocent ac emendent: vt inſupèr tribuat nobis ſpiritum fortitudinis, quo vincamus omnia, nempe diabolum, mundum, & carnem propriã: quibus debellatis, cũ Deo in pace viuimus. Rogãdus præterea nobis eſt Pater luminũ & oĩs veritatis, vt infundat nobis conſilij ſpiritum: quo præditi, Chriſtum vltra cælos omnes ſequamur, & ſpreto mundo, & calcatis oĩbus quæ mundi ſunt, veri diſcipuli & ſectatores ſimꝰ IESV Chriſti Dñi noſtri. Ad hæc deſiderabimꝰ atq; obſecrabimꝰ Deũ, vt veri intellectꝰ ſpm̃ nobis præſtet, vt eo ratione noſtra illuminata, veritatem omnem in cælis ac terris nobis neceſſariam perſpiciamus ac intelligamus. Denique orandus nobis eſt cæleſtis Pater noſter, & IESVS Chriſtus ſempiternus atque chariſſimus filius eius, vt ſapientiæ ſpiritum nobis donet. Eo em̃ ſuſcepto, deſipiet atq; tædio nobis erit, quicquid caducum ac temporarium eſt, tumq; immenſam atq; inexhauſtam Dei videbimꝰ, guſtabimus, ſentiemꝰ ſuauitatem, ſimulq; Spm̃ ſanctum omnis gratiæ & gloriæ, donorumq; omniũ & totius ſanctitatis tam quæ in cælis quàm terris eſt, Dñm, vt in nos veniat, liberè poſcemus ac exigemꝰ. Hic videlicet alter modus eſt, vt apud cæleſtem Patrem noſtrum deſiderando, petendo exigendo agere debeamus, quo ipſi efficiamur ſimiles, & Chriſtum filium eius imitemur, & cum vtroq; gloriam ipſorum in ſanctiſpiritũs vnitate ſine fine poſſideamus.

Quid exigẽdus Deus.

¶De tertio ſpiritalium exercitiorum modo, eiusq; partibus, nempe Gratiarumactione, laudatione, & Benedictione. Caput VIII.

IAM porrò tertius modus, in virtutibus & omnigeno ſanctæ vitæ ornatu nos perficiens, etiam tres partes habet, videlicet erga Deum gratiarum actionem, laudationẽ & benedictionẽ. Laudes igit̃ grates q; agemus Deo, quippe qui cælũ, terrã, & quicqd vſpiàm rerum eſt, in ſuum honorẽ & noſtros vſus neceſſarios creauit: fecitq; nos ad imaginem & ſimilitudinem ſuã, & dominium nobis contulit in omnia quæ in mundo ſunt. Et licèt primꝰ ſecundum naturã genitor noſter Adam, præceptũ illiꝰ violârit, & in peccati conſenſum lapſus ſit, nosq; ſimul omnes in illo, at tamẽ æternꝰ & omnipotens Pater noſter peccata noſtra ſua gratia & pietate texit & operuit, dato nobis filio ſuo, qui noſtra in ſe onera recepit ac pertulit, viamq; veritatis viuendo calcauit, eamq; nos docuit ac nobis demonſtrauit. Seruiuit etiã nobis humiliter obediẽs vſq; ad mortẽ, quo nos cũ ipſo in eius gloria perẽniter ſine fine viuamus. Meritò ſanè grates & laudes agere ac benedicere debemꝰ cęleſti parenti noſtro, eiusq; dulciſſimo filio, & amborum adorãdo ſpiritui, q̃ ſtupenda hęc ex amore in noſtra natura operati ſunt. Sed & gratias ac laudes agemꝰ & benedicemus amãtiſſimo Dño noſtro IESV Chriſto, qui vnũ eſt cum Patre, q̃ carnem & ſanguinem ſuum & p̃clariſſimã ac glorioſam vitam ſuam nobis contulit ac dereliquit in præſtantiſſimo ſacramento, in quo eſcam & potum & vitam ęternam, atq; adeò quicquid appetere poſſimus, longè copioſiùs quàm abſumere queamus, inuenimus. Ad hęc offeremus Deo Patri noſtro filiũ eius vulneribus confectum, excruciatum, & noſtra cauſa ex amore mortuum: offeremus aũt eũ cum cunctis illis ſanctis ſacrificijs, quæ vnquàm ſint in illius nomine à bonis facta ſacerdotibus: & cum his ſimul diuinę præſtantiæ ac Maieſtati cultum omnem & miniſterium ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, & omnium bonorum hominum à primo ad extremum vſq; offeremus. Gratias præterea agemꝰ, & laude afficiemus Dominum noſtrum IESVM cum dignitate & excellentia amantiſſimæ matris ſuæ ſemperq; virginis MARIAE, quam ab omni æternitate vnam ex toto mundo ſibi digniſſimã elegit genitricem, & à qua cõcipi dignatus eſt ex Spirituſancto, geſtariq̃ue caſtis eius viſceribus, & abſque vlla macula, & ſine dolore naſci ex ea Matre ſimul & Virgine, eiusq̃ue ſugere præclara vbera. Et cùm ab Angelis cantaretur ei, Gloria in excelſis, ipſe in maternis auribus, poſitꝰ in præſepio, mœſtos dabat vagitus. Adorabat autem eum mater pijſſima, intuebaturq̃ue vt DEVM & filium ſuum. Ac deinceps multa cum Reuerentia officioſiſſimè illi miniſtrabat, & ipſe viciſſim ei tanquàm pijſſimus filius chariſſimæ atque ſuauiſſimæ ſuæ genitrici. Orabat quidem eum vt

Laudes & grates vt agẽdæ Deo.

Gene.1.

Gene.3.

Phil.2.

Filiꝰ Dei vt pri offerẽdꝰ.

Luc.1.

Luc.2.

vt Deum ſuum, itemq̃ue imperabat vt filio ſuo: cui rei, quod æquè ſit ſtupendum, nihil vnquàm ſimile viſum eſt. At verò beatiſſimæ huius virginis matris quanta fuerit tum in virtutibus, tum vitæ ſanctitate dignitas & excellentia, neq; ſcribi, neq; enarrari poteſt. Enimuerò profunda eſt humilitate, ſublimis puritate & caſtitate, charitate latiſſima, & longa ſiue in longum ſe extendens miſericordia erga peccatores omnes, ipſius petentes opem. Siquidem omis gratiæ & pietatis ac miſericordiæ mater eſt, & aduocata ac mediatrix noſtra, media intercedens inter nos & filium ſuum, qui nihil illi petenti negare poteſt, cùm ſit ipſius mater, ſedeatq; ad eius dexteram regina cum ipſo coronata, & domina potens in cælo & in terra, ſupra creaturas omnes exaltata, & ipſi proxima. De hoc igitur tãto honore & dignitate collata ab eo ſuæ amantiſſimæ genitrici, & in ea noſtrũm omnium naturæ humanæ, gratias illi agere, eumq; laudibus celebrare debemus. Ingratitudo enim diuinæ pietatis fontem exiccat. Atqui gratias agere, laudare, venerari ac honorare Deum, primum quod vnquàm à creaturis actum ſit, opus & exercitium fuit, idemq; ſemper in omne æuum durabit. Et primò quidem in cælis ſumpſit initium. Cùm enim Michael & angeli eius præliarentur cum Lucifero & angelis eius, quinam cælum obtinerent, Lucifer victus eſt cum omni exercitu ſuo, eoq̃ue inſtar fulguris & flammæ ardentis è ſummo cælo cadẽte, (qui enim ſe exaltat, humiliabitur) omnes bonorum angelorum chori & ordines, & potentes cælorum virtutes ac dominationes lætatæ ſunt, ſummusq; Seraphici ordinis ſpiritus æternam DEO laudem tribuit, & poſt eum reliquus omnis cæli exercitus gratias egẽrunt Deo de victoria, adorantes & laudantes eum, quòd ipſe eſſet eorum Deus: amantq; eum, & æternò ipſo in illius gloria perfruuntur.

Mariæ virginis excellẽtia quãta.

Apoc.12.

Luc.10.

Luce 14.18.

¶Vt angelici ſpiritus, præſertim primæ & ſecundæ Hierarchiæ, ſeſe erga nos habeant: & de mutua inter Deum & animam ſanctam complacentia & interna collocutione. Caput IX.

ET ſummæ quidem hierarchiæ ſpiritus, putà Throni, cherubim ac Seraphim, non certant nobiſcùm aduerſus vitia noſtra vt ea ſuperemus, ſed viuunt vnà nobiſcùm, vbi ſupra certamen ſubleuati ſumus, cum Deo in pace, in contemplatione, & in amore perẽni. Alterius autem, id eſt, mediæ hierarchiæ ſpiritus, nempè Principatus, Poteſtates & Dominatiões, nobiſcùm contra dæmones, mundum, omne vitiorum genus, & quicquid in Dei famulatu officere nobis poſſit, decertant, item q; ordinant, regunt ac moderantur nos, ſunt q; nobis auxilio ad perficiendum internam vitam cũctis virtutibus decoratam. Itaq; ſi diuina gratia & angelorum adiutorio ac ope freti, mundum vincamus, & contemnamus quicquid eſt in mundo, iam reges ſumus & principes totius mundi, & noſtrum eſt regnum cælorum, & Principatuum ordo, qui quartus eſt, nobis pro Dei honore miniſtrat. Et ſi ob Dei honorem ex corde & ipſo fundo ſubter cunctas creaturas nos abijciamus, contẽnamus ac humiliemus, iam dæmonem vincimus, & omnem virtutem illius: & Poteſtates, quæ quintum obtinent chorum vel ordinem, ſocij noſtri ſunt, & in internis exercitijs inſeruiũt nobis tum ob victoriam noſtram, tum ob dignitatem Dei. Vbi verò ſeſe quiſpiam aſpernatur & abijcit infra bonos omnes, ita vt nulli homini bono in virtutibus æquiparare ſe audeat, quippe qui iudicare neminem, nec quenq̃ niſi ſeipſum condemnare nouit, & quicquid virtutum actitet, parùm aut nihil ipſi videatur, eo quòd tam diuinę iuſtitiæ, quàm ſuę humilitatis ſpiritus quieſcere ipſum non ſinant, nocte ac die eius in corde clamitantes, vt Deo viuat ac ſeruiat, & ex ipſis viſceribus cor illiꝰ rodẽtes, & ex oſſibus medullas ipſas ebibentes & abſumentes: fameſq; & appetitus Deo ſeruiendi tam ingens ſit, vt quicquid etiam poſſit facere boni, mox conſumptum ſit, nec eum quietum & pacatum reddat, atque eam ob rem ſibi ipſi indignetur ac iraſcatur, quòd tantum facere non poteſt, vt ſibi factum ſit ſatis. Omnis nanq; naturalis erga ſeipſum & creaturas omnes complacẽtia, in ipſo mortua eſt & interijt: nec aliud nouit aut ſentit, niſi huiuſcemodi tantùm validas voces ſuo in corde ſonantes, Viuas & ſeruias Deo: quod cùm pro voto ſuo facere non queat, odio & contemptui ſe habet. Etenim Domini ſpiritus à deſiderio ipſius nouum ſemper famulatum, nouamq̃ue honoris

Totius mundi reges vt ſimus.

Dæmonis victores vt ſimus.

Iuſtitiæ Dei & noſtræ humilitatis ſpiritus quid exigant.

exhibitionem postulat: & qdem multo ampliùs q̃ ipsum perficere aut pstare queat: quicqd enim dederit, maiori semp debito manet obligatũ: atq; indè fit, vt idem ipsum illius desideriũ, quadã impatiẽtia corripiat. Cumq; id quod exigit à Deo, istiusmodi humilis homo pfici à se non posse animaduertit ac respicit, ad Dñi pedes humiliter puolutus, ita dicit: Non possum tibi Domine facere satis: itaq; meipsum abnegans, tuis me manibus offero: fac mecùm quicquid tibi visum erit. Sub hac humili resignatione Dominus ita respondet: Satis mihi places, teipsum resignãs, mihiq; confidẽs: quãobrẽ libertatis & veritatis spm meũ tibi largior, quo ipse solus supra cũctos actus bonos & q̃q; virtutũ exercitia vnicè placeã. Hæc nimirùm inter Deum & liberum istiusmodi ac humilẽ hoẽm complacentia, charitatis & totius sanctitatis in interna vita radix est. Et in hoc complacentiæ exercitio, à nullo vitio impugnari aut tentari potest qui talis est: quandoquidem hostes vniuersi haud secùs ab eo diffugiunt, quàm serpentes à vineis florentibus. Itemq; mutua hæc inter Deum & eiuscemodi hominem complacentia, excellentissimum & præclarissimum in interna vita opus & actio est: & ex ipsa virtutes omnes & cuncta bona opera benè agunt, ac probè ordinant. DEVS nanq; suam dat gratiã, & homo internus Deo vicissim cuncta sua dat opera: sicq; tum gratia, tum actus boni semper & augescunt & renouant. Loquit enim Deus intùs homini interno. En ipse meã tibi confero gratiã, tu mihi actus tuos & opera tribue. Rursumq; in liberi desiderij complacentia loquit, Tu te mihi dato, siquidem ipse me tibi do. Si vis esse meus, equidem tuus ero. Istæ amicabiles sunt quæstiones ac responsiones, intùs in spiritu, non foris verbis factę ac redditæ. Respondet autem amãs Anima Deo suo: Tu quidem Domine in me viuis per gratiã tuam, & supra omnia vnicè mihi places. Amare, gratias agere, & laudare te cogor, neque his carere possum, cùm sint vita mea æterna. Tu meus cibus & potus es: quantoq; plùs edo & bibo, hoc magis esurio: quo plùs habeo, eo plùs concupisco. Dulciores faucibus meis melle & fauo, & omni mensa vel finita dulcedine. Et quia te absumere non possum, semper in me fames & desideriuũ pmanet. Vtrùm verò ipse me edas, aut edaris à me, non satis compertum habeo, quãdo vtrunque mihi sentire videor in fundo meo. Exigis quidem vt sim vnum tecùm, sed hoc ipsum grauis mihi crux est: quãdoquidem mea nolo deserere exercitia, nec in tuis obdormire vlnis. Nõ possum sanè te nõ laudare, non tibi gratias agere, non te honore afficere, cũ hæc mea sint vita sempiterna. Impatientiam quandam intra me sentio, & quid sit ignoro. Si quidem ita possem ad vnitatem tecùm pertingere, vt tamen semper in meis liceret actib' perseuerare, nihil ampliùs conquererer. Sed tu Domine, qui necessitates nosti omnium, mecùm interìm facis quicquid tibi libet, itaque meipsam tuis prorsus permitto ac dedo manibus, futura hoc ipso in omni semper afflictione vel perpessione virilis & magnanima. Ad hæc Domni spiritus non quidem foris verbis, sed intùs ita vt sentiat, eiuscemodi in animæ intimis penetralibus reddit responsum: Equidem tuus sum charissima mea, & tu mea es: meq; tibi int' tribuo supra cuncta dona mea, teq; rursum exigo ac traho in me supra omnes actiones tuas. Deindè vbi deuota ac internæ vitę dedita anima diuino huic tractui facit satis, liberè sese permittens ac tradens spiritui Dei, iam inexhaustum ac infinitum quendam sentit amorem se penitùs circumplectentem: atq; vbi supra seipsam & dona omnia in Dei spiritum subleuata est, infinitum experitur gaudium, quod capere non sufficit, & in quo prorsus immergitur ac liquescit. Ita ergo inter immensum ac inexhaustum amorem & infinitum gaudium Anima deuota & internæ vitæ studiosa, sub amoris adspectu circumplexa atque cincta est. Sed hæc breuis horula est. Non enim potest esse ociosus Amor: quamobrem alta voce in hac ipsa clamat Anima: Grates & laudes agas, & honorem habeas Deo tuo: id enim Amor non consulit solùm, verumetiam imperat. Iste videlicet internæ exercitatiõis summ' & excellẽtissim' modus est, & vitę contẽplatiuę proximus. quẽ cũ adepti sum', similes sumus sexti ordinis spiritibus, quos Dñationũ vocabulo exprimũt, eo q̃ qnq; inferioribus angelorũ ordinibus dñentur. Itidẽq; modus hic iã dictus, cunctis exercitijs, q̃ quidẽ in interna possint coli vita, longè pstat & est excellentior.

Resignatio sui q̃ placeat Deo.

Cõplacẽtia mutua inter Deũ & hominẽ amãtẽ totis sanctimõiæ radix.

Collocutiones amicabiles in spũ, Dei & hois.

Aia deuota qñ ægrè intermittat exercitia pietatis.

Amorẽ ociũ non pati.

Modus internæ vitæ excellentissimus quis.

¶ De duplici via, à Christo nobis verbo & exemplo tradita, putà mandatorum & consiliorum. Capnt X.

Nimi

NIMIRVM Christus IESVS viuẽtis Dei filius, duas nos vias nedum verbo, sed etiam exemplo edocuit, quibus ad vitam perducamur æternam, si tamen ipsum sectari non recusemus. Prima quidem via, mandatorum eius est, altera consiliorum. Ipse enim ait: Si vis perfectus esse ac meus discipulus, desere omnia quæ cũ amore possides, patrem, matrem, sorores, fratres, vxorem, liberos, domum, rem familiarem, & quicqd mũdus hic habet, quod in internis erga Deum exercitijs tuis impedimento tibi esse aut officere queat. Id enim omne relinquas & contemnas oportet, si me imitari & ad meum exemplum componere te velis. Etenim sicut misit me pater, & ego te mitto. Neque enim ipse vel tantillum habui, vbi caput meum reclinarem. Sic igitur nec tibi qaicquam in hoc mũdo seruare ac retinere licebit, quod cum affectu, delectatione & amore possideas: sed abnegãda ac repudianda sunt omnia, si quem in interna vita profectum facere velis. Quod si facere potes, iam planè meus es discipulus, & pauper spiritu, & totius quem vicisti, mundi rex & dominus. Et licèt nihil habeas proprium, tamen omnia possides in Deo, à quo vincendi vires & facultatem adeptus es. Rursumq; Christus loquitur: Relinque omia quę cum amore possides, & veni, sequere me, id est, ex hoc ipso quod reliquisti omnia, non tu tibi placeas, sed Deo tribuas honorem. Ita Christus ipse fecit, sicut illius verba testantur, quibus ait: Ego non quæro gloriam meam, sed honorifico patrem meum. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Istud qui facit, hocipso similis est filio Dei, à quo humili est sapientia donatus. Ait porrò Christus: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã quotidiè, & sequatur me. Fecit hoc ipse idem Dominus noster IESVS Christus, quando seipsum abnegans, corpus quidem occidendum tradidit manibus inimicorum suorum, voluntatem autem in Patris manus resignauit. Ac deindè posteaq̃ quicquid erat & poterat, resignârat, alta clamauit voce: Consummatum est. & inclinato capite, emisit spiritum. Quod itidèm nobis quoque faciendum est, si in charitate & vita interna perfecti esse volemus. Abnegemus enim oportet & omninò resignemus ac permittamus nos gratissimæ Dei voluntati: atque etiam voluntarij & parati simus mortem oppetere siue pro honore Dei, siue causa proximorum, si per hoc ad æternam vitam eos seruare possimus. Ita nimirùm perfectam habemus erga Deum & proximos charitatem, & similes sumus spirituisancto, qui cũctos amoris actus operatur, perficietq; in vita æterna. Isthæc tria absq; fictione coram Deo exercitata, Domini consilia sunt, & via occulta ad Deum, paucis explorata & inuenta. Esenim paupertas externa si exercitijs internis cæterisq; virtutibus destituta sit, hanc inuenire nõ potest viam. Contrà si quis diuitijs prudenter & religiosè vtatur, & in pauperes liberaliter eas distribuat ad honorem Dei, iter hoc inuenire poterit, fictis & qui inuiti ac contra voluntatem suam pauperes sunt, incompertum & incognitum. Communis autem via, ad Deum nos perducens, iter est mandatorum DEI, de quibus Christus ait: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Itemq;: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta Patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Charitas enim siue dilectio primum ac maximum mandatum est. Amare autem non potest, nisi qui Christiana sit fide præditus. Credenti verò omnia sunt possibilia: infidelis autem & incredulus, inferni titio est. Si ergo præcepta DEI seruare velis, credas necesse est & confidas Deo: neque id satis tamẽ esse putet, sed insupèr conscientiam expurges oportet à peccatis iuxta christianæ legis decretum, & sanctæ Ecclesiæ catholicæ institutum ac institutiones: ad hæc, bona sis præditus volũtate, & morigerum ac obedientem te præstes nedum Deo, sed etiam Prælatis tuis in cunctis institutis, modis & exercitijs bonis, quibus in sancta Ecclesia communiter vacatur: idq; tum pro virium tuarum facultate ac vera discretione, tum etiam pro more & consuetudine bonorum hominum quibuscum viuis, atque etiam terræ vel regionis in qua demoraris. Decem præcepta pdiscas, & secundum ea vitam transigas tuam. Septem peccata mortifera fugias ac deuites, ne offenso Deo, pœnas merearis inferni. Ieiunia obserues, festosq; dies colas: obedientem ac promptum te præbeas pro virili in omnibus rebus bonis. Esto fidelis Deo tuo; itemq; tibi ipsi in cunctis actibus bonis, tanq̃ seruus bonus Domino suo, donec te ad se recipiat. Ista videlicet mandatorum Dei vita est, ad quam colendam omnes obligati sumus. Atque ea re angeli

Via consiliorũ Dei quę. Mat. 19

Ioan. 20. Luc. 9.

2. Cor. 6. Mat. 19.

Ioan. 8

Luc. 9.

Ioan. 19.

Perfectio charitatis & vitę internę qd requrat.

Via mandatorum Dei quæ sit. Matt. 19. Ioan. 15. Mat. 22. Mar. 9.

Fides sola non sufficit.

Hebr.1. geli oẽs infimi ordinis miniſtrãt nobis, quo nos immaculatos & mundos à vitijs ad conſpectum Dei ac Domini noſtri perducãt. Atque hic primus eſt gradus & modus infimus in vita actuoſa, quo nos infimis cæli ſpiritib⁹, qui Angeli, id eſt, nuncij vocantur, ſimiles ſumus.

Gradus I. vitæ actiuæ quis. Sequitur hinc alter gradus & via celſior vitæ actuoſæ, putà innocens patientia.

Gradus II. Innocẽs patientia. Innocentia quidem charitatis filia eſt, & patientia ſoror illius eſt: atque ex his tribus per DEI gratiam cuncta opera bona aguntur: compeſcunt enim & refrenãt inordinatas naturæ appenſiones. Omne quoq; virtutum diſcrimen, in innocenti patientia ſimplex eſt. Qui em innocens ſimul & patiens eſt, in Dñi pace viuit: ſiqdem humilis, mitis, obediens, benignus, pius, liberalis, moribus honeſtus, ſimplex, patiens, & in omnibus bonis rebus flexibilis ac ductilis eſt. Enimuerò non docilis tantùm eſt, ſed & ipſius Dñi diſcipulus, ſemper à Deo veræ pacis diſciplinã accipiens. Hunc in modum vbi in virtutibus compoſitus ac benè conſtitutus fueris, alterum habes gradum, ſimilem alteri, id eſt, Archangelorum ordini, qui infimis primæ hierarchiæ ſpiritibus imperant ac dominãtur: Iamq; vltra eos omes qui in infimo bonarum

Gradus III. actionum & operum ordine, in quo ſaluum fieri liceat, poſiti ſunt, ſubleuat⁹ eſt. Sequitur

In vita actuoſa quis ſit grat⁹ Deo. gradus tertius, in quo omnis vita actiua, quæ qdem DEO ſit accepta, perficitur & conſummatur. Quãdo igitur homo ſimplex ac timens Deum, legem & præcepta Dei non arida ductus conſuetudine, nec metu adactus, ſed qa Deus id vult & præcipit, obſeruat: iam bonus

Quis gratior. eſt, & placet in infimo bonæ vitæ ordine. Deindè, vbi aſcendit alti⁹, ornaturq; intùs virtutibus multimodis, vt ſit ſimilis Deo, Angelicis ſpiritib⁹, ſanctis ac beatis & bonis omnibus, atq; etiam ob virtutum honeſtatem, vitiorum odium, æternam vitam, conſcientiæ pacem, item q; gaudium ac tranquillitatem, quam in vita minimè ficta experitur: hic iam multo eſt

Quis gratiſſimus. Deo acceptior, magisq; placet, quàm homines vulgares infimi ordinis. Atqui dum ſupra omnes bonos actus externos, cunctasq; virtutes internas, leuatis ſurſùm oculis, Deum ſuum fideliter in Chriſtiana fide adſpectat ac intuetur, eum ſupra omnia intentione ac amore ꝓſequens, atq; in hoc perſeuerans, idemq; præcipuè ſupra omnia exercens & colens, iam tertium appræhendit gradũ, in quo vita omnis actuoſa, vt diximus, conſummat: neq; abſurdè tertij chori infimæ hierarchiæ Angelis, q virtutũ habent vocabulũ, comparatur. Tum em

virtutes qñ pfectę ſint. virtutes omnes perfectæ ſunt, ſuosq; habent numeros, quãdo hoc pacto ſeſe quiſpiã offert Deo, eumq; vltra omnia & præ omnibus ſpectat & amat. Ita iam habemus vitam actiuam tribus ordinibus perfectã & abſolutam, ducentẽ nos ad vitam æternã, idq; altiùs atq; altiùs, prout in gratia meremur, & digni ſumus coram Dño. Hanc ſi in te vitam expertus es, eamq; ſeruare cupis ac poſſidere, à teipſo & creaturis oĩbus, omiq; erga teipſum inordinata ſolicitudine et curis expedit⁹ ac liber ſis oportet, nec vllo modo placeas tibijpſi: ſed Deũ reſpicias, intentiõe ac amore ꝓſequaris, & colas atq; exerceas, eius honorẽ ſupra omia magnoperè appetas. Hac ratione ſtabilis ac firmus in conſpectu illius æterna eum reuerẽtia ac veneratione permanere & commorari poteris.

¶Vt quidam grandes ſint in ſuis oculis, cùm tamen reuerà multis laborent vitijs. Caput XI.

Hoim ſibi placentium deſcriptio. MVLTOS em inuenire licet, qui placeãt ſibijpſis, & ſublimis vitæ, atq; corã Deo ſubleuatos eſſe ſe putent, cùm tamen multis ſint erroribus impliciti. Qui enim natura ſunt immortificata ac irreſignata, ijdem etiam in gratia minimè ſunt ſubleuati, nec viuendo exercitati corã diuinę excellentia Maieſtatis. Et quãuis acuto ſint præditi intellectu, & ſubtiles ex rationali lumine, at tamen & ipſi ſibi placent, & alijs placere appetunt, quæ ſunt auerſiones à Deo, & vitiorũ omniũ radices principales. Atq; hinc ꝓficiſcit, q alios excellere cõcupiſcunt, immò etiã præferri ac præponi omibus, modò id eis

vitiorũ oim radices pręcipuæ. poſſet obtingere. Nemini ex aio acqeſcũt & obſequũt, ſed cupiũt poti⁹ vt mortales oẽs ipſorum iudicio ſubſcribãt & obſecũdent: qñquidem cõtentioni ac ꝓprię volũtati dediti ſunt. Semper ſe rectè ſentire arbitrant, errare aũt eos omnes qui ipſis cõtradicãt. Facilè pulſant, turbantur, iraſcuntur, & nedum verbis ac geſtibus, ſed etiam actibus nequiter, aſperè, dedignanter ſeſe gerunt: quo fit, vt pacificè cum illis vita tranſigi non poſſit. Sed & in ſeipſis ama

amari, ac pacis expertes ſunt. Acutè enim & diligenter obſeruant & temerè iudicant plures alios, ſeipſos autem minimè. Eam ob rem multis agitantur ſuſpiciõibus, multumq; inuidentia, diſplicentia, ac interna erga alios, qui ipſis non ſatis arrident, dedignatione & qbuſdam velut aculeis mouentur: atque his animi perturbationibus & vitijs torquentur, vexantur ac perturbantur in ſeipſis. Perſuaſum enim habent, cuncta ſe & noſſe meliùs, & rectiùs facere quàm alios. Promptuli ſunt ad docendos, moderandos, obiurgandos, calumnijs inſectandos alios: ſed ipſi à nemine doceri, dirigi, repræhendi ſe patiuntur: quippe qui totius orbis ſapientiſſimos ſe arbitrantur. Libenter premunt & aſpernãtur ipſis inferiores aut etiã ęquales, qui eis honorem non habeant, aut eos non magnipendant. Infectantur ac maledicũt alijs: & ſæpenumerò toruo, immiti ac aſpero ſunt animo, eo quòd intùs ſanctiſpiritũs vnctione careant. Quando cùm alijs ſunt, etiam bonis ac Deum timentibus, ipſi in loquendo primas ſibi partes vendicant: putant enim præ cæteris dignos ſe eſſe qui primi loquãtur: vtpotè qui ſuo iudicio, vt dixi, omnium ſapientiſſimi ſunt. Superbiam ſuam humilibus obtegũt moribus ſiue geſtibus, & inuidiam ſuam quodam iuſtitiæ colore ac ſpecie. Amiciſſimos atque coniunctiſſimos ſe præbent illis, qui ipſis adulantur ac benignè faciunt. Si qua eis expedienda aut gerenda ſint, ijs intùs animo occupantur ac diſtrahuntur, ob eaq; cordis anguntur curis & ſolicitudine immoderata. Ex rebus terrenis haud aliter quàm homines mundani, nunc gaudium, nunc mœrorem contrahunt. Dum in faciem vel laudantur vel vituperantur, facilè ipſi ſe produnt, qualesnam ſint. Anxia quadam tenentur ſolicitudine, multumq; ſibi metuunt à morbis, à morte, ab inferno, à purgatorio, à Dei iudicio & iuſtitia. Et quia in ſeipſis curioſi ſunt, de omnibus quæ accidere poſſint, formidant, trepidant, ac mala opinantur. Amant enim ſeipſos inordinatè non ad Deum, neque propter Deum, ideoque naturaliter timoris inordinati cauſa. midi ſunt, & nec liberi, nec benè verſati coram Deo. Permultis vexantur ijſdemq; ſuperfluis ac extraneis curis & timoribus ob res temporarias & mundanas. Malos verentur dominos, metuuntq; ne vita fortuniſq; ſuis priuentur, ne bona ſua furto ſubripiantur, aut ab alijs detineantur, aut malè ſoluantur, ne fortè reddantur inopes, miſeri, calamitoſi, deſpecti, ne ſenio ac morbis afficiantur, ac demùm ne tum amicorum, tum rerum temporalium ſolatio & adminiculo deſtituantur. Quæ omes curæ ſunt inanes, ſuperfluę ac ſtolidę, quæ ſenes aut aros ac deliros depaſcunt, & quoſdam etiam ſuis priuant ſenſibus. Atque huius farinæ homines etiam in monaſticis ordinibus ac religioſis ſodalitatibus inueniuntur: ad eorumq; numerum pertinent, qui etiamnum propriæ obſequuntur volũtati, nec ſibijpſis mortui ſunt, Timores friuoli quorũdam religioſorum. qui interdum verentur ac formidant, ne ipſis viuentibus quidam exiſtant ac inſtituant prælati vel præfecti, à quibus premantur & contemnantur: putantq; ſe id æquanimiter laturos non eſſe. Etenim ipſi ita ſecùm animo voluunt, dum quis fortè eis contrarius eſt: Si hominem iſtum mihi præfici contingat, quinam illi ſubditus ac morigerus eſſe potero? Neq; em me charum habet: atq; hauddubiò vbicunq; poterit me affliget, peſſùm premet ac deſpiciet: & quotquot illius amici fuerint, cum ipſo ſentient, mihiq; aduerſi erunt. Ex hoc autem anxio timore etiam ſanguis cordis eorum mutatur, ipſiq; impatientes fiunt, & ſibijpſis ita loquuntur: Non id ferre potero, quin totus amens fiam, aut cœnobium mutem. Et hi itidem ſtolidi timores ſunt & inordinata prudentia ac prouidentia, ex ſuperbo cordis fundo trahens originem. Qui tamen ſi ipſi alijs præponerentur, premerent potiùs atque contemptui haberent omnes ipſis contrarios, nec ipſorum iudicio obſequentes: idq; eo, quòd ſe putent rectiùs ac ſapientiùs moderaturos atque ordinaturos omnia, quàm quiuis alius poſſit. Quo fit, vt ſæpè etiam ſuos prælatos vel præfectos, & quibus officia demandata ſunt, non modò ſuis in cordibus, ſed etiam apud eos, quos talia libenter audire nõrunt, inſimulent atque calumnientur. Grauiter ferunt ſi quis laudetur ex eis qui ipſis adſunt: putãt enim per hoc aliquid ſuæ exiſtimationi detrahi. Neque de aliquo perſuaderi eis poteſt, ſublimioris eum vitę eſſe, quàm ipſi in ſe ſentiant & intelligant. Iſti ergo cæteris quidem omnibus qui ipſis conuiuunt, ſapientiores prudentioresq; ſe credunt, cùm tamen ad veram obtinẽdam ſanctitatem planè inepti, inhabiles atque incompoſiti ſint & inordinati. Probet igitur, examinet, attendat, & iudicet quilibet tum ſpiritum, tum naturam ſuam, ſi quid fortè ex iam dictis vitijs in ſe

se reperiat ac sentiat. Quicquid enim eiusmodi est, id profligandum, debellandum ac superandum est, si vnquã verã velit sanctitatem adipisci. Moriamur necesse est vitijs, si Deo viuere velimꝰ. Nulla nos neq; prospera, neq; aduersa detineant, aut imaginibus afficiãt oportet, si regnum Dei conspicere velimus. Corda & affectus seu desideria nostra terrenis rebus clausa, Deo vero & æternis rebus aperta esse necesse est. Vt Deum gustare digni simus, mundus omnis deserendus nobis est: & quę Deus amat, amãda: quę odit, habenda odio sunt: vt Dei potentes & compotes esse queamus. Denique nosipsos vt abnegemus, oportet, si Dei spiritus in nobis proficere debeat, qui nos absoluat & expeditos reddat ab omnibus: quo facto, iam illum pati & vltra cælos omnes sequi, & cum eo absque diuisione vniti esse poterimus: atque indè ei benedicemus, & in pace cælestem audiemus melodiam, sextuplici vocum discrimine ac diuersis tonis resonantem.

¶De cælesti melodia, sextuplici vocum discrimine resonante. Caput XII.

ENIMVERÒ cælestis Pater noster ex omi æternitate vocauit nos & elegit in amãtissimo filio suo, & nomina nostra charitatis suę digito in vitali æternę sapientię libro descripsit, nosq; ei æternò tota viriũ nostrarũ facultate perenni cum reuerentia ac veneratiõis studio respõdebimus: quod est initiũ omnis cantũs tam angelorum q̃ hominum iustorũ, q nec vllo vnquã fine claudet. Primus aũt cælestis melodiæ vel cãtionis modus, est amor Dei & proximi: quem vt nos sciremus, filium suum DEVS Pater in mundum mittere dignatus est, vt is eum nos doceret. quisquis enim huius cantũs rudis & ignarus est, ad cælestes choros conscendere non poterit: quippe qui nec scientia, nec habitu q̃ choris illis congruat, ꝓditus est: eoq; ab eis semper exclusus manebit. Ipse dñs IESVS, qui æterno nos amore complexus est, in venerando dignissimæ Genitricis suę conceptus vtero, in spiritu gloriã & honorem cecinit Deo Patri suo cælesti, & pacem ac quietẽ cunctis hominibus bonæ voluntatis: eãdẽq; cantilenã etiã Angelici cecinêre spiritus ea nocte, qua ex Matre virgine natus est: cuius nos immemor sancta Ecclesia catholica in vtroq; hoc festo candẽ etiã specialiter decãtat cãtionẽ. Deũ nãq; amare & ꝓximũ ad Deũ & ꝓpter Deũ & in Deo, ea & altissima & iucundissima vox est, qua vel in cælis, vel terris cãtari queat. Modus aũt & sciẽtia cãtũs huius, Spũsanctus est. Porrò Christus IESVS, qui cantor & supremus magister ac moderator noster est, iam indè ab initio præcinuit, atq; in æuum præcinet nobis fidelitatis ac ęternę charitatis canticũ: nosq; eũ in hac vita & in gloriæ Dei choro omi viriũ nostrarũ facultate ꝓsequemur. Nimirũ vera, syncera, ac minimè fucata vel ficta charitas, cantus ille cõmunis est, cuiꝰ nos oẽs peritos esse oportet, si in Dei regno cũ angelicis ac beatorũ hominum spiritibꝰ in chorum admitti velimꝰ. Charitas intùs q̃dem virtutũ oĩm fons & radix est, foris autẽ, oĩm bonarum actionum & operũ decor & vera exhibitio est. Charitas sui ipsius vita & merces est. Exercitatio amoris errare nõ potest: quã Christꝰ ipse cũ oĩbus electis suis nobis viuẽdo, docẽdo, ꝓcedẽdo demonstrauit: quos oẽs imitari nos debebimus, modò cũ illis seruari & beatitudinẽ adipisci volemꝰ. Et hic primꝰ est cælestiũ cantionũ modus, quẽ ęternę Dei sapiẽtia cũctos discipulos suos sibi morẽ gerẽtes per Spm̃ sctm̃ docet. Est deindè cælestis melodiæ modꝰ alter, q est syncera ac minimè simulata suĩ in ima abiectio, quã nemo nec attollere nec deprimere queat: q̃ppe quę virtutũ oĩm & totiꝰ spiritalis structuræ radix est & fundũ absq; fundo, itemq; tenor & clauis omis cælicæ cantionis, cũ virtutibus q̃buscunq; aptè pulchreq; consentiẽs, vpotè quę charitatis ipsiꝰ palliũ est ac ornamentũ: & vox dulcissima, qua cantetur in conspectu Dei. Toni illiꝰ tam suaues, iucũdi, illices & attractiui sunt, vt ipsum Dei filium æternam sapientiam ad nostram assumendã naturam attraxerint. Posteaquàm enim virgo intemerata beatissima MARIA ea protulerat verba, Eccè ancilla Domini, fiat mihi secundum verbũ tuum: vsqueadeò deuictus est DEVS, vt humilẽ eiusdẽ sacratissimę virginis thalamũ sua æterna sapiẽtia implere voluerit: atq; hoc ipso q celsissimus, imò celsitudo ipsa erat, factus est infimus ac humilimus, Dei filio sese humiliãte, & serui formam assumente, nosq; in Dei formã attollente: adeoq; seipsum infra mortales oẽs abijciẽte ac humiliante, seque contempto, nobis ad ipsam vsque mortis perpessionem ministrante.

Cælestis melodię modꝰ I.

Luc. 2.

Altissima & iucũdissima vox q̃ sit.

Chrs quale cãticum nobis ꝓcinet.

Charitatis cõmẽdatio.

odus II. Humilitatis mira laus.

Cui

Cui quisquis sese conformare, eumq; sequi appetit eò, vbi minimè fucatæ ac fictæ humilitatis canticum depromitur, sese abneget & contemnat necesse est, atque etiam infra mortales omnes abijci, nihilipendi, despici, nesciri optet & amet. Humilitas enim neq; prosperis, neque aduersis, neq; lætis, neq; tristibus rebus, non honore, non ignominia, neque vlla re quæ non sit ipsa, mouetur. Ipsa munus excellentissimum, & elegantissimum ornamentum est, quod animæ amanti infra se Deus præstare ac largiri queat. Ipsa deniq; omnis gratiæ donorumq; omnium plenitudo est: & quisquis in ea manet ac commoratur, vnum cum ipsa est, & pacem æternam inuenit. Tertius porrò cælestis melodiæ modus is est, cùm propriæ renunciamus voluntati, atque etiam omni proprietati, naturamq; nostram Dei permittimus ac resignamus gratissimæ voluntati, parati sustinere ac perpeti quæcũq; is nobis euenire voluerit. Et in his tametsi dolet mœretq; natura, crucem ipsam ferens, & sequens DOMINVM IESVM ad mortem vsq;, spiritus tamen gaudet, tam vltroneum faciens sacrificium. Et licèt natura modò dum grauiter afflicti ac onusti sumus, ploret & queratur: sed posteà in DEI gloria exultabimus, quando DOMINVS IESVS absterget omnes lachrymas ab oculis nostris, ostendetq; nobis mercatum se nos esse à patre suo precioso sanguine suo, & persoluisse ac satisfecisse morte sua: quando nos vnà cum ipso cantiunculam decantabimus volũtaria perpessione emeritam, quæ humanæ duntaxat congruit naturæ, non angelicæ: & pro laboris cruciamentorum ac perpessionum magnitudine ac multiplicitate, honor item & gloria atque merces multiplex erit. Et CHRISTVS quidem cantoris vel præcentoris fungetur officio, præcinetque nobis, eo quòd princeps ipse sit omnis liberæ ac voluntariæ perpessionis, quæ vnquàm ex amore tolerata sit ad honorem DEI: eiusque vox clara admodùm & eximia est, sonique gratissimi, & cælestium cantionum ipse peritissimus est, optimeque callet tonos, modulos ac cantuum varietates. Et nos cum eo simul omnes concinemus, & laudes gratesq; agemus Deo Patri cælesti, qui ipsum nobis miserit. Sanè oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam: itaq; & nos libenter pati debemus, vt ipsi similes reddamur, & sequamur eum in gloriam suam & patris sui, cum quo vnum est in vna sanctispiritus fruitione, vbi nos omnes cantabimus in nomine Domini nostri IESV Christi, singuli speciatim in spiritu suo, prout quisq; meritus erit, & dignus habebitur apud Deum. Sequitur hinc quartus cælestium cãtionum modus, idemq; intimus, præclarissimus atq; celsissimus, qui est deficere in laude DEI. Pater noster cælestis & auarus & liberalis est. Etenim dilectis suis, in spiritu subleuatis, & coram vultu eius ambulantibus, gratiam & dona ac munera sua liberaliter tribuit, & rursus exigit à singulis, vt vicem reddant gratias agendo, laudando, & cunctis operibꝰ bonis nauando operam, quatenùs quisq; tum foris, tum intùs à Deo donatus est. Non enim datur frustrà aut inaniter gratia Dei. Si nanque eam nos obseruemus, manat iugiter atque subministrat nobis quibuscunq; habemus opus, rursumq; reposcit à nobis quicquid præstare valemus: & inter hæc duo virtutes omnes absq; errore colũtur & exercentur. Atquì supra actiones omnes & exercitia virtutum, cælestis Pater noster specialiter sibi charis reddit manifestum, non solùm dando & exigendo, liberalem & auarum se esse, sed etiam ipsam auaritiam & liberalitatem. Vult enim totum se, & quicquid ipse est, largiri nobis: postulatq; vicissim, vt nos sibi demus totos & quicquid sumus: sicq; mens & voluntas illius est, vt nos toti sui simus, & ipse totus sit noster, manentibus tamẽ singulis id quod sunt. Non enim possumus nos Deus fieri, sed vniti sumus Deo & per medium & absq; medio. Sumus enim vniti illi per ipsius gratiam, & nostra bona opera: & per mutuum amorem, hoc est, illius gratiam & nostras virtutes, ipse viuit in nobis, & nos in illo: sumusq; illi morigeri & obsequentes, adeoq; vnius cum eo voluntatis in omni bono. Spiritus eius & gratia cuncta bona opera nostra operatur, etiam magis propriè quàm nosipsi. Gratia illius in nobis, & charitas nostra erga ipsum, opus quoddam est, quod mutuò simul agimꝰ. Et quidem amor noster erga ipsum, celsissimus ac præclarissimus actus est, quem inter Deum & nos sentire queamus. Exigit autem spiritus Dei à spiritu nostro, vt Deum amemus, & laude ac gratiarum actione prosequamur pro illius nobilitate ac dignitate: sed in hoc omes amantes spiritus tam in cælis quàm terra deficiunt. Enimuerò seipsos agendo velut exhauriunt, & omes

Modus III.

Apoca. 21.

Christus ꝓcẽtor nostꝰ vt erit.

Luc. 24.

Modus IIII.

Deus vt auarus & liberalis sit.

Deus vt auaritia ipsa sit & liberalitas.

Deo vt per mediũ vnitũ simus.

viribus deficiunt coram infinita & immensa Dei omnipotentis excelsitate. Et hoc est nobilissimum atque celsissimum inter Deum & nos medium: & hic Dei gratia cum cunctis virtutibus perfecta siue consummata est. Porrò supra hoc medium, supra gratiam & virtutes omnes Deo sine medio vniti sumus. Siquidem supra hoc medium, Dei imaginem in animæ nostræ viuacitate suscepimus, & istic Deo vniti sumus absq; medio, non tamen Deus efficimur, sed semper Deo similes manemus, & ipse viuit in nobis, nosq; in illo per eius gratiam & nostra bona opera. Ita ergo vniti Deo sumus citra medium supra virtutes omnes, vbi in supremo creatæ essentiæ nostræ apice illius imaginem gerimus: sed tamen semper in nobis ipsis manemus illi similes & vniti tum per ipsius gratiam, tum vitam nostram virtuosam: Atque hoc pacto perenniter Deo similes manemus & in gratia, & in gloria, & supra similitudinem vnum cum ipso in æterna idea vel exemplari nostro. Et ipsa vitalis vnitas vel vnio cum Deo, in nostra essentia est, eamq; nos capere, assequi vel consequi non valemus. Præludit ipsa cunctis viribus nostris, postulatq; vt absq; medio vnum simus cum DEO. Id verò nos prestare non valemus. Sequimur igitur Deum in quodã nostre essentiæ ocio. Et in hoc ocio quiescit ac commoratur spiritus DOMINI cum omnibus donis suis, in funditq; & largitur gratiam & dona sua cũctis viribus nostris, reposcitq; à nobis amorem, laudem & gratiarũactionem: ipsemet verò in nostra habitat essentia, exigitq; à nobis ociũ, & vt supra virtutes omnes secùm vnum simus. Quo fit vt neque in nobis durare possimus cum actibus bonis: neq; supra nos cum DEO in ocio. Et hic intimus amoris lusus est. Spiritus quidem DOMINI perpetuò operat, vultq; vt nos quoq; perenniter operemur, simusq; sui similes: & idemipse PATRIS & FILIJ & omnium charorum suorum in æterno ocio quies ac fruitio est. Porrò fruitio actionibus nostris superior est, neq; eam capere vel appræhendere valemus: actionesq; nostræ semper infra fruitionem subsistunt, nec eas ad fruitionem introducere possumus. In agendo semper deficimus: neq; enim Deum satis amare valemus: In fruendo autem satis est & sufficit nobis: sumus enim illic quicquid volumus. Et hic cælestium cantionũm modus, quartus est, & præstantissimus ac nobilissimus omnium, qui vel in cælis vel terris exerceantur. Sciendum tamen est, neque DEVM, neque angelos, neque animas beatorum corporalibus cantare vocibus, cùm sint spiritus, & nec aures, nec os, nec linguam, nec guttur habeant, quibus cantum formẽt: at nihilominùs scriptura diuina affirmat DEVM priusquàm humanam sumpsisset naturam, diuersis modis, verbis sensibilibus loquutum esse Abrahamo, Mosi, Patriarchis & Prophetis: & sancta testatur ECCLESIA cãturos angelos perenniter sine fine, Sanctus, Sanctus, Sanctus DOMINUS DEVS Sabaoth. Archangelus item Gabriel nuncium apportauit virgini sacratissimæ, q̃ conceptura esset Dei Filium è Spiritusancto. Angeli quoque beatissimi præsulis Martini animam cum cantu ad cælos deportasse leguntur. Denique sacratissima Maria Magdalena singulis diebus angelorum pascebatur canticis. Possunt igitur tum boni, tum improbi spiritus & animę corporibus exutæ, DEO permittente, quacunque velint forma hominibus apparere: sed id in vita æterna nihil est necesse. Illic enim oculis nostris intellectualibus DEI & angelorum atque sanctorum gloriam in communi, & singulorum præmia & gloriam singulatim, quocunque volemus seu desiderabimus modo, conspiciemus. In ipso autem extremi iudicij die, posteaquàm DOMINI IESV virtute cum corporibus nostris gloriosis resurrexerimus, eadẽ corpora nostra tanquã nix candida ac nitida erunt, & sole lucidiora clarioraq;, & velut crystallus perspicua. Et vnusquilibet sua habebit signa vel notas in honorem & gloriam modis omnib⁹, quibus vel martyrij pœnas aut alias afflictiones & dolores ob Dei honorem voluntariè ac liberè ppessus erit. Habebunt enim oia suum ordinem suumq̃ue præmium, ita vt æterna constituet Dei sapientia, & pro bonorum operum nostrorum excellentia & nobilitate. Et CHRISTVS IESVS cantor ac precentor noster gloriosa & suauissima voce sua, æternum cantabit canticum, nempe laudẽ & honorem cælesti & sanctissimo PATRI suo: & nos omnes idem carmen iucundis animis & claris vocibus æternò & absque vllo fine prosequemur & continuabimus. Gaudium autem & gloria animarum nostrarum in sensus nostros redundabit, & per eosipsos ac membra cũcta manabit, nosq; mutuò inter nos gloriosis oculis adspectabimus, & laudem Dei nostri audiemus, itemq; proferemus ac decãtabim⁹ vocib⁹ nunq̃ defecturis.

Deo vt absq; medio vniamur.

Lusus amoris intimus quis sit.

Esa. 6. Apoc. 4. Luc. 1.

Gloria & beatitudo futuræ vitæ quãta erit.

Cuiusmodi cãticũ seruator nr̃ sit semper cãtur⁹.

Et

Et Christus IESVS ministrabit nobis, ostendetque nobis lucidissimam faciem & gloriosum corpus suum cum notis omnibus fidelitatis & amoris ipsi impressis: atque itidèm intuebimur cuncta gloriosa corpora cum omnibus amoris signis, in quibus Deo iam indè à mundi exordio seruierint: & omnis sensitiua vita nostra foris & intùs Dei gloria replebitur: viuidaq; corda nostra ardentissimo flagrabunt amore erga Deum & sanctos omnes, & cunctæ animarum nostrarum vires gloria complebuntur, ornatæque erunt donis Dei & virtutibus cunctis, quas ab initio fuerint operatæ. Atque supra hæc omnia spiritu excedemus & absorbebimur in Dei gloriam prorsus incomprehensibilem, & omnis fundi ac modi vel mensuræ expertem, eaq; vnà cum Deo perenniter perfruemur. Christus autem in humana natura dextrum moderabitur chorum, vtpotè qui celsissimus atque nobilissimus est omnium quæ vnquàm condita sint à Deo: & ad hunc chorum pertinent omnes in quibus ipse viuit, & qui viuunt in ipso. Alter chorus Angelicis spiritibus assignatur. Nam tametsi naturæ sunt præcellentioris ac præstantioris, sed nos in Christo IESV, cum quo vnum sumus, sublimioribus donis affecti sumus. Atque eam ob rem Christus IESVS inter Angelorum & hominum choros ante excellentissimæ potentiæ Dei thronum summus PONTIFEX erit, & coram cælesti patre suo Deo omnipotente cuncta quæ vnquàm tum ab angelis, tum hominibus oblata fuerint sacrificia, renouabit ac offeret: eademq; in Dei gloria sine intermissione renouabũtur, semperq; fixa manebunt. Ita nimirùm corpora & sensus nostri, q̃bus nunc famulamur DEO, gloria & beatitudine complebuntur, quemadmodùm Christi corpus, quo is & Deo & nobis seruiuit, gloriosum est: & animæ nostræ spiritus erunt gloriosi, quibus nunc & in oẽm æternitatem Deo seruiemus, & laudes grates q; agemus, sicut & Christi anima, itemq; angeli & spiritus omnes Deum amantes & laudantes, Deoque gratias agentes, beati & gloriosi sunt. Denique per Christum omnes spiritu deficiemus, vel excedemus in Deum, vnumque cum eo erimus, simul cum ipso æterna perfruentes beatitudine. Et hactenùs quidem de qnto cælestis scalæ nostræ gradu dictum sit satis.

Luciz.

Chorus hominum.

Chorus angelorum.

¶ De VI. Amoris Gradu. Caput XIII.

IAM porrò ad sextum gradum accedamus: is est clara ac dilucida cõtemplatio vel intuitus, puritas spiritũs & nuditas mentis: quæ sunt contemplantis animę tres proprietates, ex vitali proficiscentes fundo, vbi Deo supra rationem & cũcta virtutum exercitia vniti sumus. Quod quisquis experiri optat, omnes virtutes suas & cuncta sua bona opera Deo offerat necesse est, etiam absque vllius mercedis contemplationẽ: & supra omnia seipsum offerat ac resignet liberrimæ Dei potestati, & absq; retrospectiõe in viuida Dei venerationẽ iugiter pcedat. Hunc in modũ ad vitam contemplatiuam, diuina gratia, sese præparare debebit, si eam velit adipisci. Vita eius externa & sensitiua foris coram hominibus quibuscunq; benè morata erit, beneq; ordinata in actibus bonis: & interna vita illius plena sit gratia oportet & charitate, omnis simulationis expers, recta intentione prædita, & cunctis virtutibus locuples. Memoria sit à curis, solicitudine & occupationibus libera ac expedita, & cunctis imaginibus vacua & absoluta. Animus liber, apertus, & vltra cælos omnes subleuatus. Mens à considerationẽ ociosa, & nuda in Deo, qui est amantium spirituum arx & clausula, vbi omnes puræ mentes in simplicem quandam puritatem congregantur & adunãtur: & ipsa Dei intra nos est habitaculum, nec quisquam nisi solus Deus in eam agere potest. Hæc puritas æterna est: & in ea nec tempus, nec locus, nec antè, nec pòst est: sed semper ipsa præsens, parata ac manifesta est mentibus puris in eam subleuatis. In ipsa nos omnes vnum sumus, viuentes in Deo, & Deo viuente in nobis. Hoc simplex vnum oculis intellectualibus in sui in mentis puritatem introuersiõe, nunquàm non clarum ac manifestum est: & hic aër purus ac serenus est, diuino illustratus lumine: transformatisq; & illuminatis oculis, æternã hic claritatem intuemur ac intentè cõtemplamur: atque inibi cuncta sunt vniformia, vna veritas, vna imago in æternę sapientię speculo. Quam vt nos imaginem in essentia nostra & puritate mentis nostræ inueniamus, cognoscamus & possideamus, ea de causa à Deo, conditi sumus: cumque eam in diuino lumine simplicibus ijsdem intellectualibus oculis intuemur

Proprietates tres animæ contemplantis.

Ad vitã contemplatiuã vt præparemur.

Conditi Deo mũ.

& exercemus, iam vitam adepti ſumus contemplatiuam. Verùm huc vnum quiddam adhuc requiriſ, quod eſt puritas ſpiritûs. Siquidem ocioſa & formis ſeu imaginibus vacua & nuda mens, clarq; ac ꝓſpicua in diuino lumine contemplatio, & purus ac ſubleuatus in Dei conſpectum ſpiritus, tria hæc, inquam, ſimul iuncta, vita ſunt verè contemplatiua, in qua nullus errare poteſt. Enimuerò purus ſpiritus ſemper inclinat ſeſe, & nudo cum amore clarum ac illuſtratum intellectum in ſuum principiũ ſequiſ. Pater autem noſter cęleſtis, omnium quæ fiunt, principium & finis eſt. In ipſo nos omne bonum nuda mente & adſpectu imaginum experte inchoamus. Porrò in filio eius claro ac illuminato intellectu veritatẽ omnem diuino in lumine contuemur. Atquì in Spirituſancto cunctos actus noſtros perficimus & cõſummamus, vbi nudo amore ſpũ excedimus in conſpectu Dei, ſimulque ab omni multiplicitate rerum creatarũ & omni cõmentatione abſoluimur atq; nudamur. Quę quidem eſt maximi ponderis vita contemplatiua. Singulis enim momentis & inchoare & abſoluere amor conſulit. Et hic cęleſtis ſcalæ noſtræ ſextus gradus eſt.

Vitã cõtemplatiuã q̃ efficiant.

¶De ſeptimo gradu Amoris. Caput XIIII.

Cõtẽplatio ſublimiſſima tã futurę q̃ ꝓſentis vitæ, q̃ ſit.

SEPTIMVS hinc idemq; poſtremus ſequiſ gradus, quo nihil poteſt neque in tempore, neq; æternitate obtineri pręclarius vel ſublimius: & eſt quãdo ſupra omnem cognitionem & ſcientiã, infinitum ſiue abyſſale quoddam neſcire in nobis ſentimus ac deprehendimus: quãdo ſupra appellationes vel nomina omnia, quæ tum Deo tum creaturis tribuimus, emorimur atq; trãſcendimus ſiue excedimus in æternum quiddã omnis nominis expers & innominabile, in eodẽ ipſo nos amittentes: & quãdo vltra quæuis virtutum exercitia intra nos perenne quoddã ocium conſpicimus ac experimur, in quo nulli operari licet: & ſupra cunctos ſpiritus beatos infinitã ac immenſam beatitudinem, in qua nos omnes vnum ſumus, & illud ipſum vnum, quatenùs creaturæ poſſibile eſt, quod ipſa beatitas in ſeipſa eſt: & quãdo deniq; omnes beatos ſpiritus eſſentialiter immerſos ac liquefactos, ſeſeq; amiſiſſe cernimus in ſuperſubſtãtiali eſſentia, in ignota quadã & modineſcia caligine. Pręter quæ etiã contemplari debemus Patrem & Filium & Spiritũſanctum, in perſonis trinũ, in natura vnum verum Deum, creatorem cæli ac terræ & omnium rerum creatarum, eumq; in omne æuum laude, amore, & gratiarum actione proſequemur. Fecit enim nos ad imaginem & ſimilitudinem ſuã, quod ingens præſtat gaudium omnibus puris ac præclaris mentibus. Diuinitas qdem illius non operaſ, cùm ſit ſimplex & ocioſa eſſentia: quod ocium ſi nos cum Deo poſſideremus, iam cum ipſo etiam nos ocium eſſemus, in eiusq; celſitudinem conſurrexiſſemus, atque vltra gradus omnes & ſcalas cęleſtes cum ipſo ex gratia in eius diuinitate ocioſa eſſentia & æterna eſſemus beatitudo. Diuinæ aũt ꝓſonę in naturæ ſuæ fœcunditate vnus Deus ſunt ſemper operantes: & in eſſentiæ ſuæ ſimplicitate diuinitas ſunt & ſempiterna beatitudo: atque ita Deus in perſonis quidem æterna eſt operatio, in eſſentia autem perpetuũ ocium & vacatio. Porrò inter actionem & ocium amor & fruitio viuunt. Amor ſemper vult operari, quandoquidem perennis eſt actio cum DEO. Fruitio ſemper ocio vacat, cùm ſit ſupra velle ac deſiderare dilecti in dilecto, in formæneſcio ac nudo amore complexus, vbi Pater vnà cũ Filio dilectos ſuos in fruitiua ſpũs ſui vnitate ſupra naturę fœcunditatẽ circumplexus eſt, & idem Pater vnicuiq; ſpiritui æterna cum complacentia dicit: Ego ſum tibi, & tu mihi: ego tuus ſum, & tu meus es. Equidem ab æterno te elegi. Vbi mutuum gaudium & complacentia inter Deum & ei charos ſpiritus tam ingens eſt, vt à ſeipſis ſpiritus deficiant, colliqueſcant, diffluant, & vnus cũ Deo ſpiritus fiant, æternò cum ipſo perfruentes, & propendentes in infinitam eſſentiæ eius beatitatem. Et hic vnus eſt viuidorum contemplatiuorum hominum perfruendi modus. Præter quem tamen etiam alter quidam modus eſt, homines internos ac DEO deuotos, & pro gratiſſima DEI voluntate in charitate perfectos, ad DEI fruitionem perducens. Tales autem ſunt, qui ſeipſos abnegant, & ſibijpſis valefaciunt ac renunciant, itemq; creaturis omnibus, quas cũ delectatione & amore poſſidere queant, & omnibus à Deo conditis, quatenùs eis aliquam occupationem, ac impedimentum pręſtare poſſint in vita interna, in qua ipſi Deo ſeruiũt, & ſurſùm ad Deũ erecti ac ſubleuati ſunt, idq; cũ intimo cordis amore, cũ viuida anima, cum erecto vltra cęlos omnes

Gene. I.

Amor vt ſẽper opereſ.

Fruitio vt ſemp vacet.

Modus fruendi primus.

Secundus.

omnes animo, cum cunctis viribus ardenti amore flagrantibus, & cum ſpiritu in mẽtem formis ac imaginibus vacuam ſubleuato: vbi charitatis lex completur, & virtutes omnes perficiuntur: noſq; ocioſi ſumus, & Deus pater noſter cęleſtis manet ac habitat in nobis cum plenitudine gratiæ ſuæ, & nos in illo ſupra omnes actiones noſtras fruitioni vacantes. Vbi etiam Chriſtus IESVS viuit in nobis, & nos in illo: & in eius vita nos mundũ & peccata oĩa vincimus, & cum ipſo ad cęleſtem patrem noſtrum per amorem ſubleuati ſumus. Denique ſpirituſanctus omnes bonos actus noſtros in nobis operatur, & nos cum ipſo: idemq; ipſe alta voce ſine verborũ ſtrepitu vociferatur in nobis: Ametis amorẽ æternò amantẽ. Clamor autem eius, internus quidam in noſtro ſpiritu cõtactus vel inſtinctus eſt. Et hæc illius vox tonitruo terribilior eſt: & quæ indè emicant fulgura, cęlum patefaciunt, lumenq; nobis & æternam demonſtrant veritatem. Tactus autem & amoris eius æſtus tam ingens eſt, vt nos penitùs cõcremare velit: idemq; eius in noſtro ſpiritu attactus vel inſtinctus abſq; intermiſſione clamitat: Soluatis debitum veſtrum, Ametis amorem vos ex omni æternitate amantem. Hinc verò magna intùs exiſtit & oritur amoris impatientia, & geſtus modi expertes. Quo em plùs amamus, eo magis amare libet: quantoq; ampliùs exoluimus quod amor exigit, tãto maiori debito manemus obligati. Nunq̃ conticeſcit amor: ſed perpetuò ſine ceſſatione clamat, Ametis amorem. Hoc amoris certamen ſenſibus dediti & externi penitùs ignorãt. Amare & frui, agere eſt & perpeti. Deus quidem per gratiam ſuam viuit in nobis, docetq; & cõſulit ac præcipit nobis, vt amemus. Nos verò in ipſo viuimus ſupra gratiam & ſupra actiões noſtras, vbi ipſum patimur, ipſoq; fruimur. In nobis amor, cognitio, contemplatio, propenſio viuit, & ſupra hæc omnia fruitio. Noſtrum agere, Deum diligere eſt: & noſtrum frui, Deum pati eſt & eius amore eſſe complexos. Inter amorem & fruitionem hoc intereſt, quod inter DEVM & DEI gratiam. Vbi Deo per amorem cohæremus, ibì ſpiritus ſumus: vbi verò ipſe nos in mentis rapit exceſſum, & ſuo ſpiritu transformat, ibì, vt ſic dicam, fruitio ſumus. Et ipſe qdem Dei ſpiritus ſuo flatu nos foràs propellit, vt amemus & virtutum actibus demus operam: rurſumq; nos intrò in ſe trahit, vt quieti ac fruitioni vacemus: & id vita eſt æterna: quemadmodùm illũ qui in nobis eſt, ſpiritũ emittendo, recentemq; attrahendo, mortalis hęc corporis noſtri vita ſubſiſtit. Et licèt ſpiritus noſter à ſeipſo deficiat, & actione ſua in fruitione ac beatitudine deſtituatur, ſemper tamen in gratia, in charitate, in virtutibus renouatur. Ingredi igitur in ocioſam fruitionem, & egredi ad actus bonos, & ſpiritui Dei ſemper vnitum manere, id eſt de quo ipſe ago, ſiue quod ipſe dicere volo. Vt em ſenſibiles oculos noſtros modò ad cernendum aperimus, rurſusq; celerrimè claudimus, vt id nec ipſi quidem percipiamus: ita morimur in Deo, & viuimus ex Deo, ſemperque vnum cum Deo manemus. Sic ergo in ſenſitiuam vſque vitam noſtram foràs exire, & cum amore ingredi ac cohærere DEO, & cum Deo immobiliter vniti permanere debemus. Et hoc experimento nihil præclari in noſtro ſpiritu vel ſentire, vel intelligere poſſumus: at nihilominùs per cęleſtis ſcalæ noſtræ gradus ſemper nobis & aſſcendendum & deſcendẽdum eſt, idq; tum internis tum externis actionibus bonis iuxta legis diuinæ præcepta, & ſanctę Eccleſię conſtitutiones, quemadmodùm ſuperiùs dictum eſt. Per bonorum autem operum ſimilitudinem Deo ſumus vniti in natura illius fœcunda, in perſonarum Trinitate nunq̃ non operante, & bona omnia in ſpiritûs ſui vnitate perficiente, vbi nos vitijs & peccatis emortui ſumus, vnus effecti ſpiritus cum Deo, & denuò naſcimur è ſpirituſancto electi filij Dei, atque à nobiſipſis ſpiritu defecimus, & Pater cum Filio in ęterna nos charitate ac fruitione circumplexus eſt: Et hoc opus à nouo ſemper incipit, agens ſimul & perfectum: atque hìc nos beati ſumus cognoſcendo, amando, fruendo cum Deo. Fruendo quidem ocioſi ſumus, ſolo Deo id operante, vbi is omnes amantes ſpiritus ſupra ſeipſos rapit, tranſformat atque conſumit in vnitate ſpiritûs ſui: vbi nos omnes vnus amoris ignis ſumus, qui maior eſt, quàm quæcunque vnquàm condita ſunt à Deo. Singuli ſpiritus, ſinguli carbones ardentes ſunt, incenſi à Deo infinitæ charitatis illius igni: ſimulq; omnes nos adunati ardens nec vnquàm interiturum incendium ſumus cum Patre & Filio in ſanctiſpiritûs vnitate, vbi ipſę diuinę perſonę ſeipſas, vt ſic dicam, excedunt in eſſentię ſuę vnitatem, in inexhauſtã ac infinitam ſimplicis beatitudinis abyſſum, vbi nec Pater, nec Filius,

Sanctiſpiritûs quis ſit clamor.

Amare & frui qd ſit.

Agere & pati noſtrum, quid.

Inter amorẽ & fruitionẽ qd interſit.

Vita perfectiſſima quę ſit.

Ignis amoris quantus.

nec Spiritusſanctus eſt, nec vlla creatura, ſed æterna duntaxat eſſentia, quæ eſt diuinarum ſubſtantia perſonarum, vbi nos omnes vnum ſumus & increati ſecundum ideas noſtras, & fruitio in eſſentiali beatitudine conſummata eſt & perfecta, vbi etiam Deus in ſimplici eſſentia ſua abſque operatione ſempiternũ eſt ocium, modi expers caligo, innominabilis exiſtentia, & omnium creaturarum, vt ita dicam, ſupereſſentia, atque tum ſua, tum creaturarum omnium ſimplex & infinita beatitudo. Porrò in diuinæ naturæ fœcunditate, Pater quidem Deus omnipotens eſt, & creator ac opifex cæli, terræq; & omniũ rerum creatarum. Idem autem ex ſua natura filium ſuum gignit, nempe æternã ſapientiam ſuam, vnum ſecùm in natura, ſed perſonam alteram, DEVM de DEO, per quem omnia facta ſunt. At verò Spiritusſanctus tertia in diuinis perſona, ex Patre Filioq; procedit ac ꝓmanat, vnum cum ipſis in natura, infinitus amborum amor, quo ipſi mutuò ſeſe æternò complectuntur amando ac fruendo, & nos omnes cum eis circumplectimur, vtpotè vna vita, vnus amor, & vna fruitio. Deus igitur natura vnus eſt, Trinus aũt fœcunditate: tres videlicet perſonæ diſtinctæ, eædemq; in natura vnitas, & in proprietate ſua, naturę videlicet diuinæ fœcunditate, Trinitas ſunt. Tres proprietates, tres perſonæ ſunt, nominibus ac diſtinctione diſcretæ, ſed vnum natura ac operatione. Et vnaquælibet perſona totam in ſe diuinam naturam habet, & ſic vnaquæque Deus omnipotens eſt, idque in naturæ virtute, non perſonali diſtinctione: habent, inquam, tres iſtæ perſonæ vnam ac indiuiſam & inſeparabilem naturam diuinam, eoque in natura Deus vnus ſunt, non tres dij in perſonarum diſcretione. Ita ergo DEVS trinus eſt nominibus & perſonis, vnus autem in natura, & in naturæ fœcunditate Trinitas. Atque hęc Trinitas proprietas perſonarum eſt, ſicut vnitas naturæ proprietas: quę quidem noſter cæleſtis Pater eſt, creator omnipotens cæli ac terrę & rerum omnium creatarum, qui viuit & regnat in nobis, vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate, DEVS potens in ſupremo creatæ eſſentiæ noſtræ, eumque nos inueſtigare, inquirere, inuenire, poſſidere debemus, illius gratia & Chriſti IESV auxilio freti, idque in fide catholica, recta cum intentione & charitate non ficta: Itemq; per vitam noſtram virtuoſam & Dei gratiam nos in illo Patre & creatore noſtro viuimus, & ipſe in nobis cum omnibus ſanctis ſuis: ſicque omnes nos cum ipſo in amore adunata ſiue collecta vnitas ſumus: & Pater quidem atque Filius in Spiritũs ſui vnitate nos comprehenderunt, amplexi ſunt, atque transformârunt, ibidemque nos cum perſonis diuinis vnus amor & vna fruitio ſumus: quæ quidem fruitio in modineſcia diuinitatis eſſentia conſummata eſt, vbi nos omnes cum DEO ſimplex & eſſentialis beatitudo ſumus, vbi nec DEVS eſt, nec creatura, quantùm ad perſonarum diſtinctionem attinet, ſed omnes cum DEO ſine diſtinctione perceptibili ſimplex ac infinita ſumus beatitudo, cunctique noſipſos amiſimus, liquefacti ſumus, & defluximus in incognitam caliginem. Nimirùm hoc omnium eſt ſublimiſſimũ, quod in æterna beatitudine viuendo, moriendo, amando, fruendo obtineri poſſit: & quiſquis huic diuerſum docet, is planè deſipit. Oretis DEVM pro eo, qui hæc ex DEI gratia compoſuit & ſcripſit, itemque pro omnibus, qui hæc vel audituri, vel lecturi ſunt, vt DEVS ſe ipſum nobis æternò largiatur, AMEN.

Ioan.1.

Deũ vt inquirere ac poſſidere debeamus.

Sublimiſſimum omnium, quod in æterna vita poſſit obtineri, quidnã ſit.

D. IOAN-

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS,

De Ornatu Spiritalium Nuptiarum LIBER ex tribus PRIMVS.

PRAEFATIO AVTHORIS.

ECCE SPONSVS VENIT, EXITE OBVIAM EI. Hæc nobis verba Matthæus Euangeliſta deſcribit, eademq; olim Dominus noſter IESVS Chriſtus dixit ad diſcipulos ſuos, immò & ad mortales omnes, in quadam de virginibus parabola vel ſimilitudine. Sponſus autem hic, eſt idem Dominus noſter IESVS Chriſtus: & ſponſa, humana natura, quam is condidit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: collocârátq; eam iam indè ab initio in editiſſimo ac elegantiſſimo terræ loco, qui cæteris opulentia, gaudio, voluptate, delicijs præſtaret, id eſt, in paradiſo. Sed & creaturas illi omnes ſubiecerat, gratia eam exornârat, dato inſuper præcepto, cui ſi morem gereret, cum ſponſo ſuo fide perpetua ſtabiliri ac confirmari mereretur, ita vt nunq; deinceps vllam in pœnam, moleſtiam vel culpam prolabi poſſet. At verò accedens improbus quidam veterator hoſtis ille tartareus, inuidens tantæ hominis felicitati, ſumpta ſerpẽtis, vtpotè callidi & aſtuti, figura, primò fœminam decepit, mox ambo illi virum euerterũt, in quo tota potiſſimùm natura conſiſtebat. Hunc igitur in modum ſerpens antiquus naturam humanam, Dei ſponſam, fallaci conſilio ſubuertit: quæ deindè in regionem exteram relegata eſt, miſera, inops, captiua, oppreſſa, occupata ab hoſtibus ſuis, tanquàm nunquàm ad terram ſuam & conciliationis gratiam reditura. Atqui vbi DEO tempus adeſſe viſum eſt, dilectæ ſuæ calamitatem miſeratus, vnigenitum filium ſuum miſit in terras, in præclariſſimam aulam, templum illud glorioſum, ſacratiſſimum virginis intemeratæ vterum: atque inibi hanc ſuam ſponſam naturam noſtram ſibi deſpondit, vniens eam atq; copulans perſonæ ſuæ, idq; ex puriſſimo eiuſdem præſtantiſſimæ virginis ſanguine. Porrò in his celebrandis nuptijs ſanctuſſpiritus ſacerdotis explebat vicem, Angelus Gabriel nuncium apportauit, virgo glorioſa conſenſum præbuit: ſicque Chriſtus fidiſſimus ſponſus noſter naturam ſibi noſtram copulauit, nos in extera regione poſitos inuiſit, cæleſtib' inſtituit moribus ac diſciplinis, fide ſumma atque integerrima, quemadmodùm illius opera ſatis ſuperq; teſtantur: laborauit etiam atque decertauit vt pugil egregius contra hoſtes noſtros, rupitq; carcerem, & palmam vt athleta fortiſſimus reportauit, mortem noſtram ſua pemit morte, precioſo nos redemit atque mercatus eſt ſanguine ſuo, in baptiſmo vitalibus vndis ſuis nos in libertatem aſſeruit, & ſuis demùm nos ſacramentis ac donis ditauit, vt virtutibus cunctis inſtructi, quomodò ipſe ait, illi exeamus obuiàm in gloriæ aulam, eoipſo illic abſque fine perenniter feliciſſimè perfruituri. Ait ergo veritatis magiſter Chriſtus IESVS: Eccè ſponſus venit, exite obuiàm ei: quibus verbis idem ipſe pijſſimus amator noſter quatuor nos docet. Primò dat mandatum, dum ait, Eccè. Iam qui cæci manent, hocq; illius præeeptum negligunt, ij omnes condemnantur. Secundò oſtendit nobis, quid cernere debeamus, videlicet ſponſi aduentum, vbi dicit, ſponſus venit. Tertiò inſtituit nos ac præcipit, quid agendum nobis ſit, cùm ait, Exite. Quartò dicens, Obuiàm ei, fructum nobis vtilitatemq; omnium actionum noſtrarum & totius vitæ noſtrę demonſtrat, vtpotè quæ non niſi amoroſus quidam exitus eſſe debeat, quo huic ſponſo noſtro

Mat.25.

Sponſus.

Sponſa.

Gen.1.& 2.

Gene.3.

Galat.4.

Luc.1.

Beneficiorũ Chriſti erga nos ſummã.

Quæ quatuor quo Chriſti verbo doceamur.

Vita noſtra quid exitus eſſe deberet.

ſtro obuiàm proficiſcamur. Et hæc iam commemorata Chriſti verba, explicanda nobis declarandaq; ſumpſimus triplici ratione. Primò quidem, cõmuni modo de vita inchoante ſeu incipiente, quę actiua vel actuoſa dicitur, quæ eſt neceſſaria cũctis ſeruari volentibus. Secũdò, accommodabimus ea ad internam, ſubleuatam, affectiuam vitam, ad quam non omnes pertingunt: multi tamen eam ſtudio virtutum & Dei gratia appĥendunt. Tertiò & vltimò trahemus ea ad vitam contemplatiuam ſupereſſentialem, ad quam ob illius dignitatem & excellentiam pauci peruenire, eamq; guſtu percipere queunt.

Spõſo triſariã qui obuiandum.

DE VITA ACTVOSA. CAPVT I.

PRINCIPIO quidem, vt de actuoſa vita dicere incipiamus, Chriſtum Dei ſapientiam certum eſt & dicere etiãnum, & ab ipſis vſque Adæ temporibus dixiſſe ſemper intùs ſecundum diuinitatem ſuam ſingulis quibuſque hominibus: Eccè, id eſt, vide, quæ viſio vtique neceſſaria eſt. Hîc iam mihi, obſecro, ſeriò animum aduertite. Viſuro omni ſiue corporaliter ſiue ſpiritaliter, tria ad vtramlibet viſionem neceſſaria ſunt. Primò, corporaliter videre cupienti, aut extremum cæli, vel aliquod aliud naturale lumen adſit oportet, quo medium, id eſt, aer illuſtretur, atq; ita conſpicuum fiat id quod videri debet. Secundò voluntas libera quoq; requiritur, vt eorum quæ viſurus eſt, imagines oculis hauriat. Tertiò, vt videndi organa, id eſt, oculi ſani ſint & abſq; macula, quo res corporeæ ſpecies ſuas ſubtiliter illis imprimere queant. Horum trium ſi quod deſit homini, deficit viſus eius corporalis. At hinc nihil ampliùs dicturi ſumus: ſed de ſpiritali potiùs ac ſupernaturali quadã viſione, in qua ſalus oĩs noſtra poſita eſt. Itaq; viſuro ſupernaturaliter tria itidẽ neceſſaria ſunt. Primũ eſt lumen gratię Dei. Alterũ eſt libera voluntatis ad Deũ conuerſio, ſeu motus liberi arbitrij in Deum. Tertium, conſcientia mortalis peccati expers. Hîc iam attendite. Quãdoquidem Deus incompræhenſibile & cõmune quoddã bonum eſt, amorq; illius immenſus ſimiliter communis eſt, gratiã ſuã duplici ratione impartitur. Prior nanq; gratia, antecedens ſeu præueniens dicitur. Altera, qua vitam meremur æternã. Gratia antecedens ſiue gratis data, communis eſt omnibus, Iudæis, Ethnicis, bonis malisq; hominibus, per communem illum amorem, quo mortales cunctos Domin' proſequitur indiſcriminatim, ex quo etiã nomen ſuum humaniq; generis liberationem, creaturis omnibus ad vltimos vſq; terræ fines, annunciari, prædicari, manifeſtari curauit. Cui conuerti libet, licebit vtique. Enimuerò ſacramenta omnia, vtcũq; ea vocent, baptiſm', &c. parata ſunt cunctis ea pcipere volentibus, ſingulis pro cuiuſq; neceſſitate: ſiquidem omnes Deus noſter ſaluos fieri vult, perire neminẽ. Itaq; in tremendi illius iudicij die nemo de illo conqueri poterit, quin ſatis præſtitum ſibi fuerit, modò cõuerti voluiſſet. Ita etiã ſplendor quidã & lux cõmunis eſt Deus, cælũ, terrã, & ſingulos quoſq; voluntarios illuminãs, pro cuiuſq; tum neceſſitate, tum dignitate. At tñ licèt ita cõmunis ſit DEVS, ſicut etiã Sol iſte licèt in omnes generatim ſplendorem ſuũ arbores diffundat, pleręq; tamen ſteriles pmanent, alię ſylueſtres pferunt fructus nullo ferè hominum vſu. Quamobrẽ etiam agreſtes putant arbores ac trãſplantant, indè frugiferi feraciũ arborũ ſurculi inſerunt, qui bonos gignant fructus grati ſaporis & hominibus vtiles & accommodos. Sic ex vitali perennis regni paradiſo frugifer quidam ſurculus proficiſcitur, qui eſt lumen gratiæ Dei gratum facientis. Nullum omninò opus aut rectè ſapere, aut prodeſſe homini poteſt, niſi ex hoc ſurculo trahat originẽ. Hic verò gratiæ Dei gratũ faciẽtis, qua vitam meremur æternã, quæq; hominẽ DEO pparat accõmodatq;, ſurculus offert quidẽ omnibus, ſed non omnibus inſerit, nõ plantat in omnibus: eo q; agreſtes arbores ſuæ partes, reſecare nolunt, putà infidelitatẽ ſuã, vel peruerſam erga Dei pręcepta inobediẽtiam. Vt verò hic gratiæ ſupernę ſurculus nobis inſerat, eò tria neceſſariò exigunt. Primum eſt gratia antecedens ſeu pueniẽs. Alterũ, volũtatis libera applicatio ſiue conuerſio. Tertiũ, conſcientiæ expurgatio. Gratia pueniens tangit ſeu monet omnes: qñquidẽ cõmuniter hæc pſtatur oĩbus. At libere cõuerſioni & conſciẽtiæ emundationi minimè operã dant, neq; ſeſe applicãt omnes: ideoq; nec eã adipiſcunt gratiã, qua vitã mererentur æternã. Porrò gratia illa pueniens ſeu gratis data, monet hominẽ vel foris, vel intùs. Foris quidem eum monet aut ægrotatione cor-

Viſuro cuiuis quę tria oportuna.

Viſioni ſpiritali q̃ tria neceſſaria.

Gratia quotuplex.

Sacra quã cunctis parata. 1.Tim.2.

Gra gratũ facientis efficacia.

Quę tria cui ſurculo nobis inſerẽdo neceſſaria.

Gra pueniẽ ti quõvel foris vel intùs moneamur.

poris, aut rerum iactura, aut amicorum & affinium amiſſione, vel ignominia publica, vel concionibus & collocutionibus auſcultandis, aut ſanctorum hominumque piorum exemplis, verbis & actibus, ex quibus ad ſui peruenit notitiam & cognitionem: atque iſta externa Dei commotio eſt. Nonnunquàm verò etiam intùs mouetur homo, meditandis Chriſti pœnis & cruciatibus, & cunctis ſibi cęterisq; hominib' diuinitus collatis beneficijs: vel propria contemplando peccata, vitęque huius fragilitatem: aut mortis, inferni, & perennium tormentorũ formidine: aut ſempiternis cæli gaudijs, aut benignitate & miſericordia Dei, quòd is tandiu ipſi pepercerit in peccatis ſuis, tantaq; manſuetudine ipſius emendationem & cõuerſionem expectet: aut etiam miris Dei operib' cõſiderandis in cęli, terręq; & creaturarum omnium productione & opificio. Hęc omnia preuenientis ſeu antecedentis gratię opera ſunt, hominem tum foris, tum intùs multiplici ratiõe permouentia. Præter hęc ineſt homini naturalis quædam animi ad Deum propenſio ſecundum animę ſcintillam, ſeu ſynteresin & rationem ſuperiorem, ſemper bonum appetẽtem, & malum deteſtantem. Deniq; his modis omnes Deus homines mouet, ſingulos pro cuiuſq; indigẽtia ac neceſſitate: adeò vt interim hinc permoueant quidã, & percellant, ac repręhendant, timore itèm ac metu correpti ſtent in ſeipſis attoniti, ac ſeſe diſpiciant & pſcrutentur. Hęc tñ omnia gratię duntaxat pueniẽtis ſeu gratis datę ſunt, nõ illius quę gratum faciens dicit, quaq; meremur. Interim hoc pacto gratia antecedẽs ſeu gratis data, pparat hoĩem ad alterius gratũ faciẽtis gratiæ ſuſceptionẽ. vbi nanq; anima prauam deſerit voluntatem, & iniqua reſpuit opera, ac in ſeipſa repræhenſa & timore perculſa, animi dubia eſt quid agere debeat, contemplans interim Deum, & ſeipſam & praua opera ſua, naſcitur hinc in ea naturalis quidã dolor vel attritio & diſplicentia peccati, itidemq; naturalis quædam voluntas bona: atq; hic ſupremus gratię antecedentis ſeu gratis datæ vertex eſt. Faciente deinde homine id quod poteſt & faciẽdum intelligit, neq; ex propria infirmitate vltrà progredi valente, iam immenſæ eſt bonitatis Dei opus abſoluere. Itaque ſublimius quoddam lumen gratiæ diuinæ, ceu ſolis fulgor deſupèr lapſum, animæ infunditur, tametſi id ea ſaris pro dignitate neq; merita ſit, neq; deſiderârit: quãdoquidem in hoc ſeſe lumine Deus liberrima bonitate ac ſola gratiæ ſuæ pietate largitur: quem alioquì mereri nemo poteſt, anteq̃ illum habeat. Eſt autẽ ſecreta quædam Dei in anima ſupra tempus operatio, qua totam eam cunctasq; illius vires permouet. Atq; hic terminus eſt gratiæ præuenientis, & initium alterius, putà gratum facientis, quæ, vt dixi, ſupernaturale quoddam lumen eſt. Porrò lumẽ hoc primum eſt quod ad ſpiritalem exigitur viſionem, atque ex ipſo alterum naſcitur, ad animam pertinens, ſeu ex parte animæ, quod eſt libera volũtatis applicatio ſeu conuerſio puncto vel momento temporis, vbi tum charitas oritur, in coniunctione ſcilicet Dei & animæ. Hæc autem duo mutuò ſibi cohærent, ita vt alterum ſine altero perfici non poſſit. Deo nanq; & anima amoris glutino ac vnione coniunctis, Deus lumen gratiæ ſuæ ſupra tempus infundit: itemq; anima diuinæ gratiæ adiuta ope, breuiſſimo temporis puncto, ſeu inſtantaneè liberè ſeſe conuertit ad Deum: atq; ibi charitas naſcitur in anima ex Deo & anima, cùm nihil ſit aliud charitas, quàm nexus quidam amoris inter Deum & animam amantem. Ex his igitur duobus, vt iam dictum eſt, putà ex gratia DEI, & libera animæ ac voluntatis gratia illuſtratæ conuerſione, charitas & diuinus gignit amor: ex quo porrò tertium, quod eſt conſcientiæ expurgatio, proficiſcitur. Et hæc tria ſibi connexa ſunt atq; concurrunt, nec poteſt aliquod horum diu eſſe ſine alijs. Quiſquis enim diuino amore verè præditus eſt, is quoq; perfectè dolet de peccatis ſuis. Quanquàm licèt hîc ordinem animaduertere Dei & creaturæ, vtì iam demonſtratum eſt. Primò nanq; ſuum Deus lumen animæ infundit, atque per idemipſum lumen ſuam homo voluntatem dẽdit & offert Deo cum perfecta ac libera conuerſione illius ad Deum: ex his porrò duobus perfecta erga Deum charitas naſcitur: ex charitate deindè perfecta procedit contritio & cõſcientię emundatio, quæ fit p peccatorum & macularum animæ cõſideratione. Etenim cùm diligat Deum, oritur in ipſo ſuijpſius & cunctorum operum ſuorum diſplicentia, qui eſt conuerſionis ordo: hinc verò perfectus dolor & vera contritio ob quæuis vnquàm perperàm admiſſa contra Deum, ducit originem, itemq; perfecta tum nunquàm deinceps peccandi, tum Deo humili obedientia ſeruiendi voluntas, purè quoq; ac ſyncerè abſq; tectione aliqua vel duplicita-

Quibus modis qui Deus quẽq; mouet.

Defectũ qui noſtrũ Deus ſuppleat.

Charitas qd ſit.

Charitas vnde gignatur.

Ordo inter Deum & creaturas q.

plicitate confitendi, necnon iuxta prudentis ſacerdotis conſilium ſatisfaciendi, atq; indè totum ſe ad virtutum bonorũq; operum ſtudia conferendi propoſitum. Et hęc tria, putà gratię lumen, libera voluntatis conuerſio, & expurgatio conſcientiæ, vtì iam nobis commemorata ſunt, neceſſariò ad ſpiritalem ſeu diuinam viſionem pertinent. Quę quiſquis habet, in eo iam loquitur Chriſtus, Eccè: & ipſe reuerà videt: atq; hoc vnum eſt ex quatuor illis præcipuis, quę Chriſti ſuperiùs recitata verba complectuntur, vt ſcilicet videamus.

¶ De primo Chriſti aduentu, videlicet in carnem.
Caput II.

Tres Chriſti aduentus.

IAM porrò indicat, quid cernendum ſit, dum ait, Sponſus venit. Vbi principio animaduertendum eſt, verbum iſtud, venit, duo ſignificare tempora, pręteritum ſcilicet & pręſens: & tamen Dominus de futuro potiùs tempore vult accipi. Eamobrem tres ſponſi noſtri CHRISTI IESV aduentus nobis conſiderandi veniunt. In primo fieri homo dignatus eſt propter hominem, puriſſimo victus amore. In ſecundo, quotidiè ſingulis quibuſque amantibus cordibus noua cum gratia nouisque donis pro cuiuſque capacitate ſępiùs illabitur. In tertio manifeſtus veniet in tremẽdi illius extremi iudicij die, aut etiam mortę ſingulorum. In his verò omnib' & ſingulis ſponſi noſtri aduentibus, & quibuſlibet operibus illius, tria attendenda ſunt. Primum eſt ratio ſiue cauſa. Secundum, modus vel ratio interior. Tertium, opus externum. Primò quidem ſi rationem queras vel cauſam, cur angelos homines q; condiderit, nimirùm non aliam inuenies, quàm immenſam illius bonitatem, pietatem, pręſtantiam ſeu dignitatem, quòd ſcilicet ita voluit, vtì ipſius beatitudo, excellentia, maieſtas, & opulentia, quę ipſe eſt, rationali innoteſceret creaturę, quo illam & deguſtaret in tempore ſeu vita hac temporaria, eademque frueretur ſupra tempus in ęternitate.

Quę tria in opib' chriſti attẽdẽda.

Hic ſi quæras, quamobrem DEVS homo factus ſit, occurret mox incompræhenſibilis charitas illius & mortalium omnium neceſſitudo: ſiquidem omnes ob originalis peccati reatum perditi & è paradiſi ſedibus depulſi eramus, nec tamen viribus noſtris ſatisfacere poteramus. Ad hæc ſi illorum perquiras rationem operum, quæ CHRISTVS ſecundũ diuinitatem iuxta ac humanitatem ſuam in terris peregit, quadruplex illorum ſeſe offert ratio. Prima eſt diuinus illius amor increatus & immenſus. Altera creatus amor, qui charitas dicitur, qua anima illius ex vnione verbi æterni & perfecto patris munere prædita erat: Tertia, ingens humani generis neceſſitas. Quarta, paternus honor. Iſtę, inquam, aduentũs CHRISTI ſponſi noſtri rationes ſunt, cunctorumque operum eius externorum pariter & internorum. At nunc idem ipſe ſponſus noſter conſiderandus nobis eſt, ſi modò illum in virtutibus pro noſtra facultate ſequi velimus. Conſiderandus autem & attendendus nobis eſt & modus eius internus ſiue habitudo & opera quæ foris egit: hoc eſt, virtutes & actus earum. Modus quidem illius ſiue habitudo interna ſecundum diuinitatem nobis incompræhenſibilis & inacceſſibilis eſt, nec illam explicare vel demonſtrare poterimus. Ea nanque eſt, quòd à patre gignitur abſque intermiſſione: quodq; pater in ipſo & per ipſum cognoſcit, condidit & creat etiamnum omnia, & regit cuncta ac moderatur & diſponit in cælis & in terra, cùm ſit ipſe patris ſapientia: ipſiq; ambo vnum ſpirant ſpiritum, qui amor eſt & nexus vtriuſque, ſimulque ſanctorum angelorum hominumque bonorum in cælis atque terris degentium. Sed de hoc modo vel habitudine interna nihil hac vice ampliùs dicturi ſumus, ſed de eo potiùs modo vel habitu, quo ex diuinis chariſmatib' ac donis ſecundũ humanitatem præditus erat. Huiuſmodi verò habitus perplures ſunt. Quot enim internas Chriſtus virtutes habuit, tot & interni illi modi vel habitus inerant. Quælibet nanque virtus ſuum modum habet peculiarem. Atqui virtutes iſtæ & habitus animæ CHRISTI, creaturarum omnium captum & intelligentiam longè vincebant: ex ijs tamen noſtræ inſtitutionis gratia tres nobis tractandas ſumimus, putà humilitatem, charitatem & patientiã, qua æquanimiter feramus quicquid intùs vel foris nobis acciderit. Iſtæ nanq; præcipuæ radices ſunt, & initium quoddam virtutum omnium & totius perfectionis.

Quotuplex operũ Chriſti ratio.

¶ De gemina Chriſti humilitate.
Caput III.

Eſt

Humilitas Chriſti quotuplex.

EST autem duplex in CHRISTO humilitas ſecundum illius diuinitatem. Prima eſt, quòd homo fieri voluit, naturamque in imum vſque inferni damnatam, relegatam, & maledictam à DEO, in ſe recipere atque ſecundum perſonam ſuam, cum ea vniri ſeu vnum eſſe, ità vt cuiuis tum bono tum malo homini, CHRISTVM DEI filium fratrem ſuum appellare liceat. Altera eſt, quòd virginem pauperem elegit in matrem, cui panni non erant quibus eum inuolueret, non autem filiam regis potentis, ſed illam potiùs inopem, volens eam DEI eſſe genitricem, DEI inquam, qui cæli terræque & creaturarum omnium Dominus eſt: ita vt iam ſecurè dicere liceat, quicquid vnquàm humiliter in terris à CHRISTO geſtum eſt, id diuinitatem eſſe operatam. Eſt deinde & altera in Chriſto humilitas ſecundum humanitatem & ex DEI gratia ſeu munere. Per hanc humilitatem anima illius cum vniuerſis viribus ſuis ſumma cum reuerentia & veneratione altiſſimæ patris potentiæ ſeſe ſubmittebat & inclinabat. Etenim cor ſubmiſſum, humile eſt. Hinc cuncta ſua opera ad æterni patris ſui honorem & laudem peragebat, neque vlla in re ſuam iuxta humanitatem gloriam vel honorem aucupabatur. Sed & veteri legi ac præceptis, nonnunquàm etiam inſtitutis ſeu conſuetudini, vbi id vtilius erat, humiliter ſeſe ſubdidit. Indè eſt, quòd circunciſus, quòd in templum delatus, quòd iuxta morem redemptus eſt. Quin etiam inſtar cæterorum Iudæorum tributum pendebat Cæſari, matrique ſuę & Ioſeph ſancto ſubditus erat, vera cum animi demiſſione, vbicunque & quantumcunque illorum poſcebat neceſſitas, ſeruiens eis. Ad hæc inopes, & abiectos ſibi elegit & adſciuit homines, admittens eos ad ſui conuictum & conſuetudinem ſeu ſocietatem, vt ambularet cum eis & mundum conuerteret: ij ſcilicet Apoſtoli erant, inter quos, ſicut & cæteros omnes, humilis ac ſubmiſſus fuit. Cunctis denique paratiſſimus erat, quacunque ſiue foris ſiue intùs detineretur neceſſitate, tanq; communis orbis miniſter. Et hoc primum eſt, quod in Chriſto ſponſo noſtro contemplari debeamus, illius ſcilicet humilitas.

Luc. 2.

Mat. 17.

¶ De charitate Chriſti cunctis virtutibus exornata.
Caput IIII.

Virtutum oim radix.

Quãta Chriſti charitas.

ALTERVM in Chriſto conſiderandum, quodque & initium & præcipua radix eſt virtutum omnium, charitas eſt. Hæc in CHRISTO vires animæ illius ſupremas in quadam tranquillitate & ſilentio, eiuſdemque qua etiamnum fruitur, beatitudinis fruitione continebat. Hæc ipſum abſque intermiſſione ad patrem ſeruabat erectum cum reuerentia, cum amore, cum laude, cum veneratione, cum intimis attentisque precibus pro omnibus omnium neceſſitatibus, cum cunctorum denique actuum ſuorum ad patris honorem & gloriam relatione. Hæc demum, vt amantiſſima fide & beneuolentia ad quaſuis tum corporeas tum ſpiritales mortalium omnium neceſſitudines ſeſe dimitteret ac emanaret, ipſum permouebat. Hinc in ſeipſo ſua vita exemplum præſtitit cunctis, vt vitam ſuam inſtituere deberent. Hinc itidem cunctos qui tamen capaces erant, veraci doctrina ſpiritaliter paſcebat intùs, & miraculis foris in ſenſibus, atque interdum etiam alimento corporeo, quando eos ſe ſubſequi in deſertum vidit, & cibo habere opus, nec eo carere poſſe. Sic ſurdis auditum, cæcis viſum, mutis loquendi beneficium reſtituit: dæmones ex obſeſſis eiecit: mortuos reuocauit ad vitam, clauſis greſſum reformauit. Quæ quidem omnia tum corpotaliter tum ſpiritaliter intelligenda ſunt. Nimirùm CHRISTVS IESVS amator noſter & foris & intùs noſtra cauſa fideliſſimè laborauit: neq; charitatem illius vnquàm plenè compræhendere poterimus: quando ea ex inexhauſto ſanctiſpiritûs fonte promanauit, longè excellentior, quàm ſit vlli vnquàm collata creaturæ, quòd idem ipſe CHRISTVS IESVS Deus pariter & homò fuerit in perſonæ vnitate. Et hoc alterum eſt, quod nos in ipſo conſiderare oporteat, putà charitas illius.

Mat. 14.

Mat. 11.

Charitas ſeſu cur incõpræhenſibilis.

¶ De patientia Chriſti ad mortem vſque.
Caput V.

TERTIVM porrò in Christo contemplandũ, quod & ipsum initiũ & radix virtutũ est, æquanimis aduersorũ tolerantia est: Quæ quidem seriò nobis consideranda venit, vtpotè quæ Christum sponsum nostrum per omnem ipsius vitam mirificè exornet. Enimuerò ab ipso statim natiuitatis exordio pati cœpit, putà frigora, paupertatem, circuncisionem, in qua suum fudit sanguinem, & fugam in exteras regiones. Huc pertinet, quòd matri virgini & Ioseph nutricio humiliter seruiuit, quòd famem, sitim, probra, contemptum, indigna Iudæorum verba & opera pertulit: quòd vigilijs & ieiunijs vacauit, quòd ab hoste tentari voluit, quòd subiectus omnibus fuit, quòd grandi cum labore pedes huc illucque regionatim ac oppidatim discurrit, seriò admodùm ac strenuè Euangelium Iudæis prædicans: à quibus tandem, vtpotè hostibus suis, cùm ipse eorum præcipuus esset amicus, captus est & proditus, irrisus, consputus, flagellatus, cæsus, iniquis & falsis testibus oppressus & damnatus: ac deindè ingenti cum dolore crucẽ ipse suam ad Caluariæ montem detulit, vbi vestibus ex toto nudatus suis, sub totius adspectu orbis ignominiam, cruciatum, frigus perpessus est. Etenim nudus erat & vulneribus vsquequaque confectus, & cælum frigidum ac asperum. Mox obtusis clauis affixus crucis ligno, dirè distendebatur vsqueadeò, vt venæ illius dirumperentur: deindè eleuatus cum cruce, missa ea in petram excisam, totus concussus & quassatus est, vt sanguine totus manaret, sicut paulò antè corona affectus spinea, inuidæ gentis horridos audiuit clamores, vociferantis, Crucifige crucifige eum: atque alia multa indigna euomentis: Oculis suis cernebat Iudæorum obstinatã in malo voluntatem, & matris pijssimæ non ignorabat miseriam & calamitatem. Et inter hæc deficiebant oculi eius præ doloris ac mortis acerbitate & amaritudine: odoratu phlegmata putentia, quæ ex spurcissimo ore suo in faciem eius conijciebant, grauiter percipiebat: gustu potionem felle & aceto mixtam attingebat: omnisque adeò tactus eius, flagellis confectus & vulneribus erat. En tibi CHRISTVM, sponsum nostrum ad mortem vsque vulnetibus affectum, à Deo & creaturis omnibus derelictum, morientem in cruce & ceu stipitem dependentem: nec quisquam tamen magnoperè hæc attendebat, præter mœstissimam genitricem eius doloribus plenam, quæ tamen auxilio illi esse non poterat. Præter hæc patiebatur Christus etiam in anima sua spiritaliter, dolens obstinatam Iudæorum peruersitatem ac improbam voluntatem, itemque eorum qui ipsum cruci affixerant. quantacunque enim viderent signa & miracula, in sua tamen improbitate animo obfirmato perseuerabant. Mœrebat etiam perditionem illorum & mortis suæ vltionem, certus videlicet Deum in animabus & corporibus eorum illam quandoque vindicaturũ. Insupèr dolebat vehementissimæ matris suæ ac discipulorũ grauiter mœrentium calamitatem: itidemq; mortem suam innumeris hominibus prorsus nihil collaturam. Dolebat etiam ingratitudinem: dolebat impia iuramenta præstãda à multis ac euomenda in ipsius ignominiam & opprobrationem, qui nostra causa ex amore mortuus est. Ad hæc natura illius seu sensualitas & ratio inferior dolebant plurimùm, eo quòd diuinæ consolationis donorumque suorum influentiam Deus ipsis subtraxerat, atque in tanta necessitudine reliquerat sibijpsis: id quod tum CHRISTVS querebatur, cùm ait: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Ac nihilominùs omnium istorum dolorũ immemor, cunctisque suis tacitis afflictionibus, patrem inuocans: Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: & exauditus est à patre pro sua reuerentia. Fortasse enim qui ignorantes hæc illi intulere supplicia, postmodùm conuersi sunt. Eccè hæc Christus IESVS sponsus noster intùs spiritaliter perpessus est. Hinc igitur perspicuum fit, humilitatem, charitatem, patientiam toto eum vitæ suæ spatio retinuisse, cum ijsdemque mortem obijsse, atque ita debitum nostrum iustitia & æquitate dissoluisse, latus suum ex pietate aperuisse, vndè voluptatis ac deliciarum promanant riui, sacramenta scilicet salutis. His peractis, potenter ascendit ad cælos, sedetque ad dexteram patris, sine fine regnaturus. Itaque hic primus est sponsi nostri aduentus, qui iam planè perfectèq; peractus est.

Vitæ passionisq; Christi succincta rememoratio.

Mat.27. Mar.15.

Luc.23. Heb.5.

¶De altero Christi aduentu, vtì quotidiè noua cum gratia nostris illabatur pectoribus. Caput VI.

Alter

ALTER Christi Sponsi nostri Aduentus quotidiè in bonis aperitur hominibus, & cunctis pro virili eò se accommodãtibus, & quidẽ sæpiùs noua cũ gratia, nouisq; donis. Hic iam nihil denuò dicturi sumus de prima hominis conuersiõe, neq; de priori gratia in ipsius à peccatis cõuersiõe diuinitùs illi infusa: sed de eo potiùs agemus profectu, quem indiès magis ac magis nouis charismatibus ac donis, nouisque acquirendis & cumulandis virtutibus facimus, deque præsenti Christi Sponsi nostri singulis quibusque diebus Aduentu in animas nostras. Hic iam principio huius quoque Aduentûs causa, & modus & effectio seu opus nobis animaduertenda sunt. Causa quidem seu ratio quadruplex est, putà misericordia DEI, & necessitudo nostra, diuina largitas, nostrumq; desiderium. Ex his quatuor virtutes excellenter adolescunt & accipiunt incrementa: Sed vt clariùs pateant ea quæ dicimus, vtendum similitudine est. Sole summum cæli verticem obtinente, si qua vallis profunda sit inter duos altos posita montes, possitque suos in illius fundum radios Sol lucens diffundere, tria notatu digna illic eueniunt. Vallis ipsa ex montibus illustrior fit, magisque splendescit ac fulget, incalescit itidèm vehementiùs, reddituq; feracior atque fœcundior, quàm plani æquora campi. Eadem ratione dum vir bonus in imo suæ residet paruitatis, agnoscitque se nec esse, nec habere, nec posse quicquam suis viribus, nec etiam perseuerare, nec progredi in virtutibus, sæpiusq; in ijsdem ipsis virtutibus ac bonis operibus sese deficere & multa negligere sentit, intelligens hinc paupertatem & necessitudinem seu indigentiam suam, vallem efficit humilitatis. Et quia humilis est ac indigus, agnoscitque inopiam & indigentiam suam, hanc ipsam diuinæ bonitati ac misericordiæ pia cum querimonia explicat & ostendit: interim & diuinam celsitudinem & suam attendit paruitatem. Is itaque vallis profunda est. Porrò CHRISTVS Sol iustitiæ ac misericordiæ, qui in supremo cæli vertice, hoc est, ad Patris sui dexteram constitutus, in humilium cordium ima seu fundum suos mittit radios atque splendorem. Neque enim potest ille non moueri misericordia, quotiès cum humilitate pias ipsi offerimus querimonias ac preces. Tum verò excrescunt hic montes duo, id est, geminum desiderium: Alterum seruiendi Deo, eumq; laudandi cum Reuerentia, alterum virtutes excellenter obtinendi. Hi montes cælo celsiores sunt, quandoquidem Deum ipsum absque medio contingunt, illiusq; liberalem appetunt pietatem: quæ tum continere se non valet, quin profluat ac emãnet. Tum nanque anima habilis est seu idonea, quę plura capiat dona. Istæ igitur noui Aduentûs Christi cum virtutibus nouis rationes sunt. Tria autem quædam accipit hic vallis ista, id est, cor humile: Illustrat copiosiùs gratia, charitate ampli' feruescit, perfectarumq; virtutum & bonorum operum fit feracius atque fœcundius. Ita nimirùm & rationes & modus & operatio seu effectio huius Christi Aduentûs, nobis explicata, & exposita sunt.

Quotuplex mystici aduẽtûs Christi ratio.

Lepida vallis profundæ & humilitatis collatio.

Humiliũ præcum vires.

Quæ tria cor humile suscipiat.

¶Vt quotidianum faciamus profectum per Sacramenta Ecclesiæ. Caput VII.

EST verò & alius quidam Aduentus Christi sponsi nostri, qui quotidiè agitur cum gratiæ nouorumq; charismatum ac donorum incremento. Is est, cùm quis humili corde & absque ijs, quę sacramento contraria sunt, aliquod percipit sacramentum. Etenim noua tunc dona, nouaq; charismata & gratia copiosior illi præstãtur, tum ob illius humilitatem, tũ Chuisti occultam in sacramento operationem. Contraria autem sacramento sunt, in Baptismo infidelitas, in confessione nulla contritio, & cum peccato mortifero aut improba voluntate ad Altaris accedere sacramentum: itidemque de cæteris sentiẽdum est sacramentis. Huiusmodi malis impliciti si sacramenta accipiant, non nouam illi reportant gratiam, sed deteriùs peccant. Hic videlicet alter est CHRISTI Sponsi nostri Aduentus, qui nobis quotidiè præsto seu præsens est, eumq; nos sitibundis cordibus attendere decet, quo intra nos agatur: quod quidem cum primis necessarium est, si aut in bono persistere, aut progredi ad beatitudinem debeamus.

Sacro contraria quæ.

¶De tertio Christi Aduentu ad Iudicium. Caput VIII.

Quotuplex vltimi aduẽtûs Christi ratio.

TERTIVS indè Aduentus Christi, qui etiãdum futurus est, ad iudicium vel mortem vniuscuiuslibet erit. Huius quoq; Aduent⁹ Christi ratio triplex est, scilicet, Temporis oportunitas, causæ decentia vel congruentia, & iudicis æqtas. Tẽpus quidem huius Aduent⁹ oportunũ hora est extrema cuiuslibet morientis, & nouissimi dies iudicij, quo generalis in omnes ferenda sententia est. Etenim cùm animã ex nihilo conderet DEVS, eamq; corpori vniret, certã illi præstituit diẽ atq; horam, sibi vni notã, qua decedens de huius curriculo vitę temporariæ, suo conspectui sistatur. Causæ verò decentia siue congruentia, eiusmodi est. Decet nanque & necesse est, rationem reddat anima corã æterna veritate de cunctis verbis & operibus suis, quę vnquàm egerit. Deniq; iudicis æquitas causa hui⁹ Aduentûs est. Ad ipsum nanq; iudicium hominum & sententia pertinet, cũ sit filius hominis & sapientia Patris, cuius sapientiæ omne iudiciũ est, quòd aperta & manifesta illi sint corda oĩm, in cælis, terra ac Tartaro degentium. Hæc igitur tria generalis Aduent⁹ Christi ad oẽs in iudicio extremo, itemq; specialis ad singulos dum moriuntur, causa & ratio sunt

¶Vt sese Christus geret in extremo iudicio. Cap. IX.

Suis ꝓ opibus cuiq; ꝑmiũ dandũ.

PORRÒ modus, quo se geret Christus sponsus & iudex noster in hoc suo iudicio, is erit, vt præmia decernat & agat pro ęquitate, reddens singulis quibusq; pro meritis singulorum: bonis quidem pro quolibet bono opere recta intentione in DEVM relato, præmium inæstimabile ac immẽsum, quod ipse est: quod sanè ex condigno mereri cratura nulla potest suis viribus, sed ex cooperatione DEI in homine: ex illius, putà Dei, virtute meret homo ipsum DEVM habere mercedem seu prẽmium: Malis autem & damnatis itidèm ex debita iustitia ęterna restituet ac infliget tormenta & cruciatus, eo quòd pro vili caducoq; bono, bonum ęternum ac immensum contempserint abiecerintq;, & sese vltrò ac data opera à DEO contra illius honorem ac voluntatem auerterint, & ad creaturas sese transtulerint applicuerintq;: & hac de causa iure meritoq; condemnabunt. Testes autem, qui in hoc iudicio testimonium dicent, Angeli erunt & consciẽtiæ singulorum. Accusatoris verò & aduersarij partes diabolus sibi vendicabit: & Iudex denique Christus erit, quem fallere nemo poterit.

Testes. Accusator. Iudex

¶ De quintuplici hominum genere, Christi iudicio ac tribunali sistendorum. Caput X.

Sistendorũ Christo genus primũ, quod.

IAM quòd ad eos attinet, qui huic iudici sistendi sunt, eorum quinq; erunt genera. Primi generis, eiusdẽq; deterrimi, hoĩes christiani erunt, qui in peccatis mortiferis absq; dolore & contritione vera diem clauserint extremũ, qui cùm Christi mortem & sacramenta contempserint, aut inaniter, iniũdignè & secùs quàm oportebat sumpserint, neq; in charitate in proximos Christianos iuxta præscriptum diuinæ legis, misericordiæ declarârint ac exercuerint opera, meritò ꝑfundissimis inferni cruciatibus immergent. Alterius generis homines sunt infideles, Ethnici vel Iudæi, quos & ipsos ad Christi oportet comparére Tribunal, tametsi etiãdum superstites in corpore per omnem vitam dãnati fuerint, eo quòd diuinam nunquã perceperint gratiã & amorem, atq; ea re semper in ęterna damnationis morte vixerint: at tamẽ leuiores ij, quàm impij Christiani, pœnas dabunt, eo quòd non tanta perceperint dona Dei, atq; ita non tantã illi præstare fidem fuerint obligati. Ad tertium genus boni pertinent Christiani, qui tamen interim in mortifera sint lapsi vitia, sed resurrexerint per contritionem & pœnitentiam, ita tamen, vt non omninò satisfecerint secũdum iustitiã: & ij ad Purgatorium mittunt. Quarti generis sunt, qui mãdata Dei seruârunt ac seruant, aut si fortè ea trãsgressi sint, ad Deum cum contritiõe & pœnitentia, & charitatis ac misericordiæ actibus redierunt, perfectamq; egerunt pœnitentiã, ita vt absque Purgatorio ex ore mox ad cælos euolent. Quinti demũ generis ij sunt, qui vltra quæuis charitatis opera, conuersatione iam in cęlis degunt, licèt corpore adhuc in terris positi sint, suntq; vniti & immersi in Deum, & Deus in eos, ita vt inter Deum & ipsos nihil prorsus medij sit, præter tempus & mortalis vitę conditionem: qui cùm corpore absoluunt, eodẽ momento æterna sua perfruunt beatitudine. Isti nõ iudicant, qn ipsi potiùs in die nouissimo vnà cum Chri-

II.

III.

IIII.

V.

Mat. 19.

Christo in cæteros sententiam ferent. Tum verò mortalis vita omnis, & temporarius dolor omnis cessabit. Damnati autem omnes in profundum inferni, in perditionem, in horrorem sempiternum, cuius nullus erit finis, cum diabolo & socijs eius demergentur: & benedicti seu electi in momento in gloriam recipientur æternam cum CHRISTO sponso suo ibiq́ue æternò atque in omne æuum infinitas ac immensas diuinæ essentiæ opes & diuitias contemplabuntur, plenoq́ue gustu persentient, ijsdemq́ue felicissimè perfruentur. Hic iam tertius est Aduentus Christi sponsi nostri, quem oĩmes necdũ præteritũ, sed futurũ expectamus. Primum quidem illius Aduentum, quo factus est homo, & humilimè vixit ac docuit, & ex amore nostrî causa mortem oppetijt: imitari nos decet, foris quidem perfectos virtutum colendo mores, intùs autem per charitatem veramq́; humilitatem. Alterum, qui præsens etiamnum est, quo per gratiam cuilibet amanti illabitur cordi, desiderare debemus, & quotidianis contendere à DEO precibus, vt in bono perstare & in nouis indiès progredi virtutibus queamus. Tertius denique Aduentus siue ad iudicium generale, siue ad obitum singulorum expectandus nobis est cum desiderio, cum fiducia, cum Reuerentia, quo ab exilio absoluti, in gloriæ & beatitudinis aulam introducamur. Atque hic triplex CHRISTI sponsi nostri Aduentus, alterum est ex quatuor illis præcipuis suprà commemoratis, quæ CHRISTI verba complectuntur, eumq́ue (vt diximus) isthæc nobis verba significant, Sponsus venit.

Aduentus Chri primũ quĩ nobis imitandus.

II. vtì desiderandus.

III. quõ expectandus.

¶De tertio principali, putà exitu spirituali ad virtutes omnes. Caput XI.

ITAQVE, vt dictum superiùs est, in ipso illorum, quæ tractamus, verborum exordio Christus sponsus noster ita ait: Eccè, quod est, vide, scilicet per charitatem, ex Dei gratia, & libera voluntatis applicatione seu conuersione, & conscientiæ expurgatione, vtì audiuimus, nascentem siue scaturientem. Deindè & quid videre debeamus, explicuit, videlicet triplicem ipsius Aduentum nobis pauloantè pertractatum. Iam porrò & quid agere debeamus præcipit, dicens: Exite. Quisquis ergo primum illud habet, vt videat per gratiam & charitatem, & CHRISTVM exemplar suum illiusq; exitus probè attenderit, nimirũ moritur in illo tum ex charitate, tum amorosa sui sponsi Domini IESV consideratione iustitia quædam, illa scilicet, quòd eum in virtutibus appetit imitari. Et hunc iustitiæ in anima illius ortum, CHRISTVS eo significat verbo, quod intra eiusmodi hominem loquitur, putà, Exite. Atquì exitus iste triplici fiat ratione necesse est. Exeamus nanque oportet, ad DEVM, ad nosipsos, ad proximos, idq́ue cum humilitate, charitate & iustitia. Charitas semper contendit sursùm ad regnum DEI, id est, DEVM ipsum, qui ipse charitatis fons & origo est, vndè ea sine medio profluxit, & in quo per vnionem perpetuò intùs permanet. Iustitia, quæ ex charitate nascit, bonos mores ac virtutes omnes, quæ Dei regnũ, id est, animam deceant, adipisci & exequi in animo habet. Deindè charitas simul & Iustitia in regno animæ, cuius habitator sit DEVS, fundamentum collocant profundæ humilitatis. Atque ita hæ tres virtutes omne pondus totamq́ue virtutum omnium, totiusq́; sanctitatis & præclaræ ac excellentis vitæ structuram seu ædificium sustinent. Enimuerò charitas continenter hominem in immensi amoris diuini, vndè & profluxit, præsentia seruat, vt sic dignè DEO viuat, perseueretq́ue & crescat in virtutibus cunctis & vera humilitate. Iustitia itidèm coram æterna Dei veritate hominem iugiter retinet, quo veritatem dilucidè perspiciat & clarè intelligat, atque ita virtutes omnes absque vllo perficiat & exequatur errore. Humilitas demùm perpetuò in diuinæ hominem potentiæ & maiestatis consideratione constituit, vtì semper paruulus ac humilis permaneat, innitaturq́; DEO suo, nec se aliquo in precio habeat aut quippiam esse arbitret. Ista videlicet ratio est & modus, quo sese corã Deo gerere quisq; debeat, vt nouarum virtutum perpetua & continua accipiat incrementa.

Exitus quãtrifariàm faciendus.

Charitas vndè.

Iustitia.

Humilitas.

¶Vt humilitas virtutum omnium fundamentum sit. Caput XII.

Quan-

Quantã qs habeat sui humiliandi causam.

QVANDO igitur humilitatem fundamentum esse diximus virtutum omnium, decet ab ea nos initium sumere. Itaque humilitas interna quædam cordis vel animi submissio est coram celsissima Dei dignitate: & hanc quidem submissionem iustitia Dei exigit & iubet, charitas autem id agit, vt anima Deum amans, non possit se non ita submittere. Considerãs nanq; humilis homo, ministrasse sibi DEum tanta cum humilitate, tantoq; cũ amore ac fidelitate, DEũ item tã potentẽ, tam pstantẽ & excellentem esse, se verò tam pauperem, miserum, abiectum, pusillum esse, magna hinc ipsius in corde erga DEũ reuerẽtia orit. Deo autem cunctis actibus tum externis tum internis honorem impendere & exhibere, id vtique humilitati iucundissimum, primumque opus & studium est, sicut & charitati suauissimum est, & iustitiam maximè decet. Cor nanq; amans & humile neq; satìs colere & honorare Deum eiusq; præclaram humanitatem, neq; se satìs pro suo affectu & desiderio deijcere ac in imo collocare potest. Atq; eamobrem semper sibi humilis deficere videt à digna veneratione Dei, humiliq; illius cultu ac famulatu. Humilis etiam Ecclesiæ Dei & sacramentis prestat Reuerẽtiam: in cibo, potu, verbis & responsis erga singulos moderatus est, non excedens necessitatis modum: itidemq; in conuersatione, habitu seu vestitu, humilibus obsequijs, humili gestu absque fictione aliqua, modestiam præ se fert, atque demùm etiam in exercitijs suis internis & externis coram DEO & hominibus adeò est est humilitatis obseruans, vt nemo ex ipso scandalũ patiatur: & hoc pacto vincit profligatq; superbiam vitiorum omnium causam & originem. Per humilitatem quoq;, dęmonis, mundi, & peccati retia conteruntur ac dissipantur, homo in seipso benè componitur ac ordinatur, & in pprio virtutum collocat loco, cælum illi panditur, DEVS propensiori voluntate illius exaudit preces, & ipse gratia impletur, fundamento nitens firma illa petra Christo IESV, in quo qui virtutes cum humilitate extruit, errare non potest.

vitiorũ oĩm origo.

¶De Obedientia. Caput XIII.

Obedientia vndè & qd.

EX hac autem humilitate nascitur obedientia. Neque enim quisquã intùs siue ex animo obediẽs esse potest, nisi q hũilis sit. Obediẽtia verò est animi submissi ac flexibilis prompta ad virtutes quascunq; voluntas. Obedientia hominem diuinis facit parére & obsequi mandatis ac prohibitionibus, diuinæque morem gerere voluntati, sensusq; & vires infimas seu bestiales, rationi superiori reddit subiectas, ita vt homo decenter ac rationabiliter vitam transigat suam. Quin & Ecclesiæ sanctæ, itemq; sacramentis, ac Prælatis horumq; salutaribus ac pijs institutionibus, præceptis quoq; & consilijs, ac omnibus deniq; in Ecclesia sancta vsitatis consuetudinib⁹ ac institutis obedientia hoĩem reddit subditum ac obtemperantem, paratum etiam ac promptum & propensum ad quæuis siue corporalia siue spiritalia qbusuis impẽdenda obsequia, seruitia, consiliũ, auxiliumq;, idq; p necessitate cuiusq; & rectæ rationis seu discretionis moderamine. Ipsa insupèr procul oẽm depellit inobedientiam, superbiæ prolem, haud secùs quàm virus pestiferum fugiendam. Obedientia voluntatis & operis, hominis & exornat & instruit seu præparat & declarat ac indicat humilitatem: ipsa in congregationibus pacem conciliat, & erga Prælatos reuerentiam debitam, quibus etiam morigeros subditosque efficit, quotquot illis subesse debent. Pacem itèm & ęquabilitatem inter æquales fouet ac conseruat. Deniq; quicunq; obedientiam colit ac retinet, eum superiores & penes quos imperandi authoritas est, charum habẽt & diligunt, exaltaturq; à Deo, donisq; illius sempiternis abundè ditatur.

¶De propriæ voluntatis abdicatione. Cap. XIIII.

Abdicatio q̃ qd efficiat.

OBEDIENTIA porrò abdicationẽ gignit propriæ voluntatis, sensusq; & iudicij proprij. Non enim potest in omnibus suæ renunciare voluntati, eamq; alterius subijcere, nisi qui verè obediens sit: quanquã potest quispiã ita externum exequi opus, vt tamen intùs propria illi maneat voluntas. Ista propriæ voluntatis abdicatio id efficit in homine, vt delectiõis sit expers, nec quicquam sibi audeat assumere, adscisсere vel eligere agendo vel omittendo, quod peregrinum vel alienũ sit, & à sanctorum siue vita, siue doctrinis discordet: sed id potiùs semper obseruet ac sectetur, quod sit pro Dei honore, diui-

diuinisq; mandatis & Prælatorum suorum voluntati consentiat, & ad pacem cedat illorum quibuscum viuit, quatenùs recta ratio seu discretio permittit. Per hanc ppriæ voluntatis in agendo, omittendo, patiendo abnegationem, materia & causa omnis superbię penitùs profligat, & humilitas supremo in gradu perficit, fitq; DEVS potens hominis, seu pleno illius dominio potit pro omni sua voluntate, adeoq; voluntas hominis diuinæ vnitur, vt nihil ab hac diuersum neq; velle, neq; appetere queat. Istiusmodi homo veterem suum exuit, & nouum induit hominem, renouatum atq; formatum iuxta gratissimã DEI voluntatem. De eiuscemodi Christus ait: Beati pauperes spiritu, id est, qui propriã abdicârunt voluntatem, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Vñ & qui sũ pbia omnis pfligetur.

Mat. 5.

¶De Patientia. Caput XV.

EX hac voluntatis ppriæ abdicatione patientia proficiscit, quando perfectè patiens nemo esse potest in omnibus, nisi qui propriã voluntatem non in Dei tantùm, sed cunctorum etiã mortalium trãsfuderit ac resignârit voluntatem, vbi id vtilitas poscit vel honestas, siue in rebus licitis, vtilibus & honestis. Est autem Patientia, tranquilla ac sedata omnium quæ homini vndecunq;, siue à Deo, siue à creaturis quibuscunq; accidere queant, perpessio ac tolerãtia. Qui nãq; patiens est, eũ perturbare nihil potest, neq; iactura terrenarum rerum vel amicorum & cognatorum, neq; corporis aduersa valetudo, neq; ignominia, neq; mors, neq; vita, neq; Purgatorium, neq; dæmon, neq; infernus: quoniamquidem ex vero Amore, diuinæ sese dedidit & permisit voluntati: & quia nullius mortiferi peccati conscietia mordet, facile illi toleratu est, quicqd de eo fieri mandat DEVS in tẽpore ac ęternitate. Hæc patientia munit, ornat & armat hominem aduersus iram, & subitos iræ motus, & impatientiæ vitium, in rebus molestis & contrarijs & afflictionibus, quę sæpiùs intùs & foris perturbant hominem, & ad varias tentationes propensum siue proclituem efficiunt.

Patiẽtia qd.

¶De Mansuetudine. Caput XVI.

PATIENTIA deindè mãsuetudinem producit, cùm nemo possit esse mitis & mansuetus in aduersis, pter eum qui patiens sit. Lenitas hęc seu mãsuetudo, pace & tranquillitate animi gaudere facit hominem in oẽibus: & qui mitis est, suauiter ac moderatè ferre nouit & verba aspera, & truces gestus, & sæua opera, & quicquid demũ iniurię siue in ipsum siue amicos eius cõferri possit, & in ijs oẽibus pacem retinet: quãdoquidem nihil aliud est mãsuetudo, quàm æquanimiter, trãquillè & sedatè ferre omnia. Per mãsuetudinẽ vis irascibilis in quadã tranquillitate manet immota: vis concupiscibilis in virtutibus subleuat & erigit: vis rationalis hęc agnoscens, gaudio perfundit: & conscietia hęc persentiens atque gustans, manet trãquilla & pacata, eo quòd alterum capitale vitium, putà Ira, ex ipsa eliminata sit. Etenim Domini spiritus super quietum, mãsuetum, & humilem requiescit, ideoq; Christus ait: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrã, id est, proprium corpus siue naturam suam & res terrenas in quadam tranquillitate.

mãsuetudo quid sit.

Esa. 66.

Mat. 5.

¶De Pietate. Caput XVII.

EX hoc ipso mansuetudinis fonte pietas scaturit. Enimuerò pius esse non potest, qui non idem & mansuetus sit. Ista pietas eò mouet hominem, vt vultum gestusq; amabiles præ se ferat, suauiter & amicè respondeat, & omnis generis pia præstet opera ijs, qui animo sunt offenso & exasperato, si modò spes sit, fore vt illi suum agnoscant vitium, seseque emendent. Per benignitatem seu Pietatem charitas in homine vitalis ac viuida & fructuosa permanet. Cor nanque pietate refertum, est instar lampadis præclaro oleo plenæ: adeoque hoc ipsum pietatis oleum, frigidis & duris peccatoribus bonis prę-lucet exemplis: vngit & sanat contritos seu quassatos, vel læsos corde, itemque mœrore affectos, & acerbioribus dictis factísve exulceratos: ardetque & lucet clarè charitatis ardore ijs, qui iam virtutibus præditi sunt, neq; attingere eam vel inficere potest vlla erga proximum displicentia vel inuidia.

Pietas vñ & qs ei⁹ effect⁹.

Cor piũ cui lampadi cõferendum.

¶De Compassione. Caput XVIII.

Compassio quid.

PIETAS autem compassionem parit, qua generaliter cunctis condolemus hominibus: quod facere vtique non potest, nisi qui pietate præditus est. Est verò compassio, interna cordis per miserationem commotio erga omnes mortalium omnium necessitates tum corporales, tum spiritales. Ipsa hominem compati facit Christo patienti, dum attendit causam pœnarum & afflictionum eius & modum, itemque resignationem, necnon amorem, vulnera, corporis teneritudinem, cruciatus, verecundiam, ignominiam, calamitatẽ, miseriam, contemptum, coronam spineam, clauos, præstantiam & nobilitatem, pietatem, benignitatem illius, & vt denique summa cum patientia, secundum corpus perierit ac mortuus sit. Hæ nimirùm inauditæ ac multijuges Christi IESV redemptoris ac sponsi nostri pœnæ & cruciamenta, hominem pium erga illum compassione & commiseratione afficiunt. Sed & seipsum ista compassio hominem inspicere facit, & considerare quàm nihil in virtutibus proficiat, sæpè & deficiat in illis, & à digna veneratione Dei: attendere etiam teporem, infirmitatem ac fragilitatem suam, vitiorum & defectũum suorum multitudinem, temporis amissionem, & præsentem etiam nunc in bonis perfectisq; moribus defectum ac imperfectionem: quæ cùm benè perpendit, ex vera compassione seipsum miseratur, & ad suũ emendationem sese accingit. Ad hęc mouet etiam hominem ad contemplandum errores & cęcitatem hominum, incuriam ac neglectum Dei & ęternę beatitudinis suæ, ingratitudinem erga diuinitùs illis collata beneficia, & erga pœnas omnes illorũ causa à Christo toleratas, quodq; virtutũ verarũ tam rudes sint ac imperiti, tã alieni ab eis, tamq; nihil in illis exercitati: contrà verò tam callidi, nequam, & astuti ad omne malum omnemq; iniustitiam: quòd itèm tam exactè, tam solicitè rerum temporalium siue lucra, siue iacturam explorent & attendant, Deum verò & ęterna omnia tam miserè ac dissolutè negligant & nihilipendant. Ista consideratio magnam in bonorum cordibus erga mortalium omniũ salutem condolentiam & cõmiserationem excitat. Ex compassione etiã fit, vt attendat homo cum misericordia corporeas proximorũ necessitates & multijuges corporũ afflictiones, putà famem, sitim, frigora, nuditatem, aduersam valetudinem, paupertatem, contemptũ, oppressionem pauperũ multimodã, mœstitiã & dolorem ob rerũ, honoris, quietis, amicorũ, cognatorũ, affiniũ iacturã & amissionẽ, & ob innumeras corporis molestias, incõmoda, vexatiões: atq; ex his oĩbus cõmiseratiõe & cõpassione vir bonꝰ permouet. Itaq; cõdolet omĩbus, miserat oĩm: maxima tñ hęc illi crux est, q̃ in suis afflictionibus hoĩes impatienter sese gerũt, & ita sua se mercede defraudãt: qn & infernũ qñq; merent. En hoc cõpassiõis & cõmiseratiõis negociũ est. Istud cõpassiõis & cõmunis dilectiõis opus vincit & expellit tertiũ capitale peccatũ, putà odiũ vel inuidentiã: qñquidẽ cõpassio cõmuni quodã vulnere cor sauciat & afficit, idq; vulnus cõmunẽ efficit amorẽ erga oẽs: neq; potest hoc curari vulnus, quãdiu vlla in homine virtus viuit ac residet, eo quòd Deus huic compassionis virtuti præcęteris virtutibus id demãdârit officij, vt luctũ doloremq; circũferat. Et de huiusmodi Christus ait: Beati qui lugẽt, qm̃ ipsi consolabunt, tum scilicet, quãdo cum gaudio messuri sunt, quod modò in compassione, luctu, multipliciq; mœrore ac dolore seminant.

Quę quẽ cõpassiõe afficiant.

Cõpassio q̃ bona producat.

Mat. 5.

¶De Liberalitate vel Largitate. Caput XIX.

EX hac aũt cõpassione, cõmiseratiõe & misericordia, liberalitas seu largitas orit, cùm nemo supernaturaliter cõmuni fidelitate, fauore ac beneuolẽtia largus vel liberalis esse queat, nisi q̃ misericors est: licèt alioq; certis ac singularbꝰ personis, in quas ꝓpẽsiori sit animo, liberaliter qdẽ, sed tñ absq; charitate, & supnaturali largitate, vel etiã ob mũdi honorẽ & gloriã, bñficia ac dona cõferre q̃s possit. Atq; ea de qua nos agimꝰ, liberalitas, larga q̃dã & cõmunis seu gñalis est effluẽtia cordis charitate ac misericordia pmoti. Sic cõsideratẽ quopiã ex cõpassiõe Christi Dñi passionẽ & cruciatus, ex ipsa hac cõsideratione quędã existit & emergit liberalitas, qua fit, vt Christo ꝓ illiꝰ cruciamẽtis amor, laus, gratiarũ actio, honor, reuerẽtia exhibeat, itẽq; iucũda q̃dã, hilaris ac humilis aĩæ & corporis submissio, nedum in tẽpore, sed & in omni æternitate. Conspiciẽte itidẽ per cõpassionẽ seipsum homine cum miseratione suijpsius, necnon bona ipsi diuinitùs præstita, & negligentiã ac defectum suum, non potest non is cum pia fidutia ad diuinam effluere seu confugere liberalitatem, clementiã, fidem, gratiã, cũ perfecta ac liberrima illi perpetuò famulãdi volũtate.

Liberalitas quid.

Atten-

Attendens præterea homo largus seu liberalis errores & iniquitates & iniustitiã hominum, deuota fide seu intima fidelitate precat DEVM, vt diuina sua munera profluere ac promanare sinat, solitaq; liberalitate sua vtatur in omnes, quo cuncti ipsum cognoscant, & ad veritatem sese conuertãt. Ad hæc perpendit liberalis pia ex compassione & miseratione corporales mortaliũ cunctorum necessitudines & indigentiã: itaq; singulis pro cuiusq; necessitate, pro sua facultate, pro rectæ rationis seu discretiõis moderamine obsequitur, ministrat, largit, mutuum dat, & solatium impendit. Ita hac liberalitate septem exercent ac præstãtur misericordiæ opera: à diuitibus quidem, rebus ac bonis temporarijs & obsequijs: à pauperibus verò, pio affectu & fauore ac bona voluntate, libenter & re ipsa præstituris, si adesset facultas. Sic videlicet liberalitatis virtus perficit & exhibet. Hac deniq; cordis liberalitate, quę ex ipso prodit fundo, virtutes omnes multiplicantur & augmentant, cunctæq; animæ vires exornant. Qui nanq; liberalis est, idem semper spiritu gaudet, cor gerit curis vacuũ, affectu profusus est, & omĩbus communi beneuolentia gratificari ac pietatis impendere officia paratus. Quisquis, inquam, liberalis est, & terrena non diligit, quãlibet alioquì pauper & inops sit, Deo tamen similis est, eo ꝓ cuncta illius interiora & animi sensus largiri, emanare, benefacere cupiant. Itaq; hoc ipso quartum in se extinxit mortiferum crimen, putà Auaritiam & tenacitatem. De istiusmodi Christus ait: Beati misericordes, qm̃ ipsi misericordiam consequent, ea scilicet die, cũ audituri sunt vocem illam: Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis ob misericordiam vestram regnum à mundi constitutione.

Liberalitate qui diues, qui pauper exerceat.

Mat 5.

Mat. 25.

¶De strenuitate ac diligentia. Caput XX.

ISTHAEC porrò liberalitas supernaturalem quandã ex sese gignit strenuitatem ac diligentiã ad virtutes omẽs, & quicqd hoc est, quod fieri deceat oporteatq;. Hanc strenuitatem nõ percipit, nisi studiosus, largus ac liberalis homo. Est autem hæc strenuitas, interna quędã perpetua ac irremissa stimulatio & impulsus ad virtutes cunctas, Christiq; ac sanctorũ eius imitanda vestigia, ijsq; sese conformandum. Hac qui strenuitate benè prędituS est, corpus, cor, animã, quicquid est, habet & obtinere potest, totũ ad DEI honorem & laudem conferre, impendere & accõmodare cupit. Strenuitas hæc id præstat homini, vt ratione ac discretione seu moderatione sit peruigil, virtutesq; corpore & anima ex iustitiæ præscripto operet. Hoc itidèm supernaturali strenuitate cunctæ animæ vires Deo adaperiuntur ac patefiunt, & ad virtutes omnes, promptę paratæq; efficiunt, exhilarat conscientia, gratia augescit, virtutes cum quadam voluptate ac iucunditate animiq; hilaritate exercitãtur, & actiões seu opera externa decorant. Deniq; quisquis viuidã hanc adeptus est strenuitatem, ex illo iam quintum profligatum est vitiũ capitale, quod est acedia, seu animi torpor ac tædium erga virtutes quę sint ad salutem necessariæ, studium atque cultum: atq; interìm etiam eadem hac virtute naturæ quoq; seu corporis ægra quædã ac pigra affectio seu desidia & pigritudo ꝓpulsat ac depellitur: Sicq; in eos, qui hac sunt virtute præditi, illud competit dictum saluatoris: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur: tum videlicet cùm Dei gloria manifestabitur, & singulos quosque pro cuiusque amoris ac iustitiæ mensura ac ratione exatiabit.

Strenuitas quid.

Virtꝰ acedię cõtraria q̃.

Mat. 5.

¶De Temperantia & Sobrietate. Caput XXI.

AT verò strenuitas ista sobrietatem ex sese gignit & temperantiã, idque tam intùs quàm foris. Non enim potest cõmodè in sobrietate, eam, quã oportet tenere mediocritatem atq; modum, nisi qui haud vulgariter tum studiosus tum serius sit, corpus ANIMAMq; in iustitia & officio continere. Hæc autem sobrietas vires supremas à bestialibus discernit atq; disiungit, seruatq; hominem ab immoderatiõe & superfluitate. Non ea scire aut gustu percipere appetit, quę non sint licita. Sublimis quidem & incompræhensibilis Dei natura, tam cæli quàm terræ creaturas omnes lõgè lateq; excellit. Quicqd em̃ creatura capit, non nisi creatura est. Atquì (vt diximus) DEVS & supra, & extra, & intra omẽs est creaturas: omnisq; adeò creatę intelligentię captus angustior est, quàm vt eum possit comprehendere. Si verò creatorem capere debeat creatura, supra sese rapta & sublata sit oportet in DEVM, capiatq; DEVM in DEO. Itaq; si q̃s immoderatiùs scire atq; perspectum

Sobrietas vndè.

Dei natura quàm sit incomprehensibilis.

Sobriè de q bus agēdū.

ctum habere vellet, quidnam sit DEVS, atque huic inuestigandę rei impensiùs natuaret operam, studiumq; adhiberet, id quidem prorsus esset illicitū, facileq; istiusmodi amentiā incurreret. Adeò planè lux omnis creata in illius, id est, Dei cognitione fallitur ac deficit, nec scire potest quid sit DEVS: idque ea de causa, quòd diuina, vt sic dicam, quidditas vel essentia omnes, vt dictum est, excellat creaturas. At tñ quòd sit vel quia sit DEVS, nosse vtiq; licet. Id eñ & natura, & scriptura, & oēs testantur creaturæ. Sic nimirū articulos fidei credere, nō autem exploratos habere velle debemus: & id sobrietatis est. Dum enim hîc sumus, fieri non potest, vt articulos fidei prorsus cognitos habeamus. Eadem ratione abditæ subtilesq; institutiones scripturæ, quarum author & conditor est Spiritussanctus, non nisi conuenienter Christi IESV sanctorumq; illius vitæ tum intelligēdæ, tum explicandæ ac edisserēdæ sunt. Ad hæc naturā ipsam, atque scripturas, itemq; creata omnia vnusquilibet cōsiderabit quidē, nō tñ, nisi quod sit ex vsu vtilitateq; sua, indè accipiet seu aucupabit: & hęc est sobrietas spūs. Est aūt & in sensibus quędā obseruāda sobrietas: quod ita fiet, vt vires bestiales ratiōe coerceant ac refrenētur, vtì ne appetitus bestialis plūs æquo in cibi potusq; saporē præceps auidusq; feratur: sed ita potiùs corporis ab quolibet sumātur alimenta, perindè vt ab ægro medicamenta: idq; pro sua necessitate, quò vires conseruare suas, Deoque vacare ac seruire queat. Et hæc corporis sobrietas est. Est præterea & alia quædā sobrietas, quę modum quēdam ac mediocritatem, itemq; disciplinam asseruare docet in verbis, in Actibus, in silendo, in loquendo, agendo ac omittendo, idque pro sanctæ ECCLESIAE instituto, more ac consuetudine, exemplisque sanctorum. Ad hæc interna spiritūs sobrietate ac temperantia, firma ac stabilis retinetur fides, intelligentiæ puritas, rationis in peruestiganda cognoscendaq; veritate sedata quædam modestia ac moderatio, ad virtutes omnes pro Dei voluntate animi facilis inflexio & accommodatio, ac conscientiæ demùm serenitas, expers scrupulosæ perplexitatis. His videlicet perpetuam homo in DEO atq; in seipso pacem possidet. Ea autem, quæ circa sensus corporeos adhibenda est, sobrietate ac moderatione sæpiùs naturę quoque seu corporis asseruatur incolumitas & trāquilla quædam temperies vel medium temperamentum, itidemque vitæ seu conuersationis honestas, & famæ atque existimationis integritas: atque his & in seipso & in proximis pacem sibi comparat: quandoquidem animos gratiamque sibi conciliat piorum omnium, & quotquot bona sunt præditi voluntate. Denique hac temperantia & sobrietate sextum expellit mortiferum vitium, id est, gulam ac edacitatem. De talibus CHRISTVS ait: Beati pacifici, quoniam filij DEI vocabuntur: quòd scilicet filij similes sint, qui creaturis omnibus, id desiderantibus, quantùm ex ipso est, pacem confecit & conciliauit: atque eamobrem quotquot temperantia ac sobrietate sectanda pacem efficiunt, ijs ipse paternam impertietur hæreditatem, vt hanc æternùm cum ipso occupent, & ea felicissimè perfruantur.

Que in sensibus obseruāda sobrietas.

Sobrietatis internæ vis & vsus.

Sobrietas externa quò aut qd conferat.

Mat. 5.

¶ De Castitate. Caput XXII.

Castitas qd & cui debeatur.

ATquì sobrietas isthæc corporis & Animæ, ex sese producit munditiam & castitatem, cùm nemo perfectè Animo & corpore purus & castus esse queat, præterquàm qui corporis Animæque sectetur sobrietatem. Est autem castitas propensiori affectu nulli adhærere creaturæ, sed vni duntaxat inhærere creatori. Rebus nanque creatis vtendum est, & solo conditore fruendum. Puritas quidem seu castitas mentis vel spiritūs, hominem inhærere facit DEO suprà intelligere ac sentire, supraque dona omnia, quæ possint in Animam diuinitùs infundi. Quicquid enim creatura aut sensu vel experimento, aut intelligentiæ captu percipere potest, id ista puritas omne prætergredi, in Deoque suo quiescere statuit. Ita ergo ne ad ipsum quidem venerabile Altaris Sacramentum ob gustum, aut appetitionem, aut affectum, aut pacem, vel dulcedinem, siue rem quamcunque aliam, præterquàm ob DEI honorem & virtutum omnium capessenda incrementa, accedendum est, & id est puritas Spiritūs. Cordis autem puritas vel castitas ea est, vt in qualibet corporis tentatione aut naturæ commotione libera voluntate ac noua cum fidutia & spe bona absq; hæsitatione vel diffidentia, nouaq; cum fidelitate & forti ac constanti Deo perpetuò famulandi, cum eoq; æternò pseuerandi voluntate, ad Deum sese quisq; conuertat. Peccatis nanq; & naturæ voluptatibus, quas ea instar pecudis appetit, præbere assensum, id verò cordis est immunditia, & recessus à Deo. Corporis deniq; castitas est, vt omnem libidinis ac obscœnæ voluptatis actum, qualisqualis ille sit, quemq; cōscientia nostra testabitur, intusq; dictabit ad luxurię vitium pertinere, & diuino repugnare præcepto, honori ac voluntati, fugiamus & declinemus. Hoc videlicet triplici castimonię ratione septimum capitale expugnatur, vincitur, fugatur vitium, quod est luxuria, quę nihil est aliud, quàm quodam fruendi affectu ad aliquid creatum, & impudicos corporis actus, prętérquàm ab Ecclesia permissum est, relicto Deo, sese conuertere: itemque corde perseueranter inhęrere ac immorari cuiuslibet rei creatę, qualisqualis ea sit, sapori vel delectationi. Neq; tamen hîc repentinos ac subitarios affectus vel appetitionis motus, quos nemo euitare potest, accipi velim. Scire autem hîc operęprecium fuerit, spiritūs puritatem hominem in quadam Dei conseruare similitudine, liberum ac expeditum à creaturis, propēsum ac deditum vnitumq; Deo. Porrò corporis castitas tum liliorum candori, tum angelicę comparatur puritati: ob eam autem, qua aduersum prauas libidines reluctatur, pugnam & concertationem, tum rosarum rubori, tum martyrum prestantię ac dignitati ęquiparatur: atquì vbi pugna hæc ex amore ad DEI gloriam & honorem suscipitur ac pugnatur, iam quidem perfecta isthæc castimonia est, & ita heliotropio assimilatur, eo quòd præcipuū quoddam sit naturæ decus ac ornamētum. Cordis verò puritas vel castitas, Dei gratiam renouari atq; augescere facit. in eaq;, id est, puritate cordis virtutes omnes meditamur siue concipimus, exercemus, colimus & conseruamus. Ipsa itidem sensus continet, munit & custodit externos, intusq; bestiales restringit edomatq; oblectationes appetitionesq;. Ipsa interioris hominis decor est & ornatus: ipsa aduersum res terrenas & omne fallaciarum genus cor claudit, idemque rebus cęlestibus omniq; patefacit veritati. Eamobrem Christus ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. In qua nimirùm visione æterna consistit lætitia, & omnis merces nostra, ingressusq; felicitatis æternæ. Itaq; danda est sobrietati opera, modusq; ac temperantia seruanda in omnibus, cauendaque conuersatio seu societas, itemque occasio omnis, qua vel animæ vel corporis puritas & castimonia queat commaculari.

sacrm quod qua tm causa expetēdū.

Puritas spiritūs aut cordis quæ.

Luxuria seu carnalis libido quid.

Motiōes ad peccatū primoprimæ, quales.

Castitas quę qbus curaptè cōferat.

Quid cur heliotropio conferatur.

Mat. 5.

¶ De tribus hostibus per iustitiam superandis. Caput XXIII.

ATquì si iam antè commemoratas obtinere ac possidere virtutes, & contraria profligare vitia volemus, iustitia prædi tì simus oportet, eamq; in cordis puritate ad vltimum vsq; spiritum colamus, exercitemus, conseruemus. Enimuerò tres aduersum nos dimicant hostes, ijdemq; robusti ac potentes valdè, qui nos nullo non loco ac tempore varijs multisq; modis tentant & impugnant. Et si vel cum aliquo illorum pacem faciamus, eiq; morem geramus, iam planè vincimur: quandoquidem in omni improbitate ac iniustitia summa inter eos consensio & conspiratio est. Sunt autem hostes isti, cacodæmon, mundus, & caro propria: quæ vt nobis coniunctissima, ita sæpè & perniciosissima & nequissima est. Porrò bestiales nostræ appetitiōes & concupiscētiæ, arma sunt quibus aduersum nos aduersarij nostri militant atq; decertant: ocium verò & indiligentia seu incuria atq; neglectus tum virtutum, tum honoris diuini, causæ sunt fomentaq; belli & concertationis: naturæ denique fragilitas & custodia negligentior, & veritatis ignoratio, enses sunt, quibus nos interìm hostes lædunt, quandoq; etiam vincunt ac superiores euadunt. Est igitur quædam nobis nostrī ipsorum facienda partitio seu in partes distributio: & infima quidem nostrī portionem, quæ bestialis est, nobisq; quod ad virtutes attinet, continenter oblectatur, & à Deo disiungere ac separare nititur, odio inexpiabili prosequemur, persequemur & pœnitentiæ actibus, & aspera viuendi ratione affligemus & excruciabimus, ita vt perpetuò depressa sit & subdita rationi, semperq; iustitia & cordis puritas superiores maneant, & obti-

Tres hostes animæ qui.

Hostium illorū arma.

Quæ nostrī partitio nobis faciēda.

obtineant principatum, idq; tum in cunctis actibus bonis & cum virtute coniunctis, tum quibuslibet rebus aduersis, afflictionibus, crucibus, persequutionibus, quas Deus nobis ab ijs omnibus euenire permiserit, q virtutibus aduersant, ita vt eas ad Dei gloriam, & ob virtutis honorem, iustitiæq; consequendæ & in cordis puritate retinendæ ac possidendę causa libentib' animis perseramus. CHRISTVS enim ait: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Deniq; iustitia hęc in virtutibus bonisq; & cum virtute coniunctis actibus culta ac obseruata, nummus est eiusdem cum cælesti regno ponderis ac valoris, quo æternam licet vitam mercari ac adipisci. His videlicet iam dictis atq; hactenùs memoratis virtutib' tum ad Deum, tum nosipsos, tũ proximos quosq; cum honestis ac bonis moribus, cum virtutibus, cum iustitia eximus.

Matt. 5.

¶De regno animæ. Caput XXIIII.

IAM verò quisquis has & adipisci & conseruare virtutes cupit, is animam suam regni instar exornabit, disponet seu ordinabit possidebitq;. Rex autem regni huius, libera erit voluntas, quæ natura quidem libera, at gratia liberior est. Huius regis corona seu diadema, charitas erit, cuius quidem vnaq; regni possessio, gubernatio, occupatio, seu possessio, ab summo Imperatore, qui & DOMINUS, & moderator, & rex regum est omnium, suscipi debebit. Habitatio autem vel palatium regis eiusdem, putà volũtatis, in regni metropoli erit, quæ est animæ vis concupiscibilis: habebitq; vestem discriminatam, cuius pars dextra virtus erit diuina, seu donum sanctispiritũs, fortitudo, quo robustus sit ac potens cuncta superare impedimenta atq; obstacula, in ipsoq; cælo, palatio domini sui summi regis ac Imperatoris versetur, caputq; suum diademãtum seu coronatum cum amore ac propenso Deoque dedito & addicto affectu summo submittat ac inclinet regi & Imperatori: quod nimirùm proprium est charitatis opus, quo & corona percipitur, ac ornatur, & regnum retinetur, in omnemq; occupatur æternitatem. Sinistra autem pars vestis regiæ, virtus erit cardinalis, seu moralis fortitudo, qua rex mores omnes incompositos frenabit ac premet, cunctas colet & exequetur virtutes, magnaque tum potestate, tum autoritate regnum suum ad mortem vsq; possidebit. Deliget autem in regno suo, qui sint ipsi à consilijs, viros ditionis suæ omnium sapientissimos, qui quidem virtutes erunt sagaces ac diuinæ, putà scientia & discretio, diuinæ gratiæ lumine illustrata: quorum erit habitatio regi proxima, in palatio vis rationalis, habebuntq; vestem qua ornentur, moralis temperantiæ, vtì rex nihil non consilio & agat & omittat. Et per scientiam quidem conscientia à vitijs est expurganda quibuscunq;, & cunctis exornanda virtutibus: cum discretione autem seu rationis iudicio ac moderatione dandum & accipiendum, agendum ac omittendum, tacendum, loquendũ, edendum, ieiunandum, audiendum & respondendum, & cuncta demùm agenda secundum scientiam ac rectam rationem siue discretionem, morali vestitam virtute, videlicet temperantia. Insupèr etiam iudicem suo rex in regno constituet iustitiam ipsam, quę virtus planè diuina est, cùm ex charitate proficiscitur, & inter virtutes cardinales primas obtinet: cuius erit domus in animo, in ipso regni meditullio, animæ vi irascibili, ornabitq; eam virtus cardinalis Prudentia: quandoquidem iustitia absq; prudentia suos habere numeros, id est, perfecta esse non potest. Ipse autem idem iudex, id est, iustitia per regnum omne peruagabitur regis quidem potestate & authoritate, & consiliariorum consilijs, & suapte prudentia, promouebitq; ac remouebit, figet ac refiget, absoluet & damnabit, vitæ neciq; dabit, visum reddet & auferet, subleuabit ac deprimet, flagellabit castigabitque, & cuncta demùm pro rectæ rationis ac moderationis iudicio, siue ex æquo & bono administrabit & exequetur, cogetq; omnem abnegare ac abijcere iniquitatem. Vulgus demùm regni huius, cunctæ sunt animæ vires, quas in humilitate fundatas esse oportebit, & cum timore diuino subditas Deo, cunctisq; virtutibus singulas quasq;, ita vt ex earum officio erit, seu ad eas ptinere videbit. Hac qsquis ratione animæ suæ regnum possidet, disponit, atq; tuet & conseruat, is cum amore & virtutib' tum ad Deum, tum ad seipsum, tũ pximos suos egressus est: & isthæc qdem triplex exeundi ratio, qua qs per virtutum antè dictarum studium veterem suam exit vitam, tertia pars est ex quatuor præcipuis, quam Christus commemorat, dicens: Exite.

Rex in animę regno quis.
Corona.
Metropolis.
Consiliarij.
Cõscientia q̃ expurganda.
Iudex.
Iustitiæ primatus quis.
Vulgus regni animæ, quod.
Triplex exitus quis.
Mat. 25.

¶De

¶De triplici spiritali occursu seu obuiatione animæ: Caput XXV.

POSTEAQVAM verò per diuinam gratiam visum iam adeptus est homo & conscientiæ puritatem, triplicemque Christi sponsi consideraiit aduentum, & per virtutes egressus est, sequitur indè occursus seu obuiatio ad sponsum: quæ est pars quarta eademq; postrema ex ijs, quas antè commemorauimus. In hac autem obuiatione omnis nostra consistit salus, & initium finisq; virtutum omnium, neque absq; ea virtus vlla perpetratur. Porrò qui Christo ceu sponso suo longè amãtissimo cupit ire obuiàm, in eoq; & cum eo vitam possidere sempiternam, is quidem hac in mortali vita triplici eidem ratione debet occurrere: quarum prior est, vt Deum in cunctis, quibus vitam possit æternam mereri, finem scopumque sibi præfixum habeat: altera, vt nihil illi coniungat, quod aut supra Deum, aut æquè vt Deum amet: tertia, vt supra res creatas omnes, donaq; Dei omnia, cunctas virtutum piasq; actiones & bona opera, & supra sensibilem gratiam omnem, quam Deus vel animæ vel corpori adspirare seu infundere queat, in solo Deo toto quiescat studio. Quæ iam sunt nobis paulo fusiùs explicanda. Deum itaq; hoc pacto in omnib' scopum tenebit, vt eum diuina quadam ratione præsentem habeat, ita videlicet, vt eum solum spectet & intendat, qui est cæli, terræ, creaturarũ omnium DOMINUS, qui nostra causa mortem perpessus est, qui æternam & vult & potest conferre beatitudinem. Et ita quidem quocunq; siue modo siue nomine vel appellatione Deum sibi ceu rerum omnium creatarum DOMINUM proponat, benè semper sentit. Ita si diuinam quamlibet capiat personam, in eaq; naturæ diuinæ maiestatem, potentiam & essentiam, rectè habet. Item si Deum vt seruatorem, Imperatorem, redemptorem, creatorem: si vt beatitudinem, potentiam, sapientiam, veritatem, clementiam, bonitatem, idq; sub vna eademq; & quidem infinita seu incompræhensibili diuinæ naturæ ratione sibi proponat, benè est ipsi. Nam tametsi plures sunt appellationes quas Deo tribuimus, sublimis tamen illius natura simplex est, nec potest à creaturis nominari. Hæc autem & quotquot eius generis alia sunt vocabula, ob incompræhensibilem illi' præstantiam, excellentiam, dignitatem ipsi attribuimus, eo quòd nullo eum appellare nomine, nec perfectè exprimere valeamus. Et isthæc ratio est atq; modus, vtì Deum nostra in intentione præsentem nobisq; præfixum habere debeamus. Deum nanq; intendere, id eum spiritaliter cernere atq; spectare est. Debet autem intentioni huic coniunctus esse amor, quando Deum nosse & videre absq; charitate, neq; sapit quicquam, neq; prodest, nec vllum præstat emolumentum. Semper igitur in cunctis nostris actionibus in Deum cum amore tendere ac propendere debemus, vtpotè quem supra omnia & amore & intentione prosequimur: & id est obuiare DEO charitate & intentione. Sic & peccator si dignam agendo pœnitentiam à suis debeat conuerti peccatis, occurrat Deo necesse est cum dolore seu contritione animi, liberaq; suî ad illum conuersione, itemque intentione recta illi perpetuò famulandi, nec vnquàm peccatum in se admittendi. Quod vbi is facit, in hoc ipso occursu ex Dei misericordia certam consequitur ac concipit fidutiam & spem salutis æternæ, & remissionis peccatorum suorum: adeoq; virtutum omnium suscipit fundamentum, putà fidem, spem, charitatem, & bonam ac prõptam erga virtutes omnes volũtatem. Atquì si is idem iam vltrà in fidei lumine progredi, & omnes Christi actus & perpessiones afflictionesq;, & quicquid ille iam præstitit ac pollicitus est nobis, & olim præstabit in iudicij vsq; diem, & in omni deinceps æternitate, cum salutis suæ fructu quodam ac emolumento commemorare secùm & perpendere velit, rursum vt Christo pergat obuiàm oportet, eumq; præsentem habeat, illi laudes gratesq; agendo, illum dignè ac reuerenter colendo pro cunctis illius donis ac beneficijs, ijsq; omnibus quæ iam in nos contulit, & in æuum conferet sempiternum. Indè verò fides illius confirmabitur, pietas ac deuotio sua quædam capient incrementa, eritq; propensiori volũtatis inclinatione in virtutes omnes. Cæterùm si in virtutibus & actibus virtutum pgressum facere velit, obuiàm procedat Christo necesse est abnegatione suijpsius, vtì ne seipsum spectet aut querat, nec extraneas sibi constituat causas aut rationes, sed sit in suis actibus discretus ac moderatus, & Deum Deiq; honorem & laudem purè velit ac spectet in omnibus, &

Obuiatio virtutũ omni initiũ ac finis, quæ.
Quotuplex occurrendi Christo modus seu ratio.
Deus qui omnibus in rebus pro scopo habendus.
Dei natura qualis.
Deus vtì nobis intendẽdus.
Deo vtiliter qui obuiandum.

id

id ad finem vſque perſequatur. Hinc verò illuſtratur ratio, charitas augeſcit, increſcit pietas ac deuotio, & fit ipſe ad virtutes omnes propenſior. Quòd autem Deum in cunctis ſcopum habendum dicimus, de bonis eſt actib⁹ intelligendum: nam in malis id fieri non poteſt. Neque verò duo ſunt intentione fines conſtituendi, ita vt Deum ſpectemus, & vnà aliud quiddam cum illo: ſed quicquid id eſt quod præter eum ſpectatur ſeu intenditur à nobis, vt id infra illum ac minùs illo quæratur & ametur, non tamen aduerſum ſit illi, ſed in ordine quodam ad illum, ita vt adiumento ſit ac incitamento, quo faciliùs ad eum pertingamus: atque tum demùm rectè nobiſcùm agitur. Semper etiam in illo potiùs acquieſcendũ eſt, qui amatur ac intenditur ſeu pro ſcopo habetur, quàm in cunctis ab eo miſſis nuncijs, id eſt, donis illius: itidemq; in Deo ſupra omnia ſua vel munera vel ornamenta, quæ ipſa ſuis cum nunciis Deo offerre ac mittere queat, animæ eſt quieſcendũ. Animæ autem nuncios intentionem, amorem, deſiderium dicimus, quæ cuncta illius opera bona virtutesq; omnes perferunt ad Deum: ſupra quæ tamen omnia, omnemq; adeò multiplicitatem, in amantiſſimo Deo ſuo acquieſcere debebit. Iſta nimirùm ratio eſt & modus, quo Chriſto in omni vita cunctisque actibus & virtutibus noſtris recta cum intentione ire obuiàm debeamus, vtì in mortis extrema hora in lumine gloriæ ei occurrere poſſimus. Ea autem quæ hactenùs nobis dicta ſunt, ad vitam pertinent actuoſam, quæ quidem eatenùs ad minus omnibus neceſſaria eſt, vt tametſi fortaſſis ea, qua dictum eſt, virtutum omnium perfectione non ſint præditi, ne tamẽ vitam agant virtuti repugnantem atq; contrariam. In ea nanque viuendi perſeuerare ratione, quæ ſit virtutibus aduerſa, nihil eſt aliud, quàm in vitijs viuere, dicente DOMINO IESV: Qui non eſt mecùm, contra me eſt: ex quo id conſequens fit, qui humilis non ſit, eum ſuperbum eſſe. Qui autem ſuperbiæ vitio laborat, & humilitatis eſt expers, is non eſt de grege DOMINI: quod eſt itèm de cæteris tum virtutibus, tum vitijs ita ſentiendum. Neceſſe eſt enim, vt aut virtutibus præditus ſis & in gratia viuas, aut contrarijs infectus ſis peccatis & vitam agas improbam ac vitioſam. Qua in re ſeſe vnuſquilibet exploret ac diſpiciat, & ita vt dictum eſt, vitam inſtituat exigatq; ſuam.

Quô vbiq; Deus p ſcopo habẽdus.

In dño potiùs q̃ donis eius acquieſcendum.

Nuncij animæ qui.

Luc. 11.

¶ De deſiderio cognoſcendi Deum, ita vt eſt in natura ſuæ diuinitatis. Caput XXVI.

SOLET autem interìm vſuuenire, vt qui eam quæ ſuprà explicita eſt, vitæ perfectiõem adeptus eſt, omnemque tum vitam, tum actiones ſuas ad Dei refert laudem & honorem, Deumq; ſupra omnia ſpectat, intendit & amat, ſæpiùs quodam ſtimuletur affectu ac deſiderio videndi, cognoſcendique, quiſnam & cuiuſmodi ſit ſponſus hic ſuus Chriſtus IESVS, qui ipſius cauſa humanam induerit naturam, ex charitate ad mortem vſq; laborârit, peccata ipſius hoſtemq; diabolum ex ipſo depulerit, ſeipſum & gratiam ſuam ipſi contulerit, ſacramenta ſua dereliquerit, regnum ſuum & ſeipſum æterni præmij loco pollicitus ſit, corporis neceſſaria, internam conſolationem & dulcedinem, & innumera denique dona quocunq; modo ijs opus habeat, largiri paratiſſimus ſit. Cumque hæc & eiuſcemodi ſecùm ipſe perpendit, vltra modum vehemens eum inceſſit cupído Chriſtum ſuum conſpiciendi ſponſum, & vt ſit in ſeipſo, cognoſcendi. Quanuis enim eius in operibus vtcunque eum cognoſcat, non tamen ea notitia contentus eſt. Itaq; faciet is, quod Zachæus ille publicanus, Chriſtum videre, quiſnam eſſet, auidè concupiſcens, feciſſe legitur. Præcurret turbam, id eſt, creaturarum multiplicitatem, quippe quæ nos puſillos breuesq; efficiũt, vt Chriſtum conſpicere nequeamus: aſſcendetq; fidei arborem à ſupernis deorſùm creſcentem, vtpotè cuius radix in ipſa ineſt diuinitate, eiusq; rami ſunt duodecim, qui ſunt totidem articuli fidei: quorum infimi, Chriſti loquuntur humanitatem, & ea quæ ad corporum animarũq; noſtrarum ſalutem pertinent: ſupremi verò diuinitatem, & perſonarũ trinitatem, diuinæq; naturæ vnitatem exprimunt. In hac autem vnitate in ſupremam arboris partem ſeſe ſubleuabit, quandoquidem hac Chriſtus tranſeat neceſſe eſt cum omnibus donis ſuis. Qui vbi eò aduenit, cernens hominem, in fidei lumine affatur, docens eum ſe ſecundum diuinitatem ſuam eſſe prorſus immenſum, incompræhenſibilem, inacceſſum, & qui lumen omne creatum captumq; omnem finitum longè ſuperet & excellat, & ſit quædam abyſſus inexhauſta. Et hæc

Luc. 19.

Arboris nobis aſſcẽdendæ rami quot & qui.

hæc celſiſſima Dei cognitio eſt, quæ poſſit in actuoſa vita haberi, vt videlicet ex fidei perſpiciat lumine Deum neq; comprehendi, neque cognoſci ſatis poſſe. At verò in eodem ipſo hoc lumine, appetitioni ſeu deſiderio hominis ita loquitur Chriſtus: Feſtinans deſcende, quia hodiè in domo tua oportet me manere. Quæ quidem velox deſcenſio, quam exigitur à Deo, nihil eſt aliud, quàm cum amore ac deſiderio coniunctus defluxus ſeu immerſio ſui in diuinitatis abyſſum, quam ſolo creato lumine nullus intellectus attingere poteſt: at vbi intellectus excluſus foris ſubſiſtere cogitur, eò affectus & amor penetrant ac intromittuntur. Vbi igitur hac ratione anima cum amore ac intentione ſupra omnia quæ poſſit intellectu conſequi, in Deum propendet, inclinat ac demittit ſeſe, hoc ipſo quieſcit habitatq; in Deo, & in ea viciſſim Deus. Atque vbi affectu ſeu deſiderio ſupra omnem deſcendit creaturarum multiplicitatem, ſenſuumque actiones & naturæ lumen, ibi planè in fidei lumine fit Chriſto obuiàm, à quo illuminata, Deum neq; cognoſci, neq; comprehendi poſſe, ſatis ſuperq; intelligit. Ita igitur vbi affectu ſeu deſiderio in incompræhenſibilem propendet ſeſeq; reclinat Deum, ibi Chriſto venit obuiàm, eiusque repletur donis: vbi verò illum ſupra dona omnia, ſupra ſeipſam, ſupra creaturas omnes amat & in eo acquieſcit, ibi commoratur in Deo, & Deus in ea. Et iſte quidem modus eſt Chriſto IESV in ſupremo vitæ actiuæ gradu occurrendi ac obuiãdi. Itaq;, vt quæ latiùs dicta ſunt, in quãdam ſummam contrahant, ſi iuſtitia, charitas, humilitas fundamẽti loco nobis ſunt collocatæ, ijsq; deindè ædificium ſuperſtruximus, putà virtutes antè explicatas, ſi Chriſto fide, intẽtione, amore proceſſimus obuiàm, nimirùm & nos habitamus in illo, & ipſe in nobis: ſicq; priori hac ratione fecimus ſatis Chriſto dicenti: Eccè ſponſus venit: exite obuiàm ei: & vitam tenemus ac poſſidemus actuoſam: eſtque hæc prima iam dictorum Chriſti IESV ſponſi noſtri verborum explanatio, quam ijs explicandis adhibere placuit.

Summa Dei cognitio q̃.

Luc. 19.

Velox deſcẽſio quid.

Quî Chriſto obuiet.

Qua obuiatiõe inhabitationem Chriſti obtineamus.

Mat. 25.

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS, de ornatu ſpiritalium nuptiarum LIBER SECVNDVS, TRACTANS POTISSIMÙM de vita interna, eleuata & affectiua.

¶ Argumentum dicendorum hoc ſecundo libro. Caput I.

ECCE SPONSVS VENIT, EXITE OBVIAM EI. Anima munda, quę terrenarum rerum affectibus ſeu appetitionibus iam valefecit, Deoq; deinceps viuit virtutib⁹ excolendis, ea nimirùm prudens virgo eſt, quæ in cordis ſui vaſe, charitatis bonorumq; operum oleum cum conſcientiæ immaculatæ lampade ſumpſit. Atquì vbi Chriſtus ſponſus illius conſolationis donorumq; ſuorum nouos recentesq; influxus diutiùs ſubtrahit, ac longiorem morã facit, iam fit ſomniculoſa anima, dormitansq; dormit & pigreſcit. Verùm in noctis medio, id eſt, vbi ea minimùm ſperat vel opinatur, huiuſcemodi fit clamor ſpiritalis in ea: Eccè ſponſus venit, exite obuiàm ei. Quæ verba cùm quatuor in ſe contineant, vt eſt ſuprà nobis dictũ & explicatum, putà viſionem,

Virgo prudens quæ.

Nox media.

internum Christi aduentum, ſpiritalem hominis exitum, & vt Chriſto ſit obuiandum, de ijſdem ipſis nunc quoq; dicturi ſumus, ſed ita, vt ad internam, ſubleuatam & affectiuam ea vitam exponendo accommodemus: quam tametſi non omnes attingũt, at plures tamen moralium ſtudio cultuq; virtutum, & interna diligentia ac ſtrenuitate eã appræhendũt. Ijs igit iam dictis verbis, quibus ait: Eccè ſponſus venit, exite obuiàm ei, quatuor quædam Chriſtus IESVS longè ſuauiſſimus ſponſus noſter nos inſtituit edocetque. Primò quidem id exigit, vt intellectus noſter claritate ſupernaturali ſit illuſtratus, quod ea ſibi vult dictio, Eccè. Secundò demonſtrat, quid cernendum nobis ſit, videlicet internus ſponſi noſtri æternæ veritatis aduentus, idq; vbi ait, Sponſus venit. Tertiò in internam vt exeamus iubet vitam, id eſt, exercitationem internam ex iuſtitiæ preſcripto, ita dicens: Exite. Quartò demùm, vbi ait, obuiàm ei, finem atque cauſam totius operationis atque conatûs huius oſtendit, putà obuiationem ſponſi, qua nos illi occurrimus adorandæ diuinitatis eius fruenda vnitate.

Quæ quatuor qb⁹ Chriſti verbis doceamur.

¶Vt ſupernaturalem adipiſcamur viſionem in exercitatione interna. Caput II.

SED vt de prima verborum Chriſti particula dicere incipiamus, quiſquis in exercitatione interna videre appetit ſupernaturaliter, tribus is neceſſariò opus habet: quorum primum eſt lumen gratię, ſed modo longè excellentiori, quàm poſſit in externa actuoſa vita abſq; interna ſentiri ſtrenuitate. Alterum eſt cordis denudatio, ita vt prorſus homo à creaturarum omnium imaginibus, affectibus, & occupationibus liber ſit. Tertium eſt, libera voluntatis applicatio ſiue conuerſio cum virium cunctarum tam ſpiritalium quàm corporalium collectione coniuncta, & ab omni amore inordinato penitùs abſoluta, atque ita in diuinitatis & mentis ſuæ profluens vnitatem, vtì hoc pacto creatura rationalis ſublimem Dei conſequatur ſupraque naturam poſſideat vnitatem. Hac nimirùm ex cauſa cælum terramq; & creata omnia condidit Deus, itemq; homo factus eſt, nosq; & verbo docuit & exemplo, quo ſit pergendum itinere ad hanc vnitatem, ac deinde ex amoris ardore mortem ſuſtinuit, ad cælosq; aſſcendẽs, eãdem ipſam nobis pateſecit vnitatem, in qua felicitatemac beatitudinem poſſideamus ſempiternam.

Quæ tria cui aut quò neceſſaria.

¶De triplici vnitate hominis naturali. Caput III.

AT nunc diligenter quæſo animum aduertite ad triplicem hominis vnitatem, quæ in cunctis quidem hominibus ineſt ex ipſa natura, ſed in bonis etiam ratione quadam ſupernaturali. Prima eademq; ſuprema hominis vnitas eſt in ipſo Deo: quando non homines duntaxat, ſed etiam creaturæ omnes, quod ad eſſentiam, vitam, & conſeruationem attinet, in quadam vnitate ex Deo dependent: & hac ratione ſi à Deo diſiungerentur, redirent prorſus in nihilum, nihilq; efficerentur. Iſthæc vnitas, ſiue boni, ſiue mali ſim⁹, ex natura in nobis eſſentialiter ineſt, neque ea abſque noſtro ſtudio & conatu ſeu cooperatione ſanctos nos efficit aut beatos. Poſſidemus autem eam in nobis & tamen ſupra noſipſos ceu originem quandam ac principium conſeruationemq; vitæ & eſſentiæ noſtrę.

Vnitas hoīs prima, quæ.

II. Altera vnitas, quæ & ipſa naturaliter nobis ineſt, virium eſt ſupremarum, vbi eę actiua quadam ratione ex ſpiritûs ſeu mentis vnitate naturalem ſuam trahunt originem ac proficiſcuntur: quę quidem vnitas eadem eſt cum priori vnitate ex Deo pendente: verùm hîc actiuè, illic eſſentialiter accipitur: tametſi ſpiritus vtrobiq;, id eſt, & in hac & illa vnitate totus eſt ſecundum ſubſtantię ſuę integritatẽ. Hãc vnitatem intra noſipſos ſupra partem ſenſitiuam obtinemus, ex ipſaq; Memoria, Intellectus, Voluntas, & omnis ſpiritalium actionum vis virtusq;

III. promanat: & hîc anima ſpiritus appellatur. Tertia demùm nobis ex natura inſita vnitas, virium eſt corporalium ſeu ſenſitiuarum in cordis vnitate proprietas ſiue collectio, vitę noſtrę corporeę fons & origo: quam quidem vnitatem in corpore & cordis meditullio ſeu viuacitate poſſidet anima: & ex ipſa actus omnes corporis, & ſenſus quinq; externi proficiſcuntur, atque indè anima idem ipſum animę habet vocabulum, quòd ſit forma corporis, idéq; animet, id eſt, vitam illi motumq; ſubminiſtret, viuumq; cõſeruet. Hę tres vnitates naturaliter in homine conſtitutę ſunt, ceu vita quædam atq; regnum: quarum in infima ſenſibiles

Animæ vocabulũ vñ. Vnitates q̃ & quot hoībus inſint.

ac

ac beſtiales, in media rationales ac ſpiritales ſumus, in ſuprema verò ſecũdum eſſentiam conſeruamur: & vt diximus, cuncti his mortales natura præditi ſunt. Exornantur autem ac incolunt ſupernaturaliter ceu regnum quoddam & æterna habitatio, vita actuoſa per virtutes morales cum charitate coniunctas: multoq; inſupèr meliùs ornãtur & excellentiùs ac dignius poſſidentur exercitationibus internis ſimul cum ipſa vita actiua: ſed longè omnium feliciſſimè atque præclariſſimè ea poſſidentur vita, quæ in ſupernaturali Dei contemplatione verſatur. Et infima quidem eademq; corporea vnitas, externis exercitijs & perfecta morum ac vitæ exterioris, Chriſti ſanctorumq; eius imitatione ſupernaturaliter colitur ac exornatur: ita vt crucem feramus cum Chriſto, naturamq; quatenùs vires illius ferre valebunt, pro rectæ rationis moderatione, Eccleſiæ preceptis ſanctorumq; inſtitutionibus premẽdo ſubdamus. Altera verò, eademq; prorſus ſpiritalis vnitas tribus virtutibus theologicis, fide, ſpe & charitate, diuinęque gratię ac donorum Dei influxibus, & voluntatis ad virtutes omnes Chriſtique & Eccleſię ſanctę exempla imitanda, promptitudine incolitur ac decoratur. Tertia deniq; vnitas, quę & ſuprema eſt, noſtręq; excedit quidem intelligentię captum, & tamen in nobis eſſentialiter ineſt, tum demùm ſupernaturali quodam modo poſſidetur & occupatur à nobis, cùm in ijs omnibus, quę rectè & ex virtute gerimus, Dei laudem ſpectamus & honorem: ita vt ſupra intentionem, ſupra noſipſos & ſupra omnia in ipſo vno acquieſcamus. Atque iſthęc vnitas ea eſt, ex qua creati emanauimus, & in qua iuxta eſſentiam pmanemus, & ad quam per charitatem amanter redire contendimus: & his quidem virtutibus triplex hęc vnitas in vita actuoſa decoratur ac exornatur. Sed nunc id quoque expediamus, vtì eædem tres vnitates ſublimiori quadam ratione exornentur, longeque præclariùs obtineantur atque incolantur exercitatione interna cum vita actiua coniuncta. Itaque vbi quiſpiam per charitatem rectamque intentionem in cunctis ſuis actibus, omnique adeò vita ſua ad DEI laudem & honorem ſeſe refert, erigit ac ſuſtollit, appetitque quieſcere ſupra omnia in DEO, is iam cum humilitate, patientia, ſui reſignatione, certaque ſpe & fidutia, nouas ſemper expectabit diuinæ gratiæ diuitias, nouaque dona, nec animo anxius aut ſolicitus admodùm erit, ſiue largiri placeat DEO, ſiue non placeat. Hoc modo ad vitam ſuſcipiendam atque amplectẽdam internam & affectiuam, quędam fit hominis accommodatio adaptatioq;: haud ſecùs quàm priùs vas inſtrui ac præparari ſolet, cui precioſus ſit liquor infundendus. Neque verò vllum anima rationali DEVM amante vas dignius & præclarius, nec potio vlla diuina gratia ſalubrior ac præſtantior eſt. Tantùm curet quiſque, ita vt diximus, cunctas ſuas actiones & opera, omnemque vitam ſuam ſimplici ac recta intentione referre ac ſuſtollere in DEVM, atq; ſupra intentionem, ſupra ſeipſum & omnia in ſublimi illa quieſcere vnitate, vbi cum DEO ſpiritus amans abſque medio vnitus & feliciſſimè coniunctus eſt.

I. ſeu infima vnitas qui exornetur.

Qui II. ſeu media.

Qui III. ſeu ſuprema.

Quõ ſupradictæ vnitates adhuc ſublimiùs exornandæ.

Animæ rationalis & diuinæ gratiæ præſtantia.

¶De diuinæ gratiæ in ſpiritum noſtrum influxu. Caput IIII.

EX HAC porrò vnitate, vbi (vt diximus) cum DEO ſpiritus abſque medio vnitus eſt, & ſupra ſeipſum quieſcit in DEO, omnis gratia & cuncta dona promanant: hicque iam auditur vox CHRISTI æternæ veritatis, inuitantis atque dicentis: Eccè ſponſus venit, exite obuiàm ei. CHRISTVS, inquam, qui ipſa veritatis lux eſt, hîc iam vt videamus, hortatur. Per eum nanque, vtpotè ſplendorem paternæ gloriæ, videre incipimus: neque eſt abſque eo lux vlla vel in cælo vel in terra. Hæc autem CHRISTI interna intra nos allocutio, nihil eſt aliud, quàm quidam lucis & gratiæ eius influxus: quæ illius gratia, in ipſam illabitur virium noſtrarum ſuperiorum ac ſpiritûs vnitatem, vndè vires earẽdem gratiæ huius virtute actiuè promanant ad exequendas virtutes omnes, eodemque charitatis conſtrictæ vinculo refluunt ac reuertuntur. Et in hac vnitate virtus ſeu efficacia, finis ac initium omnis creatæ conſiſtit actionis tam ſupernaturalis, quàm naturalis, quatenùs quidem creaturæ modo tum ex DEI omnipotentis gratia diuinisque muneribus ac donis, tum ipſius quoque creaturæ facultate ea proficiſcitur peragiturque. Atque ea de cauſa in hanc virium ſupremarum vnitatem ſuam DEVS gratiam infundit, quomodò gratiæ huius vir-

Mat. 25.

Videre per quẽ quõ incipiamus.

Gratiã cur nobis ſuam Deus infundat.

tute ac opulentia fretus homo continenter virtutibus exercendis det operam. Eo nanque gratiam suam adspirat & præstat nobis, vt proferatur in opus: seipsum autem supra omnem idcircò largitur gratiam, vt in eo acquiescamus, ipsoque perfruamur. Et ita nimirùm in vnitate spiritûs nostri in diuina quadam pace & charitatis opulentia commoramur, in eaque virtutum omnium sese colligit & adunat multiplicitas, & viuit in simplici essentia vel simplicitate spiritûs. Gratia autem diuina ex DEO promanans, internus quidam impulsus est, seu stimulatio ac agitatio spiritussancti, spiritum nostrum intùs ad virtutes omnes impellentis ac perurgentis, & quosdam velut stimulos ei admouentis: eademque; gratia non extrinsecùs, sed intrinsecùs promanat: quandoquidem DEVS intra nos est, & quidem longè nobis vicinior atque coniunctior, quàm nosipsi sumus: eiusque interna agitatio seu stimulatio ac operatio, siue ea naturalis sit, siue supra naturam, ipsis nostris actionibus nobis interior, propior atque vicinior est. Eamobrem DEVS quidem intra nos foràs seu extrorsùm operatur & agit, creaturæ autem omnes forinsecùs introrsùm: ex quo etiam illud planum fit atque testatum, gratiam omnem & quicquid est diuinorum munerum atque donorum, omnesque; instinctus & inspirationes Dei, nõ forinsecùs in phãtasia ex simulacris seu imaginibus ac formis sensibilibus, sed intrinsecùs in spiritûs nostri vnitate emergere ac proficisci.

Gratia diuina quid.

Quàm propè nobis adsit Deus.

¶Vt vita interna in libertate formis ac imaginibus vacua, fundanda sit. Caput V.

Mat. 25.

LOquitur itaq; Christus spiritaliter homini sese intùs eò conuertenti atque accommodanti, & dicit, Eccè. Vbi, quod antè iam dixi, animaduertẽdum est tria quædam spiritalem in internis exercitijs efficere hominis visionem. Primum est diuinæ gratiæ illuminatio ac irradiatio. Est enim Dei gratia in anima consimilis cãdelæ vasi vitreo aut laternæ inclusæ. Nam quemadmodum candela vas istiusmodi vitreum calefacit, illustrat, & suo splendore penetrat ac transradiat: ita & gratia bonos homines feruefacit & illuminat, atque per eos foràs elucet & radiat: & ipsi quidem homini eã intùs habenti, sese manifestam exhibet, si tamen internus sit ac deuotus, & suî inspector ac obseruator sedulus: itemque alijs per eum sese aperit ac manifestat, nempè per virtutes illius ac bona exempla. Porrò gratiæ hæc irradiatio intùs hominem raptim celeriterque tangit ac mouet: atque hic motus repentinus & velox, primum est, quod nos videre faciat. Ex hac autem subitaria DEI motione alterum nascitur ex parte hominis, quod est cunctarum virium & internarum & externarum in vnitate spiritûs amoris nexu collectio atque coadunatio. Tertium est libertas, qua se possit homo absque imaginibus & simulacris, & citra vllum impedimentum, quotiès ipsi libitum erit, Deique sui meminerit, intrò se recipere: quod est, vt animum gerat penitùs liberum & expeditum, quem nec prospera, nec aduersa, non compendium vel dispendium, non suî exaltatio vel depressio, non curæ aut solicitudines extraneæ, non gaudium, non metus occupet: sed sit ab omnibus absolutus ac expeditus creaturis. Hæc tria visum homini præstant in exercitijs internis. Quæ quisquis habet, iam fundamentum quoddam ac initium internarum exercitationum vitæque internæ adeptus est, poteritq; exequi primum istud, quod Christus monet, dum ait, Eccè.

quæ tria spiritalẽ hois efficiant visionem.

Gratiæ & lucernę trãsparenti vasi inclusæ collatio.

I.

II.

III.

¶De triplici Christi aduentu in hominem internum, & maximè de primo. Caput VI.

AT verò licèt oculi perspicaces sint, visusque subtilis & acutus, nisi sit obiectum amabile, gratum & iucundum, visus acutus & perspicax non explet animum, & parùm aut nihil proficit. Ostendit eam ob rem CHRISTVS oculis intellectûs illuminatis, quidnam conspicere debeant, videlicet internum aduentum CHRISTI sponsi suiidque his verbis, quibus ait, Sponsus venit. Est autem triplicem singularis aduentûs Dei rationem siue modum inuenire in eis, qui se in deuotione in interna vita exercent: horumq; aduẽtuum vnusquilibet hominem ad sublimiorem gradum magisq; internã exercitationẽ euehit ac sustollit. Primus Christi aduentus in exercitijs internis, vrget & impellit in-

Aduentûs Christi triplicem esse modum.

I.

intrinsecùs hoiem sensibiliter, & cũ vniuersis viribus eius sursùm eũ trahit ad cælũ, exigitq; ab eo, vt vnum sit & efficiatur cum Deo. Hic impulsus & tractus in corde, & in omnium virium corporalium vnitate, maximè autem in vi concupiscibili sentitur. Mouet enim & tangit ac operat hic Aduentus in infima hominis portione: quã nimirùm penitùs expurgari, exornari, accendi, & introrsùm trahi oportet. Impulsus iste Dei internus & dat & aufert, pauperem facit & ditat, iucũdum ac tristem siue desolatum reddit, spem & desperationem adducit, frigore & calore afficit. Deniq; quę hic dona & actus planè contraria vicissim euenint, nulla potest lingua exprimere. Porrò Aduentus iste cum sua exercitatione quadruplex est, seu ratione quadruplici distinguitur, quarum tamen aliæ alijs sublimiores sunt, quemadmodùm posteà aperiemus: hisq; portio hominis infima in vita interna exornatur.

quadruplex primi aduẽtûs subdiuisio.

¶De secundo Christi Aduentu in hominem internum. CAPVT VII.

ALTERA interni Aduentûs Christi ratio in hominem præstantiori cum excellentia ac nobilitate, & quadam sui ipsius similitudine, donisq; potioribus ac maiori claritudine, quidam in supremas Animæ vires donorum Dei, multis modis spiritum stabilientium, illustrantium ac locupletantium, largus & opulentus effluxus est: idemq; in nos effluxus Dei, quendam à nobis effluxum & cum vniuersis hisce donis in fundum eundem, eandemq; huius effluxus originem refluxum poscit & exigit à nobis. In hoc etiam effluxu magna quædam mira præstat & manifestat Deus, sed rursùm dona sua ab Anima multùm aucta & multiplicata cum vsura reposcit, idque longè ampliùs, quàm possit à creatura prestari. Isthoc exercitium, istaq; ratio, priori illa prestantior, Deoq; assimilior est: & hac tres vires supremæ decorantur.

II.

¶De tertio Christi interno Aduentu. CAPVT VIII.

TERTIA demùm interni Aduentûs Christi ratio siue modus, internus quidam DEI cõtactus siue motus est in spiritûs vnitate, in qua supremæ vires & insunt, ex eaq; emanant, in eamq; reuertunt, & in qua demùm per Amoris nexum & spiritûs vnitatem coniunctæ & vnitæ semper naturaliter permanent. Iste Aduentus intimũ ac supremum vitæ internæ gradum siue statum efficit, eoq; vnitas spiritûs multis modis exornatur. Atqui in vnoquolibet Aduentu suo CHRISTVS specialem extra nosipsos exitum poscit à nobis, ita vt vitam agamus suo Aduentui respondentem: Atque eam ob rem in quolibet Aduentu spiritaliter nostris in cordibus loquitur in hunc modum: Exite viuendo, vosque exercitando iuxta eum modum, quo mea vos gratia, meaque dona incitant & impellunt. Quo enim modo Spiritus CHRISTI nos agitat, vrget, impellit, trahit, & tangit, atque in nos influit, eo & nos exeamus necesse est & internis exercitijs operam demus ac incumbamus, si tamen perfecti esse velimus. Quòd si Spirituisancto vitæ dissimilitudine restiterimus, iam planè interno hoc illius impulsu ac stimulatione destituemur, atque ita virtutibus quoque vacui permanebimus. Hi nimirùm tres spirituales Christi Aduentus sunt, quibus visitat Animam internis exercitijs vacantem: qui iam singuli nobis speciatim fusiùs tractandi & explicandi veniunt. Lector attentum, serium, & diligentem se præbeat. Cui enim nunquàm ista re ipsa contigit experiri, eum vix arbitramur capturum ea quæ à nobis adferentur.

III.

quotuplicẽ exitũ à nobis exigat Christus.

¶De primo modo siue gradu primi spiritalis Aduẽtûs Christi. CAPVT IX.

PRIMVS itaque Christi Aduentus, quo affectiuis exercitijs incumbẽtes visitat, internus quidã, vt iam diximus, & sensibilis impulsus est Spiritussancti, ad virtutũ omnium studium nos incitantis ac impellentis. Huius autem Aduentûs quadruplex modus est, vt æquè iam antè cõmemorauimus. Primũ ex his modũ, splendori ac virtu

Primus primi

aduēt⁹ mod⁹ seu gradus.

ti seu efficaciæ Solis cōparabimus. Vt em̄ Sol vno eodemq; ortûs sui momento ab Oriente in Occidentem vsq; lucis suę radios diffundit, perlustratq; omnia & calefacit: ita & Christus Sol æternus supremam spiritûs portionem inhabitās, hominis partem infimam, hoc est, cor ipsum & vires sensitiuas momento citiùs illustrat, suoq; splendore penetrat & incendit. Velox est enim Dei operatio: quanquàm qui id contingere sibi cupit, oculos intellectûs siue intellectuales, sanos & apertos intùs habeat necesse est. Porrò quemadmodùm Sol corporeus in superioribus regionibus, & in partibus Oriētis in orbis medio in loca mōtosa radians, æstatem accelerat, fructus perplures optimos efficit, vinum forte generat, vndè hilarescūt homines illis in locis degentes: rursusq; vt idem Sol in inferioribus mūdi partibus, in extremis terræ finibus suos licèt mittat radios, ob locorum tamen situm & frigidas qualitates, non eandem vim exerit: & licèt multos pręclaros efficiat fructus, non tā vini copiam generat: ita etiam qui in infima suî parte iuxta sensus externos commorantur, bonaq; cum intentiōe virtutes morales excolunt, & externis exercitijs vacāt in gratia Dei, multos quidem diuersis modis virtutum ferunt fructus, sed interni gaudij ac spiritalis consolationis vinum parcè ac tenuiter percipiunt. Itaq; quisqs æterni Solis, hoc est, Christi IESV radios & splendorem sentire appetit, is nimirùm videat oportet, & in locis montosis superiorū regionum cum vniuersis viribus suis in vnum collectis cōmoretur, sitq; corde subleuatus ad Deum, prorsus liber & expeditus à lætis & tristibus, siue prosperis & aduersis rebus, itemq; à creaturis omnibus. Illic enim Christus Sol iustitiæ in libera ac sursùm erecta corda, quæ nos per Montes accipi volumus, suæ lucis splendorem emittit. Christus, inquam, Sol gloriosus, diuinaq; claritas, sub interno Aduentu suo virtute spiritûs sui cor liberum & ab omnibus absolutū, atque omnes Animę vires illuminat, suo splendore penetrat & accendit. Et sicut vis atq; natura ignis materiam, quę possit ardere, inflammat & incendit: ita Christus pręferuido ac ęstuanti interni Aduentûs sui ardore libera ac subleuata incendit corda. Hoc videlicet interni Aduentûs Christi, exercitijs affectiuis intentam Animam visitātis, primum opus seu primus effect⁹ est: in eodemq; Aduentu dicit homini: Exi, videlicet cum exercitijs ad ipsum Aduentum accommodatis.

Oculi ītellect⁹ vbi & cui apti habēdi.

Montes.

¶De cordis vnitate. Caput XII.

Cordis vnitas vñ & quî obtinēda.

Quę sit natura ignis.

Vnitas cordis quid.

EX hoc autem interno feruore & æstu, cordis vnitas oritur. Non enim veram vnquā poterim⁹ cordis adipisci vnitatem, nisi spiritus IESV nostris in cordibus suum accendat ignem. Est enim ea natura ignis, vt vniat, sibiq; reddat assimilia ea omnia, in quæ agere, quæq; transformare possit. Est autem vnitas cordis, qua quis intùs cum vniuersis viribus sensitiuis in cordis domicilio collectum & adunatum se sentit. Hęc vnitas internam pacem & cordis præstat tranquillitatem: Estq; ceu vinculum quoddam & nexus, corpus, Animam, cor, sensus & vires omnes internas & externas, in charitatis vnitate connectens, copulans atq; complectens.

¶De compunctione. Caput XIII.

Compūctio vñ, & cui soli propria.

PORRÒ ex hac vnitate cordis, internitas seu interna vita & quædam compunctio nascitur, quam habere non potest, nisi qui sit intra sese collectus & vnitus. Isthæc interna vita est, qua quis intrinsecùs ad cor suum sese recipit, quo diuinam intra se operationē ac instinctus sentire & intelligere queat. Est etiam sensibilis ignis amoris, à Sancto spiritu succensus & ardens. Denique interna compunctio ista inflammat, vrget, impellit intrinsecùs hominem, ipso interìm nesciente vndè id accidat, aut quidnam patiatur.

¶De Amore sensibili. Caput XIIII.

Amor sensibilis vñ & quis.

DEINDÈ ex hac interna vita & compunctione amor quidam sensibilis pficiscitur, cor hominis & vim concupiscibilem seu affectum penetrans. Amor iste affectuosus vel affectus amoris, cum sensibili cordis gustu neutiquàm haberi potest, nisi ab eo, qui sit corde animoq; internus siue compunctus. Hic Amor sensibilis desiderabundus quidam gustus & flagrans appetitus ac desiderium est erga Deum ceu bonum æternum, in quo, quicquid est boni, continetur. Amor iste sensibilis creaturis omnibus valefacit & renunciat, non quidem quātùm ad necessitatem, sed quātùm ad voluptatē & concupiscentiā pertinet. Ad hæc sentit Amor iste internus tactum ipsum intrinsecùs amore ęterno, trahentem, eiq; continenter vacare ac operam dare compellitur. Denique internus hic Amor facilè contemnit omnia, quo possit id, quod amat, adipisci.

Quis amor omia facilè spernat.

¶De Deuotione. Caput XIII.

EFFICIT autem amor iste deuotionem erga Deum, illiusq; honorem. Non enim potest sitienti esse cordis Deuotione præditus, præterquā qui amorem erga Deū sensibilem suo gerit in pectore. Est verò deuotio, quando Amoris ignis flammā desiderij sui mittit in cælum. Ista deuotio foris & intùs instigat ac permouet ad cultum Dei. Ipsa corpus & Animam honoris ac Reuerentiæ exhibitione tum coram Deo, tum cunctis hominibus florere facit. Exigit planè à nobis Deus deuotionem in omni quem ipsi debemus, cultu ac famulatu. Deuotio corpus & Animam ab illis omnibus, quæ nobis officere queant & esse impedimento, repurgat. Et vt semel dicam, ipsa verum salutis monstrat ac præbet iter.

Deuotionis origo ac descriptio.

Deuotionis quanta vis.

¶De gratitudine vel gratiarum actione. Caput XIIII.

EX hac porrò interna Deuotione gratiarum actio emanat: quādoquidem nemo tam idoneus est laudes grates q; agere Deo, atque is qui ex animo deuotus est. Et est sanè multiplex ratio, vndè iure meritoq; DEVM laudare, DEO gratias agere debeam⁹, putà quòd nos ratione pręditos creauit: quòd cælum, terrā, angelicos spiritus nostris vsibus nostroq; seruitio deputauit & accommodauit, quòd propter abolenda peccata nostra homo factus est, quòd nos instituit, nobis vixit, nobis rectum iter ostendit, quòd in abiectis & humilibus actibus nobis officiosè inseruiuit, quòd fœdum & probrosum mortis genus nostra causa perpessus est, quòd æternum regnum suum atque etiam seipsum nobis nedum præmij loco, sed etiam in nostrî obsequium & ministerium pollicitus est, quòd nostris in peccatis nobis pepercit, atq; etiam illis omnibus ignoscere paratus est, aut fortè iam ignouit, quòd gratiam & charitatem suam in nos effudit, quod in nobis & nobiscùm perenniter commorabitur, quòd omnibus vitæ nostræ diebus cum præclarissimis sacramentis suis ad omnem vsum ac necessitudinem nostram nos visitare paratus est, atq; etiam visitauit: quòd preciosum corpus & sanguinem suum in cibum & potum pro cuiusque appetitu & desiderio nobis reliquit, quòd naturam, scripturam, & creata omnia velut exemplar quoddam & speculum nobis proposuit, ex quibus instituamur atque animaduertamus, vt omnes actus nostros ad virtutes accōmodare debeamus: quòd sanitatem, vires ac Robur corporis, & interdum etiā aduersam valetudinem nostra pro vtilitate nobis præstitit, quòd res externas vitæ sustentandæ necessarias & pacem internam nobis contulit, quòd deniq; Christiano nomine insigniti, & ex Christianis parentibus in hanc lucem editi sumus. Pro his, inquam, omnibus meritò hîc gratias DEO agere debemus, quo eum in superna patria post huius vitæ curricula perenniter laudare queamus. Denique tota facultate nostra nobis laudandus est DEVS. Porrò laudare DEVM nihil est aliud, quàm tota vita nostra honorem, venerationem, ac Reuerentiam diuinæ exhibere Maiestati. Laudare DEVM, maximè proprius est actus angelorum & hominum beatorum, atque etiam DEVM in terris amantium. Est aūt laudandus DEVS corde, Affectu, Desiderio, subleuatis viribⁿ, verbis, Actibus, corpore, Anima, bonis temporarijs, atque etiam humilibus officijs siue seruitijs non internis modò, sed etiam externis. Et reuerà qui hîc Deū minimè laudant, ij perpetuò muti erunt. Sanè laudibus DEVM afficere, cordium amantium iucundissima actio & occupatio est: & cuius cor laude diuina plenum est, DEI laudem creaturas omnes vnà secum prorumpere & consonare appetit. Neque Deum laudandi vllus vnquàm finis erit, quandoquidem in eo nostra consistit æterna salus & beatitudo: & iure quidem æternò illius laudes celebrabimus.

Quotuplex laudādi Dei ratio.

Agēdæ pro qbus Deo gratiæ.

Laudare Deum, quid & cui ppriū.

Quō laudādus Deus.

Dei laudādi actio qlis.

¶De

¶De gemino quodam dolore ex gratiarumactione nascente. Caput XVII.

Quotuplex in nobis vñ exoriturus dolor. I. II.

ORITVR autem ex hac interna gratiarumactione & laude geminus quidam cordis dolor, & affectus seu desiderij cruciatus. Primus dolor indè suscipit, quòd nos in laude, in gratiarum actione, in veneratione & cultu Dei deficere, nec satis posse pro dignitate sentimus. Alter dolor is est, quòd non quantum appetimus, in charitate, in virtutibus, in fidelitate, in perfectis moribꝰ profectũ facimus, quo digni acidonei efficiamur laudare DEVM, eiq; gratias agere, & ita vt decet & congruit, illi famulari & obsequi. Dolores isti, virtutum omnium internarum radices sunt & fructus, initium & finis. Denique interno huiuscemodi dolore affici, eo quòd tum in virtutibus, tum Dei laude deficiamus, huius primi gradûs vel modi internę exercitationis siue prioris Aduentûs supremum opus est, atq; hoc ipso plenè perficitur & consummatur.

Qui dolores quarũ virtum initum ac finis.

¶Proposita similitudine docet, vt in hoc primo modo exerceri debeamus. Caput XVIII.

Ignis & aq ebulliẽtis ad amorẽ diuinũ & cor humanum lepida collatio.

CVIVSMODI verò esse debeat huius gradûs exercitatio, ex proposita similitudine percipi poterit. Vbi ignis naturalis vi & efficacia caloris sui aquã vel aliũ aliquem liquorem aheno infusum feruefecit, ita vt ebulliat, nec possit vlteriùs progredi, aut agi sublimiùs, iam aqua ita feruescens in fundum aheni subindè relabitur: indè verò rursus vi ignis in summam vsque aheni oram impellitur, sicq; fit vt ignis semper impellat, & aqua continenter ebulliat. Eundem igitur in modum agit ignis Spiritussancti. Impellit enim & vrget atque excitat cor, omnesq; animæ vires vt ebulliant, id est, vt DEO laudes gratesque agant eo, quo diximus, modo: sed rursum in idem recidimus fundum, vbi diuini spiritûs ignis ardet: ex quo fit, vt ignis quidem diuini Amoris semper ardeat & feruefaciat, cor autem in gratiarum actione & laude Dei verbis & actibus perpetuò feruescat & bulliat, & nihilominùs semper in imo perseueret, ita vt magnipendat quidem id quod meritò à nobis DEO præstari debet, quodque illi libentissimè præstaremus, paruipendat verò id quod facit.

¶Alia similitudine idem explicat. Caput XIX.

Solis externi & æstatis, ad Solẽ eternũ nos seruidos reddentem, comparatio.

Intima nra quõ viridia aut florida fiant.

POTEST idem etiam ex alia aduerti similitudine. Vbi estiuum tempus appropinquat, & Sol altiores petit gradus, is idem ex terræ visceribus humores elicit, trahitq; primò in radices arborum, deindè in truncum, pòst in FRONDES & RAMUSCULOS, atque indè folia, flores & fructus emergunt. Ita videlicet quando Sol æternus Christus DOMINUS nostris in cordibus tendit in sublime, ita vt ex virtutum ornatu quædã velut estas in nobis oriat, tum lumen ardoremq; suum Christus in nostrum mittit affectum & desiderium, cordeq; ab omni rerum terrenarum multiplicitate seuocato & abstracto, vnitatem internamq; compunctionem efficit, corq; virere & intimo cum AMORE laudare, & affectuosa cum deuotione florere, fructusq; afferre, laudando Deum eiq; gratias agendo, eosdemque fructus humili illo, qui ob virtutis laudisq; diuinæ defectum susceptus est, dolore tueri ac perenniter conseruare facit. Et hactenùs quidem de primo internæ exercitationis gradu vel modo ex quatuor illis præcipuis, hominis portionem infimam in vita interna exornantibus modis, dixisse satis sit.

¶De altero gradu primi spiritalis Aduentûs Christi. Cap. XX.

Alia solium duorũ, visibilis & eterni, dilucida collatio.

CAETERVM quando quatuor hos primi Aduentûs Christi modos vel gradus, Solis splendori & efficiciæ cõparauimus, placet in eadem comparatione adhuc persistere. Est igitur quosdam Solis effectus & operationes cernere, quibus fructus, quod ad maturitatem attinet, maximè accelerent & etiam multiplicent. Quando enim Sol admodùm in sublime conscendit, pertingitq; ad GEMINOS, quod fit fermè in Maij medio, iam illius virtus & efficientia in herbis, in floribus, & in cunctis terræ nascentibus, quasi duplicari videt: & si tum PLANETÆ qui in inferiora influunt & agunt, pro temporis ratione & oportunitate benè consentiant, Sol radios mittit suos in terram, humoresq; eliciẽs, tollit in aera, ex quibus deindè PLUVIA generatur, fructus augescunt, maximeq; multiplicantur. Sic nimirùm quando lucidissimus Sol Christus in cordibus nostris vltra omnia in altum subleuatus est, & corporalis naturæ desideria aduersus spiritum militantia, probè repressa ac refrenata & secundum rationem composita ac discretè ordinata sunt, virtutesque eo modo, qui in præcedenti gradu dictus est, obtentæ sunt, atque interìm etiam omni gustu & quiete ex virtutibus perceptis, per charitatis feruorem cum laude & gratiarumactione in DEVM relatis DEOque oblatis, solet hinc nonnunquàm suauis imber recentis internæ consolationis, & diuinæ consolationis ros cælestis oriri, quæ tum virtutes omnes, modò ne ex nobis aliquod sit impedimentum, quasi gemino quodam incremento excrescere & augmentari facit. Et hic est singularis quidam effectus, & nouus Christi Aduentus in corda AMORE diuino succensa, quo altiori quadam ratione in sublime tollunt, quàm modo præcedenti. In hac suauitatis instillatione dicit Christus eiuscemodi hominibus, Exite, videlicet iuxta huius Aduentûs modum, id est, vt iste Aduentus postulat.

Qualiimbre virtutes omnes quasi magis ac magis excrescant.

Matth. 25.

¶De casta cordis & sensitiuarum virium voluptate. Caput XIX.

ORITVR autem ex hac dulcedine, casta quædam cordis & omnium sensitiuarum siue corporalium virium voluptas, quam qui experitur, intrinsecùs diuino AMORIS amplexu circundatus ac circumplexus sibi videtur. Quæ quidem voluptas & consolatio interna corpus & ANIMAM longè copiosiùs afficit, quàm omnis omnò possit terrena voluptas, etiamsi in vnum aliquem hominem, modò id fieri queat, tota congeratur. Enimuerò in hac castissima voluptate per sua dona DEVS in cor hominis, tanta cum sensibili consolatione & gaudio sese demittit ac illabitur, vt cor intùs redundet ac superfluat. Hinc iam animaduertit is qui hæc percipit, quàm verè miseri sint quotquot viuũt diuinæ charitatis expertes. Voluptas ista cor liquescere ac diffluere facit, ita vt istiusmodi homo prę internę lætitiæ copia & exuperantia sese continere non queat.

quanta & q̃li pia quorundã corda voluptate Deꝰ pfundat.

¶De spiritali Ebrietate. Caput XX.

Ebrietatis spũalis descriptio.

DEINDÈ voluptas ista spiritalem ebrietatem efficit. Est autem ebrietas spiritalis, quãdo quispiam plùs spiritalis gustus & voluptatis percipit, quàm cor illius aut appetitus vel concupiscere vel capere possit. Isthæc spiritualis ebrietas gestus varios & insolitos in homine excitat. Quidam dum sic ebrij sunt, præ gaudij abundantia in cantica & DEI laudes prorumpunt. Alij prę nimia cordis voluptate multas emittunt lachrymas. Nonnulli membris omnibus inquieti fiunt, ita vt nunquàm consistere queant, sed cursitare, saltare, tripudiare, aut etiam præ nimia vehementia manibus plaudere cogantur. Alij magnis vocibus eam quam intùs sentiunt, testantur voluptatem. Alij præ delicijs in sensibus omnibus expertis obmutescunt & colliquescunt. Istiusmodi homines modò oẽs id experiri putant quod ipsi sentiant: aliâs neminẽ id expertũ credũt, quò ipsi pertigerint. Sæpiùs etiã ita sibi persuasum habẽt, nunquã se hisce delicijs internis destituendos esse, sed nec posse destitui vnquàm: aliâs DEVM totum sibi vacare putant, nec vllis alijs perindè vt sibi. Interìm etiam mirantur non omnes prorsus spiritales ac diuinos effici. Quandoque secùm ipsi obstupescunt, quidnam sit ista voluptas, vndè proficiscatur, aut quidnam sibi euenerit. Hæc nimirùm etiam secundum corporis castam oblectationem deliciosissima vita est, quam possint vllus obtinere in hac vita. Nonnunquàm vsqueadeò isthæc augescit voluptas, vt cor penitùs rumpendum videatur. Sed pro his omnibus planè stupendis operationibus & multimodis donis is qui hæc sentit, humili corde gratias aget, honoremque deferet omnipotenti Deo, qui ista omnia efficere potest, intimaque cum deuotione animi gratias illi aget, quòd hæc operari dignatur. Semper etiam suo in corde ita sentiet ac statuet, ac ore profitebitur & edicet vera cum animi intentione: Domine, non sum equidem dignus vt ista mihi prestes, sed tamen immensa bonitate & conseruatione tua prorsus opus habemus. Et in hac humilitate ad virtutes sublimiores excrescere & augmentari poterit.

Qui corda quorũdam pia, piè exultent in Deum viuum.

Voluptas castissima & deliciosissima quæ.

Mat. 8.

¶Quid in hac ebrietate officere possit.

CAPVT XXI.

AT quia ista Aduentûs ratio siue modus, quibusdam in ipso conuersionis præstatur exordio, quando huic mundo valesciunt, tametsi penitùs isti sese ad Deum conuertunt, & omne mundi solatium à sese abdicant, quo vni Deo ex toto vacare possint & viuere: at nihilominùs teneri sunt, & lacte ac rebus dulcibus indigent, non autem cibo solido, putà tentationibus magnis, & vt à DEO sint derelicti. Eamobrem hoc in statu sępiùs eis Pruina ac Nebula officiunt, vtpotè qui iuxta internæ vitæ conditionem in ipso Maij medio versantur. Pruinam dico, quippiam aut esse aut videri velle, aut de se sentire quippiã, & consolatione ista dignum se credere, aut eam benè meritum se esse. Isthæc Pruina & flores & fructus virtutum omnium facilè possit elidere. Nebula autem est, in interna consolatione vel suauitate velle quiescere, quod sanè rationis aerem obscurat, efficitque vt vires quas Patulas esse, & Flores ac Fructus afferre oportebat, sese claudant, & ita veritatis cognitione destituantur. Quandoq; tamen fallax quædam homini dulcedo manet ab ipso instillata diabolo, sed hæc tandem illum seducit & euertit.

Heb. 5.

Pruina mystica quid.

Nebulæ spiritalis descriptio.

Falsę dulcedinis exitus quis.

¶Vt sese quisque in his gerere debeat.

CAPVT XXII.

LIBET hic breui proposito exemplo vel simili declarare, vt in hoc statu sapienter sese quilibet gerere debeat, ne impingat in errorem. Sit igitur exempli loco Apis nobis proposita. Ipsa quidem vnitatem colens, in sui gregis cœtu & contubernio moratur, neque aere turbulento, sed tranquillo & sereno, ad omnes illos flores conuolat, ex quibus possit dulcedo elici, neque tamen vel pulchritudinis vel suauitatis causa vllis in floribus moras nectit, sed seriò sibi suisque vsibus consulens, mel & ceram indè extracta, ad domicilium commune, vbi est vna omnium aggregatio, comportat & conuehit, quo vberes possit magna cum fertilitate fructus producere. Ita nimirùm CHRISTVS IESVS Sol æternus cor Patulum suorum virtute radiorum, itemque vires omnes internas gaudio & suauitate virere ac florere facit. Faciet igitur hic, qui ista sentit, si tamen sapiens & intelligens sit, quod Apis solet, & cum ratione ac discreta consideratione ad dona ea omnia, omnemque suauitatem quam senserit vnquàm, & cuncta sibi diuinitùs collata ac præstita bona conuolabit, & charitatis intimæque considerationis radio quicquid est eiusmodi multiplicium bonorum & consolationum degustabit quidem, sed in nullis omninò quorumlibet donorum DEI floribus requiescet: quin potiùs laude & gratiarum actione onustus, ad eam reuolabit vnitatem, vbi cum DEO in omnem æternitatem quiescere & commorari decreuit. Et hæc est altera internarum exercitationum ratio siue modus, hominis partem infimam multis diuersisq; modis exornans.

Apis mellificantis lepida depictio.

Quibus qd instar apis qua in re faciendum.

Secundus primi aduentûs gradus.

¶De tertio spiritalis Christi Aduentûs gradu.

CAPVT XXIII.

VBI porrò summum cæli verticem Sol attigit, id quod fit in cancro, nec potest vltrà progredi, sed retrogredi compellitur, iam totius anni vehementissimus feruere æstus incipit, Solque humores terræ attrahens, humum exiccat & arefacit, & fructus properant ad maturitatem. Eodem etiam modo quando CHRISTVS Sol diuinus nostris in cordibus altissimè sublimatur, id est, cùm vltra quæuis dona, omnes consolationes, omnemque dulcedinem quam ab ipso consequi possimus, in nobis exaltatur, & in supremo cordium nostrorũ stat fixus vertice, ita vt in nullo quiescamus gustu vel sapore, quẽ Deus in animas nostras infundere ac p̃stare nobis queat, quãlibèt etiã ingens sit, sed nostrî semp cõpotes simus, nobisq; dominemur, & humili cũ laude ac intima & deuota gratiarũ actiõe ad idẽ fundũ & originẽ, vñ dona cũcta, p creaturarũ tum necessitate, tum

Solis torridi descriptio.

Quo sole qui omnia maturescãt

tum dignitate promanant, eo quo diximus, modo iugiter intrò reuertamur, iam nimirùm Christus ita in nobis exaltatus, cuncta (id est, vires nostras omnes) in se attrahere molitur. Cumq; hunc in modum cordi DEVM amanti nullus neq; gustus neq; consolatio vel dominari, vel officere potest, quippe quod dona omnia pertransire statuit, vt possit suo potiri dilecto: hic iam tertius internarum exercitationum existit gradus sine modus, hominis affectum & infimam portionem subleuans & exornans. In hoc autem gradu prima Christi effectio vel operatio est, quòd cor, Affectũ & omes Animę vires sursùm trahit in cælũ, & vt secùm vniantur, inuitat & exigit, loquens spiritaliter cordi in hæc verba: Exite extra vosipsos ad me, idque eo modo quo ipse vos traho & exigo. Hic tractus istaque exactio cuiusmodi sit, facilè demonstrari non potest. Est tamen interna quædam cordis inuitatio, & exactio postulantis Dei, vt cor sublimi suæ coniungatur vnitati. Ista inuitatio interna cordi amanti præ omnibus quæ vnquàm senserit, iucundissima est: & hinc nouus quidam modus & sublimior exercitatio emergit. Enimuerò cor gaudio & affectu expanditur ac dilatatur: venæ omnes hiscunt ac patefiunt: vires id, quod à DEO & illius vnitate exigitur, perficere & exequi nedum paratæ sunt, sed etiam appetunt & concupiscunt. Hæc inuitatio, ęterni Solis irradiatio est: tantamq; in corde delectationem & gaudium excitat, ipsumq; cor vsqueadeò expandit & latè explicat, vt ægrè claudi possit. Hinc iam quodam cordis vulnere afficitur homo istiusmodi, quod est vulnus Amoris. Nihil verò potest hoc Amoris vulnere aut sentiri suauiùs, aut vehementiùs excruciare. Hoc vulnere affici, certissimum est sanitatis consequendæ indicium. Hoc vulnus spiritale vno eodemq; tempore gaudium simul & dolorem ingerit. Rursusq; verissimus Sol Christus IESVS coruscæ lucis suæ radios in eiusmodi cor patulum & amore sauciũ mittens, denuò vnitatem vel vnionem exigit: hinc verò amoris vulnus & plagæ omnes recrudescunt.

Tertiꝰ primi Aduentꝰ gradus.

Inuitatio q̃ cui qualis.

Quę corda qui expandantur.

Vulnꝰ amoris quale.

¶De languore & impatientia Amoris.

Caput XXIIII.

VBI igitur Christus intùs exigit & inuitat ad suî vnionem, & creatura sese erigens, totum offert & exhibet quicquid præstare potest, neq; tamen ad hanc vnitatem pertingere valet, indè quidam nascitur languor spiritalis. Siquidem intimis cordis medullis, vbi vitæ initium residet, Amoris vulnere cõfectis, si obtinere non liceat quod præ omnibus desideratur, permanere autem oporteat vbi esse animus planè recusat, ex his videlicet duobus Languor iste conflatur. Hic CHRISTVS in supremo mentis fastigio constitutus, diuinæ lucis suæ radios in sitibundam cordis appetentiam & affectum diffundit, quorum æstu & ardore humores omnes, id est, virtus omnis & facultas virium consumitur & exiccatur. Itaque cordis patuli sitibunda appetentia & diuinæ lucis irradiatio, languorem efficiunt continuum ac perseuerantem. At verò si Deum adipisci non liceat, neque eo tamen fraudari aut carere animus velit aut possit, ex his duobus in eiusmodi homine quædam foris & intùs existit & oritur æstuosa impatientia, quæ quandiu durat, nulla est creatura neque in cælis, neque in terris, in qua illi vel quietem vel aliquod solatium capere libeat. Hoc in statu nonnunquàm intùs verba sublimia, eaq; salutaria, & singulares ac raræ institutiões, & vera sapientia inspirantur ac infunduntur, & nihil omninò est quod animus pati recuset, tantùm vt possit id, quod amat, adipisci. Hic Amoris æstus, quædam interna impatientia est, quæ rationi morem gerere & obsequi non vult, donec re amata potiatur. Et hæc Amoris impatientia & æstus cor hominis exedit, eiusque ebibit sanguinem. In hoc gradu sensibilis ardor Amoris tam ingens est, vt in omni hominis vita non sit feruentior, idq; adeò, vt absq; vllo externo labore corporea hominis natura clàm lædatur & absumatur. Circa hæc anni tempora Sol visibilis leonem ingreditur, qui est animal natura sæuum & iracundum, & inter animantia cuncta obtinet principatum. Eodemque modo vbi quispiam ad eum de quo agimus, vitæ gradum conscendit, CHRISTVS lucidissimus Sol noster leonem obtinet, radijs illius tanto æstu feruescentibus, vt in impatienter amante ipsum quoque cordis sanguinem bulliendo conficiant & concoquãt. Itaque vbi hæc Amoris impatientia dominium obtinet, modos omes superat, nec se aliquo cer-

Lãguor spiritalis q cõfletur.

Impatientia bona q̃ vbi & quó fiat.

Amoris impatiẽtis efficacia.

Quid aĩalis sit leo.

Leonem quî & qñ in quibus obtineat Christus.

certo modo contineri vel adstringi patitur. Siquidem modi omnis expers esse appetit. Qui sic amat, interdum impatienti cruciatur mortis desiderio, vt à corporis sui carcere absolutus, cum dilecto possit vniri. Eamobrem oculis internis sursùm leuatis, aulam cælestem gloria & gaudijs affluentem, & inibì dilectum suum eximiè coronatum & immensis cum delicijs in sanctos suos profluentem contemplat, simul attendens, quòd his omnibus ipse carere compellitur. Hinc verò solent interìm etiam oculi externi lachrymis humescere & anhela nasci desideria. Deindè reuocatis è cælo oculis, dum suum in quo degit, exilium, quodq; euadere non licet, adspectat, iam lachrymæ doloris & auidæ expectatiõis per ora decurrunt. Quæ quidem illius animum sedant ac refrigerant, & sunt reuerà naturæ corporeæ, ob tuendas illius vires & valetudinem vtiles ac salutares, quo possit tantus Amoris æstus & impatientia, donec deferuescat, sustineri. Conferũt etiam hoc in statu varij considerationum & exercitationum modi, idque ob conseruandas vires, & vt diu liceat virtutibus dare operam.

Mortẽ ex amore desiderari.

Lachrymę q̃ quò non vtiles tãtũ, sed & necessarię.

¶De raptu & reuelationibus.

CAPVT XXV.

SVB hoc Amoris æstu & impatientia nonnulli interdum supra sensus in spiritum rapiuntur: & vel dicitur eis verbis, vel sub formis & similitudinibus quædam proponitur veritas siue pro ipsorum, siue aliorum necessitate, vel etiam futura pãduntur. Ista, reuelationes aut visiones dici solent. quę si sub corporeis fiant simulacris & imaginibus, in phantasia suscipiuntur: & hæc interìm angelici spiritus virtute DEI in hominibus efficiunt ac operantur. Sin autem sub intellectili veritate, aut spiritalibus ijsdemq; (vt sic dicam) incompræhensibilibus fiant similitudinibus, quibus DEVS quodam modo incompræhensibili vel abyssali sese ostendat, intellectu suscipiuntur: & ea quidem hactenùs verbis exprimuntur, quatenùs fieri potest. Interdum verò quidam supra seipsos & supra spiritum suum, non tamen omninò extra seipsos, in quoddam incompręhensibile rapiuntur bonum, quod eo modo, quo ipsum vel viderunt, vel audierunt, nullis vnquàm verbis aut exprimere, aut indicare valent. Etenim in hac operatione & visione simplici, audire & videre vnum sunt: neque potest hoc agere quisquam in homine, nisi solus DEVS, qui etiam citra medium, vel cuiuslibet creaturæ cooperationem, id efficit. Dicitur autem raptus. Porrò quandoque velut fulgores quosdam repentinos instar fulgurum DEVS mittit in Spiritum. Siquidem subitaneus quidam singularis claritatis fulgor ex simplici radians nuditate emicat: Tum verò spiritus in momento supra seipsum subleuatur: sed mox lumen huiusmodi dispáret, & homo redit ad se. Et hoc quoque DEVS ipse operatur, & est quiddam præclarum valdè: quandoquidem tales sæpiùs homines redduntur illuminati. Solet prætereà etiam aliud quiddam vsuuenire Amoris æstu laborantibus. Nonnunquàm enim quoddam percipiunt lumen, quod quidem profectum sit ex DEO, sed per media. In ipso autem lumine cor & vis appetitiua versus ipsum lumen sese erigunt: & ex hac luminis obuiatione tanta sentitur appetentia & delectatio, vt sit cordi intolerabilis, & præ exultatione in quandam prorumpat vocem: & id Iubilus appellatur, quod eiuscemodi gaudium est, vt verbis non possit explicari. Neque id deuitari aut supprimi potest. Si enim corde sursùm erecto ac patulo quispiam lumini huic occurrere velit, vox talis sequatur necesse est, quandiu lux ipsa & exercitatio perseuerat. Præter hos alij vel à proprio Angelo, vel ab alijs beatis spiritibus in somnis de diuersis sibi necessarijs rebus instituuntur. Quosdam etiam inuenire licet, quibus incidant multa aut inspirentur, quique opinentur multa & mira somnient, tametsi semper foris hærent in sensibus. At isti Amoris æstum ignorant, quandoquidem multiplices sunt, & Amoris vulnus minimè experti. Possunt hæc ex ipsa natura accidere, vel bonorum vel malorum spirituum opera. Quatenùs igitur cum scriptis diuinis & veritate consentiunt, hactenùs fidem commodare illis licèt. Quòd si prætereà quippiam eis tribuere quis velit, facilè is poterit in errorem induci.

Raptus spiritalis descriptio.

Reuelationes seu visiones quę quì fiant.

2.Co.12.

Quid qua in re soli Deo agẽdũ.

Iubilus qd gaudij sit.

¶De

¶De quodam periculo, amoris æstu ac impatientia laboranti cauendo. Caput XXVI.

OPeræprecium hoc loco fuerit quædam indicare incommoda seu damna ac impedimenta eorum qui amoris æstu & impatientia laborant. Itaq; vt suprà meminimus, hoc tempore sol in leone versatur, quod est tempus totius anni insaluberrimum, licèt frugiferum sit. Iam enim caniculæ rabies desæuire incipit, quæ multa secùm mala aduehere consueuit. Interdum enim vsq; adeò etiam innaturalis feruescit ęstus, vt quibusdam in regionibus herbæ & arbores arefiant, & in vndis pisces quidam emoriantur, & homines aliquot aut languescant, aut extinguantur. Neque tamen malorum istorum causa omnis, in solem vnum conferenda est: aliâs enim locis & aquis & hominibus cunctis eadem acciderent: sed interìm, etiã ob earum rerum, in quas sol suos mittit radios, aut operat, intemperiem & vitium, ista eueniunt. Eundemque in modum vbi impatienti quispiam amore corripitur, quasi in caniculares incidit dies, diuinorumq; radiorum splendor supernè admodùm feruescit & ardet, & cor amoris vulnere confectum, valdè intùs incenditur & inflammatur. Itaq; affectionis æstu & desiderij impatientia vsqueadeò accensis & feruescentibus, vt is qui hæc sentit, reddatur impatiens & inquietus vel malè contentus, perindè vt solent fœminæ partu laborantes, nec tamen partum valentes edere: si iam iste & cor suum amore vulneratum, & eum quem sic impatienter amat, continuè adspectare velit, dolor hic iugiter augescit, idq; intãtùm, vt natura illius corporea haud secùs exiccetur & arescat, quàm solent arbores in calidis regionibus: atque ita præ æstus & amoris vehementia moriens, ad cælos absq; vllis Purgatorij pœnis euolet. Verùm quanuis feliciter hinc emigret, qui præ amore moritur, attamen dum potest arbor bonos ferre fructus, non est vtiq; perdenda aut destruenda. Nonnunquàm etiam DEVS tanta cum suauitate in corda amoris æstu feruentia promanat, vt in delicijs, quemadmodùm pisces in aquis, velut natare videantur, atq; intimum eorum fundũ charitatis æstu ardeat, idq; ob deliciosam in Dei donis natationem, & impatientem deliciosumq; ipsorum æstum ac feruorem. Sed in his diu immorari, naturæ corporeæ destructio est. Denique quotquot ita impatienter amant, & sic amore æstuant, omnes quidem in hoc statu languescunt, sed non omnes moriuntur, si tantùm benè se gerere nôrint.

Canicularis æstûs sæuitia.

Canicularĩ æstui quis amor cõpãrandus.

Quis quõ absq; purgatorio cælũ obtineat.

Feruentissimi amoris deliciæ quæ.

¶De alio quodam periculo. Caput XXVII.

EST ET aliud vndè commonendi sint quibus hæc eueniunt, quod maximum possit damnum adferre. Vt enim interdum sub diebus canicularibus ros quidam mellifluus fallacis dulcedinis cadit, fructus ipsos aut commaculãs, aut penitùs destruẽs, vt plurimùm autem ros iste in meridie sole splendente magnis decidit guttis, & difficilè à pluuia potest internosci: ita & fieri sanè potest, vt lumine quodam operatione diabolica effecto, quidam suis sensibus externis destituãtur. Id enim lumen hominem ambit & circumplectitur, & nonnunquàm variæ hîc exhibentur formæ & imagines, quandoq; mendacia, quandoque veritas, & diuersæ hîc inspirationes sentiuntur: & ista quidem à quibusdam magna cum voluptate cernuntur ac suscipiuntur, atq; interìm mellifluæ hîc fallacis dulcedinis guttæ decidunt, in quibus huiusmodi admodùm sibi placent. Fitq; Deo permittente, vt qui ista hæc magnipendunt, ea copiosè percipiãt, sed ita facilè contaminantur. Si enim ea quæ à veritate discordant, pro veris suscipere ac tueri velint, eo quòd hũc in modũ reuelata ipsis aut inspirata sint, nimirùm erroribus implicantur, & virtutum fructus pereunt. Cæterùm qui antè memorata ambulârunt itinera, etiamsi ab istiusmodi spiritu vel lumine tententur, facilè ea cognoscunt, nec quicq̃ indè damni vel detrimenti patiuntur.

Roris cuiusdã noxij depictio.

Diabolicæ illusiões quibus q̃ & vbi maximè imponant.

Inspiratiões q̃ à qbus quì facilè discerni queant.

¶Exemplum formicæ, amoris æstu laborantibus imitandum esse. Caput XXVIII.

LIbet hîc adhuc breue quoddam exemplum proponere illis qui amore æstuant, quo hunc gradum excellenter & ita vt oportet percurrant, & ad virtutes sublimiores, peuehantur. Est inter animantia vermiculus quidã formica nomine, & ea fortis ac pru

Formicæ descriptio.

dens, & ægrè moritur, libenterq; in calidis & siccis terræ locis in sodalium suorum congregatione & cœtu demoratur, laborat æstate, & cibum frumentumq; comportat, quo hyeme vescatur, idq; ne computrescat vel pereat, partitur, vt eo tempore quo nusquàm quicquam alimenti reperire licet, vsu illius gaudeat. Non amat nec amplectitur aliena seu deuia itinera, sed vnàm omnes viam tenent: & quandoq; etiam si iustum expectet tempus, alas accipit quibus volet. Ita videlicet agendum est impatienter amantibus. Fortes enim esse debent, & Christi aduentũ præstolari. Prudentes quoq; erga reuelationes & inspirationes diabolicas. Non eligent mori, sed Dei potiùs augere laudem, & sibijpsis nouas semper mereri & cumulare virtutes. Ad hæc in sui cordis cunctarumque virium suarum collectione commorabuntur, & diuinæ vnitatis inuitationi & exactioni obsequentur. Habitabũt etiam in siccis & calidis locis, hoc est, præualido amoris æstu & impatiẽtia: & præsentis vitæ æstate sedulam coaceruandis pro æternitate virtutum fructibus operam nauabunt, eosdemq; fructus biperti entur, quorum pars altera erit, vt ad sublimem continenter adspirent fruitiuam vnitatem: altera, vt quoad fieri poterit, ratione sibijpsis moderentur, & frenũ imponant. Seruabunt autem fructus hos virtutum ad tempus diuinitùs præfinitum, sicq; in omnem illæsi perdurabunt æternitatem. Neq; verò peregrina sibi parabunt itinera, neque singulares quosdam modos sectabuntur, sed amoris ambulabunt itinere, idq; per omnes illius turbines & tempestates, quacunq; eos ille deduxerit. Ita demùm si tempus opportunum sustinuerint, cõtemplari diuina, & in Dei arcana subuolare valebunt.

Formica quibus quõ imitanda.

Sicci calidiq; loci qd, & qbus mysticè habitandi.

Fructus qui quõ ad tempus seruãdi.

¶ De quarto spiritualis Christi aduentûs gradu. Caput XXIX.

SED nunc de quarto spiritalis Christi aduentûs modo vel gradu, hominem iuxta infimam illius portionem in interna exercitatione sustollente ac perficiente, dicere aggrediamur. Et quia superiores omnes interni aduentûs Christi gradus, solis splendori & efficaciæ secundum anni processum comparauimus: congruum est, vt adhuc iuxta temporis progressionem de alijs quibusdam solis effectibus & operationibus ac conditionibus dicere pergamus. Vbi igitur sol à summo cæli vertice ad inferiora demigrare incipit, ad virginis signum deuoluitur, ideò fortassis virgo dictum, quòd instar virginum, tempus iam tum minùs fœcundum fieri videatur. Quo etiam tempore virgo gloriosa Dei genitrix Maria cælos conscendit, gaudio abundans & cunctis virtutib⁹ locuples. Circa hoc tempus feruor solis diminuitur, & fructus maturi, quorum est vsus diuturnus, vt est frumẽtum & vinum, alijq; fructus durabiles iustam adepti maturitatem, ꝑ totius anni sequentis vsibus cogunt in horrea: ex eodemq; frumẽto mandant humo semina, quę ꝑ communi hominum vtilitate in multas consurgant segetes. Denique hoc fermè tempore solis omnis illo ꝑ anno efficientia quibusdam in locis consummat. Eodem modo Christo iustitiæ sole in corde hominis supremum obtinente fastigium, vt suprà in tertio gradu dictum est, atque indè iam ad humiliora declinante, diuinæq; illustrationis suæ radios retrahente, & hominem velut deserente, iam amoris æstus & impatientia deferuescit. Et hæc Christi occultatio, luminisque & ardoris sui subtractio, prima illius hoc in gradu operatio & nouus aduentus est: simulq; hic spiritaliter eiusmodi homini intùs loquitur: Exi eo, quem tibi demonstro, modo. Exiens igitur homo iste, miserum ac desolatum sese conspicit. Hic iam omnis amoris æstus, impetus & impatientia mitescit & refrigescit, & feruens æstas transit in autumnum, & opes omnes in ingentẽ inopiam commutantur. Tum verò ex quadam erga seipsum commiseratione querulas reddit voces, quônam amoris æstus, compũctio, laus & gratiarumactio iucunda abscesserint, vbinam cõsolatione interna, intimo gaudio, & gustu sensibili destitutus sit, & quî tandem validus amoris æstus, & dona omnia vnquàm percepta, ita penitùs extincta sint. Neq; secùs iam cum illo agitur, quàm cum homine erudito, sed qui posteà scientiam & operam omnem perdiderit. Interìm sæpenumerò ob huiusmodi iacturam natura perturbatur & dolet. Quandoq; etiam Dei permissu homo sic desolatus, insupèr terrenis spoliatur rebus, aut amicis & cognatis, & à creaturis omnibus derelinquitur, & quicquid habet sanctitatis, in obliuionem abit ac nihilipenditur: totamque vitam & omnes eius actus in peiorem par-

Signũ quod cur virgo dictum.

Ex amoris gradu summo qui & qualis fiat descensus.

Autumnus mysticè q̃ secũ incõmoda ferat.

partem homines interpretantur: contemnitur item & despicitur ab ijs omnibus quibuscum viuit. Interdum quoq; diuersorum generum morbis corripitur, aut tentationibus corporalibus, vel quod omnium grauissimum est, spiritalibus fatigatur. Sub hac igitur tãta paupertate constitutus, iam casum vereri incipit, & quadam pulsatur diffidentia: qui est extremus & vltimus terminus, in quo citra desperationem in gratia persistere quis possit:

Diffidentiæ q; quõ reddat obnoxius.

¶ Quid homini vndique desolato agendum. Caput XXX.

CAeterùm quisquis hanc patitur desolationem & penuriam, libenter bonos inquirat homines, eisq; suam aperiat & queratur miseriam, eorum & bonorum omnium & totius Ecclesiæ preces & auxilium imploret. Attendat interìm humili corde, nihil se præter vitia & defectus habere ex seipso, & cum patiẽtia & sui resignatione dicat verba illa S. Iob: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Deferat & resignet seipsum in omnibus, & dicat ex animi sententia: Domine, æquè paratus sum eorum omnium quibus despoliatum me sentio, inopiam & paupertatem perpeti, quatenùs tibi placet, & ad tuum honorem & animæ meæ cedit salutem & vtilitatem, quàm illis abundare. Non mea Domine voluntas naturalis, sed tua & mea rationalis vel spiritualis fiat. Omninò enim totus sum tuus, & si potest ad tuam esse laudem, tam libenter mergi velim in infernum, quàm recipi in cælum. Fac mecùm Domine secundum excellentissimæ maiestatis tuæ voluntatem. Hoc pacto ex omni sua afflictione, perpessione & desolatione internum sibi eliciat & efficiat gaudium, totumq; se Dei manibus offerens, se pro illius honore quippiam pati posse lætetur. Reuerà si hac in parte rectè se gesserit, & ex animo ita facere valebit, nunquàm potuit tam ingens internum gaudium experiri. Nihil enim Deum feruenter amanti iucundius est, quàm vt sentiat se dilecti sui proprium esse. Quòd si per virtutum iter ad hunc vsq; gradum conscendit, etiamsi modos omnes prędictos non sit expertus, nihil refert: neq; enim id necesse est, modò ipso virtutum fundo præditum se sentiat, quod est in agendo humilis obedientia, & in tolerando patiens resignatio, in qbus duobus modus iste vel gradus ꝑpetua securitate consistit. Circa hęc anni tempora, sol libram ingreditur, & dies ac noctes æqualibus spatijs clauduntur, solque lucem tenebris exæquat. Ita & Christus in homine istiusmodi desolato libræ æquamẽtum vel æquilibrium obtinet. Siue enim dulcib⁹ eum afficiat vel amaris, siue lucẽ infundat vel premat tenebris, siue quicquid demùm illi imponat, semper libræ seruat æquabilitatẽ, & omnia æqualiter accipit, semper tamen peccato excepto, quod penitùs oportet esse profligatum. Porrò cùm ita omni est consolatione destitutus, & pro suo iudicio virtutum omnium expers, & tam à Deo, quàm creaturis omnibus, derelictus, si benè colligere & coaceruare nõrit, frumentum & vinum & generis omnis fruges suam iam adeptæ sunt maturitatem. Quo significatur, quicquid corpus quouis modo perpeti potest, id totum Domino Deo sine superioris voluntatis detrectatione vel contradictione libenter ac vltrò offerendũ esse: Itemq; virtutes omnes & externas & internas, quæ, dum amoris duraret æstus & ardor, delectabiliter exercebantur, eas iam quatenùs cognosci possunt & vires suppetunt, cum labore & bona voluntate seu bono corde colendas & exercitãdas, sicq; Deo offerendas esse: neque ambigendum quin nunquàm maioris apud Deum precij, aut dignitatis & excellentiæ fuerint: Ad hæc consolatione omni vnquàm à Deo præstita, quatenùs eidem honorificum esse possit, libenter carendum esse. Ista, inquam, frumẽti & omnigenũm frugum maturarum, vndè perenniter viuemus, & locupletes erimus coram Deo, comportatio & aggregatio est. Et hoc pacto virtutes perficiunt, & desperatio in vinum sempiternum commutatur. Ex huius generis hominum vita & patientia instituuntur & prouocantur ad meliora, quotquot eos nôrunt, & apud ipsos commorãtur: & ita virtutum eorum frumentum disseminatum, in bonorum omnium vsum mirificè multiplicatur. Hic nimirùm quartus gradus vel modus est, quo iuxta vires corporeas & infimam suî partem homo in exercitatione interna decoratur & perficitur, non vsq; eò tamen, quin perpetuò sine intermissione magis ac magis in virtutibus ꝑgredi ac perfici queat. At tamen quia in hoc gradu & à Deo, & à seipso, & creaturis omnib⁹ for-

Desolato qd solatij q̃ rendum.

Iob 1.

Afflictiões q̃ qbus etiam gaudij locũ futuræ.

Quæ libra qualẽ æquabilitatem notet.

Mystica frumẽti cõportatio quid.

Quart⁹ primi aduẽtus gradus.

Resignatio q̃ quibus necessaria.

fortiter probatur, visitatur, tentatur & impugnatur, ipsa resignationis virtus pro magna ac singulari perfectione illi rectè tribui potest. Quanquàm reuerà propriæ voluntatis in diuinam resignatio vel abnegatio necessaria est omnibus, qui salui & beati effici velint.

¶ De quodam huius quarti gradûs impedimento. Caput XXXI.

Aequinoctium quod q̃ secùm mala qui vehat.

AT verò quia hoc anni tempore æquinoctium agitur, sol ad ima mouetur, aëris calor tepescit ac remittitur, & homines quidam parùm circunspecti, prauos colligunt humores, quibus oppletur stomachus, atq; indè corpus ægrè afficitur, & varij existunt morbi ac ægrotationes, omnis boni cibi sapor & appetitus extinguit, & quidam mortem obeunt hisce malis humoribus corrupti. Alij hydropisim contrahunt, qui partim diuturna vexantur illius morbi molestia, partim emoriuntur. Ex prauis demùm vitiosisq; humoribus existunt languores varij & febres, quibus permulti diu laborant, quidam etiam extinguuntur. Eundem in modum vbi homines bonæ voluntatis, aut qui vnquàm quippiam de DEO gustauerint, deinde à DEO & veritate diuagantur & aberrant, ij omnes in vero profectu languescunt, aut etiam virtutibus moriunt, vel æternam incurrunt mortem: horum inquam trium aliquo laborant morbo, vel etiam tribus simul. Cum primis autem hac desolatione correpto magna opus est animi fortitudine, & vt paulò antè dicto sese modo exerceat: quod qui faciunt, minimè subuertunt aut fallunt. Imprudentes autem, & qui malè se gerunt, facilè in antedictas incurrunt ægritudines, eo quòd amoris æstus in ipsis refrixerit. Quam ob rem natura eorum ad virtutum & bonorum actuum studia torpescit, commoda nonnunquàm & mollitiem expetit, etiam citra rationem vel immoderatè, & plùs quàm necessitas exigat. Quidam ex eis diuina optarent consolatione p̃frui, si absque labore & dolore eam consequi liceret. Alij ex creaturis solatia sibi captant & aucupant, quod sæpè magna solet adferre detrimenta & incommoda. Nonnulli ita sibi p̃suasum habent, imbecilles ac teneros & exhaustis viribus se esse, ideoq; necessariam sibi esse corporis quietem & refocillationem tantam, quantam aut ipsi sibi impendere, aut aliundè obtinere possint. Verùm ita immoderatè rebus & commodis corporis affici & obsequi, ijsque sese tradere & oblectare, hoc planè est prauis abundare humoribus, stomachũ (id est, cor) opplentibus, & omnis boni cibi, hoc est, virtutum omnium, gustum ac appetitum extinguentibus.

Cui desolato qua fortitudine sit opus.

Captare ex creaturis solatia, quò tãdem euadat.

Prauis abundare humoribus, quid.

¶ De alio quodam impedimento. Caput XXXII.

Hydropisis mysticè qd, & qbus obueniat.

SOLET interdùm vsuuenire hunc in modum languescentibus & frigore correptis, vt hydropisim contrahant, id est, appetitionem possessionum rerum temporalium: qui tamen quanto plùs acquirunt, tanto plùs habere appetunt, eo quòd hydropisim patiant. Corpus quidem, id est, appetitus & cupiditas multùm in eis augescit, & tamen sitis non minuit, sed facies (id est, conscientia & ratio) extenuat & macrescit, eo quòd escæ congruenti ac salutari, id est, gratiæ DEI medium ac impedimentum obijciat, quo minùs in ipsos influere possit. Isti si hydropisim terrenæ cupiditatis iuxta cor patiant, ita vt in rebus temporalibus fruitiuo cum amore acquiescant, iam ita efficiunt debiles, vt in charitatis actionibus & studijs ingredi nequeant: deficitq; eis internus spiritus, & anhelitus abrumpit, id est, diuinæ gratiæ & intimæ sunt charitatis exptes: quo fit, vt aquam intercutem vel hydropisim terrenarum opum expellere non possint, vtpotè quæ cor ipsum vndique stringit & circumplectit: neque rarò euenire solet, vt hinc præfocati, mortem obeant sempiternam. Cæterùm qui istiusmodi aquam intercutem longè infra cor gerunt, ita vt sint rerum suarum domini, possintq; vbi necesse est illas dimittere, tametsi fortasse inordinata quadam propensione diu langueant & laborent, quandoq; tamen curari poterunt.

Aquæ intercutis circũ p̃cordia & infra, discrimen quod.

¶ De quadruplici febre spiritali, quæ possit officere homini in hoc gradu. Caput XXXIII.

Quandoq;

Prauis humoribus repleti qui.

QVandoq; etiam accidit, vt prauis repleti humoribus, quadruplicem incurrant febrim. Prauos humoribus repletos dico, qui immoderatiùs & inordinatè corporis commodis, & pegrinis creaturarum consolatiunculis afficiunt ac dediti sunt.

Prima febris quæ.

Prima febris quotidiana dicit, & significat cordis multiplicitatem: qua qui laborant, omnia nosse volunt, de rebus omnibus loquunt, multa iudicant, & pluribus rebus sese admiscent, & suijpsorum sæpiùs parùm memores sunt, curis extraneis plùs satis abundant: sæpiùs quæ nolint, audire cogunt, & leui occasione perturbant. Cogitationibus variis modò huc, modò illuc mirè agitant. diceres ventis similes. Hæc, vt dixi, febris quotidiana est, qua isti à manè vsque ad vespam, sæpè etiam noctibus dormientes & vigilantes multipliciter distrahunt & occupantur. Quod licèt fortassis cum DEI gratia & citra mortale vitium possit subsistere, non parùm tamen vitam internam, & exercitia interna Deiq; gustum impedit: immò etiam pennì damno afficit. Altera febris tertiana vocat, quæ vnum diem intermittit, tertio redit, & inconstantiam ac instabilitatem designat. Hæc febris licèt interìm diu p̃trahat, sæpè tamen piculosa est. Potest autem in duas secari species, quarum altera ex immoderato calore, altera ex nimio frigore orit. Illa quidem priori, putà quæ ex caloris intemperantia p̃ficiscitur, eos laborare constat, qui tracti vel vocati à Deo & posteà derelicti, instabiles efficiunt. Istiusmodi modò hunc, cras alium amplectunt viuendi modum. Iam silentio aliquandiu vacare placet, deindè loqui consultius putant. Quandoq; istud, mox aliud vitæ religiosæ institutum arripe statuunt. Modò cuncta sua paupibus dilargiri, aliâs rursum ea suis seruare vsibus mâlunt. Interdum exteras peragrare regiones, paulò pòst in inclusorium sese abdere proponunt. Iam delectat sæpiùs ad Christi corpus sumendum accedere, deindè paucis euolutis diebus illud fastidiunt. Hodiè multa legendi concipiunt desiderium, mox satius putant diuturno silentio dare opam. Isthæc omnia ex cordis nascuntur instabilitate, quę sanè ab internæ veritatis intelligentia distinet ac impedit hominem, & totius internæ vitæ ac deuotionis fundamentum & exercitia euertit. Quæ vndè bonis accidat hominibus, iam debemus animaduertere. Vbi quispiam intentionem suam & actuale cordis studium & conatum potiùs ad virtutes confert & externa exercitia vel instituta, quàm ad obtinendam veram cum Deo vnionem vel vnitatem, tametsi hic eo quòd in virtutum studio Deum pro scopo habeat, in Dei gratia permanet, vita tamen illius instabilis est: quandoquidem non sentit supra virtutes omnes quiescere in Deo. Habet igit intra se, quod ipse ignorat. Quem enim in virtutibus & multifarijs externis quærit modis & exercitijs, eum intra se longè vltra intentionem & modos omnes circunfert. Itaq; vt hanc à se repellere possit multiplicitatem, danda illi opa est, vt supra virtutes omnes in Deo & sublimi Dei vnitate quiescere discat. Altera tertianæ febris specie ex frigoribus oriunda illi omnes detinent, qui Deum quidem amant, sed tamen simul cum Deo etiam aliud quiddam inordinatè intentione & amore p̃sequuntur & quærunt. Ista febris ex frigore contrahi dicit, eo quòd charitatis feruor ibi modicus sit, vbi res extraneæ vnà cum Deo ad agendas colendasq; virtutes excitant & impellunt. Huius generis homines corde diuisi & instabiles sunt: quando in omnibus quæ agunt, natura quod suum est occultè aucupat, sæpè etiam ipsis inscientibus, quippe qui seipsos necdum benè p̃spectos & cognitos habent. Sæpenumerò modò hæc, modò illa instituta & exercitia aut eligunt aut auersant. Hodiè quidem nescio cui totius anteactæ vitæ suæ peccata confiteri, & ab eo consilia petere volunt: cras alium potiùs eligunt. De omnibus consilium expetunt, sed rarò cuiusquam consilijs morem gerunt. Quicquid eis reprehendit aut vituperat, libenter excusant aut palpant. Verbis pulchris abundant, sed virtutibus inopes & vacui sunt. Optarẽt quidẽ virtutes & honorẽ conseq, sed paruo aut nullo labore. Virtutes suas ad omnium p̃ferri notitiã appetunt: quod ipsum argumento est, vanas & nihili eas esse, & neq; ipsos neq; Deũ illis affici. Ad docendũ alios p̃mptuli sunt, ipsi verò ægrè admodũ doceri aut reprehendi se patiunt. Deniq; ne sim longior, naturalis quædam erga seipsos p̃pensio & affectio, & occulta supbia, hanc in eis efficiunt inconstantiam & mutabilitatem. Itaque p̃ oram inferni gradiunt: si paulùm exorbitauerint, ruent in tartara. Ex hac porrò instabilitatis febri quandoque in eisdem ea quæ quartana dicit, oriri solet, hoc est, quædam & à Deo, & à seipsis, & à veritate & cunctis virtutibus deuia aberratio, siue horum omnium

Quotidiana.

II. febris.

Duplicẽ esse tertianam.

I.

Tertiana q̃ mysticè quibus obueniat.

II.

Tertiana ex frigore contracta quæ.

Qui tertiana ista laborent.

Quartana qui febris in qbus oriat.

Periculosissima febris quæ.

Quartanæ geminatio qualis.

cæca ignoratio. Qua dum laborant, tantis implicant erroribus, vt quonam in statu res suæ sint, aut quid agendum sit nesciant. Et hæc febris cæteris multo piculosior est. Et qui ita à Deo & virtutibus efficiunt alieni, nonnunquàm in geminam quartanam, id est, in incuriam & quasi contemptum incidunt, vbi quarta dies geminat, qui est morbus ꝓpè incurabilis. Tales enim negligunt ac nihilipendunt quicquid saluti suæ necessarium est: & hucvsq; ꝓlapsi, dubium non est quin æquè possit in quæuis corruere vitia, atq; illi quibus nunquàm contigit nosse Deum. Vbi non negligenter aduertendum est, si hæc euenire possunt in antè dicta desolatione malè se gerentibus, quantopè meritò illis formidãdum sit, qui nunquàm Dei neque internæ vitæ notitiam sunt adepti, neque gustârunt vnquàm ea, quæ boni homines suis in exercitijs experiuntur.

¶Vt Christus quatuor prædictos gradus in se expresserit. Caput XXXIIII.

Quid solis sit Christus.

Luc.12.

Quid splendoris ex se diffuderit. Col.1.

Cant.2. Matt.11. Ioan.17.

Quàm ascẽdere & emicuerit.

Ioan.13. Quomõ sol æternus descendendo, quartum ab soluerit gradum.

At verò si in antedictis quatuor spiritalis Christi aduentûs gradibus vel modis, hominis infimam portionem & vires corporeas in interna vita exornantibus, probè versari volemus, in luce vt ambulemus oportet, nè per deuia aberremus, & Christum Dominum adspiciamus, hosce quatuor gradus vel modos nedum verbo docentem, sed etiam viuendo exprimentem. Ipse est enim sol splendidus, qui in celsissimæ Trinitatis cælo exortus est, idq; in aurora præclarissimæ matris suæ semp virginis Mariæ, quæ & fuit & est etiãnum aurora & initiũ diei totius gratiæ, in qua nos die ꝓpetuò exultabimus. Principio quidem primum gradum Dominus IESVS & tenuit olim, & obtinet etiamnum: siquidem vnicus & vnitus fuit. In ipso virtutes omnes vnquàm pactæ & pagendæ, & cum illis pariter creaturæ omnes quæ virtutes egerint & deinceps agent, collectæ & vnitæ & sunt & fuerunt. Itaque vnicus ille fuit & est æterni Patris filius, & humanæ naturæ vnitus est. Fuit etiam internus. Ipse enim ignem aduexit in terras, quo sancti & boni omnes accensi sunt: sensibilem quoque amorem ac fidelitatem vero ex affectu nedum erga Patrem, sed oẽs etiam ipso perenniter fruituros gerebat. Prætereà deuotio illius & cor amantissimum sursumq; erectum, ꝓ mortalium omnium necessitatibus ad patrem cælestem suspirabat, & ingenti coram illo desiderio ardebat. Tota deniq; vita, omnes tum externi, tum interni actus & conatus, & cuncta illius verba non nisi gratiarum actionem, laudem & honorem patris redolebant. Et hæc ad primum gradum ꝓtinent. Idem ipse quoque sol benignissimus Christus IESVS maiorem insupèr ex se splendorem feruoremq; diffudit. In ipso enim & fuit & est omnis gratiæ, cunctorumq; donorum & charismatum plenitudo. Eam ob rem cor, mores, conuersatio & officia illius pietate, mansuetudine, humilitate, liberalitate manabant & effluebant: & ipse totus vsqueadeò gratus erat & amabilis, vt omnes quotquot non improbi ingenij & bonę voluntatis essent, ipsius conuersatione & morum ac vitę suauitate traherentur. Ipse planè inuiolatum lilium conuallium, ipse flos campi erat communis omnibus, ex quo boni omnes ęternę suauitatis & consolationis mel eliciunt & comportant. Secundum humanitatem suam de donis omnibus eidem collatis gratias agebat patri cęlesti, vtpotè donorum ac munerum omnium largitori: & secundum vires animę supremas in altissima eiusdem patris vnitate, ex qua dona cuncta ꝓmanant, supra dona & charismata omnia quiescebat. Et hęc ad alterũ gradum ꝓtinent. Cęterùm idemipse sol gloriosus & sublimiùs ascendit, & splendidiùs atque feruentiùs emicuit ac radiauit. Toto enim vitę eius tempore, vires illius corporeę & portio sensitiua, cor atque sensus, à patre ęterno ad sublimem illam inuitabant & exigebant capessendam gloriam & delicias ac voluptates, quas in prę̃sens secundum easdem vires corporales sensibiliter experiẽt. Et quanuis ipse ad hoc affectu tum naturali tum supnaturali maximopè adspiraret, tempus tamen ab omni ęternitate à patre definitum & cõstitutum prestolari voluit. Et hactenùs tertium in se gradum expressit. Atqui vbi oportunum aduentabat tempus, quo virtutum omnium vnquàm & actarum & agẽdarum fructus ad regni cęlestis horrea conuehere & comportare decreuerat, iam ipse idem sol ęternus ad inferiores cœpit remeare circulos. Enimuerò humiliauit semetipsum, & vitam corporis sui hostium suorum ꝓmisit potestati: moxq; in tanta necessitate ab amicis velut incognitus derelictus est: portioni inferiori nedum consolatio omnis externa & interna subtracta est, verumetiam miseria, cruciatus, ꝓbra, contemptus illata, omniumq; peccatorum & criminum onera imposita, exactumque ab ea, vt ex iustitiæ prescripto, ꝓ illis omnibus meritas pœnas daret ac satisfaceret. Nec quicquam horum CHRISTVS detrectauit, sed humilima cum patientia cuncta in se recepit & ꝓtulit: & in tanta licèt desolatione positus, fortia charitatis ꝓegit opa, quib⁹ æternã nobis recupauit & mercatus est beatę vitę hæreditatẽ. Sic videlicet quartum in seipso gradum nobis exhibuit, qui fuit prę̃clarissimę humanitatis eius ꝓfectus decor & ornamentum secundum portionem inferiorem, in qua ob scelera nostra tantos labores & dolores ꝓpessus est. Hac ex causa mundi saluator dicit, & est gloria & honore coronatus, ac mirificè exaltatus, sedetq; ad dexteram Patris, & summa cum virtute ac maiestate dominatur, & in celsissimo nomine eius omne genu ęternò flectitur cęlestium, terrestrium & infernorum.

Mũdi saluator qs cur & vñ dictus Heb.1. Phil.2.

¶Quid agendum sit diuinam illuminationem obtinere volenti. Caput XXXV.

Quis primũ primi aduentûs Christi modũ suscipiat.

Resignatio quæ quorũ sit summa.

Quisquis igit iuxta Dei præcepta ex vera obedientia virtutibus moralibus dat operam, & simul etiam, ꝓ sanctispiritûs ductu, instinctu & omnigenis inspirationibus secundum iustitiæ normam virtutes colit internas, nec aliquid suum spectat & aucupat siue in tempore siue ęternitate, mentis quoque caliginem, tenebras, grauamina & omnimodas miserias vera cum patientia ęquabiliter ferre nouit, & de omnibus gratias agit Deo, illiq; se vera cum resignatione offerre potest, is nimirùm iuxta internarum exercitationum rationem primum aduentûs Christi modum suscepit, idemq; cum vita interna egressus est, & copiosis virtutibus, donis & charismatibus ac cordis viuacitate secundum corpoream sensibilem vnitatem sese exornauit. Sanè vbi quispiam à vitijs benè purgatus est, ac benè compositus & sedatus, & secũdum infimam sui partem introrsùm attractus, etiam in suæ conuersationis initio diuinam intùs poterit illuminationem suscipere, si modò totum se in diuinam referre & resignare voluntatem, omniq; ꝓprietati penitùs renunciare nôrit: quod est summa omnium. Idem tamen posteà antedictas vias & modos omnes tam externæ quàm internæ vitæ scandere debebit: sed id longè illi facilius erit, quàm cuiuis alij ab infimis ad superna gradienti: quippe qui plùs cæteris luminis est adeptus.

¶De altero spirituali Christi aduentu. Caput XXXVI.

Secundus Christi aduentus qualis.

Fons.

Tres riuuli quid.

Sed nunc ad alterũ CHRISTI in interna exercitatione aduentum explicãdum accedamus: cuius quidem est excellentior dignitas, in eoque dona potiora cumulatioraque præstantur, & tres supremę hominis potentię exornantur, illustrantur, & in libertatem vindicantur. Hunc aduentum fonti tribus riuulis dimananti comparare libet. Fons iste, diuinę gratię plenitudo est in nostri spiritûs vnitate, in qua gratia ceu plenus fons essentialiter permanet: & actiuè suis quibusdam riuulis indè in singulas animæ potentias supiores pro quarumlibet necessitate ꝓmanat. Tres igit riuuli isti, singulares quidam influxus sunt seu operationes DEI in viribus supremis, in quibus DEVS per gratiam suam multis ac varijs modis operatur.

¶De primo riuo in memoriam influente. Caput XXXVII.

Riuus primus.

Primus ex his gratiæ riuus in hoc altero aduentu ex Deo promanans, pura quædam ac mera simplicitas est, spiritum ipsum simpliciter sine discrimine illustrans. Porrò riuus hic in spiritûs vnitate ex ipso fonte suam trahit originem, manansque rectà deorsum, per vires omnes animæ tam infimas quàm supremas decurrit, easque supra omnem multiplicitatem & occupationem euehens, quãdam in homine simplicitatem efficit, & in spiritûs eius vnitate internum quoddam vinculum ei monstrat ac præbet. Hinc iam hominis memoria subleuatur, & à peregrinis ac extraneis incidentibus cogitationibus

Quid virtûs à quo exigatur.

& ab instabilitate sit libera. Sed in hoc ipso lumine exitum quendam pro luminis & aduentûs huius ratione Deus exigit. Itaque exit is cui hoc præstatur, aduertitq; & reipsa deprehendit simplici hoc lumine ipsi infuso in spiritûs vel mentis suæ vnitate collectum, stabilitum, penetratum ac fixum se esse. Hic iam ad nouum quendam & cæteris altiorem euectus gradum, intrò sese recipit, & memoriâ supra omnes sensibilium imaginum incidẽtes species, & vltra omnem multiplicitatem in quandã defigit nuditatem: ibiq; essentialem & supernaturalem spiritûs sui vnitatem ceu ꝓpriam habitationem ac æternam hęreditatem suam possidet: in eandemq; vnitatem ꝑpetua tum naturalis tum supnaturalis illi manet ꝓpensio. Isthęc verò vnitas per Dei dona & gratiam simplicemque intentionem penniter ac amanter in sublimem illam ꝓpendebit vnitatem, vbi Pater & Filius sanctispiritûs nexu cum sanctis omnibus coniuncti & vniti sunt. Et ita quidem primo riuo vnitatem poscenti, satis factum erit.

¶De riuo altero intellectum illustrante. Caput XXXVIII.

Riuus secũdus quid, & vñ aut qui scaturiat.

PORRO ꝑ amorem internum, & amantem in Dei vnitatem ꝓpensionem, diuinamq; fidelitatem ex gratię plenitudine in spiritûs vnitate riuus alter scaturit ac erumpit. Is est spiritalis quędã claritas, varijs modis discretè ac distinctè in intellectum influens, eumq; suo splendore illustrans, adeò vt cunctis in virtutibus veram præstet ac indicet discretionem. Atqui lux ista non omnino in nostra sita est potestate. Quanuis enim animabus nostris iugiter præstò sit, at tamen Deus aut silere aut verba edere, occultare se vel prodere eam præcipit, idemq; vel præstare vel auferre eam potest quibus volet horis vel temporibus. Cùm enim lux ista illius sit, agit ac operatur ea & quando & vbi visum sibi est. Hisce hominibus nulla est reuelatio necessaria, neque supra sensus rapi opus habent: quandoquidem vita, conuersatio & habitatio eorum supra sensus & portionem sensitiuam in spiritu agitur, vbi quicquid sibi placet, & vel eis vel alijs necessarium est, Deus illis manifestò reuelat. Quanquàm si vellet, posset vbique Deus à sensibus externis abstractis, intùs eis diuersis modis raras quasdam similitudines ac species, & futura ostendere ac manifestare. Sed hic DOMINUS IESVS hominem hac luce perfusum egredi iubet, & in ipso lumine pro lucis modo versari ac ambulare. Cui ille morem gerens, egressus, vitam statumque suum fortis & intùs considerabit, attendens vtrúmne perfectam CHRISTI gerat similitudinem tam secundum diuinitatem quàm humanitatem illius, idq; quatenùs ad DEI imaginem & similitudinem conditus est: leuatisque sursum in intelligibili veritate illuminatis oculis cum ratione illustrata, secundum creaturæ modum celsissimam DEI naturam & incompræhensibiles proprietates adspiciet ac contemplabitur. Naturæ nanque infinitæ & incompręhensibilis, virtutes item & actiones sunt incompræhensibiles seu abyssales. Considerari autem & inspici potest diuinitatis natura sublimis, vt in ea simplicitas insit, & inaccessibilis altitudo, immensa profunditas, latitudo incompræhensibilis, sempiterna longitudo, caliginosum silentium, vastissima solitudo, sanctorum omnium beatissima quies in vnitate, communis & æterna fruitio suaipsius & sanctorum omnium. Sed & plura alia mira ac stupenda in diuinitatis pelago contemplari quis possit: quæ licèt sub crassis quibusdam externis similitudinibus ob sensuum hebetudinem foris ꝓponamus, re vera tamen cuncta hæc intùs non nisi infinitum quoddam bonum omnis modi exps conspiciunt & considerant. Verùm vbi eiusmodi quippiam verbis exprimendum est, diuersis id fit rationibus ac similitudinib', ꝓut ea ꝓferentis ac eloquentis ratio diuinitùs est illustrata. Deindè contemplabit etiã ac animaduertet idem iste cælesti lumine ꝑfusus, patri in diuinis appropriata, vt is omnipotens virtus sit & potentia, creator, conseruator, motor, initiũ, finis, causa & existentia creaturarũ oim: quę cuncta gratiæ riuus illustratæ rationi ꝑspicuè visenda ꝓponit: simul etiã æterno filio ꝓpria & appropriata ostẽdẽs, vt is verbũ sit sempiternũ, infinita sapiẽtia, veritas exẽplar, vita creaturarũ oim, ęterna regula, ꝓrsusq; incõmutabilis, cuncta euidentissimè adspectãs & ꝑspiciens, sanctorum omnium tam in cælis quàm in terris degentium pro cuiusq; dignitate ac merito perlustratio ac irradiatio. Et quia riuus iste claritatis varios discretosq; habet modos, simul etiã rationi illuminatæ sanctospiritui conspicienda exhibet appropriata, vt hic incõprehẽsibilis sit charitas, pietas, liberalitas, misericordia, clemẽtia, infinita fidelitas ac bñuolẽtia, incom-

Quibus nulla sit reuelatiõe opus.

Quibus qua luce perfusis qui egrediendum.

Quænã de Dei natura considerari queant.

Patri appropriata quæ.

Filio.

Spũisancto.

incompræhensibilis & largiter emanans opulentia, immensa bonitas, per cunctos cælestes spiritus delicijs ac voluptate permanans, flãma ignea & ardentissima, cuncta in vnitate cõsumens & exurens, fons viuus pro cuiusq; appetitu, desiderio & præparatione omni sapore abundãs, introductio sanctorum omnium in æternã ipsorum salutem & beatitudinẽ, complexus deniq; Patrem & Filium & sanctos omnes in fruitiua vnitate intimè penetrans. Quæ quidem omnia indiuisim & sine partitione in simplicissima diuinitatis natura conspiciũtur, tametsi pro nostra consideratione personarum ista appropriata multiplici discrimine alia ab alijs distincta videant. Etenim potentia, pietas, liberalitas, bonitas, veritas pro nostro iudicio non parùm inter se differunt: sed vt dixi, in pręcelsa diuinitatis natura vnũ sunt, nec diuidi vel distrahi se patiunt. Relationes aũt, quas personarum efficiũt proprietates, in Deo semper distinctę manent. Enimuerò Pater sine intermissione suum gignit filium, sed ipse à nullo generatur: Filius verò gignitur ex Patre, sed ipse non generat. Sẽper igitur in omnem æternitatem, & Pater Filium, & Filius Patrem habet, quę sunt inter hasce personas relationes. Pater autem & Filius vnum spirant spiritum, qui est amborum voluntas vel amor: isq; nec generat, nec generatur, sed est vtriusque sempiterna spiratio. Et hæ tres personæ simul vnus Deus & vnus spiritus sunt: earumq; opera & actiones emanãtes, communes eis sunt vtpotè quę in vnius simplicissimæ naturæ virtute operantur.

Personis diuinis appropriata an inter se differant.

Relationes q̃ qui semp distinctæ maneant.

Spũisanctus quid sit.

¶De admiratione diuinę communicationis & generalis effluentiæ. Caput XXXIX.

PORRÒ incõpræhensibilis opulentia, & celsitudo, ac liberalissima & effluentissima diuinæ naturæ communicatio, hominem in admirationem rapit: sed idem is singulariter ac supra omnia Dei diuinorumq; effluxuum communicationem stupet & miratur. Adspicit enim & contemplatur vt incomprehensibilis illa diuinitatis essentia, cõmunis Dei & sanctorum omnium fruitio sit: vtq; personę diuinę communiter emanẽt & operent in gratia, in gloria, in natura & supra naturã, cunctis locis & tẽporibus, in sanctis & hominibus vniuersis, in cælo & terra, in creaturis omnibus rationalibus ac irrationalibus, & materialibus, idq; pro indigentia, captu & dignitate singularum. Contemplatur etiam cælum, Terram, Solem, Lunam, Elementa quatuor, creaturas omnes & cæli motum, omnibus communia. Nimirùm DEVS ipse communis est cũ omnibus donis suis. Angelici spiritus communes sunt. Anima rationalis cunctis viribus suis, toti corpori, membris omnibus & singulis cõmunis est, & est tota in membris singulis. Non enim potest nisi ratione diuidi. Sic inter vires supremas & infimas, iuxta rationem quidem permultùm interest, sed natura vnum sunt. Itidemq; DEVS & in omnibus & in singulis inest, ac nihilo seciùs communis creaturis omnibus. Per ipsum enim & in ipso sunt omnia, & ex ipso cælum, Terra, & quicqd est in rerũ natura, dependet. Vbi igit is, de quo agimus, stupendas ac mirificas omnipotentis Dei diuitias, diuinæq; naturæ excellentiam, & dona multifaria, quæ hominibus præstat & offert, sedulus contemplat, interna quædam in eo excrescit admiratio, qua secùm ipse tam ingentes & multimodas stupet Dei opes ac diuitias, celsitudinẽ, & immensam quam erga suas gerit creaturas fidelitatem. Et hinc singulare quoddam gaudium spiritûs, & ingens in DEVM spes & fidutia emergit: idemq; gaudium oẽs animę vires & ipsam vnitatem spiritûs penetrat ac circumplectitur.

Coꝑcatio q̃ quibus q̃ sit admiranda.

Quę qb' q̃ sint coꝑa.

Roma. 11.

Quæ ex contemplatiõe qb' qd gaudij obtingat.

¶De tertio riuo voluntatem confirmante. Caput XL.

HOC porrò gaudium, & diuinę gratiæ abundãtia, Deiq; fidelitas, tertiũ in hac ipsa spiritûs vnitate riuũ scatere ac manare faciunt, qui est feruor quidã inspiratus, hominis vŏluntatem velut ignis inflammãs, vorãsq; & absumens omnia, & redigens in vnitatem, necnon cũctas animę vires largissimis donis & singulari quadã excellentia perfundens atq; permanãs, & in ipsa deniq; volũtate subtilem ac spiritalem absq; labore amorem excitãs & efficiens. Hîc iam iterũ Christus per hunc ardentem riuũ intùs spiritui vt exeat imperat, idq; cum exercitatione huic dono & aduentui congrua & accom-

Tertius riuus quid.

Primi riui opatio quę.

Secundi.

Tertij.

modata. Per primũ qdem riuũ qui est simplex quoddã lumẽ, memoria supra sensuũ inciden tes species translata ac subleuata est, & in spiritûs vnitate constituta ac stabilita. Per alterum quoq; riuũ, id est, infusam claritatem, ratio & intellectus illustratus est, ad omnigenos virtutum & exercitationũ modos ac genera, scripturæq; diuinæ arcana distinctè perspicienda cognoscendaq;. Atqui per hunc tertiũ riuum, qui est ardor inspiratus, sublimis voluntas tranquillo accensa amore, & maximis est opibus ditata. Ita iam is cui hęc pręstita sunt, homo spiritalis ac illuminatus effectus est. Siqdem diuina gratia in ipsa spiritûs vnitate fontis instar sese cõtinet, eiusq; riuuli vires animæ cũctis cũ virtutibus emanare faciũt. Sed fons ipse gratiæ perpetuũ quendã in eãdem, vndè fit effluxio, originem refluxum exigit ac reposcit.

¶Vt is qui in amore firmus est, quadruplici ratione exire debeat. Caput XLI.

Quotuplex exeundi modus vñ exigat.

QVISQVIS autẽ amoris nexibus ita deuinctus & confirmatus est, is intùs quidem in sui spiritûs vnitate cõmorabit: sed & illuminata cũ rõne & effusa ac effluenti charitate foràs egressus, per cælum & terram creaturasq; omnes peruagabit, cuncta dilucida cum discretione considerans, & ex vera liberalitate diuinaq; opulentia tribuens omnibus. Quatuor verò modis egredi & exigitur à Deo, & ipsemet propensus est. Primus modus est, exire ad Deũ & ad sanctos omnes. Secũdus, ad peccatores & peruersos omnes. Tertius ad purgatoriũ. Quartus ad seipsum & ad bonos omnes.

¶De primo exitu. Caput XLII.

Primus exeundi modus qs.

EX his primus exeundi modus is est, vt Deum in ipsius gloria contemplet, adspiciatq; largissimos & profusos Dei effluxus, vt is cũ seipso & cum gloria incompræhensibilibus cũ delicijs ac voluptate in oẽs & singulos beatos spiritus, p appetitu & desiderio singulorũ liberalissimè, pmánet, vtq; ijdem cũ seipsis & omnibus à Deo perceptis, totaq; facultate sua in easdem diuitias & opulentã vnitatem, vndè deliciæ omnes ceu ex fonte, pficiscunt, refluant ac reuertant. Semper em Dei hæc effluentia siue effluxus refluxum exigit. Est nanq; DEVS velut mare quoddã fluens ac refluens: fluens quidem sine intermissione in omnes sibi amore deuinctos pro cuiusq; tum indigentia, tum dignitate: refluens verò, id est, quasi resorbens omnes tam in cælo quàm terris degentes, quibus sua largitus est munera, neq; eos dũtaxat, verumetiam quicquid habent & possunt: immò etiam à quibusdam maiora exigens quàm præstare queant. Quãdoq; enim maximè opulentum, liberalem ac piũ, & immensè bonũ sese exhibet, simulq; amorem & honorem à nobis impendi sibi poscit pro sua dignitate. Vult enim à nobis amari pro sua prestãtia & excellentia: sed hìc omnes deficiunt spiritus: sic Amor modi fit expers: quandoquidem vt id præstare aut efficere possint, penitùs incompertũ habent. Cunctorũ enim spirituum finitus est Amor: atq; ita semper in eis Amor renouat, vt tum pro Dei exactiõe, tum pro suo desiderio DEVM amare queant. Eamobrem omnes beati spiritus absq; cessatione adunati, & in vnum collecti, vnam amoris flammã vel globũ efficiũt: quo vel sic assequi possint, vt DEVS pro sua præstantia diligatur. Et licèt ratio perspicue testetur creaturæ id esse impossibile, Amor tamen aut omninò perfectè amare constituit, aut suo in defectu colliquescere, in nihilum velut redigi & conflagrare. Atqui nec sic tamen vnquàm DEVS pro dignitate simul à suis omnibus amatur creaturis. Et hoc ipsum rationi illuminatæ magnam adfert voluptatem & delectationem, quòd Dominus DEVS suus, quem vnicè amat, tam sublimis, tam diues & opulentus est, vt omnem creatarum virium facultatem longissimè superet, nec ab vllo omninò præterquàm à seipso dignè possit amari. Istiusmodi sic spiritaliter locuples ac illuminatus homo ex diuitijs Dei sui, & liberalitate fundi sui mirificè illustrati, & admirandis Dei donis affluẽtis, choros oẽs cælorum, cunctosq; beatos spiritus generatim, & priuatim singulos pro cuiusque dignitate donis ac muneribus afficit. Peruagat enim & circuit per choros omnes, status & ordines ac conditiones beatorum, considerans in singulis inhabitantem Deum pro excellentia ac meritis singulorum. Peruagatur, inquam, spiritali pernicitate per cuncta cælorum agmina, charitate diues & affluens: immò & omnem cæli exercitum noua quadam

Qualenam mare sit Deus.

Quãta Deus à qbus exigat.

Beatos oẽs vnã amoris flammã reddere.

Dei diuitiæ quantæ.

dam gloria ex opulentissima & bonis omnibus affluentissima diuinæ naturæ Trinitate ac vnitate abundè locupletans. Et hactenùs de primo exitu ad Deum & sanctos eius, dictum sit satis.

¶De altero exitu ad omnes peccatis implicitos. Caput XLIII.

Exeũdũ ad peccatores qui sit.

INTERDVM quoque sic diuinitùs illustratus homo, ingenti cum condolentia & profusa miseratione ad peccatores quosq; descendet & egredietur, & intima cum deuotione magnisq; precibus ad DEVM eos adducet, admonens eum bonorum omnium quæ ipse est, & potest, & præstitit ac pollicitus est nobis, tanquàm horum iam oblitus sit. Vult nanq; rogari DEVS, & charitas nullis suis precibus & votis frustrari se potitur: neq; tñ morosè aut contentiosè agit, neque propria ducitur voluntate, sed omnia diuinæ liberalitati, opulentiæ, pietati committit. Nouit enim amare DEVM absque modo & mensura: & in hocipso maiori pace gaudet. Et quia is de quo agimus, erga omnes communi flagrat amore, precibus & desiderio agit apud DEVM, vt charitatem & misericordiã suam impertiatur gentibus, & Iudæis, & omnibus à fide alienis, quo & ipse ametur, cognoscatur, laudetur in cælis, & gloria, gaudium & pax nostra propagetur, & in cunctis terræ finibus suis augescat incrementis. Et hic alter est exitus ad peccatores.

¶De tertio exitu. Caput XLIIII.

Quõ ad in Purgatõrio detẽtos exeundum.

QVANDOQVE verò illuminatus iste suos adspectabit amicos in locis purgatorijs detentos, eorumq; considerata miseria, expectatione, desiderio, & diris grauibusq; cruciamentis, Dei clementiam, misericordiam, pietatem obsecrabit ac deprecabitur, proponens illi bonam eorum voluntatem, ingentem miseriam & calamitatem, & miserandam ac anhelam immensæ bonitatis ipsius expectationem, admonensque eum obijsse eos in charitate, omnemque eorum spem & fidutiam in ipsius potissimùm passione & misericordia collocatam esse. Vbi obiter aduertendum est, fieri interdum posse, vt homo istiusmodi à Dei spiritu, p re quapiã singulari, putà vel pro peccatore aliquo, vel Anima in pœnis manente, aut pro aliquo spiritali emolumento ac vtilitate preces fundere iubeatur ac incitetur, ita vt reuerà sentiat ac animaduertat non motus proprij, nõ propriæ voluntatis, neque naturæ, sed Sanctispiritûs impulsu ac instinctu se moueri. Et hic interdũ vsqueadeò suis in precibus mira tum deuotione, tum feruore succenditur, vt quoddam in spiritu responsum percipiat preces suas exauditas esse: sub eodemq; responso impulsus ille Sanctispiritûs, ad orandum eum impellens, conquiescit.

Quinã diuinitùs subindè aliqs pro aliquo orare incitetur.

¶De quarto exitu ad seipsum & bonos omnes. Caput XLV.

Ad seipsum et bonos oẽs qui exeundum.

DENIQVE etiam ad seipsum & ad omnes bonæ voluntatis homines egrediens, eam quæ inter ipsos est Amoris concordiam & adunationem gustabit & contemplabitur, orabitque Deum magno cum desiderio, vt consueta dona sua in ipsos manare sinat, ipsisque impertiatur, quo ipsius in Amore & veneratione perenni stabiles perseuerent. Instituet etiam, ac diriget, & obiurgabit, officiosusque deseruiet magna cum fide omnibus, semper tamen discreto adhibito moderamine. Cùm enim communi omnes Amore complectatur & beneuolentia, inter DEVM & cunctos homines medius intercedit. Deindè etiam totum se cum sanctis & bonis omnibus intrò recipiens, tum spiritûs sui, tum DEI vnitatem, in qua spiritus omnes requiescunt, in pace possidebit. Hæc nimirùm vera est spiritalis vita, qua modi seu instituta & virtutes omnes tam externæ quàm internæ, itemque tres vires supremæ, congruè ac decenter decore supernaturali exornantur.

vera spiritalis vita, quę.

¶Vt agnosci possint ab Amore communi alieni. Caput XLVI.

IAM

Quibus & quot signis sibijpsi & alijs innotescere quis possit.

IAM quosdam reperiri licet homines, verbis illos qdem admodùm subtiles, & qui sublimia acutè disserere nôrint, sed tamen tum antedictæ illustrationis, tum cõmunis largifluæ charitatis prorsus expertes. Qui vt & seipsos agnoscant, & cognoscant ab alijs, tribus eos signis hoc loco visum est indicare: ex quorũ primo ipsi qdem nosse seipsos, ex reliquis duobus ab omnibus intelligẽtibus cognosci poterũt. Primum signum hoc est:

I. signum.

Cùm homines verè illuminati ex diuino lumine simplices, quieti ac stabiles sint & absque consideratione multimoda: isti contrà multiplices, inquieti ac instabiles, & studijs ac varijs curiosisq; considerationibus prorsus dediti sunt, neq; tamen vel internã vnitatem, vel imaginum expertem ac indepictã experiuntur animi tranquillitatem. Hoc signo seipsos, si volent, nosse valebunt.

II.

Alterum signum est, vbi homines illuminati diuinitùs infusam sibi habent sapientiam, qua citra laborem perspicuè ac distinctè veritatem cognoscunt: ibi ediuersò subtilia & acuta multa istis incidunt, de quibus secùm imaginantur & meditantur, acuteq; considerant & disquirunt, sed fundo sterili sunt, neque copiosè ex se salubres institutiones proferre nouerunt: doctrina quoq; eorum multiplex & subtilis est, & de rebus peregrinis ac superuacaneis: quamobrem hominibus internis officit ac impedimento est, eorumq; pacem interturbat. Neque enim ad vnitatem adducit aut dirigit, sed acutè, subtiliter ac multipliciter considerare docet.

Doctrina quorũdam qualis.

Hoc genus hoĩm dogmata sensumq; suum libenter etiam pertinaciter ac contentiosè tuetur, etiamsi alij non minùs benè atque ipsi, sentiãt: quod autẽ ad virtutes attinet, eis excolendis nullã nauant operã: immò etiã penitùs nihilipendunt aut non curant: denique in omni conuersatione sua superbia spiritali laborant.

III.

Tertium signum est, vbi illustrati ac amantes homines communi charitate cælum terramq; vt dictum est, permanant, isti contrà in omnibus singularitati student. Videntur sibi omnium sapientissimi & optimi: sese doctrinamque suam magno in precio haberi volunt: Quicquid autem ipsi neque docent, neque consulunt, & quotquot eorum non sectantur mores & instituta, neque ad eos sese adiungunt, eos omnes in errore versari arbitrãtur. Necessaria corporis largissimè vsurpant: & culpas minores paruipendunt.

In hereticos q quõ euadant.

Et vt simul omnia dicamus, neque in seipsis iusti & humiles sunt, neque in pauperes pij, liberales ac officiosi: neque erga DEVM deuoti & strenuised prorsus: sensibilis diuinæ charitatis expertes, nullam denique neque Dei, neque suĩ notitiam habent vera cum patientia & virtutibus coniunctam. Isthæc tria signa aduertant singuli, eaq; nosse discant, & cognita deuitent, tum in seipsis, tum alijs omnibus, in quibus ea reuerà deprehenderint. Neminem tamen de his vnquàm iudicẽt, nisi quem res ipsa & opera talem esse manifestò testentur: alioquì facilè cordis contrahent immunditiam, qua à diuinę veritatis cognitione præpediantur.

¶De communi Christi charitate.

CAPVT XLVII.

VERVM vt hunc communis dilectionis gradum, de quo iam dictum est, tanquàm omnium supremum, præ cæteris gradibus feruentiùs appetamus & obtinere nitamur, CHRISTVM exempli loco nobis constituamus oportet, vtpotè qui maximè semper communis fuit & est, semperq; manebit. Enimuerò communiter omnibus ad ipsum conuerti, seseque accommodare volentibus, pro ipsorum salute & vtilitate missus est in terras.

Mat. 15, Israelis noie quinam cõprehẽdant.

Vndè quod ipse ait, non missum se nisi ad oues, quæ perierant, domũs Israel, non de solis Iudæis accipiendum est, sed de omnibus DEVM perenniter contemplaturis, qui omnes & soli ad domum Israel pertinent. Iudæi nanque Euangelium spreuerũt: sed Ethnici ingressi, illud amplexi sunt, sicq; omnis Israel fit saluus, id est, omnes ab æterno electi à Deo.

Quàm &quĩ se coẽm pstiterit oĩbus Christus.

Sed videamus porrò, vt Dominus IESVS totũ se fidelissimè omnibus communicãrit. Sublimes quidem ac deuotissimas & intimas preces suas pro communi vsu omnium seruari volentium fundebat ad Patrem. Sic itidèm communem se præstitit omnibus amando, docendo, increpãdo, leniter consolando, liberaliter tribuendo, pijssimè ac misericorditer ignoscendo. Illius Anima, corpus, vita, mors, & cuncta officia ac ministeria, communia semper & sunt & fuerunt: nec minùs sacramenta, donaque & beneficia illius. Nullum vnquàm in terris cibum aut quippiam corpori necessarium sumpsit, nisi pro

communi omnium vnquàm saluandorum vtilitate. Nec quicquam vnquàm proprium sibi vsurpauit, sed erant illius omnia nobis communia, corpus, Anima, Mater, Discipuli, tunica, Pallium. Nostra causa edit & bibit, nostra causa vixit & mortuus est. Cruciatus quidem, & passio atque miseria quam tolerauit, propria illius erant: sed fructus & vtilitas indè nata, communia sunt. Denique gloria meritorum eius, in omnem semper æternitatem communis erit.

¶De communitate Ecclesiastica, & obiurgatio eleemosynis malè vtentium. Caput XLVIII.

RELIQVIT insupèr nobis Dominus IESVS Thesaurum & Reditus suos in terris, pũta septem sacramenta, & externa bona Ecclesiastica, quæ cùm illius morte parta sint, iure meritoq; communia esse deberent, sicut & ministros eius indè victitantes esse oporteret: adeoq; quotquot ex eleemosynis vitã ducunt, vt sunt religiosi & qui in [illegible] nobijs & inclusorijs viuunt, ad minùs precibus communes esse conuenit.

Bona q̃ quĩ coĩa forent.

Quos religiosos q̃ coĩtas deceret.

Nimirùm cũ a prima nascentis Ecclesiæ & fidei initia, summi Pontifices & Episcopi ac sacerdotes cõmunes erant. Etenim conuertendis Populis dabant operam, Ecclesiamq; & fidem nostram non fundabant modò, sed etiã sanguine & morte sua consignabant. Erant nanq; simplices, & continua gaudebant pace in vnitate spiritũs, diuina illustrati sapientia, fidelitateq; ac beneuolentia & charitate erga Deũ & mortales omes mirificè affluentes.

Ecclesię plãti olim q̃les.

Ast nostra tempestate res planè in diuersum abijt. Qui enim hodiè Christi hæreditatem & Ecclesiæ reditus, olim partìm ex charitate ac beneficentia, partìm ob Ecclesiasticorum sanctimoniam Ecclesiæ collatos occupant, Animo instabiles, inquieti, dissoluti ac multiplices sunt, prorsusq; effusi seu extrouersi ad ea quę mũdi sunt, neq; funditùs ac penitùs quę sui sunt muneris & officij, & quid ea sibi velint, introspiciunt ac animaduertunt. Itaq; labijs quidem orant, sed corde orationũ suarũ sensum, id est, arcana & stupenda diuinæ scripturæ & sacramentorum, suiq; officij mysteria non percipiunt.

Quales hodie.

Mat. 15.

Rudes igitẽ & crassi sunt, & diuinæ veritatis lumine neutiquàm perfusi: & quidam ex eis, cibi ac Potus oblectamenta & corporis commoda pręter decorum ac immoderatè sectantur. Atque vtinam faxit Deus, ab obscœnis voluptatibus sese contineant. Sed quandiu istiusmodi gerunt vitam, nunquàm diuinitùs illustrantur. Et vt prisci illi Ecclesię proceres ac sacerdotes charitate ac liberalitate vsqueadeò affluebãt, vt nihil reseruarent sibi, ita hodiè auari ac tenaces sunt, nec quicquam suis è manibus excidere patiuntur. Pugnant igitẽ mores isti prorsusq; discordant à sanctorum pręcedentium moribus, atq; etiam communibus illis gradibus, de qbus paulo superiùs dictum est. Hęc tamen in genere dicta esse velim: interìm vnusquilibet seipsum inspiciat, doceat ac reprehendat, si quidem opus habet: sin verò ab his vitijs immunem se sentit, pace, gaudio & quiete bonæ conscientię suæ perfruatur, seruiatq; & gratias agat Deo, & tum sibijpsi, tum alijs omnibus frugiferum se præbeat ad honorem Dei.

Hodiernã q̃ differant à pristinis.

¶Vt Christus communem se reliquerit in venerãdo Altaris Sacramento. Caput XLIX.

ET quia gradum hunc communis charitatis præcipuis vehere laudibus maximeq; cõmendare statui, adhuc eximium quoddam Christi beneficium, ab eodem in Ecclesia bonis omnibus communiter derelictum, sese mihi offert. In cœna illa pręcipuæ solennitatis Paschalis, qñ Christus ex hac miseria transiturus erat ad Patrem, posteaquàm agnũ Paschalẽ ederat cũ discipulis suis, veteremq; legem consummauerat, in ipso cœnæ termino singulare pręstiturus ferculum, quod iam diu antè summoperè concupierat, eoq; priscã cõpleturus legẽ, & nouã inchoaturus, accepit panẽ in sanctas & venerabiles manus suas, & consecrauit in corpus suũ, ac deindè vinũ in sacrosanctũ sanguinem suũ, porrexitq; ea cõmuniter discipulis suis, & bonis omnibus ad æternũ eorũ vsum seu vtilitatẽ communiter dereliquit. Hoc munus, istudq; ferculũ solennitates omnes cunctaq; conuiuia tamquę in cælis quàm terris gerunt, lætitia afficit & ornamento, in eodemq; ipso munere Christus

Ioan. 13. Mat. 26. Luc. 22. Mar. 14.

Qui se nobis trifariam coícárit Christus.

ſtus ſeipſum nobis triplici ratione communicat. Primò enim largiť hîc nobis carnem & ſanguinem, vitamq; ſuam corpoream iam glorificatam, gaudio & ſuauitate refertam. Secundò dat nobis ſpiritum ſuum cum viribus ſupremis, gloria, chariſmatum donis, veritate & iuſtitia plenum. Tertiò ſuam nobis tribuit in diuinis perſonam cum diuina claritate, ſpiritum eius, atque etiam omnes illuſtratos ſpiritus ad ſublimem diuinitatis vnitatem fruitiuam ſubleuante.

¶Vt ad celebrandum vel communicandum præparari debeamus. Caput L.

eucq qñ &qb⁹potiſſimũ de Chſo cõtemplãda.

ITAQVE vbi ad ſacratiſſimum corpus eius conſecrandum, offerendum, ſumendum accedimus, ſecundum hunc triplicem modum CHRISTVS ſuî nos vult eſſe memores. Quod quî faciendum ſit, agè aduertamus. Conſiderabimus primò, vtì DOMINUS IESVS amãtiſſimo cum affectu, immenſo deſiderio, corporali appetentia, & intima cordis liquefactione in natura noſtra corporea ſeſe ad nos demittat & inclinet. Quod enim ex noſtra ſuſcepit humanitate, id totum confert nobis, videlicet carnem, ſanguinem, naturamq; ſuam corpoream. Vbi ſimul etiam diligenter adſpiciemus, quemadmodùm corpus hoc precioſiſſimum excruciatum, vulneribus vndiq; confectum ac perforatũ fuerit, idque non niſi ex AMORE puriſſimo ac nimia erga nos fidelitate. Hoc pacto glorioſiſſima Chriſti humanitate ſiue natura corporea ſecundũ infimã noſtrî portionem & reficimur & decoramur. Deindè etiam attendemus, vt in præclariſſimo hoc venerandi Sacramenti munere ſuum nobis donet ſpiritum gloria & largiſſimis donis ac virtutibus & ineffabili prorſusque ſtupenda charitate affluentem, quo nos in vnitate ſpiritûs noſtri & ſupremis viribus cibamur, exornamur, ac illuſtramur, per inhabitantem ſcilicet in nobis CHRISTVM cum vniuerſa opulentia ac diuitijs ſuis. Tertiò ſtudioſè contemplabimur, vt in hoc eodem præſtantiſſimo Altaris Sacramento DOMINUS IESVS excellentiſſimam ſuam in diuinis perſonam incomprehenſibili claritate fulgentem nobis largiatur, cum qua nimirùm nos vniti tranſferimur ad PATREM, & PATER filios ſuos adoptiuos cum vnico ac naturali FILIO ſuo ſuſcipit, & ita nos ad noſtram pertingimus hæreditatem, id eſt, ſempiternæ diuinitatis in æterna beatitudine percipiendam fruitionem. Deindè vbi dignè iſta commemorauerimus, ac intima diligentiq; conſideratione perpenderimus, iuxta omnem modum quo Chriſtus ad nos venire dignatur, nos quoque illi pergemus obuiàm. Corde igitur & affectu ac deſiderio, & cum AMORE ſenſibili, vniuerſisque viribus & ſitienti appetentia ad ipſum ſuſcipiendum nos erigemus. Hoc modo Chriſtus ſeipſum in cœna nouiſſima ſuſcepit. Porrò appetitus iſte non poteſt eſſe nimius. quandoquidem natura noſtra hîc ſuam naturam ſuſcipit, putà Chriſti humanitatẽ glorioſam, gaudijs affluentem & dignitate præcipuã. Quamobrem velim ipſe in huius perceptione Sacramẽti præ deſiderio, gaudio, caſtaque voluptate vel delicijs, totum colliqueſcere ac diffluere hominem. Eum enim hîc recipit, illique copulatur ac vnitur, qui eſt ſpecioſus forma præ filijs hominum, longè omnium gratiſſimus ac amabiliſſimus. In huiuſmodi ardenti ſuî ad hoc percipiendum ſacramentum applicatione & appetentia, maxima ſæpenumerò quibuſdam bona euenerũt, multaq; per ineffabilem Dei benignitatẽ ſecreta ac mira ſunt reuelata. Vbi verò ſub hac eadem tanti perceptione Sacramenti, precioſi corporis illius, quod iamiam ſuſcepturus eſt aut ſuſcipit, cruciatus, paſſionem & TORMENTA quiſpiam DEVM amans ſecùm cõmemorat, tam amanti interdum animi deuotione & ſenſibili compaſſione afficitur, vt cum CHRISTO optet clauis ad crucem affigi, & cordis ſui ſanguinem ad CHRISTI honorem profundere: totumque ſe in vulnera & patulum Saluatoris ſui cor imprimit ac immergit: ſub quo quidem exercitio multa itidèm quibuſdam ſæpè diuinitùs reuelata, & plurimùm boni præſtitum eſt. Et poſſit ſanè AMOR hic ſenſibilis & compaſſio ac intenta & intima vulnerum CHRISTI conſideratio ac imaginatio, vſq; eò increſcere, vt nedum in corde, ſed etiam in membris ſuis omnibus CHRISTI vulnera & plagas quiſpiam ſibi ſentire videatur, adeoque ſi cuiquam quouis modo vulnerum CHRISTI ſtigmata reuerà imprimenda forent, nemo ad id iſto eſſet accom-

Quib⁹ Chri corp⁹ſumẽtes donent.

qui ſeipſum Chſs in cœna ſuſcepit.

Pſal. 44.

Deuotio ſiue cõpũctio quæ quibus ex Chri cõpaſſione ꝓueniat.

Vulnerum Chri ſtigmata quõ obtineri queãt.

commodatior. His nimirùm CHRISTO quantùm ad humanitatis eius partem infimam pertinet, facimus ſatis. Prætereà etiam ſpiritûs noſtri vnitatem incolemus, & latiſſima cum charitate ac dilucida diſcretione per cælum terramque emanabimus: quibus rebus Chriſto efficimur ſimiles ſecundum ſpiritum, eique etiam hac in parte ſatisfacimus. Poſtremò diuinitatis CHRISTI freti gratia, ſimplici cum intentione & AMORE fruitionis auido noſipſos & CHRISTI creatam ſubſtantiam tranſcendentes, in noſtra acquieſcemus hæreditate, quę eſt ſempiterna diuinitas: quam nobis DOMINUS IESVS ſemper ſpiritaliter impertiri paratus eſt, quotiès eo, quem diximus, modo nos exercitabimus, nosque ad id intùs accommodabimus ac præparabimus. Eſtque planè voluntatis eius, vt ſacramentaliter & ſpiritaliter ipſum percipiamus, quando id decet & congruit, & recta dictat ratio. Et licèt non ſemper eo, de quo antè dictum eſt, deſiderio quis ferueat, neque ita affectus ſit & ſentiat, modò tamen DEI laudem ſpectet & honorem, & profectum ac ſalutem ANIMÆ ſuæ, ſecurus ac liberè poterit ad DOMINI menſam accedere, ſi tãtùm nullius ſibi mortalis peccati conſcius ſit.

Menſa Dñi cui intrepidè accedendã.

¶De diuinæ naturæ vnitate, & perſonarum Trinitate. CAPVT LI.

SVBLIMIS quidem & ſupereſſentialis diuinæ naturæ vnitas, in qua PATER & FILIUS in Sanctiſpiritûs vnitate ſupra omnem virium noſtrarum captum ſuam poſſident in nuda ſpiritûs noſtri eſſentia, vbi eſt altiſſimum ſilentium, creaturas omnes in lumine creato longè lateq; excellit. Et hæc excelſa vnitas & viuida & fœcunda eſt. Ex ipſa enim progignitur ſine intermiſſione verbum æternum à PATRE, per eandemq; generationem PATER cognoſcit FILIUM & omnia in FILIO: itemque FILIUS cognoſcit PATREM, & omnia in PATRE, cùm ſint eiuſdem ac ſimplicis naturæ. Ex hoc autem PATRIS & FILIJ in æterna claritate mutuo intuitu & contemplatione, æterna quædam emanat ſeu procedit complacentia ac AMOR infinitus, qui eſt Spiritusſanctus. Porrò per Spiritumſanctum & æternam ſapientiam ſuam ad ſingulas quaſq; creaturas, diſcriminatim tamen ſeſe DEVS inclinat, donisque eas afficit & amore accendit pro merito ſeu dignitate ſingularum, atq; etiam pro ſtatu ſiue gradu in quo conſtitutæ ſunt, & tũ ob virtutes ſuas tum per ęternam illius prouidentiam ex omni ęternitate electæ: ab eodemq; Spiritu quotquot in terris & cælis ſunt boni ſpiritus, ad virtutes & iuſtitiam incitantur ac permouentur.

Spũſanctus ex pre & filio qui prõmanet.

¶Exemplum, vt ANIMAM DEVS poſſideat ac moueat tum naturaliter, tum ſupra naturam. CAPVT LII.

QVOD vt fiat euidens & perſpicuum, quodam id exemplo declarandum eſt. Deus quidem Optimus Maximus ſupremum ita condidit cælum, putà EMPYREUM, vt ſit pura quædam & ſimplex claritudo, cælos omnes & quicquid eſt in creatis rebus corporeum ac materiale ſuo, ambitu circumplectens. Siquidem externa eſt habitatio & regnum DEI ac ſanctorum eius, gloria perenniq; gaudio affluentiſſimũ. Quod cùm ſit æterna, ſimplex ac impermixta claritas, nullũ neq; tẽpus, neq; locũ, neq; motũ, neq; vllã vnquàm mutabilitatem admittit: quandoquidem fixum ac firmum, & vltra materialia cuncta incommutabile perſeuerat. Huic proximè ſuccedit illud cælum, quod primum mobile dicitur, vbi motus omnis initium accipit ex ſupremo cælo DEI virtute deriuatum: quo deindè motu firmamentum & planetæ omnes circumaguntur, & corporeæ creaturæ omnes ſuo quæque modo vegetantur. Eodem ſcilicet modo ANIMÆ eſſentia ſpiritale DEI regnum eſt, diuina plenum claritudine, excelſius ac eminentius cunctis viribus noſtris, niſi fortè quod modò prætereo, ſimplici quadam ratione transformentur. Sub hac autem ANIMÆ eſſentia, in qua DEVM regnare diximus, Spiritûs noſtri vnitas ceu primum mobile ſita eſt. In hac enim vnitate Spiritus noſter ſupernè vel deſupèr mouetur virtute DEI tam naturaliter quàm ſupra naturam. Nihil nanque ex nobiſipſis vel in natura, vel ſupra naturam habemus. Porrò motus iſte vel motio DEI, quando ſupernaturalis eſt, pri-

Cęlũ empyreũ qui conditũ & q̃le.

Quale Dei regnũ, aía.

Quę motio virtutũ omi

um causa.

ma ac præcipua est causa virtutum omnium: & in ipso quibusdam diuinitùs illuminatis septem dona Sanctispiritûs, velut planetę septem conferunt, qbus omnis eorũ vita fœcũda ac fertilis redditur & illustratur. Hac videlicet ratione DEVS omnipotens essentialem spiritûs nostri vnitatem ceu regnum suum occupat: & hunc in modum cũ donis suis in potentialem vnitatem cunctasq; vires nostras prománat, illabitur, agit ac operatur.

¶ Quemadmodùm exornatum eum esse oporteat, qui ad intimam spiritûs exercitationem pertingere velit, & de tertio Christi spirituali aduentu. Caput LIII.

Exercitatio quę qui obtinenda.

IAM porrò videamus ac seriò aduertamus, quemadmodùm intimam spiritûs nostri in creato lumine exercitationem persequi ac obtinere queamus. Vbi quispiam virtutibus moralibus in vita externa benè instructus & ornatus est, & per intimas exercitationes nobiliter ac excellenter sursùm conscendit, atque in diuina quadam pace, spiritûs sui possidet vnitatem, supernaturali illustrati sapientia, ac profusa charitate per cælum terramque dimanantis vel emanantis, rursumque cum honoris ac Reuerentiæ exhibitione in idem vndè profluxit, fundum, hoc est, celsissimam DEI vnitatem, quæ est omnis effluentiæ fons & origo, refluit, refertque omnia: (quælibet enim creatura quo pluribus est affecta DEI muneribus, eo plùs habet amoris sursùm tendentis, cunctaq; refundentis ac referentis in DEVM, magisque sese intùs ad suam accommodat & adiungit originem. DEVS nanque & illius dona omnia, in ipsum vt tendamus exigunt ac reposcunt: nosque per charitatem & virtutes & illius quandã similitudinem, in ipsum tendere conamur ac appetimus) vbi igitur, inquam, quispiam ita se habet, iam per ipsam amantissimam CHRISTI demissionem vel inclinationem, & operationem intimã in spiritûs eius vnitatem, ipsiusq; hominis ardentem amorem, & cunctarum virium suarum in eandem vnitatem quæ est DEI habitatio, perfectã & omnimodã impressionem ac immersionem, tertius in interna exercitatione Christi oritur & existit Aduentus: qui sanè nihil est aliud, quàm internus quidam Christi attactus, in quo diuina claritate sua, intima spiritûs nostri penetralia contingit ac mouet. Et sicut alterum Christi aduẽtum, de quo superiùs actum est, fonti tribus dimananti riuulis similem diximus, ita hunc tertium venæ fontis comparare libet. Vt enim nullus riuus absq; fonte est, neque vllus fons sine viuida vena vel scatebra vndè emergit: ita Dei gratia in vires supremas suis quibusdam riuulis emanat, vrgetque, impellit & inflammat hominem ad virtutes omnes, ac nihilominùs in spiritûs vnitate vndè erumpit, instar fontis sese continens, in eadem haud secùs ebullit ac scatet, quàm viuida quædam scatebra ex vitali ebulliens ac profiliens diuinæ opulentiæ fundo, fidelitate, pietate, ac clementia nunquàm defecturo. Et hic ille contactus est, de quo iam dicere instituimus. Hunc autem attactum creatura patitur: quandoquidem vires supremæ vltra omnem virtutum multiplicitatem in spiritûs vnitatem copulantur ac adunantur: neque hîc quisquam agit aut operatur præter solum Deum, ex liberrima isthîc operantem bonitate sua, quæ causa est virtutum omnium ac totius salutis nostræ. In hac Spiritûs vnitate, vbi venæ huius scatebra ebullit, omni actione ac ratione animus superior est: non tamen est absque ratione. Etenim ratio illuminata, maximè vis amatiua, tactum hunc sentit ac percipit: sed ratio modum illius capere non potest, putà quomodò vel qualiter fiat: Est nanque opus diuinum, & omnis gratiæ donorumque omnium illapsus, fons & origo, extremumque medium inter DEVM & creaturã. Supra hũc verò tactũ in silenti ac tranquilla Spiritûs essentia incomprehensibilis quędam versatur clàritas, quę est altissima Trinitas, vndè hic attactus proficiscitur, vbi & Deus omnipotens viuit & regnat in spiritu, & spiritus in Deo.

Cuinã Deus magis amandus.

Aduẽt° chri terti°, quid.

Virtutum oim nræq; salutis causa quæ.

¶ De intimo spiritûs exitu, qui in hoc diuino fit contactu. Caput LIIII

HIC

HIC iam Christus sub hoc attactu intùs spiritum alloquit in hæc verba: Exi per exercitia pro huius ratione contactûs. Siquidem profundus hic attactus spiritum nostrum in intimam, quam possit creatura, quatenùs creatura est, in creato præstare lumine, exercitationem trahit ac inuitat. Subrigit autem hîc sese spirit° vi amatiua vltra actionem omnem in ipsam vnitatem, vbi tactûs hui° viuida emergit ac erumpit scaturigo. Porrò tact° iste exigit ab intellectu, vt Deum in ipsius claritudine cognoscat: & à vi amatiua siue à voluntate, vt Deo citra medium perfruatur. Idemq; spirit° amans & naturaliter & supra naturam præ omnib° maximè appetit. Itaq; p rationem illuminatam interna sese consideratione subleuans, in intima sua penetralia, vbi hic viget attactus, introspicit ac contemplatur. Cæterùm omnis hîc ratio, & lumen omne creatum deficit, nec potest vltrà progredi. Etenim supereminens illa claritudo, ex qua contactus iste trahit originem, suo occursu visum omnem creatum, cùm sit immensa ac infinita, prorsus excæcat: & creatus omnis intellectus creato duntaxat fretus lumine, perindè hîc se gerit, vt oculi vespertilionis ad solis radios ac splendorem. At nihilo seciùs spiritus ipse tum à Deo tum à seipso denuò semper & excitatur & exigitur intimum hũc attactum perscrutari ac inquirere, atque etiam inuestigare & habere exploratũ, quid Deus, quidque tactus iste sit. Ita semper ratio illuminata denuò perquirit, vndè hic tactus proficiscatur, itemq; noua semper peruestigatione venam hanc & scaturiginem mellifluam in ipsa eius origine inquirit. Verùm in huius cognitiõe nihil omninò proficit. Ait itaque & ipsa & omnis consideratio cum ratione coniuncta: Nescio quid sit: idq; ob claritudinem supereminẽtem, quæ intellectum omnem suo occursu repercutit, perstringit & occæcat. Eumque in modum diuina sese habet claritas supra spiritus omnes tam in cælo quàm terra degentes. Qui verò p virtutum studia & internas exercitationes fundum suum ipsam vsque originem suam, quod est ostium vitæ æternæ, penetrârunt ac perfoderunt, ij tactum hunc sentire ac percipere valent: vbi sanè tam immensa effulget Dei claritudo, vt ratio & intellectus omnis ab vlteriori progressione planè deficiat, & incomprehensibili Dei claritati, velit nolit, cedere compellatur. Quod licèt ita se habeat, ratioq; & intellectus foris ad ostium gradum figere cogatur, vis tamen amatiua, quæ æquè vt intellectus inuitata & exacta est, introrsùm nititur ingredi, & quantùs cæcutiat, tamen frui appetit. Fruitio verò potiùs in gustando ac sentiendo, quàm intelligendo consistit. Ita nimirùm amor prorsus penetrare ac ingredi contendit, vbi intellectus foris manere compellitur.

Quibus verbis spm int° affetur Christus.

Claritudo q quẽ visum excæcet.

Ostiũ vitæ æternæ qd.

Amore aliquò intromitti, intellectu excluso.

¶ De perpetua quadam spiritûs nostri esurie erga Deum. Caput LV.

EXistit autem & oritur hîc ppetua quædam esuries, quæ nec expleri vnquàm potest: & hæc est interna quædam & auida ac inhians vis amãtis vel amatiuæ, & spiritûs creati ad bonum increatum adspiratio. Cùm enim spiritus fruitionis vehementi desiderio teneatur, ad eamq; sit inuitatus & exactus à Deo, omninò ad eam pertingere molitur. Itaq; oritur hîc perennis quædam auiditas & fames, obtinendiq; desiderium, nec vnquàm tamen perfectè potest voto potiri suo. Tales reuerà omnium quos prę̃sens habet vita, pauperrimi maximeq; inopes sunt. Siquidem gulosi ac famelici ac auidi sunt, eaque laborãt fame, quam medici bolismum vocant: quo fit vt quicquid interìm edant vel bibant, nunquàm tamen exatientur. Etenim, vt diximus, fames ista perpetua est, quando non potest vas creatum bonum increatum comprehendere ac continere. Manet igitur hîc perenne quoddam, idemque auidum valdè famelicumque desiderium: sed Deus vsqueadeò illud excellit ac superat, vt non possit ad plenum id quod optat, assequi. Grãdia quidem hîc fercula dapesque propositæ sunt, esculenta ac poculenta plurima, nulli satìs præterquàm experienti cognita: sed deficit tamen ferculum quoddam, quod est plena fruitionis satietas. Quamobrem fames perpetuò recrudescit: tametsi sub eo, quem hîc sentiri diximus, attactu, mellifluidimanãt riuuli cunctis affluentes delicijs, internum hominis palatum omnigena, quàm quidem excogitare vel imaginari possit gustus, suauitate afficientibus. Cæterùm quando hæc omnia creato modo fiunt, & sunt vtique infra Deum, perpetuã famem & impatiens desiderium excitãt. Nam tãetsi istiusmodi homini Deus dona omnia sanctorum omnium & quic-

Fames spiritûs insatiabilis, quid.

Bolismus.

quid præstare posset, se vno excepto, largiretur, at tamen spiritûs eius auidissima fames & cupiditas minimè expleret. Hãc famem & cupiditatẽ spiritûs, internus Dei cõtactus in nobis efficit, Dei spiritu nostrum incitãte ac perurgente: quãtoq; tactus est vehementior, tãto & fames ac auiditas maior est. Hæc planè amoris vita est, iuxta pręcipuã ac excellentissimã illius operationem, ipsam quoque rationem ac intellectum trãscendentem. Nihil enim hîc ratio amori vel adimere vel conferre potest, eo quòd noster amor diuino tactus amore est. Et quãtùm equidem capio, quisquis huc pertigit, non facilè deinceps vnquàm à DEO poterit separari. Tactus autem iste Dei, quatenùs sentiri potest, & amãs cupiditas ac desiderium nostrum, vtraque inter creata referenda sunt, quo fit, vt donec ista perdurabit vita, increscere semper & augeri possint.

Amoris vita quæ.

Quis haud facilè à Deo separandus.

¶ De amorosa quadam diuini nostriq; spiritûs concertatione. Caput LVI.

IN hoc amoris impetu duo inter sese certant spiritus, videlicet Dei ac noster. Deus quidem per spiritum sanctum sese in nos demittit, atque indè nos amore contingimur. Atqui spiritus noster tum Dei operatione, tum vi amãti vel amatiua in Deum sese immergit & inclinat, vndè Deus vicissim attingitur. Ex his porrò duobus contactibus amoris exurgit concertatio: & vterque sanè spiritus in profundissimo occursu & intima ac acutissima visitatione amoris vulnus accipit. Hîc iam duo isti spiritus alter in alterum suos vicissim mittunt radios atque fulgores, suosq; mutuò sibi vultus exhibent: vndè fit, vt amore vicissim alter in alterum magna auiditate contendat & adspiret. Exigit igitur quilibet alterum totum quod est, & quilibet alteri exhibet totum quod est, ad illudque eum inuitat: hinc fit amantium liquefactio. DEI quidem contactus atque largitio, nostrumque amans desiderium ac retributio siue relargitio, amorem firmum atque stabilem conseruant. Et hic fluxus atque refluxus, charitatis fontem redundare facit: sicque attactus DEI, nostrique amoris auida fames & cupiditas, in simplicem amorem transeunt. Quod dum fit, spiritus vsqueadeò ab amore occupatur ac possidetur, vt & DEI & suijpsius non possit non obliuisci, neque quicquam præter amorem nouerit. Hic spiritus amoris igni conflagrat, támq; profundè in DEI contactum immergitur, vt omne illius desiderium ac auiditas superetur, omnis eius actio conquiescat ac deficiat, totumque se agendo exhauriens ipsemet suo modo amor vltra omnem applicationem efficiatur, & creatæ essentiæ suę intima penetralia, vbi actiones omnes creatæ initium accipiunt ac desinunt, supra virtutum omnium multiplicitatem obtineat possideatq;. Ita nimirùm amor se habet in seipso, idemq; virtutum omnium radix est & fundamentum.

Spũum duo rũ cõcertatio iucunda.

Charitatis fons qui redundet.

¶ De frugiferis ijsdemque æternis spiritûs actionibus, siue de summo spiritalis exitûs gradu. Caput LVII.

ATquì cùm spiritus noster & amor iste viuidus sit & virtutibus fœcundus, vires supremæ in spiritûs vnitate sese continere non valent. Etenim incompræhensibilis Dei claritudo, eiusq; amor immensus spiritui supereminens, vim tangit amãtem. Quapropter spiritus rursus ad agendum accinctus, sublimiori atque interiori, quàm vnquàm antè, desiderio & auiditate corripitur. Quanto autem magìs internus & excellentior est, tanto celeriùs amando sese consumit & exhaurit, ac quasi in nihilum redigit, moxq; rursus ad denuò agendum accingitur: quæ est reuerà vita cælestis & æterna. Semper quidem auidus ac famelicus spiritus Deum exedere ac absorbere appetit: sed ipse potiùs sub hoc Dei attactu absorbetur, ab omniq; actione sua deficiẽs, ipse quodammodò supra operationem omnem amor efficitur. Enimuerò in spiritûs vnitate vires supremæ adunantur ac vniuntur. Hîc videlicet gratia & charitas supra actionem essentialiter existit: quandoquidem hic charitatis virtutumque cæterarum fons est & origo: Et sicut hinc iugis quędam fit emanatio siue exitus per charitatem & virtutes cæteras, ita rursus perpetua est cum intima quadam Deum gustandi cupiditate ac fame introuersio, atq; etiam perennis inibì in simplici amore permansio. Et hæc omnia, creato quodam modo infra Deum aguntur: estque hoc

Quõ spũs Deũ exedere appetens, absorbeat.

hoc omnium, quę in creato possint lumine vel in cælis vel in terris actitari, exercitiorum longè intimum: supra quod nihil restat aliud, nisi vita contemplatiua, quæ in diuino lumine & diuino quodam modo agitur. Neque potest quisquam hoc in exercitio aberrare aut decipi. Inchoatur autem hîc in gratia, & deinceps in æuum durabit sempiternum in gloria. Ita iam altera ac tertia quatuor principalium partes nobis absolutæ sunt, vbi DOMINUS ait: Spõsus venit, exite. Mat. 25.

Exercitiorũ omniũ intimum quod.

¶ De quarto articulo principali, putà de obuiatione sponsi. Caput LVIII.

HVC vsque in superioribus explicatum est, principio quidem, vt homo subleuati ac liberi animi, per Dei gratiam in exercitationibus internis videre incipiat: qui est articulus primus, quem Christus exigit ac petit à nobis, dum ait, Eccè. In altero deinde tertioque articulo, vbi ait, Sponsus venit, Exite, triplicem Christi aduentum internum commemorauimus ac pertractauimus, itemq; primi aduentûs modum quadruplicem absoluimus: simul etiam id indicare conati sumus, vt per exercitia exire debeamus iuxta omnem modum, quo nos DOMINUS suo in aduentu intùs accendit, instituit, ac mouet. Mat. 25. Superest iam, ad quartum eundemq; postremum pertractandum articulum vt accedamus, vbi Christus dicit, Obuiàm ei. Omnis enim interna spiritalis visio nostra, siue ea gratiæ sit, siue gloriæ, omnis item exitus noster cum virtute coniunctus, in quocunque ille fiat exercitio, omninò ea de re agitur, vt obuiàm veniamus Christo sponso nostro, eiq; vniamur: quippe qui æterna requies, & finis ac merces est totius laboris nostri. Constat nimirùm, obuiationem duarum esse occursum personarum, ex diuersis ac disiunctis oppositisq; locis venientium. Venit igitur Christus è supernis, ceu DOMINUS potentissimus, ac dator munificentissimus, cui nihil sit impossibile. Nos contrà ab imo venimus, vt serui illi inopes ac miseri, q ex nobisipsis non possimus quicquam, sed omnium indigi simus. Christus ad nos ab intimis extrorsum venit, nos ad illum ab externis intrò venimus: sicq; mutuus quidam hîc spiritalis occursus agitur, idq; duplici ratione, putà cum medio & absq; medio.

Supradictorũ recapitulatio succincta.

Oĩa quæ agimus, cur agẽda.

Obuiatio quid.

Chrs vñ ad nos, nosque vñ ad Christum.

¶ De essentiali occursu siue obuiatione Dei, quatenùs in nuda natura agitur. Caput LIX.

VELIM hoc loco intentus sit lector, & quæ dicturi sumus, pbè capiat. Spiritûs quidem nostri vnitas in DEO, duplici ratione sese habet, putà essentialiter & actiuè. Secundum essentialem existentiam idem spiritus aduentum Christi in nuda natura absque medio & sine intermissione suscipit. Ea em vita & essentia, quæ secundum æternam ideam in Deo nos sumus, itemque quam in nobis habemus, medij ac discriminis expers est. Quamobrem spiritus noster secundum intimam ac supremam suĩ portionem, in nuda natura æterni exemplaris sui impressionem diuinamq; claritudinem sine cessatione suscipit, estq; sempiterna Dei habitatio, quam Deus perpetua inhabitatione occupat, & nouo semper aduentu, nouaque recentis splendoris ac claritatis æternæ generationis suæ irradiatione visitare dignatur. Quò enim hac ratione DEVS aduenit, ibidèm iam est: & vbi est, eò aduenit. Vbi verò nunquàm fuit, eò nec venit vnquàm: quippe cùm nullum in eo accidens, nulla insit mutabilitas. In quibuscunq; autem inest, ea etiam in ipso sunt: neq; enim extra seipsum egreditur. Spiritus igitur Deum in nuda natura essentialiter possidet, & spiritum Deus. Viuit nanque in DEO, & Deus in ipso: & secundum supremam suĩ partem, Dei claritatem & quicquid Deus hoc pacto præstare potest, suscipere absque medio idoneus ac habilis est: quin etiam per æterni exemplaris sui claritudinem essentialiter ac personaliter in ipso lucentis, secundum supremam viuacitatis suæ portionem, in diuinã sese demittit ac demergit essentiam, ibidemq; perseueranter secundum ideam manendo, æternam suam possidet beatitudinem: rursumq; cum creaturis omnibus per æternam verbi generationem indè emanans, in esse suo creato liberrima sacrosanctæ Trinitatis voluntate constituitur. Et hic eiusdem adorandæ Trinitatis ac vnitatis, ad quam conditus est, quandam similitudinem habet. Porrò secundum creatam essentiam suam, æterni exemplaris sui impressionem cõtinenter ac sine intermissione suscipit, ac patitur, perindè vt speculum immaculatum ppetuò quidem

Duplicẽ esse vnitatis spũs nostri habitudinem.

Quibuscũq; Deo insit, ea ipsa & Deo inesse.

dem præsentis obiecti simulacrum retinet, ac sine cessatione nouo semper adspectu agnitionem noua claritudine renouat. Ist hæc essentialis spiritûs nostri vnitas cum Deo, non seipsa nititur, neque in seipsa siue sua virtute subsistit, sed in DEO manet, & ex Deo dependet, in Deumque ceu æternam causam suam reflectitur: & hactenùs quidem nec recessit vnquàm à Deo, nec in omne æuum recedet. Etenim naturaliter nobis inest. Et si à Deo hoc pacto disiungeretur atque discederet, creatura mox rediret in nihilum. Est etiam loco ac tempore superior, & instar Dei perpetuò sine intermissione operatur: at tamen æterni exemplaris sui impressionem, quatenùs ea Dei quædam similitudo est, & in seipsa creatura patiendo recipit. Ista nimirùm præstantia ac nobilitate ex natura in essentiali spiritûs nostri vnitate, vbi is naturaliter cum Deo vnitus est, præditi sumus: quod tã neq; sanctos, neque beatos nos efficit, cùm ex æquo tam malis quàm bonis omnibus commune sit: quanquàm omnis sanctitatis & beatitudinis causa prima dici potest. Et hæc est diuini humaniq; spiritûs obuiatio ac vnio naturalis.

Spûs noster qui qua in re actiuè se habeat.

¶ De occursu supernaturali Dei & spiritûs nostri. Caput LX.

PRoindè attentus, obsecro, sit lector ad ea, quæ iam dicturi sumus, quæ q̃squis cum antè dictis benè perceperit, cognitaq; habuerit, quicquid diuinæ veritatis vlla possit docere creatura, immò etiam longè sublimiora faciliùs intelligere valebit. In ea ipsa, de qua iam partìm egimus, vnitate spiritus noster alio quodam modo, id est, actiuè sese habet, & in seipso, putà creata ac personali essentia sua subsistit. Et hic virium supremarũ fundus est ac origo, vbi omnis creatæ actionis, quæ quidem creaturæ modo tam in natura quàm supra naturam exerceatur, & initium & finis est. Neque verò vnitas hæc, quatenùs vnitas est, agit aut operatur: sed vires omnes animo vtcunque operentur, facultatem virtutemq; ex ipso fundo seu origine, quæ est personalis spiritûs essentia, accipiunt. In hac vnitate spiritus hominis aut DEO similis sit necesse est per gratiam & virtutes, aut dissimilis per mortifera peccata. Quòd enim homo ad Dei similitudinẽ conditus esse dicitur, de gratia intelligendum est, quæ lux quædam deiformis est, suis nos radijs perlustrans, Deoq; similes efficiens, sine qua cum Deo coniungi ac vniri supernaturaliter neutiq̃ valemus. Et licèt Dei imaginem, naturalemq; quæ nobis cum illo est, vnitatẽ amittere non queamus, at tamẽ si similitudinem, quæ illius gratia est, perdiderimus, æterna damnatione plectemur. Atq; ea re vbi aliqua ex parte ad suam percipiendam gratiã Deus benignissimus accommodatos ac habiles nos conspicit, ex liberrima bonitate sua viuificare nos, sibiq; assimiles & conformes efficere paratus est. Tales autem nos sumus, id est, ad capessendam eius gratiam idonei, quotiès integra voluntate ad ipsum nos conuertimus. Eodem enim ipso momento Christus ad nos venit per media ac sine medijs, id est, per gratiq̃ suæ dona, & supra dona omnia: nosq; itidèm ad ipsum & in ipsum per media & sine medijs, hoc est, cum virtutibus & supra virtutes omnes venimus. Atqui suam ipse imaginem & similitudinem, id est, seipsum & dona sua nobis imprimens, à peccatis nos eximit atque absoluit, efficitque liberos & similes sui. Eo ipso autem quo nos à peccatis liberat, & in charitate similes suî ac immunes reddit, spiritus in amoris fruitionem sese demergit: atque ita hîc iam quidam fit occursus atque vnitio medij expers ac supernaturalis, in qua nostra consistit salus ac beatitudo. Quanuis enim DEO naturale sit, ex amore ac liberrima bonitate largiri, nobis tamẽ pro nostro modulo accidens est, ac supernaturale, vtpotè qui antè alieni atque dissimiles fuimus, sed postmodùm similitudinem & cum Deo vnionem adepti sumus.

Hõ ad Dei similitudinẽ qui cõditus.

¶ Vt Deus in vnitate supra omnem gratiæ similitudinem possideatur. Caput LXI.

HIc verò occursus, istaq; vnitas, quam amans spiritus in Deo citra medium consequitur ac possidet, in ipso essentiæ captu longè supra omnem nostram intelligentiam fiat necessum est, nisi fortè intellectus in essentiæ simplicitatem transierit. In hac perfruente vnitate tum supra nosipsos, tum supra res omnes iugiter requiescemus. Et licèt ex ipsa dona cuncta tam naturalia quàm supernaturalia promanent, at tamen amans

amans spiritus in ipsa supra dona omnia quiescit. Neque enim aliud quicquam hîc est, nisi Deus & spiritus absque medio vnitus cum Deo. In hac itèm vnitate & nos à sancto suscipimur spiritu, & nos spiritum sanctum recipimus: neque eum solum, sed & PATREM & FILIUM, totamq; naturam diuinam. Non enim potest diuidi aut secari diuinitas. Ipsa verò fruitionis auida spiritûs propensio, supra omnem similitudinem in ipso DEO quiescere appetens, in essentiali sua existentia quicquid vnquàm in ea spiritus naturaliter adeptus est atque percepit, supra naturam obtinet ac possidet. Hoc nimirùm bonis omnibus commune est. Quod tamen qua ratione fiat, per omnem vitam incompertum atq; incognitum eis manet, nisi interni sint, & ab omnibus creaturis liberi ac expediti, & spiritali intelligentia illustrati. Eodem sanè momento, quo se quispiã totum auertit à peccato, in essentiali sua essentia, in apice spiritûs sui suscipitur à Deo, vt in Deo deinceps in omne æuum requiescat: percipitq; gratiam & Dei quandam similitudinem in supremarum virium suarum fundo ac origine, quo nouis in virtutibus crescat semper & profectum faciat. Et quandiu similitudo salua manet per charitatem ac virtutes, tandiu vnitas quiete gaudet, quæ nec amitti vnquàm potest, nisi mortiferi perpetratione peccati.

¶ De effectu gratiæ, & vt ea necessaria nobis sit. Caput LXII.

OMnis igitur sanctitas, totaq; salus nostra in eo sita est, vt per similitudinem ac medium siue gratiæ siue gloriæ, in essentialis vnitatis suæ quietem spiritus introducatur. Dei nanque gratia via est, quam omninò pertrãsire necesse est, si in nudam velimus pertingere essentiam, vbi Deus seipsum sine medio cum omi sua opulentia elargitur. Quamobrem peccatores & damnati omnes in tenebris versantur, quòd diuinę gratiæ expertes sint, quæ ipsos illustraret, & ad perfruentem siue fruitiuam deduceret ac dirigeret vnitatem. Interìm tamen essentialis spiritûs existentia vsqueadeò præstans & nobilis est, vt secundum eam ne ipsi quidem damnati in nihilum redigi velle possint. Cæterùm peccata tam densa media ac tenebras, tantamq; dissimilitudinem inter vires & essentiam quam Deus inhabitat, efficiunt ac interponunt, vt spûs propriæ suæ nõ possit vniri essentiæ, quam vtique propriam esset habiturus, in eaque ęterna perfruiturus requie, nisi peccatum obstaret. Nam qui sine peccato viuit, in DEI quadam similitudine & gratia viuit, DEVSque illi proprius est. Ex quo perspicuum fit, gratiam esse necessariam homini, quæ peccatum depellat, viam præparet ac muniat, & omnem vitam eius fœcundam atque frugiferam reddat. Semper igitur hic CHRISTVS venit in nos per media, hoc est, per gratiam & multifaria dona sua: nosque itidèm ad ipsum per media accedimus, putà virtutes ac multimoda exercitia: quantoque interioribus ille nos donis afficit, ac subtiliùs & penitiùs mouet, tanto & spiritus noster magìs interna delectabilioraque assumit exercitia: id quod satìs patuit in omnibus antè commemoratis gradibus siue modis. Fitque hîc perpetua quædam ac iugis renouatio. Semper enim DEVS noua præstat dona, & spiritus noster iugiter rursus intrò sese recipit pro ratione donorum & exactionis DEI. Atque in hac obuiatione vel occursu semper sublimiùs renouatur: sicque continuè ad altiorem vitæ conscendit gradum. Omnis verò hic actualis occursus per media agitur, quæ sunt dona DEI, virtutes nostræ, & spiritûs nostri operatio. Et reuerà media istiusmodi cunctis tum hominibus, tum spiritibus necessaria sunt: quando absque diuinæ gratiæ & amorosæ ac liberæ ad DEVM conuersionis medis, nulla vnquàm seruata, aut beatitudinem adepta est creatura.

Salus nostra vbi sita.

Secundũ qd ne dãnati qdẽ in nihilũ redigi velle possint.

Quas tenebras pctũm inducat.

Quibus ad nos medijs veniat Christus.

Media q̃ q̃ necessaria.

¶ De continua visitatione & aduentu Christi in spiritum nostrum. Caput LXIII.

CAeterùm DEVS tum habitationem, tum quietem, quas in nobis ac apud nos effecit, id est, spiritûs vnitatem & quæ per gratiam fit, similitudinẽ considerans, vnitatem quidem absque intermissione visitare statuit, idque nouo semper sublimis generationis suæ aduentu, ac largissimo immensæ charitatis suæ profluuio. (si quidem in delicijs vult apud amantes spiritus commorari.) Similitudinem verò quam per gratiam

Quõ nos Deus assiduè visitet.

tiam & virtutes ſpiritus obtinet, largis itidèm ac eximijs vult viſitare donis, quo per virtutes ad maiorem ſimilitudinem claritatemque proficiamus. Eſt igitur voluntatis CHRISTI, vt in eſſentiali ſpiritûs noſtri vnitate habitemus, ſecumque ſupra actus omnes creatos, cunctasque virtutes diuites ac opulenti permaneamus: ac nihilo minùs voluntatis eius eſt, vt eádem in vnitate virtutibus ac donis cæleſtibus locupletes & pleni actiuè commoremur. Vult denique vt vnitatem hanc & ſimilitudinem abſque ceſſatione ſingulis quibuſque in actibus noſtris viſitemus. Enimuerò ſub quolibet recenti Nunc, ſeu quouis momento, DEVS in nobis naſcitur, ex eademque præceſſa generatione ſpirituſſanctus cum donis ſuis omnibus emanat. Itaque donis quidem DEI, ſimilitudine: ſublimi verò generationi, eſſentiæ vnitate occurremus.

Deo qui occurrendum.

¶De continuo profectu ſpiritûs noſtri, & de intentione ſimplici. Caput LXIIIII.

VIdeamus nunc, vt in ſingulis actibus DEO pergere obuiàm, & maiorem ſemper adipiſci ſimilitudinem, & vnitatem perfruentem excellentiùs occupare debeamus. Quodlibet ſanè opus bonum, quantumuis illud exiguum ſit, ſi cum amore & recta ac ſimplici intentiõe referatur in Deum, maiorem ſimilitudinem & æternam in Deo vitam emeretur. Simplex nanque intentio vires animæ diſperſas in vnitate ſpiritûs colligit & adunat, & ſpiritum ipſum Deo accommodat & adiungit. Ipſa Deo laudem, honorem, virtutes omnes offert & exhibet: ſeipſamq; & cælos omnes & creata omnia pertranſiens ac penetrans, Deum in ſimplici fundo ſuo reperit. Ipſa videlicet virtutum omnium finis, initium, decus ac ornamentum eſt. Simplicem autem intentionem eam dicimus, quę nihil ſpectat niſi Deum, & omnia in ordine ad Deum. Ipſa nimirùm fictionem, hypocriſim, duplicitatem omnem pellit ac profligat. Quamobrem danda cuilibet opera eſt, vt in cũctis actionibus ſuis ſupra omnia illam retineat, exerceat & colat: quippe quæ hominem diuino ſemper ſiſtit conſpectui, intelligentia perſpicacem, in virtutibus ſtrenuum, & ab omni aliena ac vana formidine tam hîc, quàm in die iudicij, liberum ac vacuum efficit. Ipſa planè ſimplex ille oculus eſt, cuius Dominus meminit, totum corpus, id eſt, omnes hominis actus, omnemq; eius vitam illuſtrans, & à peccato mundam puramq; conſeruans: eſt etiam ſpiritûs interna illuminata propenſio, atq; totius ſpiritalis vitæ fundamentum. Ipſa in ſe ſpem charitatemque complectitur, vtpotè quæ & confidit Deo, eiq; fidelem ſe præbet. Naturã verò peſſùm premit atq; proculcat, & pacem adducit, omneq; ſpiritûs murmur compeſcit ac depellit. Ipſa virtutes omnes incolumes conſeruat, pacem, ſpem, & confidentiam in Deum tam hîc quàm in illius iudicio præſtat. Ita ergo in ſpiritûs noſtri vnitate cum gratia ac ſimilitudine commorabimur, ſemperq; Deo per medias virtutes ſiue virtutum media pergentes obuiàm, totam illi vitam & omnes actus noſtros ſimplici intentione offeremus, in ſingulis quibuſq; actibus hocipſo horis ſingulis maiorem adepturi ſimilitudinem. Per ipſum autem ſimplicis intentionis fundum noſipſos tranſeuntes vel tranſcendentes Deo abſq; medio occurremus, cum eoq; in ſimplici quieſcemus fundo, poſſeſſuri illic hæreditatem ex omni nobis æternitate paratam. Ita nimirùm ſpirituum omnium vita & actio cum virtute coniuncta, in gratiæ ſimilitudine & ſimplici intentione conſiſtit, eorumque ſuprema quies in eſſentiæ ſimplicitate ſupra virtutes omnes agitur. At nihilo minùs ſpiritus alij alios virtutibus ac ſimilitudine excellunt, & ſinguli ſuam ipſorum in ſeipſis pro ſua dignitate eſſentiam poſſident: & DEVS ipſe ſingulis ſingulatim ſiue ſingulari quodam modo facit ſatis, & ſinguli quique in fundo ſpiritûs ſui pro menſura ac modo amoris ſui Deum tum hîc, tum in æterna vita quærunt.

Opis boni vtilitas quę.

Intentionis ſimplicis efficacia.

Simplex intentio quæ.

Mat. 6.

Intentionis ſimplicis laus.

¶De ordine tam actiuę quàm ſpiritualis vitæ ſecundum ſeptem dona ſpirituſſancti, & primò ſecundũ dona Timoris, Pietatis, & Scientiæ. Caput LXV.

SED iam virtutum omnium totius q; ſanctimoniæ gradus & ordinem conſideremus, vt videlicet Deo ea, quæ per gratiam & virtutes obtinetur, ſimilitudine occurrere debeamus, atque ita cum eodem in ſpiritûs quieſcere vnitate. Quando igitur quiſpiam in Dei viuit timore, & moralibus virtutibus ac externis exercitijs dat operam, eſtque tum

tum Dei, tum ſanctæ Eccleſię præceptis obediens, & ſimplici intentione ad quæuis bona paratus, iam quidem fidelitate & voluntatis ſuæ tam in agendo quàm omittendo cum diuina voluntate concordia ac conſpiratione Dei quãdam habet ſimilitudinem ſiue conformitatem: quieſcit verò in Deo ſupra hanc ipſam ſimilitudinem. Enimuerò per fidelitatem & ſimplicem intentionem Dei exequitur voluntatem, magis tamen ac minùs, pro ſuę ratione ſimilitudinis. Per charitatem verò in dilecto Deo ſupra ſimilitudinem requieſcit. Iam ſi in Dei timore diuinitùs percepto probè ſe exerceat, datur illi à Deo etiam ſpiritus pietatis ac liberalitatis: quo adepto, fit corde ac animo pius, manſuetus, liberalis: & hoc ipſo redditur viuacior, ad maioremq; proficit ſimilitudinem. Atque etiam magis quàm antè ſe in Deo quieſcentẽ, & in virtutibus latiorem profundioremq; experitur. Hęc verò tum ſimilitudo, tum quies tanto eum ſuauiùs afficit, quanto eſt ſimilior. Quòd ſi hîc quoq; magno ſtudio, ſimplici intentione, & aduerſus ea, quæ virtutibus contraria ſunt, virili decertatiõe probè ſe gerat, tertium obtinet ſcientiæ ac diſcretionis donum: quo inſtructus, fit rationabilis, nouitq; quid agendum, quid omittendum, vbi dandum & accipiẽdum ſit. Et per ſimplicem intentionem diuinũq; amorem ſupra ſeipſum in Deo in ipſa ſpiritûs vnitate quieſcit: poſſidetq; ſeipſum in ſimilitudine, & actus ſuos omnes delectabiliùs perficit. Eſt nãq; ſubditus & obediens Patri, eſt rationabilis ac diſcretus filio, & largus ac pius ſpirituiſancto: & ita ſacroſanctæ Trinitatis quandam gerit ſimilitudinem; quieſcitq; in Deo tum per amorem, tum intentionis ſimplicitatem. Et in his omnis actuoſa cõſiſtit vita. Quamobrem vnuſquiſque ſeriò admodùm ſeſe exercitabit, & ſimplici intentioni ſuæ cũ diſcretione obſequetur: cauebitq; ſibi ab omnibus virtuti cõtrarijs, & ad pedes Domini IESV ſemper humiliter ſeſe demittet, magnum hoc pacto ſingulis quibuſq; horis in ſimilitudine & virtutibus progreſſum habiturus. Neq; aberrare poterit, ſi ſic ſe geſſerit: ſemp tamẽ hac ratione in vita actiua poſitum ſe nouerit. Quiſquis enim potiùs illis vacat exercitijs, quæ cor & animum diſtẽdunt & occupant, & operum multiplicitati magis deditus eſt & intentus, quàm rationibus ipſis & cauſis actionũ vel operum, plusq; ſua exercitatione, Sacramentis, ſignis ac conſuetudinibus externis, quàm cauſæ & veritati per ea deſignatæ inhæret, is planè ſemper externus & actiuus pmanet: idem tamen in ſuis bonis actionibus cum ſimplici intentione coniunctis, vitam obtinebit æternam.

Voluntatẽ Dei quõ exequamur.

In Deo quõ quieſcamus.

Scientiæ donum quò faciat.

Intẽtiõi ſimplici quõ obſequendum.

¶De dono Fortitudinis. Caput LXVI.

CAeterùm ſi propiùs ad Deum accedere, & ſublimiora accipere exercitia, vitæque gradum altiorem capeſſere velit, ab operibus ipſis ad cauſas operum, & à ſignis ad veritatem intrò ſe recipiat & ingrediatur oportet. Atq; ita actuum ſuorum dominus ac magiſter, & veritatis cognitor effectus, ad internam ptingit vitã, accipitq; quartum à Deo donum, hoc eſt, fortitudinis ſpiritum, quo communitus, vincere poteſt aduerſa & proſpera, lucrum & iacturam, ſpem & curam rerum temporalium, omnigenaque media & omnem multiplicitatem: atq; hoc ipſo à creaturis omnibus totus fit liber & expeditus. Vbi verò à cunctis ſimulacris ac imaginibus abſolutus eſt, fit compos ac potens ſuijpſius, facileq; ac nullo negocio ad vnitatem pertingit ac internus efficitur, & citra vllũ impedimentum interna cum deuotione, ſublimi affectum laude, gratiarumactione & ſimplici intẽtione ad DEVM ſeſe conuertit: ſapiuntq; ipſi omnes actus, & tota vita ſua tam interna q̃ externa: quippe qui ante adorandæ Trinitatis thronum coràm aſſiſtens, ſæpiùs à Deo interna conſolatione ac ſuauitate afficitur. Quiſquis enim ad hanc menſam cum laude, gratiarumactione, & intima reuerentia miniſtrat, ſæpè quidẽ & vinum potat, & reliquias ſeu fragmenta & micas de Domini menſa decidentes guſtat ac edit. Præter hoc verò ob intentionis ſuæ ſimplicitem etiam pace interna ſemper gaudet. Et ſi quidem in laude, gratiarum actione & ſurſum erecta intentione fixus perſtiterit, ſpiritũ fortitudinis duplicem obtinebit: Quo percepto, minimè iam ſecundum corpoream appetentiam vel affectum cõſolationi, vel ſuauitati, vel vllis Dei donis, vel quieti, vel paci cordis ſui ſeſe immerget, vel in illis acquieſcet ac immorabitur, ſed per quęuis potiùs dona omnemq; conſolationem tranſibit ac penetrabit, quo poſſit ad dilectũ pertingere. Fortis igitur is eſt, qui cordis inquietas occupationes & nos terrenas abijcit, deſerit, ac vincit. Duplici verò fortitudine præditus eſt, quiſquis conſolationem omnem

Fortitudinis donũ quò faciat.

Duplex fortitudinis ſpiritus quî obtinendus.

Fortis qs.

Duplici for.

titudine præditus. omnem & dona cælestia pertrãsit ac superat. Talis nimirùm creaturas omnes excellit, & magna virtute ac libertate per spiritalis donum fortitudinis sese possidet.

¶De Consilij dono. Caput LXVII.

VBI verò nulla eum res creata aut impedire, aut vincere potest, quo minùs in simplici ac sursùm tendente intentione sua, & in Dei laude Deum supra illius dona omnia quærens & intendens, per donum fortitudinis immobilis persistat, quintum illi donum confertur à DEO, quod est cõsilij: per quod Deus Pater intùs eum trahit, vocatq; cùm electis suis ad vnitatis suæ dexteram. Filius spiritaliter intùs ei loquitur: Luc.10. Sequere me ad PATREM meum, etenim vnum necessarium est. Spiritussanctus cor aperit ac expandit, atq; ardenti inflammat & accendit amore. Hinc verò æstus quidã & impatiẽtia amoris intùs nascitur. Qui enim consilio huic morem gerit, vehementem amoris impetum sustinet, neq; quicq̃ præter solum DEUM sufficere illi potest. Eam ob rem & seipsum & omnia deserit, illum vt reperire queat in quo se viuere nouit, & in quo omnia vnũ sunt. Hic nimirùm curandum est homini, vt DEUM simplici intentiõe prosequat, seipsum ratione compescat & Cõsilij spũs qui duplicãdus. cohibeat, omnem suam abneget volũtatem, optatam q; præstolet vnionem vel vnitatẽ, donec eam DEO præstare visum erit: sicq; spiritus consilij in ipso duplicabit. Magnus em est & ordinatione consilioq; DEI obtemperat, qui seipsum relinquit & omnia, amoreq; impatienti, estuanti ac flãmigero dicit: Adueniat regnũ tuũ. Mat.6. At verò maior is est, & consilio DEI obtempantior, qui ppriam abnegat & ex amore superat voluntatẽ, & subdita cum reuerẽtia dicit DEO, Fiat in omibus voluntas tua, non mea. Mat.6.26. Quod quidẽ ipse DOMINUS IESVS passioni suæ proximo, cum humili suijpsius abnegatione PATRI suo dixit. Neq; quicq̃ vnq̃ ipse aut sibijpsi iucundius, delectabilius, & honorificum magis, aut nobis vtilius, aut PATRI gratius & amabilius, aut dæmonibus pbrosius ptulit. Per eam enim secundũ humanitatẽ voluntatis suæ abnegationem oes nos seruati sumus. Sic etiam hoem DEUM amantem ac humilem voluntas DEI maximo & præcipuo gaudio & delectatione afficit, neq; secundũ spm quicq̃ magis illi Resignatio summa quæ. libet, etiamsi DEUS, quod tn impossibile est, in infernum eum demigrare vellet. Et hic natura extremè deprimit, & DEUS altissimè sublimat: estq; istiusmodi homo capax donorũ DEI omium, eo quòd seipsum abnegârit, ppriæq; renunciârit volũtati, dederitq; omia p omibus: neque tn quicq̃ ob id recipere desideret, neq; exigat quicq̃, nisi quòd DEUS dare velit. Siquidem volũtas DEI, illius gaudium est. HOC pacto quisquis ex amore sese penitùs DEO permittit et resignat, idem mortalium omium liberrimus est, vitamq; agit curis vacuam, certus DEUM, quod suum est, amittere vel perdere non posse. Verùm tametsi corda omia & quicquid vsq̃ est in creaturis, DEUS benè perspecta habeat, interdum tamen huiuscemodi hominem tentare ac probare solet, vt videat, possit ne abnegare seipsum, quo diuinitùs illustrari mereatur, viuatque tum honorificè DEO, tum vtiliter sibijpsi. Hac de re nõnunquàm à dextris remotum, ad læuam collocat: è cælo in infernum deponit: à delicijs omnibus auulsum, magnisq; patitur miserijs inuolui: idq; adeò, vt sibi iam nedum à DEO, sed etiam à creaturis omibus relictus & contemptus videatur. Atqui si anteà in amore & gaudio seipsum & propriam abnegauit voluntatem, ita vt nihil quæsierit suum, sed DEI semper honorem & gratissimã voluntatem, facilè etiam nunc in pœnis, doloribus & miserijs, seipso abnegato, nihil quæret suũ, sed DEI duntaxat honorem. Qui em ad magna agenda prompto est animo, idem etiam magna libẽter Passio quæ cui operationi prestet. ppetitur. At tn patiẽter & resignato animo aduersa ferre ac ppeti, præclari DEOq; acceptius est, & spiritui nostro delectabilius, quàm eãdem cum resignatione magna quædam agere. Pati enim naturæ magis molestum & contrarium est. Vndè etiam & spiritus magis erigitur ac exaltatur, & natura vehementiùs deprimitur afflictione vel cruce graui, quàm magna operatione, si vtrobique indissimilis vel par charitas habeatur. Quòd si in hac resignatione absque aliquo delectu perstiterit, quasi qui nec velit nec nõrit aliud, spiritum consilij duplicem Quis spiritũ consilij duplicem adipiscatur. adeptus est. Satisfacit enim consilio & voluntati DEI tum agendo, tum patiendo, & resignatione suijpsius, & subdita obedientia: naturaque illius modo excellentissimo ornata est, & ipse diuinam in spiritu illuminationem consequi idoneus ac habilis est.

¶De

¶De primo gradu doni intellectûs, quo spiritus stabilitur in vnitate. Caput LXVIII.

PROINDÈ sextum illi donũ confertur à DEO, quod est Intellectus. Hoc donum iam antè fonti tribus riuulis dimananti comparauimus. Stabilit enim atq; figit spiritũ nostrũ in vnitate, veritatem reuelat ac detegit, & charitatis erga omnes in communi præstat latitudinem. Idemq; donum aptè qdem Solis radijs simile dici potest. Vt Intellectũs donũ cur sõlis radijs assimilandũ. enim Sol splẽdore suo aerem simplici perfundit ac cõplet claritudine, rerũq; species declarat, & ciborũ discrimina sub oculos ponit, vim suam hoc ipso reddens omibus manifestam, vtq; æstus illius toto vbiq; terrarũ orbe quod ad vtilitatem ac fœcunditatem attinet, communis est: Ita nimirùm primus doni huius fulgor quandam spiritui præstat simplicitatem, quæ singulari quadã perlustrat ac perfunditur claritudine, perindè vt aer radijs splendentis Solis. Enimuerò diuina gratia, quæ donorũ omniũ fundamentũ est, velut simplex quędam Donorũ oim fundamentum. lux, intellectũ nostrum possibilem essentialiter inhabitat, eademq; luce spiritus noster constabilit, simplex fit ac illustrat, & gratia donisq; Dei complet, & per gratiã diuinumq; AMOREM quandã Dei obtinet similitudinẽ. At verò quia suo modo Deo similis est, & DEVM simplici intentiõe psequit & amat, supra dona õia, neq; similitudine, neq; creata claritate contentus est. Nã secundũ intimũ fundũ suũ & naturaliter & supra naturã, in immensum illã, vndè profluxit, essentiã ppendet. Porrò diuinæ essentiæ vnitas similitudinẽ omnem vel qcquio suũ simile est, ad se trahit. Spiritus igitur seipsum fruitiuè demergit, profluitq; in Deum ceu æternam requiem suam. Gratia nanq; Dei ita se habet ad DEVM, vt radius ad Solem, Quo medio in DEUM ducimur. ipsaq; medium & iter est, quo ducimur in DEVM. Atq; ea re simpliciter in nos radians, DEO nos conformes efficit. Qui autem Dei similis est, horis omnibus in DEVM, sese demergens, moritur in DEO, fitq; & manet vnũ cum DEO. Etenim charitas DEO nos coniũgit & vnit, efficitq; vt simul permaneamus, ac habitemus in vnum. At tamen æternã retinemus similitudinem in gratiæ vel gloriæ lumine, vbi nosipsos in charitate & virtutibus actiuè possidemus: itemq; supra ACTUS nostros in nuda essentia spiritûs nostri in diuino lumine vnitatẽ retinemus cum DEO, vbi DEVM supra virtutes omnes in quiete possidemus. Charitas enim secundũ similitudinem æternò operabitur: & vnitas cum DEO in AMORIS fuitione seu AMORE Charitas q̃ semp operatura. perfruente æternò requiescet. Et hoc est AMORIS exercitiũ siue negocium. Vno nanq; & eodem tempore charitas & operat, & in suo quiescit dilecto: alterumq; ab altero corroborat. Quo enim sublimior charitas, eo requies copiosior: rursusq; quãto quies maior, tanto charitas interior ac intentior. Siquidem in sese mutuò viuunt. Ergo qui non amat, quietis expers est: & qui minimè quiescit, non amat. Quanquã etiam bonis quibusdã interim vsuuenire solet, vt se putent non amare DEVM, nec quiescere in DEO: sed hoc ipsum AMOR illis videri facit, eo quòd plùs quàm possint, amare appetant: & quia vires non suppetũt, in AMORE deficere sibi videnẽ. Hoc ipso autem in actu vel opere AMOREM & quietem experiuntur. Nemo enim capere potest, quemadmodùm actiuè amemus, & fruitiuè quiescamus, nisi Quid nõ nisi à resignatis intelligẽdum. qui resignatus, quietus vel ociosus, expeditus & diuinitùs illustratus sit. Veruntamen vnusquilibet DEVM amans, vnum cum DEO est in quiete, & DEO similis charitatis actione. Ipse nanq; DEVS in excellentissima natura sua, cuius quandã nos gerimus similitudinem, secundum essentialem suam vnitatem æterna perfruitur requie, & secundũ personarum Trinitatem æternò operatur: Alterumq; alterius perfectio est. Etenim quies in vnitate, actio in Tri Quies & actio vbi consistant. nitate consistit, manentq; simul in æuum sempiternũ. Quãobrem si cui DEVM gustare libet, amet necesse est, & si amauerit, gustu DEI nõ defraudabit. Atqui si alijs rebus contentus sit, non poterit gustu percipere quid sit DEVS. Simpliciter igit nosipsos in virtutibus ac similitudine, & DEVM supra nosipsos per AMOREM in quiete ac vnitate possidebimus. Et hæc de primo doni Intellectûs gradu dixisse sufficiat, vti videlicet is, qui communi erga omnes charitate præditus est, in vnitate constabiliatur.

¶De secundo gradu doni intellectûs. Caput LXIX.

PORRO quemadmodùm aere Solis ſplendore illuſtrato, totius mundi decor, elegantia & opes elucescunt, & noſtris ſeſe ingerunt obtutibus, hominisque oculi illuminati, colorũ multiplici hauſta varietate animũ exhilarant & oblectant, ſic vbi intra noſipſos ſimplices ſumus, & intellectus noſter poſſibilis ſpiritu Intellectûs illuſtrat ac transradiat, iam qdem præcelſas Dei proprietates, quæ omniũ ex ipſo manãtiũ actionũ eius cauſa ſunt, cognoſcere valemus. Quanuis enim & opera Dei, & DEVM ipſum per illius effectus mortales omnes intelligere poſſint, ipſam tamẽ operũ eius proprietatem, iuxta modũ fundi ſui, nemo ſenſibiliter neq; propriè intellectu cõſequi poteſt, niſi hoc ſit dono præditus. Enimuerò hoc intellectûs donum contemplari & agnoſcere nos docet noſtramipſorũ præſtantiam ac nobilitatem, & virtutum & exercitiorũ omnium diſcrimen ſiue diſcretã cognitionem nobis præſtat, vt ſciamus quo pacto in æterna veritate citra errorem viuendum nobis ſit. Et quiſquis eo illuminatus eſt, verſari ac ambulare in ſpiritu, & omnia tã in cælis q̃ terris ratione illuſtrata probè ac ſanè & conſiderare & intelligere nouit. Atque eamobrem in cælis degens, cũ ſanctis omnibus dilecti ſui attendit & contemplat pulchritudinem, incompræhenſibilem ſublimitatem, inexhauſtam profunditatem, longitudinem, latitudinem, ſapientiã, veritatem, bonitatem, ineffabilem liberalitatẽ ac pietatẽ, & cætera id genus amabiles Dei proprietates, vel attributa, quæ in Deo, hoc eſt, ſublimi natura Dei prorſus innumera ſunt, eademq; penitùs immenſa ac infinita, cùm ſint idem ipſe. Deindè reductis ad ſeipſum & cunctos homines & creata omnia oculis, diligenter conſiderat, vtì Deus ex liberrima pietate ac liberalitate ſua ſecundum naturã ea condiderit, donisq; varijs affecerit: vtq; etiam ſupra naturã ſeipſo ea donare ac ditare velit, ſi modò id inquirere ac deſiderare non recuſent. Iſtiuſmodi rationalis multiplicium diuitiarum ac donorum Dei conſideratio, ſpiritum mirificè exhilarat, ſi tamen pro Dei amore nobiſipſis emortui ſimus in Deo, viuamusq; & conuerſemur in ſpiritu, & guſtu percipiamus ea quæ ſemper manſura ſunt. Idem etiam Intellectûs donum eam, quam in Deo habemus, ac per fruitiuũ & penitùs abſorptũ Amorem poſſidemus, vnitatem nobis reddit manifeſtã: itemq; ſimilitudinem illam Dei, quam per charitatem & virtutes in nobiſipſis habemus: atq; etiam lumẽ nobis & claritudinem miniſtrat, in qua diſcretè ambulemus in ſpiritu, & contemplemur ac cognoſcamus DEVM in ſpiritalibus ſimilitudinibus, & noſipſos quoq; & omnia pro luminis ipſius ratione ac menſura, Dei voluntate & intellectûs noſtri dignitate ac præſtantia. Et ita iam alter huius doni gradus abſolutus eſt, putà quemadmodùm homo communi ardens charitate, diuinitùs illuſtretur.

Dei ꝓprietates qui noſſe queamus.

cõſideratio quę qui ſpm̃ exhilaret.

De tertio gradu doni Intellectûs. Cap. LXX.

PORRÒ ſicutì quatenùs aer Solis ſplendoribus illuſtratur, eatenùs æſtus quoq; increſcit, & reddit fœcunda omnia: ita ſi ratio & intellectus noſter hunc in modum diſcreta ac diſtincta diuinæ veritatis cognitione illuminetur, ſæpenumerò voluntas, quæ eſt vis amatiua, admodùm feruefcens & exæſtuans, communi erga omnes fidelitate & amore largiter emánat. Etenim donum iſtud per veritatis illam, quam ex eius claritudine percipimus & adipiſcimur cognitionem, latiſſimam & ad omnes ſeſe extẽdentem in nobis fundat charitatem. Nam ſimpliciſſimi quiq;, etiã ſedatiſſimi, atque in ſeipſis pacatiſſimi & in DEVM altiſſimè immerſi & abſorpti, intelligentia clariſſimi, bonis actibus abundãtiſſimi, & profluente charitate omnium maximè communes ſunt: minimeq; omnium impediunt, eo quòd Deo ſimilimi ſint. Enimuerò DEVS omnipotens in eſſentia ſimplex eſt, claritas in intelligentia, & effluentiſſima communisque charitas in ſua operatione. In quibus tribus quanto nos illi ſimiliores ſumus, tanto etiam illi coniunctiores ac propiùs vniti ſumus. Danda igitur nobis opera eſt, vt in Animæ fundo permaneamus ſimplices, & ratione illuminata conſideremus omnia, & cõmuni charitate ꝑ omnia profluamus: quẽadmodũ Sol iſte viſibilis, ita vt eſt in ſeipſo, ſimplex & nihil mutatus permanet, ac nihilo ſeciùs claritatẽ ardoremq; ſuũ toti vbique orbi cõmunicat. Sed iam pauliſper explicandũ eſt, vtì ratione illuſtrata, in communi charitate viuere debeamus. Pater quidem totius diuinitatis principium eſt ſecũdum eſſentiam & perſonas. Itaq; ſecũdum ſpiritum humili cum reuerentia coram

Voluntas quęqui erga oẽs afficiat.

Simpliciſſimi quique quales.

Deo qui maximè ſimiles ſumus.

coram æterni Patris celſiſſima maieſtate nos inclinabimus ac ſubmittemus: & hoc ipſo humilitatẽ poſſidebimus virtutũ oĩm fundamentũ, ſimul etiã intimè ac deuotiſſimè Patris potẽtiã adorabimus, id eſt, honorem ac reuerentiã illi impendemus: & ita ſpiritaliter ſubleuabimur. Ipſe nanq; ſua virtute creat & conſeruat oĩa. Laudes item grates q; agemus, & æternũ præſtabimus famulatum immenſæ fidelitati & charitati diuinæ, qua ab inimici vinculis, & æterna morte liberati ſumus, ſicq; liberi efficiemur. Diuinæ quoque ſapientiæ pijs querimonijs humanæ naturæ proponemus ignorantiã & cæcitatem, deſiderabimusque vt omnes illuminentur, & diuinæ veritatis notitiã conſequantur, & ita DEVS ab illis agnoſcatur ac honoretur. Præterea diuinam obſecrabimus miſericordiam, vt peccatores omnes conuertat, & faciat in virtutibus progredi, ſicq; DEVS ab illis magno affectu diligatur. Liberaliter quoque ex abundantiſſimis diuinæ bonitatis theſauris cunctis tribuemus indigentibus, quo expleantur oẽs, refluantq; in DEVM: & ita ab ijs omnibus Deus poſſidebitur. Ad hæc in honorem & venerationem ipſius Deo Patri miniſterium omne cunctosq; actus Domini IESV, quos in humanitate ſua vnquàm ex Amore peregerit, offeremus: ſicq; omnes preces noſtræ exaudienẽ. Offeremus inſuper Deo Patri in Chriſto IESV omnem angelorum, tum ſanctorũ, tum etiã bonorũ hoĩm in terris degẽtiũ, amãtem ſuĩ ad DEVM applicationẽ & adiunctionem: & ita cum eis in DEI veneratione copulabimur ac vniemur. Itidemq; DEO Patri omnem ſanctæ Eccleſiæ cultum ac famulatũ, & ſacerdotũ omnium præcelſum ſacrificium, & quicquid vel præſtare vel intellectu conſequi poſſimus, in Chriſti nomine offeremus, vt per Chriſtum Deo occurramus, & communi charitate ſimiles illi ſimus, atq; etiam ſimpliciter omnem excedentes ac tranſcendentes ſimilitudinem, in eſſentiali vnitate cũ ipſo vniamur. Id enim curandũ nobis eſt, vt cum Deo in vnitate permaneamus, & cum eodem ipſo & ſanctis omnibus communi charitate perenniter promanemus, & cum gratiarum actione & laude iugiter intrò reuertentes, Amore perfruenti in eſſentialem noſipſos quietem demergamus. Quæ ſanè, quãtùm ipſe capio, longè omnium opulentiſſima vita eſt, per eamq; donum Intellectûs poſſidemus.

Deꝰ pr̃ quo nobis honore afficiẽdus.

Sapiæ Dei quid proponendum.

Miæ eiꝰ qui ſupplicãdũ.

Quid pr̃ ꝯ nobis offerẽdum.

quid maxiẽ nobis curãdum.

Vita opulẽtiſſima quæ.

¶De dono Sapientiæ. Caput LXXI.

PORRÒ quando intrò (vt dictum eſt) reuertimur, ſiue rurſus intrò nos recipimus, fruitiua DEI vnitas, ceu caligo quædã & velut quiddam modi expers ac omninò incompræhenſibile, ſeſe habet. Spiritus verò noſter per Amorem & ſimplicem intentionem intrò ſe recipiens, actiuè quidem virtutes omnes, & fruitiuè ſeipſum ſupra virtutes omnes offert. Itaque ſub hac amoroſa introuerſione ſeptimũ oritur donum, putà ſpiritus ſapientiæ vel ſapidæ ſcientiæ, idemq; nedum ſpiritûs noſtri ſimplicitatem, ſed etiam Animã & corpus ſapientia & ſpiritali quodam ſapore penetrat. Eſt autem hoc donum attactus ille diuinus, quo noſtri ſpiritûs vnitatem iam antè contingi diximus: Adeoq; totius gratiæ, & donorum virtutumq; omniũ illapſus & fundum ac origo eſt. In hoc Dei attactu vnicuilibet ſua exercitia, ſuaq; vita, iuxta ipſius attactûs virtutem, & Amoris ſui menſuram ſapiunt. Et eſt reuerà tactus iſte diuinus inter DEVM & nos, inter quietem & actionem, inter modum & ea quæ modi ſunt neſcia, inter tempus deniq; & æternitatem, medium maximè internum. Et licèt ſpiritali hoc contactu Deus ante cætera dona nos afficiat, omnium tamen nouiſſimè à nobis cognoſcitur ac propriè deguſtatur. Poſteaquàm enim DEVM in cunctis exercitijs ad intimum vſque fundi noſtri quæſiuimus, iam tum gratiarum ac donorum omnium influxũ quendã percipimus ac experimur. Sentimus verò tactum hunc in ſupremarũ virium noſtrarũ vnitate ſupra rationẽ quidẽ, non tamen abſque ratione: quandoquidem nos tangi percipimus. Atquì ſi, quid ſit vel vndè veniat, explorare velimus, ratio ipſa & omnis creata conſideratio fallitur, deficit ac hallucinatur. Nam quemadmodùm licèt aer Solis ſplendore perfuſus ſit, & oculorũ acies benè firma & perſpicax, ſi quis tamen radios ſplendorem efficientes oculis inſequi, & in ipſum Solis axem aciem intendere velit, non poſſunt non oculi in ſua actione deficere, & radiorum ſplendorem patiendo ſuſcipere: Ita planè lucis incompræhenſibilis DEI coruſca irradiatio, in ſupremarum virium noſtrarum vnitate tam vehemens, tamq; ingens occurrit, vt actionem omnem quatenùs creaturæ

Spũs nr̃ quĩ ſe aliquãdo offerat.

Doni ſapiæ deſcriptio.

Exercitia q̃ ſua cuiq; ſapiant.

Tactum quẽ quĩ ſentiamus.

turæ est, & cum discretione siue distinctione coniũcta est, deficere, & Dei hîc operationem perpeti oporteat, quod nimirùm donorum omnium fons & origo est. Enimuerò si DEVM nostra capacitate vel captu totũ comprehendere possemus, absque medio sese nobis daret. Sed quando id impossibile est, (angustiores enim & minores longè sumus, quàm vt illum totum capere queamus) dona sua pro captûs nostri mensura & exercitiorum nostrorum præstantia ac dignitate nobis infundit. Fœcunda nanque DEI vnitas supremarum virium nostrarum vnitati supernè imminens, nunquàm non eam quæ charitate & virtutibus constat, similitudinem exigit à nobis. Singulis igitur quibusque horis de nouo tangimur, quo singulis horis in virtutum crescamus similitudine, & magis ac magis innouemur. Sentiens autem spiritus nouum huiusmodi attactũ, fame ac siti afficitur, totusq; gustu & amoris impetu ac vehementia oẽm diuinitatis abyssum penetrare molitur, quo vel sic expleatur & exatietur. Indè porrò perpetuũ quoddam, idemq; auidum valdè & famelicum nascitur desiderium, quod tamen nunquàm id quod vult, perfectè potest agendo adipisci. Siquidem omnes amantes spiritus, pro suæ quisque nobilitatis & diuini contactûs ratione, auidi adspirant ad DEVM: ac nihilo seciùs nunquã Deus à nostro desiderio, quatenùs actiuũ vel actuosum est, comprehendi potest. Quamobrem perennis quædã in nobis fames ac perpetua, eademq; cupida vel desiderabunda, cum sanctis omnibus introuersio perseuerat. Vbi verò Deo occurrimus, tam ingens & immensa illius claritudo & æstus est, vt spiritus omnes sua actione destituant, & Amore sensibili in suaipsorũ vnitate colliquescant: vbi tum diuinam operationem tanquã meræ creaturæ patiantur oportet. Hîc nimirùm & spiritus noster, & diuina gratia, & cunctæ virtutes nostræ in sensibilem, vt sic dicam, transierunt amorem, & actione vacant: quoniãquidem spiritus noster totus agendo exhaustus, ipse iam Amor suo modo effectus est. Itaque simplex hic est, & capax donorũ omniũ, & ad virtutes omnes habilis. Denique in hoc ipso sensibilis Amoris fundo vena scaturiens viuit, hoc est, irradiatio aut intra nos operatio diuina, horis omnibus nos mouens, incitans, vrgens, introrsùm trahens, & nouis virtutũ actibus emanare faciens. Ita iam virtutum omnium fundum & origo modusq; nobis explicata sunt.

Capacitas nra quàm sit exilis.

Quid à nobis Deo exigat.

Quis cuius spũs impetu.

Qui spũs q̃ auidè ad deum anhelẽt.

Qui quõ colliquescant.

Amãdo quî spũs noster amor fiat.

¶De summo gradu obuiationis. Caput LXXII.

AT verò immensa Dei irradiatio cum incomprehensibili claritate coniuncta, quæ eadem donorum & virtutum omniũ causa est, fruitiuã spiritûs nostri propensionem vel inclinationem incomprehensibili ac modinescia luce transformat ac penetrat. Et in hoc ipso lumine spiritus in fruitiuam sese demergit quietem, quę & modi & fundi omnis expers est, & non nisi seipsa, hoc est, quiete cognosci potest. Nam si comprehendi & cognosci à nobis posset, sub certũ aliquem modũ ac mensurã caderet: neq; tum satis explere nos posset, sed quies ipsa in æternã verteretur nobis inquietudinem. Simplex igitur ac immensa ac amorosa spiritûs nostri inclinatio, fruitiuũ in nobis Amorem efficit: & hic Amor quædã abyssus est ac fundo caret. Inuocat aũt abyssus Dei, abyssum, id est, omnes cũ spiritu Dei fruitiuo Amore coniunctos & vnitos, quæ quidem, vt sic dicã, inuocatio siue introrsùm vocatio, essentialis cuiusdã claritatis abundans perfusio est: eadẽq; claritas immensi amoris cõplexu nosipsos amittere, & in vastissimã diuinitatis caligine profluere nos facit. Sic verò spiritui Dei absque medio vniti, DEO cũ DEO occurrere, & cũ ipso & in ipso æternam salutem ac beatitudinem nostram perenniter possidere poterimus.

Quî abyssum abyssus inuocet.

¶De primo modo huius summæ obuiationis. Caput LXXIII.

ISTHAEC autem intima vita tribus agitur ac exercetur modis. Nonnunquã enim homo internus fruitiua propensione vel inclinatione supra omnem actionem, & supra virtutes omnes simpliciter intrò sese recipit, Amore fruitiuo simpliciter introspiciens. Et hic DEO absque medio occurrit. Ex ipsa aũt Dei vnitate simplex quædã lux in ipsum radiat, exhibens se velut caliginem, nuditatem, ac nihilum. In caligine quidem homo istiusmodi

modi circundatur vel circũplectitur, omnemq; amittens modum, quasi errabundus vagatur. In nuditate verò omni consideratione & discretione rerum omniũ destitutus, simplici quadã claritudine penetratur, perfunditur ac transformatur: In nihilo autẽ ab actione omi deficit. Siquidem immẽsæ charitatis Dei operatio & ipsum & actionem eius superat: & ipse vicissim in fruitiua spiritûs sui inclinatione DEVM quodãmodò vincens, vnus cũ eo spiritus fit. In hac aũt cum spiritu Dei vnione, ad fruitiuum quendam pertingit gustũ, diuinamq; essentiã possidet, & vbi seipsum in DEVM demersit, in essentiali existẽtia sua immensis repletur diuitijs ac delicijs Dei. Ex his porrò diuitijs in supremarũ virium vnitatem complexus quidam & plenitudo sensibilis fluit Amoris, ex qua deindè sensibilis Amoris plenitudine in cor ipsum & vires corporeas gustus vel sapor quidam sensibilis ac penetrabilis promanat: eodemq; influxu homo intùs immobilis, & suijpsius ac omnis actionis suæ impos efficitur: neque quicquã aliud in intimo fundo suũ, in Anima & corpore suo vel scit vel experitur, nisi singularem quandam claritatem, cum delicijs sensibilibus & gustu penetrabili coniunctam. Iste videlicet primus modus est, qui idcircò ociosus dicitur, quòd hominem ab omnibus feriatum ac expeditum reddat, subleuatumq; tum supra actiones tum virtutes omnes, cum DEO eum vniat & coniungat, firmam quandam intimæ, quæ quidem haberi possit, exercitationis efficiens stabilitatem. Cæterùm vbi homini interno quæuis occupatio aut exercitiũ virtutũ tale aliquod medium aut imagines adferre & ingerere possunt, vt pro suo desiderio nudè sese intrò recipere non queat, eo ipso in hoc primo modo præpeditur, vtpotè quo transcenduntur ac exceduntur omnia, & ad sanctum quoddam ocium ac quietem pertingitur.

Quõ vno cũ Deo spiritus fias.

Primus iste modus cur ociosus dicatur.

¶De altero summæ obuiationis modo. Caput LXXIIII.

QVANDOQVE verò homo istiusmodi internus, cum desiderio & actione se conuertit ad DEVM, quo illi honorem exhibeat & præstet Reuerentiam, atq; seipsum totũ & quicqd pretereà prestare potest, DEO offerat, & in illius consumat amore. Et hic DEO per mediũ, siue cum medio, venit obuiàm: idq; est sapientiæ donum, quod, vt iam antè diximus, virtutũ omnium fons & origo est, & vnumquemlibet hominem bonũ pro mensura Amoris illius ad virtutes instigat, mouet, impellit: internũ verò hominem nonnunquã vsqueadeò suo contactu amore succendit, vt vniuersa Dei dona, & quicquid citra seipsum largiri DEVS potest, nimìs angustum & exiguum sit ei, nec illius expleat desiderium, magìs verò eius impatientiã augmentet. Sentit nanq; & percipit quiddam intùs in fundo suo, vbi virtutes omnes oriuntur ac desinunt, & vbi cunctas ipse virtutes DEO magno cum desiderio offert, & vbi deniq; charitas viuit, atq; hinc esuries & sitis amoris intantũ excrescit, vt singulis horis & à seipso & omi actione sua per mentis excessum deficiat, & totum se agendo exhauriens atq; conficiens in amore quasi in nihilũ redigatur. Etenim magna quadã fame ac siti & desiderio DEVM gustandi tenetur. Quotiès aũt diuinę irradiationis intùs fulgorem percipit, totiès à DEO comprehendit, rursumq; nouo amoris contactu permouet. Itaq; viuendo morit, & moriendo reuiuiscit: atque hoc pacto auida, fames & sitis amoris horis omnibus in ipso renouat. Et iste qdem alter modus est, quem affectuosum dicere possumus, in quo amor similitudinẽ obtinet, vultq; & appetit vniri cũ DEO. Nimirùm modus iste superiori illo & tutior & vtilior nobis est, idemq; precedentis causa est: quãdo nemo potest supra actionem ad qetem pertingere, nisi q anteà desideranter & actuosè amauerit. Quapropter Dei gratia & actuosus amor noster & antecedat & subsequat, hoc est, & antè & pòst colat ac exerceat, necessum est. Eũ verò nec merita nobis cõparare, nec obtinere DEVM, neq; eaipsa quę per amorem adepti sumus, absque charitatis actibus conseruare valemus. Quod cùm ita sit, nemo sanè ocio indulgere debet, modò suijpsius cõpos ac potẽs sit, & amori vacare ac operam dare queat. Impedit aũt bonus quilibet in hac exercitatione interna, quotiès in donis Dei aut creatura aliqua acquiescit & immorat: qñquidẽ exercitatio ista siue modus iste secundus esuries quædã est, quam extra Deũ explere nihil potest.

Sapiæ donũ quale.

Amore quo qui in nihilũ redigaris.

Quãtoperè Dei gra necessaria.

¶De tertio summę obuiationis modo. Cap. LXXV.

EX his autem duobus modis tertius proficiſcit, qui eſt vita interna ſecundũ iuſtitiæ præſcriptum. Deus nanq; abſq; intermiſſione & cũ medio & ſine medio in nos veniens, & actionem & fruitionem exigit à nobis, ita tamen, vt altera ab altera minimè præpediatur, ſed potiùs confirmet, & robur accipiat. Quamobrem in his duobus, putà actione & requie, homo internus vitam poſſidet ſuam, vtrobiq; totus ac indiuiſus, quippe qui totus eſt in Deo, vbi fruitiuè quieſcit: & totus in ſeipſo, vbi actiuè diligit. Exigit autem atque admouet à DEO quibuſlibet horis vtrũq;, putà & quietem & actionem, renouare: & iuſtitia ſpiritûs id, quod exigit, horis omnibus preſtare contendit: ſicq; ad ſingulares quaſq; Dei irradiationes & actiuè & fruitiuè ſeſe ſpiritus intrò recipit: & hoc ipſo in cunctis renouat virtutibus, & in fruitiuã quietem profundiùs demergit. Vno ſiquidem munere & ſeipſum DEUS & ſua dona largitur: itemq; ſpiritus ſub qualibet introuerſione & ſeipſum & actiones ſuas oẽs dat Deo. Enimuerò per ſimplicẽ Dei irradiationẽ, & fruitiuã ſui inclinationem, ac amoroſam immerſionem & liquefactionem, ſpiritus in DEVM propendet, & abſque intermiſſione rapitur atq; transfert in quietem. Porrò intellectûs & ſapientiæ donis actiuè vel actualiter tangit, atq; etiam illuminat, & ſingulis quibuſq; horis amore accenditur: proponũtur; & oſtendunt illi in ſpiritu, quæcunq; deſiderare poſſit. Fame igitur ac ſiti æſtuat, quandoquidem angelorũ videt eſcam potumq; cæleſtem. Gnauiter in amore deſudat atq; laborat. cernit enim requiem ſuã. Peregrinus eſt, & iam patriã contemplatur. In amoris certamine pro victoria contendit, quippe qui coronã ſibi paratam conſpicit. Deniq; conſolatio, pax, gaudiũ, pulchritudo, diuitiæ, & quęcũq; exhilarare animũ poſſint, rationi illuminatæ abſque modo vel numero, ſub ſpiritalibus ſimilitudinibus viſenda hîc ꝓponunt ac demonſtrant. Et iſthæc talium rerum demonſtratio & Dei attactus, amoris in agendo efficiunt perpetuitatem. Iſtiuſmodi nanq; homo iuſtus, & quietã & actuoſam in ſpiritu ſibi fundauit vitam, quę in omnem durabit æternitatem: at tamen poſt hãc vitam in ſtatum ſublimiorem commutabitur. Hoc videlicet pacto iuſtus eſt homo, accediq; ad DEVM intimo cũ amore, cum perpetua actione coniũcto: pergitq; in DEVM fruitiua inclinatiõe, perenni ꝑfruẽs requie: manetq; in DEO, ac nihilo ſeciꝰ cõmuni cũ dilectiõe in virtutibꝰ & iuſtitia ad cunctas egredit creaturas. Deniq; hic internæ vitæ ſupremus gradus eſt. Sanè quotquot in vno eodemq; exercitio quietem & actionem non colunt ac poſſident, ij hanc iuſtitiam minimè ſunt adepti. Cæterùm iuſtus iſte, de quo agimus, in ſua introuerſione pati impedimentum non poteſt, eo quod & fruitiuè & actiuè ſeſe intrò recipit: eſtq; veluti ſpeculum quoddam gemina facie prędituꝫ, vtrinq; imagines recipiens. Nam ſecundũ ſupremam ſui partem, DEVM cũ omnibus ſuis ſuſcipit donis: & in parte infima, ex ſenſibus corporea recipit ſimulacra vel imagines. Porrò quotiès libet, intrò ſe conferre poteſt, & abſq; impedimẽto vacare iuſtitię. Sed quia dum hęc agit vita, mutabilis eſt homo, ſępiùs foràs egreſſus, abſq; neceſſitate & illuminatæ rationis iniuſſu ſecundũ ſenſus ſeſe occupat & exercet, ſicq; in veniales labitur culpas. Atquì culpæ omnes veniales in hac amoroſa hominis iuſti introuerſione ita ſe habent, vt vna aquę guttula in ardenti ignis camino. His iam abſoluta nobis eſt quatuor prę cipuarum partium quarta, eademq; poſtrema, iſta videlicet, vbi Dñs ait, Obuiàm ei. & hæc de vita interna dicta ſint ſatis.

Actionẽ & fruitionẽ q Deꝰ à nobis exigat.

Donis qbꝰ q quõ tãgãt.

Speculo q̃li qs aptè conferendus.

Culpæ q̃ ad qualẽ aquæ guttam quî cõparandæ.

¶ De origine ſectæ ſpiritalium ocioſorum, primo modo contrariam agentium vitam. Caput LXXVI.

HIC tamen antequàm ad alia tranſeamus, operæpreciũ fuerit commemorare quoſdam, qui etſi forinſecùs boni videantur, hiſce tamen tribus modis, immò & cunctis virtutibus contrariam agunt vitã. Agè iam animaduertat quilibet & diſpiciat ſemetipſum. quiſquis diuinitùs tractus & illuminatus nõ eſt, idem quoq; amore tactus non eſt: atque ea de re cùm nec actiuè ſeſe cum deſiderio ad DEVM adiungat & applicet, neq; ſimpliciter ac amanter in fruitiuam ſeſe inclinat ac recumbit quietem, non poteſt vtiq; vniri cũ DEO. Quotquot eñ charitatis ſupnaturalis expertes viuũt, ad ſeipſos reflexi, in rebus extraneis quietẽ captãt & aucupant. Ex ipſa ſiqdem natura creaturæ omnes quietem appetunt. Quamobrem tam à malis quàm bonis quies multis expetitur & inquiritur

Diuino tractu ad quid ſummè opꝰ.

Quietẽ quî captẽt oía.

modis

modis. Vbi igitur quiſpiam ſecundum ſenſus nudus eſt, & liber ab imaginibus & abſq; vlla actiõe ocioſus ſecundũ ſupremas vires, hic ex mera natura quietem adipiſcit: ſed talem, qualem mortales omnes ex ſola natura abſq; Dei gratia in ſeipſis reperire ac poſſidere queant, modò ſe à cunctis tum imaginibus, tum actionibus expedire nõrint. Sed huiuſmodi quietem DEVM amans captare non poteſt. Etenim charitas Dei, & internus diuinæ gratiæ tactus, ocioſus non eſt: quo fit vt homo internꝰ ac Deo deuotus, in ſeipſo in quiete naturali diu durare non poſſit. Sed iam aduertat, obſecro, qua ratione qeti huic naturali vacet. Huius ſectatores ſeſſum abeũt, manentq; quieti & ocioſi abſque vlla vel interna vel externa exercitatione, quo optata potiantur requie, nec aliundè impediantur. Verùm hoc pacto quieti dare operam, nefas eſt & illicitum. Huiuſcemodi nanque quies quandam in hominem cæcitatem, & ignorantiam nihil ſcientem adducit, efficitque vt abſque omni actione totus iners in ſeipſo ſubſidat: neque aliud quicquam iſta quies eſt, quàm ocium remiſſum, cui adeò ſeſe tradunt illi, quos præ manibus habemus, vt quantùm ad actionem attinet, & Dei & ſuî ipſorum, & rerum omnium obliuione capiantur. Eſt igitur quies hæc ſupernaturali illi, quæ in Deo poſſidetur, quieti planè contraria: quandoquidem ea amoroſa ſpiritûs liquefactio eſt, cum ſimplici quodam in incompræhenſibilem claritatem proſpectu coniuncta. Immò verò quies iſta ſupernaturalis, quæ intimo cum affectu & deſiderio actiuè ſemper inquiritur, & in fruitiua inclinatione reperitur, & in amoroſa immerſione atque abſorptione æternò poſſidetur, atq; etiã obtenta & poſſeſſa, nihilo minùs exquiritur. Hæc, inquam, requies tantùm naturalem excellit quietẽ, quantùm DEVS ipſe creaturis ſublimior eſt. Planè igitur fallũtur, quicunque ſeipſos intentione proſequentes, in naturali quiete molliter ſubſidunt, & neque deſiderio DEVM quærunt, nequeamore fruitiuo reperiunt. Siquidem quies eiuſmodi in deſidioſo quodam conſiſtit ocio, quo penitùs ipſi vacent, ad quod tum natura, tum conſuetudine procliues ac propenſi ſunt. Sed in hac requie naturali DEVM inueniri non licet, quanquàm ſolet ſuî ſtudioſos ad eiuſcemodi adducere ocium, quod & Iudæi & Ethnici, immò quanuis flagitioſi peccatores obtinere queãt, ſi in peccatis ſuis nullam conſcientiæ patiantur repræhenſionem, & ab imaginibus omnique actione expedire ſe nouerint. Quo ſanè in ocio quies magna & delectabilis ſentitur, quæ tamen ſecundum ſeipſam peccatum nullum eſt, cùm in omnibus ex natura inſit hominibus, modò ſe ab omnibus expedire ſciant. Verùm ſi quiſpiam eam ſectari, eique ſeſe dẽdere velit abſque ſtudio & actibus virtutum, iam quidem abit in vitium: idemque ipſe in ſpiritalem ruit ſuperbiam, hoc eſt, complacentiam ſuîipſius: quod vitium vix vnquàm benè curatur: perſuadetque ſibi nonnunquàm aut habere aut eſſe ſe, quò tamen nunquàm pertingit. Vbi igitur quietem hanc iſta ratione inerti in ocio poſſidet, putatque omnem amoroſam ad DEVM conuerſionem & applicationem impedimento ſibi eſſe, eadem ipſa quiete in ſeipſo ſubſidet, vitam agens primo, quem antè explicuimus, modo contrariam, hominem videlicet vnienti cum DEO: quod reuerà omnis erroris ſpiritalis initium eſt. Proponamus huius rei quandam ſimilitudinem: Spiritus quidem angelici à primis creationis ſuæ initijs quicunque amanter ac fruitiuè cum omnibus diuinitùs perceptis donis in DEVM ſeſe receperunt, beatitudine & æterna requie potiti ſunt: quotquot verò ad ſeipſos reflexi, quietem in ſeipſis captare volebant, idque cum vana ſuî complacentia in lumine naturali, requie quidem potiti ſunt, ſed illa perbreui ac illicita: moxq; excæcati & magno interuallo diſiuncti à lumine æterno, in tenebras & æternam corruerunt inquietudinem.

Ocioſũ eſſe qd nequeat.

Ocium ſeũ quies illicita quæ.

Quies q̃ cui contraria.

qui quõ ſeipſos fallãt.

qua in qete Deꝰ nõ inuaniendus.

Cõplacẽtia ſui, quàm ſit periculoſa.

Erroris oĩs ſpiritalis initium quod.

¶ De ſpiritualibus vitijs falſò ocioſorum, quibus modo ſecundo contrariam agunt vitam. Caput LXXVII.

VErùm vbi quiſpiam ocioſam prorſus requiem ſine vlla ad DEVM amoroſa applicatione & conuerſione poſſidere inſtituit, is iam facilè in quoſuis poterit prolabi errores, quippe qui à DEO auerſus, & ad ſeipſum amore naturali reflexus, ſolatium, ſuauitatem, & quicquid libet, captat & aucupatur. Eſt igitur

Mercatori cōtēplator quis cur similis.

mercatori similis: quandoquidem in cunctis suis Actibus ad seipsum reflexus, quietem, lucrum ac emolumentũ suum potiùs, quàm Dei spectat & quærit honorem. Sanè quisquis hoc naturali duntaxat Amore præditus est, is seipsum semper cum proprietate & absque suî resignatione possidet. Interìm tamen huius farinæ quosdam inuenire est, qui rigidam & asperam viuendi teneant rationem, & magnis pœnitentiæ actibus incumbant: sed hoc tantùm fine, vt magnæ sanctitatis opinionem celebrem obtineant, & grande sibi præmium acquirant. Omnis enim naturalis Amor sibijpsi cupit & fauet: & libens honorem in vita hac temporaria, & in æterna præmium ingens amplectitur. Quidam ex horum genere multa optione vtuntur & eligunt multa, itemque plura rara ac singularia precantur & appetunt sibi præstari à DEO: quamobrem falluntur sæpiùs, permittente DEO, vt dæmonum opera obtingant eis quæ concupiscunt: quod tamen suæ illi sanctitati tribuunt, & omnibus planè dignos se arbitrantur. Neque id mirum, cùm superbiæ morbo laborent, & neque tacti, neque illuminati diuinitùs sint. Hærent igitur atque subsidunt in seipsis, & exigua consolatio magnoperè eos exhilarat, vtpotè qui nesciant quanta sibi desint: prorsusque secundum appetentiam ad saporem vel gustum internum, & spiritalia naturæ commoda captanda propensi sunt, quæ luxuria spiritalis rectè dici potest, eo quòd inordinata quædam naturalis Amoris propensio est, semper ad seipsum reflexi, & suum commodum in rebus omnibus captantis & expetentis. Semper etiam spiritali laborant superbia, & propriæ sunt dediti voluntati: quo fit, vt affectu, desiderio & appetitu vsque adeò nonnunquàm ad ea ferantur quæ concupiscunt, & à DEO importunè obtinere contendunt, vt non rarò decipiantur, quidam etiam à malo spiritu occupentur. Nimirùm quotquot huius farinæ sunt, omnes vitam viuunt repugnantem charitati, & amorosæ illi introuersioni, vbi sese totum quis offert, & simul quicquid præstare vel habere potest in honorem & amorem DEI, quamque nihil sedare, nihil explere, nec quicquam sufficere potest, præter bonum illud incompræhensibile, quod est solus DEVS. Enimuerò charitas Amoris nexus est, transuehens nos in DEVM, per quam nosipsos abnegamus, & vnimur cum DEO, & nobiscùm DEVS. At verò naturalis Amor ad seipsum & suum commodum reflexus est, & ita semper solus manet. Idem tamen externis actibus charitati tam similis est, quàm duo pili eiusdem capitis: sed intentionum magna est diuersitas. Nam qui charitate præditus est, corde in DEVM omnia referente, DEI semper spectat, quærit & appetit honorem. Contrà cui naturalis tantùm Amor inest, seipsum & sua lucra perpetuò pro scopo habet. Iam si quando id accidat, vt Amor naturalis charitatem in homine exaduersò præponderet ac superet, in quatuor ille labitur peccata, videlicet spiritalem superbiam, auaritiam, gulam, luxuriam. Sic nimirùm in Paradiso Adam cecidit, & in illo simul omnis humana natura. Cùm enim seipsum Amore naturali inordinatè prosequeretur, eamobrem auersus à DEO, illius contempsit mandatum ex superbia: appetijtque scientiam & sapientiam ex auaritia: Gustus quoque delectationem captauit ex gula, ac deindè luxuriæ sensit pruriginem. Contrà verò intemerata DEI genitrix semper virgo MARIA, quam nos vitalem dicimus Paradisum, gratiam quam Adam perdidit, etiam cumulatiorem multo inuenit. Est enim mater pulchræ dilectionis. Ipsa se actiuè seruentissima charitate ad DEVM conuertit: ipsa CHRISTVM humilitate concepit, eundemque Patri cum cunctis illius virtutibus, ingenti obtulit liberalitate: Ipsa nulla vnquàm dona DEI vel consolationem gulosè percepit, neque eadem auarè petijt. Omnis denique vita illius, castitate enituit. Hanc sacratissimam virginem quisquis imitatur, quicquid virtutibus contrarium est, superat: & ad illud pertinget regnum, vbi cum filio suo in omnem regnat æternitatem.

Ex bonis operib⁹ famã captare, q̃le.

Qui quõ p satanam sallantur.

Luxuria spiritalis quæ.

Adã quõ ad seipsum reflexus, ceciderit.

Vitalis paradisus quis.

Marię virginis pconiũ.

Quid imitator Marię cõsecuturus.

¶ De erroribus malè ociosorum, quibus tertio repugnat modo.

Caput LXXVIII.

DE-

DEINDÈ posteaquàm naturali quispiam requie potitus est, eamq; inerti ocio possidet, in cunctis actibus suis seipsum spectans, & in proprietate sua obstinato animo inflexibilis perseuerans, is planè neutiq; Deo vniri potest, eo quòd vitam agat vitiosam & charitatis expertem. Et hîc iam tertio modo contrariam ducẽtium vitam pestis existit ac oritur, cæteris antè dictis longè pernicio sior: Est autem vita planè iniusta, erroribus spiritalibus & omigena peruersitate abundans. Quam dum explicamus, lector attentum adhibeat animum, vt probè capiat quæ dicturi sumus. Hoc genus hominum DEI contemplatores se esse arbitrantur, immò omnium quos orbis habeat, longè sanctissimos esse se autumant, cùm tamen reuerà vitam agant nedum dissimilem, sed etiam contrariam Deo & sanctis ac bonis omnibus. Animaduertat horum sententiam lector, & tum ex verbis, tum actib⁹ dignoscere eos poterit. Ob eam, quam experiuntur & in seipsis ociosi obtinent seu possident quietem, liberos sese putant & absq; medio Deo vnitos: neq; id tantùm, sed etiam transcendisse atq; subleuatos se esse supra omnem Ecclesiæ cultum & exercitia, vltra præcepta Dei, supra legem & actus omnes virtutum, qui vllo possint exerceri modo. Siquidem persuasum sibi habent, ocium hoc tantæ esse præstantiæ, vt nullis quanuis eximijs & præclaris actibus interturbandum sit, eo quòd cunctis præstet virtutibus. Quamobrem meræ sese tradunt, vt ita dicam, passioni, nihil prorsùs neque sursum neq; deorsum actitantes, perindè vt instrumentum aliquod in seipso ociosum, artificem dum operari velit, præstolatur. Putant enim si quid ipsi moliantur operis, Dei opus præpeditũ iri. Sedent igitur ab omi virtutum studio & actione ociosi, idque adeò, vt nec laudes neque grates agere Deo, neque cognoscere, neque velle, neque amare, neque precari, neque desiderare velint: arbitrantur enim, quicquid vel petere vel desiderare queant, id omne se iam obtinuisse: atque ita spiritu se iam pauperes esse, vtpotè qui voluntatis expertes sint, & omnibus vale fecerint, & absque vllius delectionis vel optionis proprietate viuant. Putant inquam, planè se expeditos ac ociosos esse, & transcendisse omnia: iamq; obtinuisse se ea, quorum causa omnis Ecclesiæ cultus & exercitia instituta sunt. Et vt ipsi aiunt, nemo prorsus, & nec ipse quidem Deus, quicquam eis vel conferre vel auferre possit. Etenim pro suo iudicio exercitia, cultũ & virtutes omnes excesserunt, & ad merum quoddam pertigerunt ocium, vbi à cunctis sint virtutibus absoluti. Et huc quidem, putà vt ita quispiam in ocio à virtutibus absoluatur, maiorem requiri aiunt operam ac studiũ, quàm ad ipsas virtutes obtinendas. Quapropter libertate gaudere volunt, nec parére cuiquam omninò, non summo pontifici, non episcopis, non pastoribus siue prælatis suis. Et licèt foris quandam sola simulatione præ se ferant obedientiam, nulli tamen intùs neque actione, neque voluntate subditi sunt. Quæcunque enim sancta actitat & obseruat Ecclesia, ab ijs omnibus omninò vacant, & se volunt esse immunes ac exemptos. Et est hæc eorum sententia, donec quispiam virtutibus acquirendis dat operam, & gratam appetit exequi Dei voluntatẽ, eum necdum perfectum esse, eo quòd virtutes etiamnum colligat & comparet sibi, & spiritalem hanc paupertatem atque ocium ipsorum penitùs habeat incomperta. Et ipsi quidem supra omnes omninò & angelorum & sanctorum choros siue ordines, atque præmium omne quod vlla ratione mereri quis possit, subleuatos esse se putant: ideoq; nihil se vltrà mereri, nullum vnquàm ampliùs in virtutibus profectum facere, sed nec peccatum deinceps vllum admittere posse: quippe qui voluntatis expertes sint, & spiritum suum Deo tradiderint in quiete & ocio, adeoq; vnum cum Deo effecti sint, vt in seipsis penitùs in nihilum redierint. Hinc iam quicquid corpori libet, etiam planè licere sibi affirmant: vtpotè qui ad statum innocentiæ reducti, nullam sibi habeant positam ac præscriptam legem. Itaque si alicui rei, qualis qualis ea sit, natura ipsorum corporea ex appetitu afficiatur, si spiritûs sui ocium ea re subtrahenda interturbari sentiant, aut aliqua ex parte impediri, naturæ indulgent ac satisfaciunt desiderio, ne quod spiritûs ocium impedimentum patiatur. Hac de causa ieiunia, festorum celebrationem, & præcepta deniq; omnia prorsus nihilipendunt, nisi fortè hominum gratia secùs agant. Siquidem in omnibus absq; vlla conscientia viuunt, nec quicquam sibi nefas esse arbitrantur. Equidem spero id genus hominum paucos inueniri: quotquot verò ad illorum numerum pertinent, ij mortalium omnium longè pessimi ac sceleratissimi sunt, & ægrè sanè vnquàm resipiscunt: immò fit interìm

Quæ vita qualis sit p̃ stis.

Cõtemplatores q̃ grauiter seducti.

Ignauissimi ocij descriptio.

Quãto erro ri q̃ quõ obnoxij.

Pessimi omnium qui.

terìm, vt nequam ſpiritus eos occupent. Tum verò tanta eorum calliditas & verſutia eſt, vt difficilè poſſint ratione ſuperari. At tamen ſcriptis diuinis & Chriſti IESV ſermonibus ac inſtitutionibus benè perſpectis, falſos ac euerſos eos eſſe, perſpicuè poteſt animaduerti.

¶De quodam alio genere ſpiritaliter ocioſorum. Caput LXXIX.

PRæter hos aliud quoddam hominum genus peruerſum, hypocriſi ac ſimulationi deditum inueniri licet, qui tamen ab iſtis in certis quibuſdam diſſideant, eisq; contrarij ſint: Et ij quidem Deum patientes dici ſe volunt, & hactenùs cum ſuperioribus conſentiunt, quòd ſe quoque ab omni actione immunes & ocioſos putãt, neque aliud niſi velut quoddam Dei inſtrumentum ſe eſſe, quo Deus quicquid & vtcunq; velit, agat. Affirmant igitur, abſque vlla actione tantũmodò merè ſe pati, eaq; opera, quę Deus ipſis tanquàm ſuis organis perficiat, præclariora ac meriti maioris eſſe quàm cuiuſlibet alterius, quæ ipſemet in Dei gratia peregerit. Aiunt ergo Deum ſe pati ac ſuſtinere, nihil ſeipſos agere, ſed actus ſuos omnes Deum operari. Deindè quemadmodùm alij, ſic etiam ipſi nullum ſe peccatum committere poſſe aſſeuerant, eo quòd Deus in ipſis agat omnia, ipſi verò planè ocioſi ſint: & quicquid Deus velit, id per ipſos fieri, nihil præterea. Homines iſti omni intùs actione poſtpoſita, ocio ſeſe dediderunt, & omnis electionis vel optionis expertes viuunt. Simplicem ac reſignatum præ ſe ferunt viuendi modum: & moderatè ac æquabiliter ferre nôrunt quicquid eis accidat, putant enim Dei inſtrumenta ſe eſſe, quibus is pro ſuo arbitrio vtatur & agat. Et multis ſanè modis & actionibus bonorum hominum mores æmulantur ac referunt: in quibuſdam tamen eis contrarij ſunt. Ad quæcunque enim intùs incitantur, ſiue ea virtuti conſentanea ſint, ſiue ab ea abhorreant, ea omnia putant ex ſancto ſpiritu proficiſci. Sed in hoc alijsq; id genus falluntur. Certum eſt enim, ſpiritum ſanctum nihil neque velle, neque conſulere, neque quouis in homine operari, quod à Chriſti & ſanctæ Eccleſiæ catholicæ inſtitutionibus diſcordet. Difficile tamen eſt, fateor, iſtos agnoſcere, niſi quis illuminatus ſit, & ſpirituũ ac diuinæ veritatis diſcretionem obtinuerit. Quidam enim ex eis acuti & ſubtiles admodùm ſunt, & ea quibus virtuti aduerſantur, probè fucare & velamina quædam eis prætexere nouerunt: propriæq; voluntati dediti ſunt, adeoq; ptinaciter & animo obfirmato ſeipſos poſſident, vt antè mortem oppetere velint, quàm vel ab vnico ſemel concepto articulo diſcedant. Omnium enim quos præſens habeat vita, ſanctiſſimos maximeq; illuminatos ſeſe autumant. Diſcrepant autem à prioribus, quòd ſe pgredi, & mereri poſſe non negent: illis cõtrà aſſerentibus, nihil vltrà mereri ſe poſſe, eo quòd in vnitate & ocio ſe poſſideant, vbi non liceat vltrà pgredi, quandoquidem nullum ibi exercitium eſt. Sed ſimul omnes iſti pueriſi, & mortalium omniũ multò peſſimi ſunt, haud ſecùs quàm ipſe hoſtis tartareus fugiendi. Falſos autem & ſubuerſos eos eſſe, nullo negocio aduertere poterit, quiſquis ea quæ multis modis ſupiùs tradita ſunt, benè perſpexerit. Siquidem vitam viuunt contrariam Deo, iuſtitiæ, & ſanctis omnibus: & ſunt omnes reuerà præcurſores Antichriſti, vitam illius ad omnem errorem ac infidelitatem præparantes ac munientes. Volunt nanque abſque Dei præceptis & virtutibus immunes eſſe ac liberi, & ocioſi ac vniti Deo ſine amore & charitate: DEI quoque contẽplatores abſque amoroſo cõtuitu, & viuentium omnium ſanctiſſimi abſque actibus ſanctitatis. Dicũt etiam quieſcere ſe in eo, quem tamen amore haud pſequuntur, & in eo ſubleuatos ſe eſſe, quem minimè ſentiunt neque concupiſcunt, & à cunctis denique virtutibus & omni ſuũ ad DEVM applicatione ſe vacare & ocioſos agere, ne quod DEI actionibus obijciant impedimentum. Interìm fatentur quidem DEVM omnium creatorem ac Dominum eſſe, & tamen nullas ei neque grates neque laudes agere volunt: itemque immenſam illius potentiam & infinitas eſſe diuitias & opes, & tamen nihil eum ſibi neque conferre, neque auferre poſſe, & ſe quoque nihil vltrà progredi, nihil mereri, nihil deficere, nihil demereri poſſe. Quanquàm quidam ex eis diuerſum ſentientes, cæteris hominibus maiora ſe præmia mereri affirmant, eo quòd DEVS ipſorum agat opa, & Dei ipſi actionem ocioſi ſuſtineant vel patiantũ, adeoq; etiam ipſi agantur à Deo: in quo, vt ipſis placet, ſumma conſiſtit ratio merendi. Verùm errant toto cælo, & ne-

Deipaſſiuos q cur ſe dici velint.

Quæ ſpũſanctũ ſuggerit, qualia.

Spũum diſcretio vbi maximè oportuna.

nedum falſa, ſed etiam impoſſibilia proferunt. Actio enim vel operatio Dei, in ſeipſa æterna & ineõmutabilis eſt: quippe qui nõ niſi ſeipſum hîc agit: & in hac actiõe nulla creatura quicquam vel meretur vel proficit: quando nihil hîc eſt præter Deum, cui neque adiungi, neque detrahi quicquam poteſt. Creaturæ autem per Dei virtutem proprias ac peculiares ſuas & in natura, & gratia, & gloria actiones habent: quarum dum actiones eæ quæ in gratia fiunt, hîc finem accipiunt, deinceps æternò durant in gloria. Quòd ſi poſſibile foret, vt eſt reuerà impoſſibile, creaturam, quod ad actionem attinet, penitùs redire in nihilum, adeoq; effici ocioſam, vt tum erat cùm necdum creata eſſet, hoc eſt, adeò vnum fieri cum Deo omni modo quo tum erat ſecundum ideam, non poſſet ſanè mereri quicquam, non magìs quàm tum poterat: neque ſanctitatis ac beatitudinis quicquã lapide vel ligno haberet ampliùs. Siquidem abſque proprijs actionibus, & ſine amore & cognitione Dei, beati eſſe non valemus. Deus verò & eſſet & eſt beatus vt ex omni fuit æternitate, ſed propter hoc nihilo nos meliùs haberemus. Quamobrem ocium quod iſti colunt, non niſi mera quædam impoſtura cenſenda eſt. Enimuerò improbitatem atque peruerſitatem omnem nedum fucare, ſed etiam cunctis virtutibus longè anteferre, & ſublimiori ac præſtantiori loco ponere moliuntur: quodque peſſimũ eſt, id ſubtilitate quadam prætexere ac velut palliare ſtudent, vt videatur optimum. Nihil ergo dubium eſt, & Deo & ſanctis omnibus aduerſos eos eſſe: ſimilimos verò dæmonum & ſpirituum in tartara damnatorum, qui nimirùm neque amant, neque cognoſcunt Deum, à laude & gratiarum actione atque omni amoroſa ad Deum conuerſione & applicatione ſemper vacant: quæ etiam cauſa eſt, vt perpetuò damnati maneant. Neque his, de quibus nobis ſermo eſt, aliud ſupereſt, quàm vt ex tẽpore deuoluantur ad æternitatem, & iuſtitia Dei in eorum actibus manifeſtè declaretur. At verò Chriſtus Dei filius, qui ſecũdum humanitatem ſuam bonorum omnium caput ac norma ſiue regula eſt, ſecundum quam vitam exigant ſuam, & fuit, & eſt, ſemperq; in omne æuum cum cunctis membris, hoc eſt, omnibus ſanctis ſuis, in amando, deſiderando, gratias agendo, & laudando Deo Patre, intentus manebit. Et licèt ſecundum animam & fuerit & ſit etiamnum vnitus diuinitati, & felix ac beatus, ad hoc tamen ocium pertingere non potuit, nec poterit vnquàm: quandoquidem glorioſa anima illius, atque etiam beati omnes perpetuò ſeſe per amorem adiungunt & applicant ad Deum, quaſi qui fame ac ſiti laborent, & Deum quidem guſtauerint, ſed nunquàm exatiari queant. Ac nihilo minùs eadem Chriſti anima & ſancti omnes ſupra omne deſiderium, vbi nõ niſi vnũ eſt, fruitioni vacant. Et hæc eſt tum ipſius Dei, tum omnium electorum eius æterna beatitudo. Agere igitur atque frui & ipſius Chriſti & ſanctorum omnium, beatitudo eſt & vita bonorum omnium, pro modo charitatis cuiuſque, atque etiam iuſtitia nunquàm finem habitura. Quamobrem in eam nobis curam incumbendum eſt, vt quemadmodùm ſanctos feciſſe conſtat, virtutibus nos & bonis moribus foris & intùs exornemus: ſimul etiam cum vniuerſis actibus noſtris amanter ac humiliter diuino cõſpectui nos offeramus. Quoddum agimus, Deo cum medijs donorum illius omnium obuiàm venimus, tangimurq; amore ſenſibili, & communi erga omnes fide ac beneuolentia replemur. Tum verò foràs manamus vera cum charitate, & ſtabilimur ac firmiter in ſimplici pace & diuina quadam ſimilitudine intùs permaneamus: per eandemque ſimilitudinem, & amorem fruitiuum, ac diuinam claritatem in vnitatem immergimur ac profluimus, obuiàm venientes Deo per Deum ſiue cum Deo abſque medio in requie fruitiua: atque ita eò quandoque pertingimus, vt perpetuò maneamus intùs, & iugiter foràs promanemus, & abſque medio introò reuertamur: quibus rebus vera interna vita perfectè poſſidetur. Quod nobis præſtet benigniſſimus Deus, Amen.

Actio Dei qualis.

Quo ſine beati eſſe non queamus.

Hypocriſes hæreticæ nequitia.

Bonorum oũm regula quæ.

Quid quorũ exemplo nobis faciũdũ.

D. Io-

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS, de ſpiritalium nuptiarum ornatu

LIBER TERTIVS, AGENS SPECIATIM de vita contemplatiua ſupereſſentiali.

¶ Quinam ad hanc vitam pertingant. Caput I.

DORRÒ INTERNVS AC DEVOTVS DEI AMATOR, DEum quidem in fruitiua quiete, & ſeipſum in applicante ſiue accommodante ad Deum actuoſo amore, ac totam denique vitam ſuam in excolendis cum iuſtitia virtutibus poſſidens & obtinens, per hæc ipſa tria & occultã Dei manifeſtationẽ, ad ſupereſſentialem contemplatiuã pertingit vitam: amator, inquam, Dei internus, ſiue interna deuotione præditus, atque iuſtus, quem Deus liberrima voluntate ſua ad eiuſmodi ſupereſſentialem contemplatiuam vitam, quæ in Dei lumine & modo quodam diuino agitur, eligere ac ſubleuare velit. Quæ nimirùm contemplatio in quadam nos puritate & lympitudine ſupra omnem intellectum conſtituit: ſiquidem virtutum omnium & vitæ omnis ſingulare quoddam decus ac ornamentum & cælica corona, atque etiam perenne præmium eſt. Huc verò neque ſcientia, neque ſubtilitate, neq; vlla exercitatione pertingi poteſt: ſed quem Deus ſuo ſecùm in ſpiritu vnire, & ſeipſo illuſtrare dignatur, is videlicet hoc pacto contemplari Deum poteſt, non alius quiſquam. Ipſa quidem occulta diuinitatis natura, quantùm ad perſonas pertinet, æternò actiuè contemplatur & amat: in ipſa autem eſſentiæ vnitate, in perſonarum complexu æternò perfruitur. Et in hoc ipſo complexu in eſſentiali Dei vnitate omnes deuoti ac interni ſpiritus vnum cum Deo ſunt amoroſa ſuĩ in illum immerſione ac liquefactione: adeoq; ex gratia idem illud vnum ſunt, quod eadem eſſentia in ſeipſa eſt. In hac autem ſublimi diuinæ naturæ vnitate, cæleſtis Pater omnis operationis, quæ vel in cælis fit vel in terris, principium & origo eſt: idemq; ipſe in abſorptis ac immerſis ſpiritûs penetralibus loquitur in hac verba, Eccè ſponſus venit: exite obuiàm ei. Quæ nos verba hoc tertio libro ad ſupereſſentialem accommodabimus contemplationem, totius ſanctitatis & perfectæ vitæ omnis, quæ poſſit agi in hoc tempore, fundum atque finem. Ad quam ſanè contemplationem pauci admodùm perueniunt, tum ob ſuam ipſorum ineptitudinem ac inhabilitatem, tum ob lumini, in quo iſta fit contemplatio, latebras ac receſſus. Quamobrem etiam ea quæ dicturi ſumus, nemo quauis inſtitutione aut conſideratione propria funditùs capere valebit. Enimuerò tum verba omnia, tum quæcunque iuxta creaturæ modum doceri ac intelligi poſſunt, aliena ſunt & longè infra hanc, de qua quippiam dicere conſtituimus, veritatem. Quiſquis tamen Deo vnitus eſt & hac veritate illuſtratus, is poterit intelligere eam per ſeipſam. Deum nanque vltra ſimilitudines omnes ita vt eſt in ſeipſo capere ac intelligere, hoc eſt quodam modo Deum eſſe cum Deo, ſine medio aut aliqua (vt ſic dicam) perceptibili alteritate, quæ impedimentum aut medium aliquod efficere poſſet: ita tamen, quod ſemel pro ſemper lectorem diligenter aduertere & memoria retinere velim, vt creatura maneat ſemper creatura, nec vnquàm eſſentiam amittat ſuam: quod abſurdum fit dicere. Quæ cùm ita ſe habeant, obſecro omẽs ad quorum manus iſta notitiamq; peruenerint, ſi quidem

Virtutũ oĩm decus ac p̃mium quod.

Qui quomõ ſint vnum cum Deo.

Mat. 25.

Vitę oĩs pſectę fundum ac finis qs.

Qualia & quãta hoc libello tractẽtur.

Authoris de hic tractan-

ea

ea non intellexerint, neque in ſpiritûs ſui fruitiua vnitate ſentiant ac experiãtur, vt ne quod hinc offendiculum capiant, ſed ſinant eſſe id quod ſunt: neque enim niſi vero conſentanea prolaturi ſumus. Eademque ſanè Dominus IESVS æterna veritas pluribus Euangelij locis tradidit, id quod eſſet omnibus perſpicuum, ſi tantùm nos ea idoneè exprimere, declarare ac explicare poſſemus. Quiſquis autem hæc intellectu conſequi debeat, is ſibijpſi mortuus ſit & in Deo viuat oportet, vertatq; faciem ſuam ad lumen æternum in fundo ſpiritûs ſui, vbi occulta & arcana veritas ſine medio ſeſe manifeſtat. Et Pater quidem cæleſtis, cùm ſit pater luminũ, vult vt videamus: atq; eam ob rem ſine intermiſſione, & abſq; medio perpetuò in intimis ſpiritûs noſtri penetralibus verbum vnicũ æternum, ac vt ita dicã, abyſſale, nec plura, loquitur: in eodẽq; verbo & ſeipſum profert & omnia. Nihil autẽ aliud verbum iſtud ſonat, quàm Eccè, vel Vide: & hic exitus eſt & generatio filij luminis æterni, in quo beatitudo omnis cognoſcitur & conſpicitur.

dorũ ſublimitate proteſtatio.

Iac. 1.

¶ De tribus ſupereſſentiali contemplationi neceſſarijs. Caput II.

IAM ſi ſpiritus Deum per Deũ in hoc diuino lumine abſq; medio contemplari debeat, eò quidẽ tria neceſſaria ſunt. Primum eſt, vt ſit benè cõpoſitus ac ordinatus foris in cunctis virtutibus, & intùs tã expeditus, ſiue tã nihil impeditus, tamq; liber à cunctis actibus externis, quaſi nihil operis ageret. Etem̃ ſi quibuſlibet virtutũ actibus intùs in animo diſtendatur vel occupetur, iã quoque intùs imaginibus implicitus eſt: quod quandiu in ipſo perſeuerauerit, non poterit contẽplari. Secundũ eſt, vt Deo intùs adhæreat adiunctiua intentione & amore, velut igni incenſus & excandeſcens, & qui nunquàm poſſit extingui. Vbi ſe ita ſenſerit affectum, contẽplationi vacare poterit. Tertium eſt, vt in diuinitatis eſſentia omnis modi neſcia, & in caligine, vbi omnes contemplatores fruendo aberrãrunt, nec ſeipſos vnquàm ſecundum creaturæ modũ reperire queunt, ſeipſum amiſerit. In cuius quidem caliginis abyſſo, in qua ſpiritus amore flagrans ſibijpſi mortuus eſt, Dei manifeſtatio & vita æterna incipit. Iſthìc enim lux quædam incompræhenſibilis lucet ac naſcitur, quæ eſt filius DEI, in qua vitam contemplamur æternam: & in ipſa videre incipimus. Porrò lumen iſtud diuinum in ſimplici ſpiritûs præſtatur exiſtentia, vbi ſpiritus hominis Dei ſuſcipit claritudinem, idq; ſupra dona omnia, & actus omnes, quatenùs creaturæ ſunt, in ipſa ocioſa ſuĩ vacuitate ſiue inanitate, vbi per fruitiuum amorem ſeipſum amiſit, & vt dixi, claritatem Dei abſque medio ſuſcipit: immò etiam quatenùs creaturæ congruit, abſque intermiſſione eadem fit claritas quam percipit. Nimirùm occulta iſthæc claritudo, in qua ſecundum ſpiritûs ocium contemplari licet quicquid deſiderari poſſit, tam ingens eſt, vt amans contemplator in fundo ſuo, vbi quieſcit, nihil neq; ſentiat, neque conſpiciat, niſi lumen quoddam incompræhenſibile: & ſecundum ſimplicem nuditatem omnia complectentem, velut idẽ ipſum ſe ſentiat ac depræhendat. Ita iam primum illud, vti videlicet in diuino lumine videre incipimus, explicatum eſt. Beatos planè oculos illos, qui ſic vident, quoniam vitam æternã, quatenùs in tempore licet, poſſident.

Quæ tria quò neceſſaria.

I.

II.

III.

Quæ lux q̃ ex caligine luceat & naſcatur.

Claritudo q̃ quãta ſit, & cui quò obtingat.

Oculi q̃ cur beati.

¶ De aduentu ſponſi in ſpiritum contemplantem, & de æterna in eodem filij Dei generatione. Caput III.

AT verò vbi hunc in modum videre cœperimus, iam ſponſi noſtri aduentum perpetuum cum gaudio contemplari valebimus: & id alterum eſt, de quo dicere ſtatuimus. Sed quiſnã, obſecro, ſponſi noſtri aduentus perpetuus eſt? Videlicet noua generatio, recenſque ſine intermiſſione illuſtratio. Etenim fundum illud vndè claritas iſta refulget ac lucet, immò quod claritas ipſa eſt, fœcundũ ac viuidũ eſt: ideoq; æterni luminis manifeſtatio in intimis ſpiritûs penetralibus continenter renouatur. Atque hìc ſanè quicquid eſt actuum creatorum, & cuncta virtutum exercitia cedant ac ſuccumbãt oportet: quandoquidem Deus ipſe non niſi ſeipſum hìc agit in ſuprema ſpiritûs dignitate ſeu nobilitate: neq; aliud hìc eſt, niſi perpetua & intenta quædam luminis huius per ipſum

Perpetuus ſponſi aduẽtus quis.

Aduentus spōsi qualis.

& in ipso lumine contemplatio. Et sponsi aduentus tam velox ac repentinus est, vt & veniat semper, & semper intùs permaneat, & quidem cum opibus immensis: atque etiam personaliter sine cessatione cum eiuscemodi claritudine recēs semper adueniat, perindè quasi nunquàm antè venerit. Siquidem aduentus eius absque tempore in quodam NVNC sempiterno consistit, & semper noua cum appetentia ac nouo gaudio suscipitur. Quas verò delicias quæq; gaudia sponsus iste secùm suo in aduentu apportat & aduehit, ea sanè infinita ac immensa sunt: siquidem ea ipsemet est. Atque hac de causa oculi spiritûs, quibus is sponsum suum intētè cōtēplatur & adspectat, vsqueadeò aperti sunt ac latè patent, vt nunquàm occludantur. Spiritûs nanq; intenta contemplatio, qua is in occultam Dei manifestationem intendit, perpetuò perseuerat: eiusdēq; spiritûs capacitas erga sponsi aduentū vsqueadeò sese expandit, vt transisse videatur in eam quam suscipit amplitudinem. Atque hoc pacto DEVS per DEVM capitur atque conspicitur, in quo nostra omnis consistit salus ac beatitudo. Et id quidem alterum est, vtì videlicet perpetuum sponsi nostri aduentum in spiritu nostro cōtinenter suscipiamus.

Quas secùm delicias spōsus adferat.

Spūs qs qui se expandat.

¶ De exitu spiritûs contemplantis, quo pergit sponso suo obuiàm, tum ad contemplationem, tum fruitionem. Caput IIII.

Deindè spiritus Dei in occulta spiritûs nostri liquefactione siue defluxione ac immersione ita loquitur, dicens: Exite. videlicet in perpetuam contemplationem & fruitionem modo quodam diuino. Sanè diuitias omnes Dei, quas is habet ex natura, nos amanter in ipso possidemus, & ipse in nobis, idq; per amorem illum immensum, qui est spiritussanctus, in quo gustare licet quicquid desiderari possit. Atque per hunc ipsum amorem nobisipsis mortui sumus, nosq; exiuimus amorosa nostrî liquefactione siue immersione in essentiam omnis modi expertem atque in caliginem: vbi iam spiritus in sumuæ TRinitatis complexu in superessentiali Dei vnitate quiescendo & fruendo perpetuò intùs permanet. Et in hac eadem vnitate secundum fœcunditatem & PATER in FILIO, & FILIVS in PATRE est, & in ipsis creaturæ omnes: & hoc supra personalem distinctionem. Siquidem hîc paternitas & filiatio in naturæ fœcunditate ratione discernuntur siue intelliguntur. Oritur autem hîc æternus quidam exitus & operatio initio carens. Est nanque hîc principium sine principio. Vbi em̄ PATER omnipotens in fœcunditatis suæ abysso seipsum plenè ac perfectè compræhendit, eiusdem PATRIS FILIVS, verbum scilicet æternum, altera diuinitatis persona exijt: & per hanc æternam verbi generationem creaturæ omnes, antequàm creatæ essent temporaliter, ab æterno egressæ sunt, viditq; eas Deus & agnouit distinctè in seipso in alteritate quadam sub viuidis rationibus, non tamen omnimoda alteritate. Quicquid enim in Deo est, Deus est. Hic verò æternus exitus & vita hæc æterna, quam ab omi æternitate in DEO habemus & sumus absq; nobisipsis, vt arbitror, ratio est temporaliter creatæ essentię nostrę: & creata essentia nostra dependet ab essentia æterna, & vnum cum illa est secundum essentialem existentiam. Porrò esse æternum & vita æterna, quam secundum ideas in æterna Dei sapientia habemus & sumus, Dei similis est: etem̄ ꝑpetuò in diuina essentia sine discretione intùs ꝑmanet: atque etiā ꝑ æternā verbi generationē ꝑpetuò emanat sub discreta alteritate secundum rationem æternam siue ideam. Et ꝑ hæc duo tantam habet Dei similitudinem, vt in hac ipsa similitudine Deus omnipotens sine intermissione sese cognoscat tam secundū essentiam quàm personas. Nam tametsi secundum rationem discrimen & alteritas hîc est, attamen similitudo hæc vnum est cum summę TRinitatis imagine, quæ est æterna Dei sapientia, in qua seipsum Deus & omia in quodam NVNC æterno absque antè vel pòst, simplici intuitu contemplatur. Est enim DEI sapientia, illius imago & similitudo, & nostra forma ac exemplar: in eaq; sese Deus & omia velut in speculo contuetur. Et in hac diuina imagine creaturæ omnes tanquàm in suo exemplari æterno penniter viuunt secundum ideam: atque ad istam ipsam ęternā imaginem & hanc similitudinem à sacrosancta TRinitate conditi sumus. Quam ob rem exigit & vult Deus, vt extra nosipsos in hoc diuinum lumen exeamus, & imaginem hanc ceu propriam vitam nostram supernaturaliter assequi conemur, & cum ipso in

Dei spūs qui nostrū alloquatur.

Quo nobis amore mori amur.

Quæ nostra essentia vñ pendeat.

Quanta ꝑ q̄ Dei similitudo obtineat

Qua in imagine q quō viuant.

Quò nos exire Deus velit.

æterna beatitudine actiuè pariter & fruitiuè possideam*. Enimuerò satis animaduerti licet, Dei PATRIS sinum vitę & essentiæ nostræ fontem & originem esse. Ex eodem autem ipso Deo PATRE & omi eo quod in ipso viuit, æterna quædam radiat claritudo, quæ est filij generatio: & in hac claritate, hoc est, in filio seipsum DEVS & quicquid in ipso viuit, perspicuè ac manifestò cognoscit. Nam totum hoc quod ipse est & habet, suo largitur filio, præter tamen paternitatis ꝑsonalem proprietatem quæ ipsi ꝑmanet. Quicquid igitur in PATRE viuit occultum & abditum in vnitate, id omē etiam in FILIO viuit in emanatione manifesta. Ita ergo simplex æternæ imaginis vel exemplaris nostri fundum, ꝑpetuò in caligine omis modi expers permanet: sed claritas immensa hinc radians atq; lucens, occulta Dei cum modo quodam profert, redditq; manifesta. Et quotquot vltra creatam essentiam suam in vitam superessentialem contemplatiuam subleuati sunt, cum hac diuina claritudine vnum sunt, immò iuxta quendam modum ipsa hæc claritas sunt: perq; lumen hoc diuinum vident & sentiunt ac reperiunt intra sese, secundum ideam, vel esse suum increatum idem se fundum illud esse vel abyssum, vndè claritas ista immēsa diuina quadam ratione relucet, atq; etiam vbi secūdum essentiæ simplicitatē æternò simpliciter & absq; modo intùs manet. Quapropter homines interni & superessentialiter contēplatiui, iuxta contemplationis huius modum supra rationem, supra discretionē, & supra creatam essentiam suam, ꝑpetua cum contēplatione ꝑ lumē insitum exibunt: sicq; de claritate in claritatē tanquàm à DOMINI spiritu transformabuntur, & vnum cum hoc lumine, quo vident & quod videt, efficiētur: simul etiam æternam suam assequētur imaginē, ad quam conditi sunt, & simplici quodam in diuinam claritatē intuitu, Deum ipsum & omia absq; discrimine vel discretiōe cōtemplabūtur. Quæ nimirùm & præclarissima & frugifera maximè cōtemplatio est, ad quā possit in hac ꝑtingi vita. In hac nāq; cōtemplatione suî quisq; meliùs cōpos manet ac liber, potestq; in vitæ sublimitate sub qualibet amorosa introuersione suprà quàm capi queat, ꝑfectum facere. Siquidē quod ad deuotionem internam & virtutum exercitia attinet, suî potēs & liber manet: ipsa verò in diuinum lumen intenta contemplatio, supra deuotionem omnem, & supra virtutes ac merita omia sese continet: quippe quæ corona & præmium est, ad quod magna animi contentiōe adspiramus, quodq; modo quodam etiamnum in superessentiali contemplatione habemus & possidemus. Enimuerò vita superessentiali contemplationi dedita, cælestis planè vita est. At tamen si ab hoc exilio & miseria extracti essemus, dubium non est, quin secundum creatam essentiam nostram ad suscipiendam hanc claritudinem aptiores magisque habiles essemus, & Dei gloria iuxta oēm mōdū præstantiùs & copiosiùs lumine suo nos irradiare ac penetrare posset. Hic videlicet modus est omem transcendens modum, quo in diuinam perpetuamq; contemplationem exitur, quoq; in diuinam transformamur claritatem. Idemq; contemplantis hominis exitus etiam amorosus est. Siquidem per amorem fruitiuum suam transcendens creatam essentiam, illas inuenit gustatque diuitias ac delicias quæ DEVS ipse est, quasque is continenter manare facit in intima spiritûs penetralia, vbi hic diuinæ nobilitatis quandam obtinet similitudinem.

Vitæ nostræ fons.

Quæna pater filio præstet.

Cōtēplatio maximè frugifera quæ.

Quō cælestis hic agi vita queat.

¶ De intima obuiatione spiritûs ac sponsi. Caput V.

ATquì vbi intimus cōtemplator ea, qua dictum est, ratiōe æternam suam assecutus est imaginem, & in hac puritate ac synceritate, ꝑ filium, Dei PATRIS sinum obtinuit ac possedit, iam quidē diuina illustratus veritate est, & diuinam generationem horis omibus nouam suscipit, & iuxta luminis modum in diuinam exit contēplationem: vbi tum quartum idēq; postremū oritur, putà amorosa Dei obuiatio, in qua suprema salus ac beatitudo nostra præcipuè consistit. Hîc quidē scire operæprecium fuerit, PATRĒ cælestem ceu viuidum principium vel originem, cum omibus in ipso viuentibus ad filiū suum tanquàm æternam sapientiam suam, actiuè conuersum esse, eandemq; sapientiam cum vniuersis in ipsa viuentibus in PATRĒ suum, vtpotè principium vndè exijt, reflexam esse: atque in hoc mutuo PATRIS ac filij occursu tertiam existere personam, ex PATRE & FILIO procedentem, ipsum videlicet spiritūsanctū, qui amor amborū est, & vnū cū ipsis in identitate naturæ. Hic

Quō pater ad filiū conuersus, filiusque itidē ad patrē reflexus.

Tertia TRINITATIS ꝑsona

vndè & quî emánet.

verò amor vel charitas tũ actiuè tum fruitiuè patrẽ ac filiũ & quicquid in eis viuit, tãta cum opulẽtia tãtisq; gaudijs cõplectitur ac penetrat, vt hinc creaturas omẽs æternò silere necesse sit. Etem incompræhensibilia illa mira, quæ in hoc cõtinentur siue cõsistunt amore, creaturarum omnium intelligẽtiam æternò superant & excellunt. Vbi igitur mira hæc sine admiratiõe & intelligũtur & gustãtur, ibi spiritus supra seipsum subleuatus, vnum cum Dei spiritu effectus est, & in vitalis fundi vnitate, vbi seipsum secũdum esse suum increatũ possidet, diuitias illas, quæ Deus ipse est, sine mẽsura diuino quodam modo gustat & adspectat. Cæterum deliciosa isthæc diuinaq; obuiatio, absq; intermissiõe actiuè in nobis renouatur. Pater nanq; sese dat in filio, & filius in patre, idq; in æterna quadam mutua complacentia ac amantissimo amplexu: & hoc in amoris nexu horis omnibus renouatur. Sicut em pater sine intermissione in filij sui generatiõe cũcta recens contemplatur: ita etiam à patre & filio in sanctiſpiritũs emanatiõe recenter omnia amantur. Et hæc est actiua patris & filij obuiatio, in qua nos per Spiritũsanctum in æterna charitate amanter circumplexi sumus. Porrò actualis hæc obuiatio & amabilis hic amplexus, in fundo suo fruitiuus est & absq; fundo. Siquidem diuinitatis abyssus omis modi expers, tam caliginosa est, tamq; modi nescia, vt in se diuinum omnem modum, & actionem & proprietates in opulento essentialis vnitatis amplexu compræhendat ac circumplectatur, & in innominabili abysso diuinam efficiat fruitionem. Hîc verò fruitiuus quidam excessus agitur, & defluens in essentialem nuditatem immersio, vbi quæuis Dei nomina, & modi ac viuidæ ratiões omnes in diuinæ veritatis speculo relucẽtes, in simplicem illam ac innominabilem decidunt diuinitatis essentiam, modi omnis ac rationis expertem. In hac nanq; inexhausta ac inscrutabili simplicitatis abysso, cuncta in fruitiua beatitudine complectuntur: sed abyssus ipsa nunq̃ compræhenditur, nisi ab essentiali vnitate. Atq; hîc sanè tum personas ipsas, tum quicquid viuit in Deo, cedere oportet: quando nihil hîc aliud est, quàm in fruitiuo amorosæ liquefactionis siue defluxionis circumplexu ppetua requies: quæ nimirùm in essentia illa omnis modi nescia capitur, quam intima deuotione præditi spiritus supra omnia elegerunt. Et hæc est caliginosum silentium, in quo omnes amantes spiritus sese quodam modo amiserunt. Et nos quidem si ita, vt dictum est, virtutibus excolendis nos præparare studeremus, ipso propemodùm corpore exuti, in vastissimum diuinitatis pelagus nauigaremus, à nulla vnquàm assequendi vel impediendi creatura. Præstet nobis diuina charitas, quæ nullius vnquàm quanuis médici, preces frustrata est, vt essentialem vnitatem fruitiuè possideamus, & vnitatem in trinitate dilucidè contemplemur, Amen.

Spũs qs vbi & qũ cũ Dei spũ vnũ fiat.

Qui oia recens à patre & filio amẽt.

Abyss⁹ quæ qualis.

Abyssus q̃ an & qui tm cõprehẽdat.

Finis trium de Nuptijs spiritalibus librorum admirabilis & diuinissimi viri D. Ioannis Rusbrochij.

D. Io-

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS, de calculo, siue de perfectione filiorum Dei Libellus admirabilis.

¶ Quatuor requiri ad perfectissimum vitæ genus, & primò, quænam bonum efficiant hominem.

Caput I.

QVISQVIS IN PERFECTISSIMO SANCTAE ECCLESIAE statu degere appetit, is vt homo strenuus ac bonus, itemq; internus ac spiritalis, atque etiam subleuatus, Deumq; contemplans, & denique larga pietate omnibus sese communicans, cunctisq; communis sit oportet. Isthæc quatuor dum in vno aliquo simul concurrũt, illius status absolutus & pfectus est, idemq; in gratia & cunctis virtutibus veritatisq; cognitione coram Deo & omnibus hominibus ratione vtentibus, cõtinenter crescit ac proficit. Sed iam principio tria quædam consideranda veniunt, quę bonum reddunt hominem. Primum, idemq; necessariũ homini bono, pura ac munda est conscientia, sine mortalis peccati remorsu vel accusatione. Quæ vt possit obtineri, is qui bonus effici cupit, magno cum iudicio siue discretione ab eo vsq; tempore quo peccare potuit, sese vt exploret, dispiciat, scrutet oportet, & iuxta sanctæ ECCLESIAE constitutionem, institutũ ac modũ se expurget. Alterum, quo qs bonus efficit, id est, vt in omnibus Deo, sanctę Ecclesiæ, & ppriæ rationi obtemperet. His nanq; tribus consimiliter obediendum est, atq; ita sine perplexitate vel ambiguitate ac sine solicitudine viuet, nec vnquàm in suis actibus intùs reprehendet. Tertium, idemq; ad omnes pertinens, est, vt in cunctis actionibus suis potissimùm ac præcipuè DEI spectet honorem. Quòd si actionum suarum multitudinem & occupationes DEVM præ oculis semper habere non potest, ad minus tamen ita debet esse affectus, vt secundum gratissimam DEI voluntatem appetat velitque seu intendat viuere. Isthæc tria bonum efficiunt hominem: cui autem aliquod horum deficit, is bonus non est, & diuinæ gratiæ expers est. Porrò dum quispiam tria hæc exequi statuit ac proponit in animo suo, quantumuis anteà malus fuerit, eodem ipso temporis puncto fit bonus, Deoq; charus & acceptus, & Dei gratia impletur.

Quę q̃tuor statũ alicui⁹ perfectum reddant.

Quę tria hominẽ bonũ.

I.

II.

III.

Quàm mox è malo quis fiat bonus.

¶ De tribus quæ reddant hominem internum.

Caput II.

IAM si istiusmodi homo bonus, etiam internus ac spiritalis effici debeat, eò tria alia exiguntur: Primùm est, cor imaginibus vacuum. Alterum, spiritalis sapiẽtia in affectu. Tertium, internam sentire vnionem cum Deo. Exploret hîc & inspiciat vnusquilibet semetipsum, qui se putat esse spiritalem, qui cor appetit habere imaginibus vacuũ, huic nihil licet possidere cum amore, neq; cuiquã voluntaria, ppensione vel affectu adherere, aut adesse siue cõuersari familiariter. Omis em cõuersatio, & Amor omis, cuius verissima causa Deus non est, cor hominis imaginibus afficit, eò quod non ex Deo, sed ex carne traxerit originem. Atq; ea re si qs velit spiritalis effici, omnis ei carnalis amor repudiandus est, ita vt soli Deo cum amore & affectu adhæreat, eumq; hoc pacto possideat. Hoc ipso nanq; omnes ex corde imagines & omnis erga creaturas amor inordinatus depellitur ac profligat: ipsaq;

Quę tria hominem faciant internũ.

Spiritali qs amor repudiandus.

Dei per amorem possessio, cunctis intùs hominem imaginibus liberat & absoluit: siquidem
Ioan. 4. spiritus est Deus, cuius nulla potest vera aut ꝓpria imago effingi. In ipsa autem suî exercita-
tione is, de quo agimus, bonas assumẽt, ꝓponetq; imagines, putà dominicam passionem, &
quæcunq; ipsum ad maiorem possint incitare deuotionem ac pietatem. At verò dum DEVM
I. possidet, nuditati cuidam imaginũ experti, quæ Deus ipse est, inhærebit. Et hoc primũ est,
II. adeoq; fundamentũ vitæ spiritalis. Alterum est interna libertas, id est, vt absq; imaginibus
vel simulacris & impedimentis sese qs possit erigere in DEVM in cunctis exercitijs internis,
verbi gratia, in gratiarũ actione, in laude, in veneratione, seu reuerentiæ exhibitione, in de-
uotis precibus, in intimo amore, ac demùm in omnibus illis, quæ affectum siue appetentiam
& amorem excitare queant, idq; per diuinæ gratiæ opem, & internam erga cuncta spiritalia
III. exercitia strenuitatem sedulitatemq;. Per hæc autem exercitia interna ad tertium pertingit,
quod est, spiritalem cũ DEO sentire vnionem. Quisqs enim in sua exercitatione liberũ ac ima
ginum expertem ad DEVM accessum habet, nec quicquam nisi Dei spectat honorem, is non
potest non gustare bonitatem Dei, veramq; intùs cum Deo sentire vnionem, in qua vita in-
terna ac spiritalis perficit & consummat. Ex hac nanq; vnione affectus siue desideriũ nun-
quàm non recenter ad nouas internas actiones excitatur ac permouetur, atque continen-
ter agendo spiritus in nouam ascendit vnionem: sicq; actio & vnio perpetùm renouatur: &
Qui bonus, qui spiritalis fias. hæc vtriusq; innouatio, vita spiritalis est. Ex his igitur perspici licet, hominem esse bonum
per virtutes morales cum recta intentione coniunctas, eundemq; spiritalem fieri per virtu-
tes internas, vnionemque cum DEO. Atque sine his duobus nec bonus, nec spiritalis po-
test euadere.

¶Vt tria quędam contemplatorem efficiant. Caput III.

Cõtẽplatorem quę tria faciant. CAEterùm si homo iste spiritalis, Dei contemplator fieri debeat, eò itidèm tria re-
quiruntur. Primum est, vt essentię suæ fundamentum prorsus fundo carere sen-
tiat: & ita quoq; ipsum possideat. Alterũ, vt exercitatio eius, modi expers sit. Ter-
tiũ, vt eius inhabitatio q̃dã diuina fruitio sit. Animũ hîc aduertãt, qcunq; in spi-
ritu viuere conant: ijs em̃ solis iam loquor: Vnio illa, qua homo spiritalis DEO se coniũctum
sentit, dum se spiritui infinitam exhibet ac manifestãt, id est, absq; modo & mensura profun
dam, sublimem, longam ac latam, in eadem ipsa manifestatione vel apparitione animaduer-
tit ac sentit, ꝓspicitq; spiritus, sese sibi ꝓsi per amorem demersum esse in ꝓfunditatem, suble
uatum in altitudinem, procul ꝓgressum in lõgitudinem, ac in latitudinem aberrasse: itemq;
commorari se in incognita cognitione, & per adhæsiuum vnionis experimentum in vnita-
tem, atq; per omnem mortificationem in Dei vitam siue viuacitatem sese defluxisse, vbi iam
Vitę cõtemplatiuę fundamentum. vnam se sentit vitam cum Deo. Et hoc vitæ contemplatiuæ fundamentum est, primumq; il-
li necessarium. Atq; hinc alterum trahit originem, quod est exercitatio supra rationem, ea-
demq; modo carens. Dei nanq; vnitas, quam singulus quisq; contemplator siue contempla
tiuus spiritus per amorem possidet, tum ipsas diuinitatis personas, tum omnes amantes spi
ritus ꝓpetuò in seipsam intrò trahit, vocat ac exigit: & hunc tractum singuli amantes pro
sui amoris mensura, atque exercitationis suæ modo, magìs ac minùs sentiunt. Quisqs autem
Liber à lapsu in mortale peccatum, quis. hunc obseruat tractum, eiq; perseueranter adhæret, is non potest in peccatum labi mortife
rum. Atquì homo contemplator, qui seipsum abnegauit & om̃ia, nec vlla re se sentit abstra
hi, eo quòd nihil cum ꝓprietate possideat, sed sit liber & expeditus ab omnibus, semper in
intima spiritũs sui penetralia nudus & imaginibus vacuus penetrare ac pertingere valet. Hîc
verò æternam quandam lucem inuenit manifestò apparentem, in ipsaq; luce ꝓpetuum vni-
tatis Dei tractum intrò inuitantem ac vocantem percipit: & seipsum quidem velut peren-
ne quoddam sentit amoris incendium siue ardorem, supra omnia vnũ cum Deo esse appe-
tentem. Quantoq; ipsum tractum intrò inuitantem studiosiùs obseruat, eo ampliùs sentit:
Quę vnitatis Dei exactio quid efficiat. & quo plùs sentit, tanto magìs ei libet vnum esse cum DEO. Appetit enim soluere debitum,
quod exigitur à Deo. Et ipsa quidem ꝓpetua vnitatis Dei exactio, pennem quendã in spi-
ritu amoris ardorem efficit: sed vbi spiritus sine intermissione suum persoluit debitum, id
per-

perpetuam in ipso conflagrationem excitat. Siquidem in vnitatis transformatione cuncti
spiritus in sua actione deficiunt, neq; aliud sentiunt, nisi penitùs conflagrare vel concrema-
ri se in simplicem Dei vnitatem. Hanc Dei simplicẽ vnitatem nemo sentire neq; possidere po
test, nisi in immensa corã assistat claritudine, & Amore rationem excedẽte ac modinescio. In
hac aũt assistentia, id est, dum ita coràm assistit, perpetuum quendam Amoris ardorem spũs
in se sentit, nec tamen vllum huius ardoris vel initiũ vel finem reperit, & seipsum cum hoc
Amoris ardore vnum esse sentit. Semp quidem spiritus in seipso ardet, eo quòd Amor eius
Spũs in seipso cur sẽper ardeat. perpetuus est, & semp etiã in Amore conflagrare sentit, eo quòd in vnitatis Dei transforma
tionẽ. Cæterùm vbi in Amore ardet spũs, si seipsum animaduertat, inter se & DEVM discri-
men atq; diuersitatem sentit: Vbi verò cõflagrat, ibì simplex est, nec ꝓcipit discrimen, ni-
hil nisi vnitatem sentiens. Enimuerò immensa charitatis Dei flamma quicquid apꝑhende-
re & circumplecti potest, in seipsam absorbet, vorat, & consumit. Ex quibus animaduerti li
cet, Dei vnitatem intrò trahentem, nihil esse aliud, quàm infinitam charitatem illam quę Pa
Vnitas Dei ĩtrò trahẽs, quid. trem & Filium, cunctaq; in eis ꝓ Amorem viuentia in æternam fruitionem introrsùs trahit.
Et in hac charitate nos sine fine in omnem æternitatem & ardebimus & conflagrabimus: si-
quidem in hoc cunctorum spirituum beatitudo consistit. Atq; eamobrem omnis vita no-
stra in inexhausta ac infinita abysso fundanda nobis est: sicq; perenniter in Amorem nos im
mergere, atq; in infinitam ꝓfunditatem demergere poterimus. Et cũ eodem amore nosipsos
in incomꝑhensibilem eleuabimus ac excedemus sublimitatem: atq; in ipso Amore modine-
scio vagabundi aberrabimus, & ipse nos in immensam charitatis Dei abducet latitudinem,
in eaq; nos manabimus, & à nobisipsis in incognitas opulentiæ bonitatisq; diuinæ delicias
defluemus: atq; in ijs liquefiem⁹ atq; colliquescem⁹, & æternò infinitè absorbebimur ac de-
Vita q̃ q̃ in re fundãda. mergemur in Dei gloriam. Nimirũ sub qualibet harum similitudinum homini contempla-
tiuo suum statum suamq; exercitationem demonstro: nec alius quisquam isthæc poterit in-
telligere. Etenim vitam contemplatiuã nemo alium docere potest: sed æterna veritate in spi
ritu se manifestante, quæcunque necessaria perdiscuntur.

¶Quid sibi velint calculus candidus & nomen nouum, in sancti Ioannis Apocalypsi. Caput IIII.

VNDÈ DOMINI Spiritus in S. Ioannis Apocalypsi ait: Vincenti & transcendenti se-
Apoc. 2. ipsum & omnia, dabo manna absconditum, id est, gustum quendam internum
& occultum, & cælicum gaudium. Et dabo ei calculum candidum, & in calculo
nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Lapillus iste ob suam
Calculꝰ vũ dictus. paruitatem calculus dicitur, eo quòd etiam pedibus calcatus, nullo dolore calcantẽ afflici-
at. Est autem nitidus & rubicundus instar flammæ igneæ, exiguus etiam ac rotundus, & vn-
diq; æquabilis, ac leuis admodũ. Itaq; per calculum hunc candidũ, DOMINUS noster IESVS
Calculus candidus. Christus accipi potest. Is enim secundum diuinitatem suam cãdor est lucis æternæ, & splen-
dor Paternæ gloriæ, & speculũ sine macula, in quo omnia viuunt. Vincenti igit̃ ac transcen
denti omnia datur hic calculus candidus, & in eo accipit ille claritudinem, veritatem & vi-
Heb. 1. tam. Est etiam calculus iste flammæ igneæ similis: Siquidem ignita verbi æterni charitas to-
tũ terrarum orbem Amore impleuit, omnes amantes spiritus in Amore penitùs concremare
volens. Tanta quoque calculi huius exilitas est, vt vix sentiatur calcatus pedibus. Atq; indè
calculus velut à calcando dictus videtur. Quod quemadmodùm Filio conueniat, Apostolus
exponit vbi ait: Qui cũ in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit & humiliauit, formã
Phil. 2. serui accipiens, & factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Et ipse DOMINUS
per Prophetam loquitur de seipso: Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium ho-
minum, & abiectio plebis. Vsqueadeò id temporis idem ipse se exinaniuit, vt Iudæorum pe
Psal. 21. dibus proculcaretur, nec tamen sentiretur à calcantibus. Si enim filium Dei cognouissent,
1. Cor. 1. cruci eum figere non fuissent ausi. Immò hodieq; idem DOMINUS IESVS paruus & nullius
pensi habetur in cordibus omnium ipsum non amantium. Deindè præclarus hic lapillus,
putà calculus, de quo nobis hic sermo texit̃, figurę sphæricę est & om̃i ex parte æquabilis: Et
Rotunditas qd sibi velit. rotũditas qdem siue forma sphærica diuinã veritatẽ neq; principiũ, neq; finẽ habere nos in-
stituit

Quid æquabilitas.

ſtituit. Aequabilitas autem circularis eandem veritatem æquo iudicio libraturam omnia, & vnicuique pro meritis reddituram. Quod autem quiſque acceperit, id illi æternò manebit. Calculus denique admodùm leuis eſt. Eteñ æternũ PATRIS verbũ pondus non habet, & tamen ſua virtute cælum terramq; portat: atq; oñibus æquè iuxtà eſt, nec tamen ab vllo poteſt appĥendi. Excellit eñ & antecedit creaturas omnes: & quibus vult & vbi vult, ſe manifeſtat: atq; illius leuitate graue pondus humanitatis noſtrę vltra oñes conſcendit cælos, ſedetq; coronatum in PATERNA dextera. Iſte ergo calculus ille cãdidus eſt, qui homini contemplatori datur: & in ipſo nomen nouũ ſcriptum eſt, quod nemo ſcit niſi q accipit. Vbi ſciendum eſt, ſpiritus oẽs certa accipere nomina in ſua ad DEVM reuerſiõe, & priuatim ſingulos pro meritorum ſuorum excellentia & dignitate, ac pro AMORIS ſui celſitudine: atqui primum innocentiæ nomen, quod in baptiſmo nobis imponitur, DOMINI IESV meritis exornatur. Hoc autem innocentiæ nomen dum peccando amittimus, ſi tamen vel poſt peccata DEO obtemperare, velimus, idque præſertim in tribus eius actionibus, quas in nobis peracturus eſt, iam baptizamur denuò in Spirituſancto, & hîc nouum ſemperq; nobis manſurum nomen accipimus.

Apoc. 2.

¶De quibuſdam quæ Deus in cunctis eò ſe accommodantibus communiter operatur: & de ſex peccantium generibus.

Caput V.

Liberarum Dei actionũ prima.

SED iam liberas Dei actiones attendamus, quas is in cunctis eò ſe accommodare volentibus efficit ac operatur. Prima eius actio generalis in omnibus, hæc eſt, quòd cunctos ad ſuam vnionem vocat & inuitat. Huic autem vocationi quãdiu peccator non ſatisfacit, etiam alijs omnibus Dei donis indè conſecuturis careat neceſſe eſt. Peccatores autem omnes in quinq; partes diſtributos animaduerti. Primæ partis ſunt omnes illi, qui bonas actiones ſeu bona opera negligunt, aut ea exercere non curant, quibus ſecundum corporis commoda & ſenſuum oblectamenta, in mundi negocijs & occupationibus & cordis multiplici diſtractione viuere ſtatutũ eſt. Huius gñis quotquot ſunt, ad Dei ſuſcipiendam gratiam inhabiles ſunt: & quanuis eam ſuſcepiſſent, ſeruare tamen nequirent. Alterius partis ſunt, qui ſponte ſcientesq; in mortifera lapſi ſunt peccata, & ſimul etiam bona agunt opera, & ſemper DEVM metuunt ac verentur, & bonos diligunt, eorumq; preces expetunt, ac in eis non parùm ſpei collocant: at tamen quandiu auerſio & delectatio peccati, Dei amorem atque ad DEVM conuerſionem vincit & excedit, ſemper DEI gratia indigni ſunt. Tertiæ partis ſunt homines à fide alieni ſiue infideles, aut q circa ipſam fidẽ erroribus impliciti ſunt. Qui quicquid agant bonorum operum, aut quæuis ſectentur viuendi inſtituta, DEO ſine vera fide placere non poſſunt. Etenim vera fides totius ſanctimoniæ & virtutum omnium fundamentum eſt. Quartæ partis ſunt, qui abſque vllo metu & pudore in mortiferis iacent peccatis, & neque DEVM, neque illius gratiam curant: ſed virtutes nihilipendunt, & vitã ſpiritalem pro hypocriſi aut impoſtura habẽt: & quicqd eis ſiue de DEO, ſiue de virtutibus dici queat, grauatè audiunt: quippe q prorſus ſibi perſuaſum habent, neq; DEVM, neque infernum, neque cælum eſſe: quo fit, vt ſcire nolint, præterquàm quæ in præſens ſentiunt, aut quæ eis ante oculos atque ora verſantur. Hos omnes Deus abiecit, reprobauit, & habet contemptui: ſiquidem in Spiritumſanctum peccant, poſſunt tamen reſipiſcere, ſed ægrè admodùm & rarò id contingit. Quintæ partis hypocritæ ſunt & ſimulatores, qui externa quædam bona actitant opera, non quidem ob honorem DEI, vel ſuæ animæ ſalutem, ſed vt ſanctitatis nomẽ ſeu opinionẽ obtineãt, aut ob quaſlibet res caducas & temporarias. Iſti licèt forinſecùs boni & ſancti videãtur, intùs tamen corrupti, fallaces & à Deo auerſi ſunt, diuinæ gratię virtutumq; omnium expertes. Hæc nimirùm quinque hominum peccatorum genera ſunt, qui tamen omnes intrò vocantur ad vnionem Dei. Sed quandiu peccator aliquis vitiorum ſeruituti foris ſeſe mãcipat, ſurdus & cæcus manet, nec eſt habilis & aptus ad guſtãda vel ſentiẽda bona ea omnia, quę intra ipſum DEVS poſſet operari. At verò vbi ad ſe redit, ſeque obſeruat, ſi quidem tum vita ſua improba ac mala ipſi diſplicet, iam appropinquat DEO: ſed ſi vocationi ac inuitationi diuinæ morem gerere ve-

Peccatores oẽs quinq; partibus diuidi.

I.

II.

III.

IIII.

V.

Conuerſis aut cõuerti ſtudẽtib⁹ qd neceſſariũ.

velit, liberè ſecùm ſtatuat oportet peccatis valefacere, & agere pœnitentiam: atque hoc ipſo diuinæ fit concors & conſentiens voluntati, Deique gratiam adipiſcitur. Principiò igitur omnes ita DEVM conſiderare debemus, quòd ex liberrima bonitate ſua cunctos indiſcriminatim mortales tam improbos quàm bonos, nemine excluſo, ad ſuam vnionem vocet & inuitet. Secundò, de diuina ſentiemus bonitate, cum gratia emanare eam in omnes illos, qui vocationi DEI obtemperent. Tertiò, dilucidè in nobis experiemur ac intelligemus, vnam nos vitam, vnumque cum DEO ſpiritum effici poſſe, ſi nobiſipſis modis omnibus renunciemus, nosque abnegemus, & DEI gratiam in ſummum illud vſque, quò ipſa nos ductura eſt, ſubſequamur. DEI nanque gratia in ſingulis quibuſque hominibus pro cuiuſque captũs ſiue capacitatis modo ac menſura ordinatè operatur. Itaque per communem eandemque internam diuinæ gratiæ operationem peccator quilibet ſapientiam & vires accipit, quibus fretus, & peccata deſerere, & ad virtutes ſe tranſferre queat, modò velit. Porrò per occultam diuinæ gratiæ cooperationem bonus quiſque cuncta debellare ac profligare vitia, tentationibus quibuſcunque fortiter ſe opponere, virtutes omnes perfectè exequi, & in ſuprema denique perfectione præſtare poteſt, ſi eidem diuinæ gratiæ in omnibus morigerum & obſequentem ſe præſtet. Quicquid enim ſumus, & quæcunque foris & intùs accepimus, ea omnia liberrima DEI dona ſunt, pro quibus gratias illi agere, quibusque ei ſeruire nos oportet, modò illi placere velimus. Multa autem DEI dona ſunt, quæ bonis occaſionem præſtant & adiutorium ad exercendas virtutes, putà bona valetudo, pulchritudo, ſapientia, diuitiæ & honores mundi. Et hæc infimi generis ac minimi precij ſunt, quæ communiter Deus vtilitatis cauſa & amicis & hoſtibus ſuis, id eſt, bonis maliſque largitur: & boni quidem ea ad honorem DEI, & amicorum eius vſum conferunt & accommodant: mali verò indè ſuæ carni, dæmoni, & mundo ſeruiunt ac obſequuntur.

Qui nobis primũ DEVS cõſiderãd⁹.

II.

III.

Infima dona Dei quæ.

¶De differentia inter mercenarios & ſeruos fideles.

Caput VI.

ADVERTENDVM eſt etiam, alios DEI ſuſcipere dona tanquàm mercenarios, alios vt ſeruos fideles: atque hi planè inter ſe contrarij ſunt in cunctis actionibus internis, putà in AMORE, intentione, affectu, & omni internæ vitæ exercitatione. Attendat hîc lector: Quicunque tam inordinato ſuiſipſorum detinentur AMORE, vt DEO ſeruire nolint, niſi priuati lucri ſui aut propriæ mercedis cauſa, iſti omnes à Deo ſe diſiungunt ac ſeparant, ſeipſos minimè liberos & in quadam proprietate retinent: quippe qui ſeſe in cunctis ſuis actionibus ſpectant & pro ſcopo habent. Enimuerò cunctis precibus & bonis actibus ſuis vel temporaria, vel æterna aucupantur bona, quæ ſui duntaxat commodi & vtilitatis gratia expetunt. Huius generis homines inordinati ad ſeipſos reflectuntur & afficiuntur: ſicque fit, vt ſemper ſibijpſis ſoli maneant. Deficit nanque eis vera charitas, quæ eos tum DEO, tum omnibus amicis & charis eius coniungeret ac vniret. Et quanuis videantur legem ſeruare ac præcepta DEI & ECCLESIAE, charitatis tamen legem non obſeruant: quandoquidem quicquid agunt, ſola faciunt neceſſitate adacti, non AMORE permoti, ne videlicet damnationis pœna plectantur. Et quia intùs DEO infideles ſunt, eidem confidere non audent: ſed tota eorum vita interna, perplexitas eſt & pauor & labor ac miſeria. A dextris enim vitam contemplantur æternam, & hanc amittere metuunt. A ſiniſtris verò tartareos, eoſdemque nunquàm finiendos adſpiciunt cruciatus, & his ſe afficiendos verentur. Interìm preces omnes, omnisq; labor, & quicquid actitare poſſunt bonorum operum, vt hunc à ſe timorem expellant, parùm eis proficiunt. Quanto enim ſeſe inordinatiùs amant, eo magis inferni pœnas metuunt. Ex quibus id poteſt colligi, inferni formidinem ex priuato, quo ſeſe proſequuntur amore, proficiſci. Sed dicat forſan aliquis: Propheta tamen Dauid, itemque Sapiens aiunt, Initium ſapientiæ timorem DOMINI eſſe. Verùm hoc de timore illo dictum eſt, qui à dextris exercetur: quo quis metuit

Deo mercedis gra ſeruientiũ ſtatus quis.

Deũ ſeruiliter timẽtiũ deſcriptio.

Pſal. 110. Eccl. 1.

tuit æternam amittere beatitudinem. Hic nanque timor ex naturali omnibus insita propensione trahit originem, qua nemo est qui non appetat esse beatus, id est, contemplari DEVM. Ideoque licèt infidelis quispiam sit DEO, si tamen intùs se exploret ac obseruet, ex seipso affici se sentiet beatitudini, quæ DEVS est. Et hanc beatitudinem ne amittat, veretur, eo quòd plùs sese quàm DEVM diligat, ipsamque beatitudinem nulli non desiderabilem, sua duntaxat causa (id est, propter seipsum) amet. Quæ causa est, cur DEO fidere non ausit. Et tamen hic timor DOMINI dicitur, qui est initium sapientiæ, & lex seruorum DEI infidelium. Cogit enim hominem abstinere à peccatis, virtutes concupiscere, & bona opera actitare: quibus omnibus foris præparatur ad percipiendam DEI gratiam, & vt transeat in seruum fidelem. Qua autem hora ex diuinæ gratiæ adiutorio proprietatem potest calcare ac superare suam, id est, vt à seipso tam sit liber & expeditus, vt de rebus omnibus sibi necessarijs DEO confidere ausit, hoc ipso intantùm placet DEO, vtis suam ei infundat gratiam: atque per hanc veram in se sentit charitatem, omnem diffidentiam ac formidinem propulsantem, spemque & fidutiam in ipsum adducentem. Atq; hoc pacto seruus fit fidelis, Deumq; in cunctis suis ACTIONIBVS spectat & amat. Et hæc est fidelium ac infidelium seruorum differentia.

Timor quis hoſem quò cogat.

¶Vt inter se differant serui fideles & amici familiares. Caput VII.

Quid agant fideles serui.

PORRÒ ANIMADVERTI LICET, non parùm interesse inter seruos fideles, & familiares ac secretos DEI amicos. Etenim fideles serui diuina freti gratia & auxilio, DEI pręcepta seruare constituunt ac eligunt, videlicet obtemperare DEO & Sanctæ ECCLESIAE, idque in omnigenis virtutibus & bonis moribus. Et hæc vita, externa seu actuosa vocatur. Sed secreti DEI amici, vnà cum præceptis etiam vitalia DEI consilia amplectuntur, id est, intùs amanter adhærere DEO ad æternum illius honorem, & vltrò renunciare ac valefacere omnibus, quæ extra DEVM cum affectu, delectatione & amore possidere queat. Eiuscemodi amicos DEVS intrò accersit & inuitat, internorumque exercitiorum differentiam siue discretionem, & perplures occultos vitæ internæ modos eos edocet. Seruos autem suos foràs mittit, quo sint ipsi eiusque familiæ cunctis in officijs siue ministerijs ac omnis generis externis bonis ACTIONIBVS fideles. Ita nimirùm DEVS omnipotens gratiam opemque suam pro cuiusque aptitudine seu habilitate præstat, hoc est, quatenùs vnusquilibet DEO consentit & concordat, siue in externis bonis ACTIONIBVS, siue in interna AMORIS exercitatione. Cæterùm internis exercitijs vacare, sed nec sentire ea quis potest, nisi totum se intrò recipiat ad DEVM. Quandiu enim corde diuisus est, foràs respicit, & animo instabilis est, facileque rerum temporaliũ etiamnũ in ipso viuentiũ vel prosperis vel aduersis casibus permouetur. Et quãuis ad Dei pręcepta vitam accommodet suam, intùs tamen nunquàm illustratur, nec edocetur vnquàm quid sit interna exercitatio, aut qua ratione illi vacare oporteat. Dum verò DEVM se spectare, eiusque gratissimam voluntatem in cunctis ACTIBVS suis vt possit exequi, desiderare se sentit, & compertum habet, hoc ipso contentus est. Siquidẽ in intentione minimè fictũ, & in ministerio suo fidelem se experitur. Atque ex his duobus placet sibi, putatque externa bona opera, recta cum intentione peracta, quibuslibet exercitijs internis sanctiora vtilioraq; esse. Etenim diuinâ adiutus gratia, externum viuendi modum amplexus est, atque eamobrem externa potiùs discriminatim exercet opera, quàm amore intimo eum amplexetur, cuius causa operatur. Quo fit, vt magis eum occupent operum ipsorum quæ agit, imagines, quàm DEVS, cuius gratia ea facit. Atque ob hoc ipsum externus manet, nec est aptus vel idoneus, qui DEI consilijs faciat satis, eo quòd exercitatio eius potiùs externa, quàm interna, magisq; secundum sensus, quàm spiritalis sit. Et licèt fidelem se præstet DOMINI seruum in officijs seu ministerijs externis, at tamen eorum quæ secreti ac familiares DEI amici sentiunt, rudis ac expers manet. Et hæc causa est, quamobrẽ istiusmodi rudes ac externi homines, eos qui interternis dant operam exercitijs, nunquàm non iudicent ac reprehendãt: Putant enim eos ociosos agere. Quod idem etiam Martham mouit, vt sororem suam apud DOMINVM accusaret, tanquàm quæ nihil sibi ferret auxilij. Existimabat em se quidem grande exercere ministerium, & rem facere vtilissimam, sororem autem inaniter ocio desidiaque vacare. Sed DOMINVS de vtraque sententiam tulit: & Martham quidem reprehendit, non de ministerio, quod bonum ac frugiferum erat: sed ob cordis solicitudinem, quòd erga plurima, id est, res externas anxia turbaretur: Mariam autem de illius interna exercitatione commendauit, ita dicens: Vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea. Hoc vnum omnibus necessarium, DEI amor est: PARS autem optima, vita interna est, & DEO amanter cohærere. Et hanc partem Maria tum elegerat, atque etiamnum familiares & secreti Dei amici eligunt & amplectuntur. Martha verò minimè fictam externam actuosam elegit vitam, quæ est pars altera, in qua DEO quidem seruitur, sed non perindè bona ac perfecta est, vt altera. Et hanc eandem hodieque serui fideles Dei amore suscipiunt & amplectuntur. At nunc quosdam inuenire est homines prorsus amentes, qui sic vitæ internæ ac ocio sese dédere velint, vt nihil agere operis, nec pximis suis, licèt in necessitate constitutis, inseruire velint. Isti planè nec familiares Dei amici sunt, nec serui fideles, sed corrupti ac falsi penitùs. Non enim potest diuinis satisfacere consilijs, qui eius præcepta contemnit. Non igitur isti secreti Dei amici sunt, qñ exercitatio eò necessaria, prorsus eos latet. Et hactenùs quidem de seruorũ fidelium, & secretorum Dei amicorũ discrimine, dictum sit satis.

Quid amici secreti.

Gſam q̃ ſuã Deo ſingulis diſpenſet.

Exercitatio q̃ q̃ ſit rara.

Quis cur Dei cõſilijs non faciat ſatis.

Martha cur Mariam accuſet.

Luc. 10. Vnũ oibus neceſſariũ, quid.

Pars optima.

¶Quantùm interſit inter ſecretos amicos, & occultos Dei filios. Caput VIII.

PRAETER hæc autem occultior quędam & interior inuenitur differentia, idque inter familiares & secretos Dei amicos, & occultos eiusdem filios: licèt vtrique ante conspectum Dei cum exercitatione interna æquè sint erecti ac subleuati. Sed amici suam internam exercitationem cum proprietate quadam possident, dum ipsam amorosam ad DEVM adhęsionem, tanquàm optimũ ac pręcipuum & celsissimum quiddam, quò vel possint vel velint pertingere, eligunt & amplectuntur: vndè accidit, vt per actiones suas in indepictam seu imaginum expertem nequeant penetrare nuditatem. Suijpsorum nanque & actuum suorum simulacris & imaginibus depicti sunt, atq; hinc medium quoddam patiũtur. Et licèt in amorosa sua cohæsione vnionem cum DEO sentiant, in ipsa tamen vnione inter DEVM ac sese discrimen semper diuersitatemq; experiuntur. Non enim cognoscunt, sed neq; amore prosequuntur simplicem excessum in nuditatem ac quiddam modi nescium: sicque fit, vt altissima eorum vita interna, semper in ratione & modo versetur ac perseueret. Esto, virtutes omnes rationales perspicuè intelligant ac discernãt: atqui simplex patulæ mentis in diuina claritate intenta contemplatio, eis abdita manet. Quanuis etiam vehementi AMORIS ardore ad DEVM sese erectos experiantur, suijpsorum tamen quandam retinent proprietatem, nec in AMORIS vnitate penitùs consumunt & concremantur. Ac tametsi perpetùm DEO seruire, & in omne æuum placere statuant, non tamen omni spiritûs proprietati in DEO volunt emori, neque consimilem ac conformem cum DEO vitam agere. Ad hæc, licèt quæuis externa solatia, omnemque externam quietem parũipendant, sed Dei dona, suas actiones internas, & consolationes ac suauitatem, quæ intùs percipiunt ac experiuntur, admodùm magnifaciunt: atque ita in itinere requiescunt, neque conantur perfectè sibi moriendo, nudo ac modinescio AMORE supremam obtinere victoriam. Denique tametsi omnem amorosam ad DEVM adhæsionem, cunctaque interna sursùm tendentia itinera, quæ quidẽ ante Dei conspectum exerceri queant, distinctè nosse atque colere seu exercitare possent: neutiquàm tamen compertum habent modinescium excessum, & opulentam aberrationem siue deuiationem in AMORE superessentiali, cuius nullum vnquàm neque terminum, neque initium, neque modum reperire licet. Ex his igitur facilè potest perspici, permultùm interesse inter secretos Dei amicos, & occultos filios DEI. Siquidem amici nihil

Amicorum ſecretorum deſcriptio.

Quãto ſecretis amicis occulti preſtẽt filij.

nihil in se sentiunt, præter amorosum ac viuidum asscensum cum modo coniunctum: sed vltra hunc, filij simplicem quendam ac emorientem sentiunt excessum in id quod modi-
Interna amicorum Dei vita quę. nescium est. Vita quoque interna amicorum Dei, sursùm tendens est Amoris exercitatio, in qua semper perseuerare cum proprietate constituunt: vt verò supra cuncta exercitia nudo Amore DEVS in ocio quodam possideatur, id minimè exploratum habent: semper autem in vera fide asscendunt ad DEVM. Deumq; & æternam beatitudinem vera spe præstolantur, & perfecta denique charitate in DEO fixi sunt, eidemq; cohærent. Atq; eamobrẽ felices sanè sunt, & benè cum eis agitur. Placent nanq; Deo, & ipsis vicissim DEVS placet: neq; tamen vitam æternam se adepturos certi sunt: quippe qui necdum omninò sibijpsis & omni proprietati emortui sunt. Quotquot autẽ in sua exercitatione, & ea, quam elegerunt, ad DEVM
Electi ab æternò qui. conuersione in finem vsq; perseuerãt, ij oẽs ab æternò à DEO electi sunt, eorũq; nomina & Actus ab omni æternitate in vitali diuinæ prædestinationis libro cõscripta fuere. Porrò qui alia amplectuntur, & vultu interno à DEO auerso, sese ad illi contraria (id est, peccata) conuertũt, in eisq; permanẽt, illorum etiamsi nomina ob temporariam siue momentaneam iustitiam, quam anteà coluerint, scripta forent & cognita à DEO, quando tamen ad mortem vsque constanter non perseuerant, eadem ipsa eorum nomina rursus ex vitæ libro delentur ac eraduntur, nec vnquàm siue DEVM, siue fructum aliquem ex virtutibus nascentem gustare poterunt. Quapropter nobis omnibus id necessariò incumbit, vti nosipsos seriò obseruemus, nostrique ad DEVM conuersionem intùs quidem amore intimo, foris autem bonis Actibus exornemus: atque ita iudicium DEI & Aduentum Domini nostri IESV spe bona & cum gaudio expectabimus. At verò si nobisipsis & omni proprietati in Actionibus nostris
Quõ certi fiam⁹ esse nos Dei filios. renunciare poterimus, iam nudo ac imaginibus vacuo Spiritu cuncta transcendemus & excedemus, atque in ea nuditate sine medio agemur à DEI Spiritu, simulque quandam sentiemus certitudinem, perfectos nos esse filios DEI. Qui enim aguntur à Spiritu DEI, vt Apo-
Roma. 8. stolus ait, ij filij sunt DEI. Interìm pro certo habendum est, bonos omnes Christifideles, DEI filios esse: quandoquidem ex DEI Spiritu cuncti nascuntur, & DEI Spiritus viuit in eis, singulos quosque speciatìm pro cuiusque aptitudine seu habilitate mouens, atque agens siue incitans ad virtutes & bonas Actiones, in quibus DEO placeant. Verùm ob conuersionis & exercitationis inæqualitatem ac diuersitatem alios seruos fideles, alios secretos & familiares amicos, alios denique occultos filios appellare placuit: cùm tamen boni omnes & serui & amici & filij sint, eo quòd omnes vni seruiant DEO, & vnum eundemq;
Quę in suis amicis quousq; toleret Deus. DEVM intentione ac Amore prosequantur, viuantque & operentur ex liberrimo DEI spiritu, atque ipse DEVS tolerat in amicis suis quæcunque agunt vel omittunt, modò ne sint contra præcepta sua. Qui autem ad illius seruanda consilia se adstrinxerunt, ipsa obligatio eis præcepti loco est. Nemo igitur DEO immorigerus, aut contrarius censendus est, nisi qui illius præcepta non seruat. Ea nanque omnia quæ in scripturis diuinis vel per sanctam ECCLESIAM, vel in conscientia nostra DEVS aut iubet, aut vetat, nobis sanè facienda vel omittenda sunt: nam aliâs non sumus obedientes, & DEI gratiam amittimus. Dum verò in veniales labimur culpas, id vtique tolerat DEVS & ratio nostra, eo quòd eas ex toto vitare nequeamus. Atque hac ex causa eiuscemodi culpæ vel defectus non nos efficiunt immorigeros vel inobedientes: siquidem nec DEI gratiam, nec internam nostram
Venialia, tãetsi minuta, q̃ cauenda. expellunt pacem. Quanquàm nihilominùs culpas tales, quantumuis minutas, accusare ac deplorare, & totis viribus cauere debemus. Atque hisce verbis iam explanandum est, quod antè in initio dixi, nempe vnumquemlibet in omnibus DEO, sanctæ ECCLESIAE, ac propriæ rationi necessariò obedientem esse oportere. Nolo enim, quisquam ex meis dictis aliquod iniquum patiatur offendiculum. Sed iam de superioribus dictum sit satìs.

¶Quo pacto filij occulti & veri contemplatores efficiamur. Caput IX.

Atquì

ATquì scire adhuc magnopè velim, quanam ratione filij occulti effici, & vitam contemplationi deditam possidere queamus. Quod cùm ipse inuestigarẽ, iste mihi modus occurrit: Quemadmodùm supiùs dictum est, semper cunctis in virtutibus viuendum atq; vigilandũ nobis est, & supra virtutes omes moriendum atq; obdormiendum in Deo. Oportet, inquam, vt moriamur vitijs, & ex Deo in vitam virtutum studiosam nascamur: itemq; vt nosipsos abnegemus, moriamurq; in Deo in vitã æternam. Hinc porrò ordine iam sequitur. Si quidẽ ex Dei spiritu nascamur, gratiæ filij sumus, & omis vita nostra virtutibus decoratur, vincimusq; quæcunq; Deo aduersa sunt. Ome em quod natum est ex Deo, vt sanctus Ioannes ait, vincit mundũ. Et in hac quidem regeneratiõe cuncti homines boni, Dei filij sunt, Deiq; spiritus singulos quosque speciatìm ad eas virtutes bonasque actiones mouet ac instigat, ad quas eos habiles, paratos & accommodatos nouit. Et hac ratione omnes placent Deo, singuli quidẽ priuatìm pro sui amoris magnitudine, & exercitiorũ suorũ excellentia siue dignitate. Isti tamẽ necdum se confirmatos, nõdum possidere se Deum, necdũ de vita æterna omninò certos se sentiũt: sed adhuc auertere sese, & in peccata mortifera labi poterũt. Atq; hac ex causa seruos magìs vel amicos, quàm filios eos appellare placuit. Vbi verò nosipsos excedimus, atq; in nostro ad Deum asscensu intãtùm simplices reddimur, vt nudus amor in ea nos sublimitate queat circumplecti vbi supra cuncta virtutum exercitia, sibijpsi dat operam, hoc est, in ipsa nostra origine, vndè spiritaliter nascimur, ibì iam deficimus siue transformamur, morimurq; in Deo nobisipsis ac omni proprietati. Atq; ita moriendo, occulti Dei filij efficimur, nouam quandam in nobis reperiẽtes vitam, eamq; æternam. De huiuscemodi filijs Apostolus loquitur, vbi ait: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Hìc autem tali est ordine procedendum: In ipso ad Deum accessu nostro tum nosipsos, tum omnes actus nostros ceu æternam DEI oblationẽ, ante nos feremus ad Deum: in ipsaq; Dei præsentia & nos & omnes actus nostros relinquẽtes, in amore moriẽdo, creata omnia in ipsas vsq; superessentiales Dei diuitias excedemus, atq; inibì Deum in sempiterna nostrî mortificatiõe possidebimus. In Apocalypsi sanẽti Ioãnis, Spiritus Dei beatos dicit mortuos, qui hoc pacto in Domino moriũtur. Meritò sanè beatos vocat, quippe qui ꝑpetuò feliciter manẽt mortui ac sibijpsis demersi in fruitiuam Dei vnitatẽ, semperq; à nouo in amore moriũtur per eiusdem vnitatis intrò trahẽtem trãsformatiõem. Atq; in eodem libro de eisdem subditur: Amodò iam dicit spiritus, vt requiescãt à laboribus suis. Opera enim illorum sequũtur illos. Eo quidem modo, vbi ex Deo nascimur in spiritalem virtuosamq; vitam, opera nostra velut Dei sacrificium vel oblationem ante nos ferimus. Atquì vbi modũ omnem transcendimus, rursumque morimur in Deo in sempiternam ac beatã vitam, illic bona opera nostra nos sequuntur, vtpotè quæ nobiscùm vna vita sunt. In accessu quidẽ nostro cum virtutibus ad Deũ, Deus in nobis manet ac commoratur: vbi verò nosipsos & omia excedimus, nos in Deo manemus & cõmoramur. Quòd si fide, spe & charitate præditi sumus, Deum vtiq; suscepimus, isq; in nobis cum gratia sua manet & commoratur: mittitq; nos foràs tanquàm fideles seruos suos ad sua exequenda ac obseruãda præcepta: rursusq; intrò nos vocat ceu secretos amicos suos, si tamen illius cõsilijs morẽ gerim⁹: simul etiã suos nos filios esse nobis reddit manifestũ, modò vita nostra mũdo cõtraria sit. Sup omnia verò, si Deum gustare, aut æternam vitam in nobis sentire vel experiri velimus, supra rationẽ viua fide nostra in Deum vt ingrediamur oportet, illicq; simplices, ociosi, imaginibus vacui, atq; ꝑ amorem in patentem mẽtis nostræ nuditatẽ subleuati manebimus. Dum enim per amorẽ excedimus omnia, omnem considerationem vsq; in caliginẽ ac ignorationẽ siue nesciẽtiam quandã, ibidèm verbo æterno, quod est Dei patris imago, agimur ac transformamur: atq; in ipso spiritũs nostri ocio incomprahẽsibilem suscipimus claritatẽ, circumplectentem nos ac penetrantẽ, perindè vt aër solis claritudine perfunditur ac penetratur. Isthæc autẽ claritas nihil est aliud, quàm interminata seu infinita quædam contemplatio siue intenta intuitio. Quod enim sumus, intentè cõtemplamur: & quod contemplamur, hocipsum sumus: quandoquidem mens, vita, & essentia nostra simpliciter subleuata est, & ipsi, quæ Deus est, veritati vnitã. Atq; eamobrem in simplici hac intentaq; contemplatione vna vita, vnusque cum Deo spiritus sumus. Et hanc ego vitam appellò contemplatiuam. Dum em ꝑ amorem Deo cohæremus, partem optimam exercemus: Vbi

Viuendũ ad moriendũ q̃ bus q̃ sit.
1. Ioan. 5.
Quos ad q̃ spũs Dei qui mouear.
Qui cur amici, nõ filij, dicendi.
Col. 3.
Apoc. 14.
Ibidem.
Qui Deus in nobis, nosq; in Deo maneamus.
Quã claritatẽ qui suscipiamus.
Claritas ea quid.

verò hoc pacto superessentialem diuinitatem intentè contemplamur, ibi Deum ex toto possidemus. Huic autem contemplationi exercitatio quædam modi nescia semper connexa est atq; cohæret, quæ est vita exinaniens siue deficiens. Vbi enim nosipsos eximus in caliginem & modi carentiam prorsus infinitam, inibi semper lucet radius simplex diuinæ claritatis, in qua nos fundati sumus, extra nosipsos trahens nos in superessentialem diuinitatem & amoris submersionem, siue absorptionem cui semper adiuncta est, semperq; subsequitur modi expers amoris exercitatio. Non enim potest esse ociosus amor: immò verò diuitias immensas ac interminatas in ipsius fundo viuentes, prorsus habere cognitas & exploratas, penitusque gustu penetrare molitur. Quæ est fames inexplebilis ac insedabilis. Ita verò semper conniti atque contendere ac inhiare in id, quod tamen cõprehendi non potest, quid aliud dixerim, quàm contra fluminis natare tractum? Et tamen nec deseri istud potest, nec apprehendi: eo carere est intolerabile, assequi impossibile: denique nec silentio premi, nec verbis exprimi potest, siquidem rationem, intellectum & creata omnia excedit. Quapropter neque attingere, neque apprehendere vel assequi ipsum licet: Verùm intima nostra inspicientes, à Dei spiritu in hanc amoris impatientiam agi ac impelli nos sentiemus: itemq; supra nos suspiciẽtes, à Dei spiritu extra nosipsos trahi & quasi in nihilũ redigi siue penitùs cõsumi nos percipiemus in ipsum, hoc est, amorẽ supessentialẽ, cum quo vnum sumus, quemque profundiùs ac latiùs, quàm sint res omnes, possidemus. Hæc autem possessio simplex quidam & infinitus siue fundo carens totius boni vitæq; æternę gustus est: in ipsoque gustu supra rationẽ & absque ratione in profundissimam semper immotæ diuinitatis tranquillitatem absorpti sumus. Quod quidem ita se habere, vt dicimus, non nisi sola potest nosse experientia. Nam quemadmodùm, vel vbi, vel quidnam istud sit, neque ratio, neque exercitatio assequi potest. Quo fit, vt subsequẽs exercitatio nostra semper modi expers maneat. Etenim bonum illud immẽsum ac infinitum, quod gustamus & possidemus, neque comprahẽdere, neque intelligere, sed neque nostra exercitatione extra nosipsos in ipsum vnquàm pertingere valemus. Quamobrem in nobis quidẽ pauperes, in Deo locupletes: in nobis famelici ac sitibundi, in Deo ebrij ac saturi sumus: itemq; in nobis semper agimus ac operamur, in Deo autem ociamur ab omnibus: sicq; æternò permanebimus. Enimuerò absq; amoris exercitatiõe nunquàm Deum possidere poterimus. Quisquis secùs sentit aut credit, falsus ac euersus est. Viuimus igitur toti siue omninò in Deo, vbi nostram possidemus beatitudinem: itemq; toti siue omninò in nobis viuimus, vbi in amore erga Deum nos exercemus. Et quanuis totos in Deo, itemq; in nobisipsis totos nos viuere dicamus, hæc tamen non nisi vna vita est. Planè autem contraria est & gemina secundum ea quæ sentit vel experitur. Nam diuitem esse & pauperem, famelicum & saturum, actiuum & ociosum, è diametro repugnant: & tamen in his, tam in futura quàm præsenti vita, præcipua ac suprema nostra consistit excellentia & dignitas. Vt em̃ prorsus efficiamur Deus, creatumq; esse nostrum amittamus, id planè impossibile est. Si verò omninò in nobisipsis pmaneamus, separati à Deo, miseros ac infelices nos esse necessum est. Itaq; vt dixi, & totos nos in Deo, & totos item in nobisipsis sentiemus. Inter hoc autem geminum sentire nihil inuenimus medium, nisi Dei gratiam, & nostri amoris exercitationem. Siquidem ex supremo sentire siue sensione nostra, Dei claritas in nos lucẽs, veritatem nos edocet, atq; ad virtutes omẽs & perpetuum erga DEVM amorem nos mouet. Hanc autem claritatem absq; cessatione in ipsum vsq; vndè proficiscitur, fundum nos insequimur: ibi verò nihil iam sentimus aliud, quàm spiritùs defectionem atq; immersionem in simplicem atque infinitum amorem, idq; sine vlla reditione siue reuersione. Quòd si simplici adspectu nostro semper illic permaneremus, hocipsum etiam iugiter sentiremus. Nostri em̃ in Dei transformationem immersio siue demersio, sine intermissione perpetua perseuerat. Porrò si quidem nosipsos exiuimus, Deumq; in amorẽ submersi, siue in amoris submersione vel absorptiõe, id est, in nostrijpsorum amissiõe possidemus, iam Deus propriè noster est, & nos illius proprij sumus: perpetuoq; à nobisipsis sine reuersiõe in ipsam, quæ Deus est, pprietatem nostram demergimur. Et hæc demersio essentialis est amore habituali: eoq; ppetim perseuerat tam dormientibus, quàm vigilantibus: tam nescientibus, quàm scientibus nobis: atq; hac ratiõe non meretur nouum aliquem præmij gradum vel accessionem, sed tum in

Amorẽ esse nõ posse ociosum.

Quid experientia sola noscat queat.

Possidere Deũ quãtũ queamus.

Quo in subiecto quãq; cõtraria mutuò se ferãt.

Quõ vel Deus nobis, vel nos ei proprij fiamus.

in Dei, tum bonorum omnium, quæ sumus adepti, possessione nos conseruat. Potest nimirùm demersio ista riuulis comparari, cõtinenter ac sine reditione in mare ceu pprium locum suum fluitãtibus. Ita em̃ dum solum Deum possidemus, etiam nostri essentialis cum amore habituali immersio, iugiter in infinitæ ac interminatæ abyssi quam in Deo possidemus, quæq; nobis ppria est, sensionem vel experimentum sine reuersiõe pmanat. Vndè si nos perpetuò æquali integritate simpliciter intueremur, semper etiã æqualiter sentiremus. Excedit autem hæc submersio virtutes omẽs, cunctaq; amoris exercitia, quãdoquidem nihil ipsa aliud est, quàm perpetua nostrijpsorum egressio cum dilucido pspectu in quandam diuersitatem, in quam extra nosipsos velut in ipsam beatitudinem ppendemus siue inclinamur. Enimuerò ppetuam quandam in quiddam à nobis diuersum extra nosipsos inclinatiõem siue ppensionem sentimus. Et hoc intimum atque abditissimum, quod inter Deum & nos sentire queamus, discrimen est: vltra quod nulla alia differentia sentitur. At nihilo minùs ratio nostra apertis persistit oculis in caligine, id est, ignoratiõe quadam infinita ac interminata: & in ipsa hac caligine claritas immensa ac infinita, tecta & abdita nobis manet, eo quòd superueniens eius immensitas ratiõem nostram occæcat: quadam autem nos simplicitate circumplectens, in seipsam nos transformat, atque ita & actiõe destituimur, & agimur à Deo ad ipsam vsque amoris absorptionem, siue in amorem demersionem, vbi beatitudinem possidemus & vnum cum Deo sumus. Dum verò hac ratione Deo vnimur, indè in nobis manet viuida quædã scientia & actuosus amor. Siquidem absque nostra cognitiõe vel scitu Deum possidere nequimus: sicut nec vniri illi, neque in ea vniõe perseuerare possumus absque amoris exercitatione. Si em̃ absq; scitu nostro beati esse possemus, nihil obstaret, quo minùs etiam lapis beatus effici posset, in quo nulla cognitio inest. Equidẽ si totiʼ orbis monarcha essem, & id tamen ignorarem, quæ indè ad me rediret vtilitas? Semper igitur in omnem æternitatem gustare ac possidere nos & sciemus & experiemur. Id quod etiam Christus ipse confirmat, vbi de nobis loquens, dicit Patri suo: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quẽ misisti IESVM Christum: quibus ex verbis id licet animaduerti, æternã vitam nostram in Dei discreta cognitione consistere.

Submersionis mysticẽ descriptio.

Quõ & agamur à Deo, & actiõe destituamur.

Ioan. 17.

¶ Quòd licèt vnum simus cum Deo, tamen æternò aliud ab ipso manebimus. Caput X.

ET quanuis paulò antè dixerim, vnum nos esse cum Deo, quod & scripta diuina testantur: at nunc perspicuè demonstrabo, æternò nos aliud à Deo permanere oportere: quod itidèm sacræ affirmant literæ. Et si quidẽ rectè nobiscũ agi debeat, vtrunq; hoc vt in nobis sentiamus, atq; ita esse intelligamus oportet. Aio igitur in interiori facie nostra ex Dei vultu siue suprema sensione nostra quandam radiare claritudinem, quæ nos amoris virtutumq; omnium docet ac instituit veritatẽ, maximè verò, vt Deũ & nosipsos ratiõe quadruplici sentiamus. Primò quidẽ Deum in nobis cum illius gratia sentimus: idque dum obseruamus, ociosi esse nõ possumus. Vt em̃ sol claritate & calore suo totũ mundum illustrat, redditq; fœcundum: ita & Deus sua gratia omnes sibi obtẽperare volentes illuminat, exhilarat, redditq; fœcũdos ac frugiferos. Enimuerò si Deum in nobis sentire velimus, ignisq; amoris eius penniter in nobis ardere debeat, oportet sanè vt quatuor modis ignem hunc vnà cum ipso, id est, Deo ex libera voluntate struamus ac nutriamus. Oportet enim primò, vt intra nos igni huic per internæ vitæ studiũ vniti maneamus: deindè, vt extra nos ad mortales omnes cum fidelitate ac fraterno amore pgrediamur: tertiò, vt infra nos eamus ad agendam pœnitentiã & omnigenos actus bonos, atq; ad cõcertandum & reluctandũ aduersus inordinatas appetitiões nostras. Quartò, vt ignis huius flãma supra nosipsos cum deuotiõe, laude, gratiarũactione ac in precibus internis ascendamus, Deoq; recta cum intentiõe ac sensibili amore adhæreamus. Isthæc quatuor id efficiunt, vt Deus in nobis cum gratia sua maneat ac cõmoretur: Siquidẽ in eis cõtinentur ac includuntur exercitia omnia, quæcunq; per rationẽ cũ modo actitari queant, nec sine eis quisq̃ Deo placere potest. Ille autẽ Deo gratissimus est & maximè placet, qui in his perfectissimus est. Atq; eamobrẽ cunctis hominib̃ necessaria sunt, neq; ea quisquã potest excedere nisi homines cõtemplatores. Primò igitur vt dixi,

Quotupliciter in nobis Deũ sentiamus.

I.

Quis ignis quotupliciter nobis struendus.

Quid quatuor ista in nobis efficiant.

Qui Deũ in

nobis sentia mꝰ primò & II. dixi, cuncti in nobis DEVM sentimus cũ gratia sua, si tamẽ illius esse velimus. Secundò, si quidẽ vitã agimus cõtemplatiuam, in DEO nos viuere sentimus, atq; ex hac vita, qua nos in DEO viuere sentimus, quædã in interiori facie nostra relucet claritas, nostram illuminans rationẽ, atq; inter DEVM & nos mediã se interponens. Cũq; in hac claritudine cũ ratiõe nostra illuminata intra nos persistimus, iam quidẽ sentimus creatã vitã nostram, iugiter in vitã suam increatam sese demergentẽ. Atquì dum claritatẽ hanc simplici adspectu ac voluntaria nostri ꝓpensiõe siue inclinatiõe supra rationẽ in supremã vsq; vitã nostrã insequimur, ibì iam
III. toti in DEVM transformamur: sicq; nos totos in DEO circũplexos sentimus. Hinc porrò tertia sequitur sensionis differentia, siue sentire tertium, quo nos vnũ cũ DEO sentimus. Etẽ per DEI transformationẽ in infinitã æternæ beatitudinis nostræ abyssum nos sentimus absorptos, vbi inter DEVM & nos nulla vnq̃ distinctio à nobis percipitur aut inuenitur, eo quòd hoc supremũ nostrũ sentire, siue suprema nostra sensio sit, quã nõ nisi per amoris absorptionẽ ac demersionẽ possidere valemus. Quando igitur in hoc supremũ sentire nostrũ trahimur, rapimur, ac subleuamur, omes vires nostræ in essentiali fruitiõe ociosæ sunt: nõ tamen rediguntur in nihilũ: alioquì creatũ esse nostrũ amitteremus. Et quandiu quidẽ ꝓpenso siue inclinato spiritu & apertis oculis sine cõsideratiõe ociosi persistimus, tandiu contẽplationi ac fruitiõi vacare licet: eodem autem temporis puncto, quo explorare atque cõsiderare molimur, quidnã sit hoc quod sentimꝰ, ad rõnem relabimur, tumq; inter DEVM & nos discrimen ac diuersitatem, ipsumq; DEVM extra nos planè incompræhensibilem esse inueni-
IIII. mus. Atque ipsa est quarta sensionis differentia, qua DEVM & nos sentimus. Etenim hìc in DEI præsentia nos adstare reperimus: eaq;, quam ex DEI vultu suscipimus, nobis testatur veritas, DEVM omĩnò atq; ex toto nostrũ velle esse, ipsumq; exigere, vt nos vicissim toti sui simus: eodemq; momento, quo DEVM omĩnò nostrum velle esse sentimus, auida quędã & inhians in nobis existit oriturq; appetentia, eaq; tam ꝓfunda, tam inanis, tam famelica, vt etiãsi DEVS, quicquid præstare posset præter seipsum, largiretur, nobis tamen minimè possit sufficere. Dum eũ sentimus, quòd seipsum liberæ appetentiæ nostræ modis omnibus, quibus id desiderare queamus, gustandum præbuerit permiseritq; atq; etiã in vultũs eius veritate perdiscimus perspicimusq; totũ id quod gustamus, illius quod nobis deficit ac reliquum manet, cõparatione, vix guttulam vnã esse ad vniuersum mare, hocipso spiritus noster amoris æstu ac impatientia incitatur ac velut exagitatur. Quanto eũ plùs hinc gustamus, tanto etiam magìs fames & appetitus augmentatur: quandoquidẽ vnũquodq; alterius causa est. Itaque cogimur hinc inhiare incõpræhensibili DEO. De illius nanq; pascimur immensitate, quã absorbere nequimus: eiusq; inhiamus infinitati, quã assequi nõ valemus: sicq; fit, vt neq; nos in DEVM, neq; DEVS in nos peruenire queat: siquidẽ amoris impatiẽtia laborantes, nobisipsis renunciare nequimus. Tanta igitur æstũs huius intẽperantia est, vt amoris exercitatio inter nos & DEVM velut cæli fulgura vltrò citroq; eat redeatq;, nec tamen cõflagrare possumus. In hac autẽ amoris tempestate vel impetu actiões nostræ ratiõẽ superiores modiq; expertes sunt, quando amor id appetit, quod ipsi impossibile est: & ratio testatur, amorẽ rectè habere, nec tñ hìc aut consiliũ illi præstare, aut eum ꝓhibere potest. Nam quandiu interno feruore adspectamus DEVM nobis ꝓprium esse velle, eiusdem DEI benignitas ac pietas auidam ac inhiantem contingit appetentiam nostram, vndè amoris nascitur impatiẽtia. Eũuerò foràs emanans DEI cõtactus impatientiam ciet & concitat, vocatq; nos intrò, nempe vt æternum amemus amorẽ. Contactus autẽ DEI intrò trahẽs, nos è nobisipsis absumit, exigitq; vt in vnitatẽ colliquescamus, ac velut in nihilum redigamur. Sub hoc intrò trahẽte attactu id DEVM velle sentimus vt nos sui simus: atq; in hoc nobisipsis abnegatis, eum vt nostram operetur salutẽ, sinere compellimur. Sub altero verò attactu, quo nos foràs emanans cõtingit, nobisipsis nos relinquit, efficitq; nos liberos, & in sua constituens præsentia, in spiritu orare & cum quadã libertate exigere siue postulare nos docet: ostẽditq; nobis incompræhẽsibiles diuitias suas, idq; tam varijs sub formis, quàm nosipsi imaginari vel excogitare queamus. Quicquid eũ cogitatione complecti possumus, quod cõsolationem & gaudium præstare queat, id omẽ in ipso absq; mensura inuenimus. Vbi igitur sentimus cum omnibus hisce diuitijs eum nostrum velle esse, sempq; nobiscùm ꝓmanere ac commorari, contra eas omnes

Quo amoris æstu spũs noster velut exagitetur.

Quo æstuq̃ quasi fulgura inter nos & Deũ fiãt.

Quales Dei cõtactus qd in nobis operentur.

Diuitias q̃ suas Deꝰ nobis oñdat.

omnes sese vires animæ nostræ inhianti ore aperiunt, maximè verò auida appetentia nostrã. Hìc nanq; cuncti diuinæ pietatis, bonitatis & gratiæ riui manant: quantoq; hinc plùs gustamus, tanto magìs gustare libet: quanto autẽ ampliùs gustare libet, tanto ꝓfundiùs in DEI attactum contendimus ac inhiamus: quo autẽ ꝓfundiùs eius attactui inhiamus, eo dulcedinis eius flumina nos copiosiùs peruadunt, penetrant, ac mundant. Quanto verò copiosiùs per nos permanant, nosq; mundant, tanto meliùs sentimus & cognoscimus DEI dulcedinem ꝓrsus incõpræhensibilem, inexhaustam, ac infinitam esse. Hoc nimirùm Propheta significare voluit, cùm diceret: Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus: nõ tamen dicit, quàm suauis sit, sciens DEI suauitatem ꝓrsus immensam esse: quo fit, vt eam neq; cõpræhendere, neq; absorbere queamus. Assentitur his etiã sponsa in canticis, vbi ait: Sub vmbra illius quẽ desiderabam, sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo. Psal. 33.

Dei suauitas quanta. Can. 2.

¶ De differentia inter claritatem patriæ & supremam huius vitæ claritudinem. Caput XI.

MVltùm sanè interest inter claritatem sanctorum in patria, & supremam illam claritudinem, ad quam in hac vita pertingere licet. Siquidẽ vmbra DEI internam nostram illustrat solitudinẽ. In excelsis autem montibus terræ ꝓmissionis nulla existit vmbra, & tamen vnus idemq; sol est, eadẽq; claritas, qua & nostra solitudo, & sublimes illi montes illuminantur. Sed sanctorũ status pellucidus est & gloriosus, ideoq; claritatẽ hanc sine medio suscipiunt: noster verò status adhuc mortalis & crassus est, & hoc ipsum medium illud est, vndè ea nascitur vmbra, quæ intantùm nostram obumbrat intelligentiam, vt neq; DEVM, neq; cælestia pari cum beatis perspicuitate cognoscere possimus. Donec eũ in vmbra versamur, solem in seipso cõspicere non valemus: sed vt Apostolus ait, videmus nunc per speculum in ænigmate. At tamen vmbra hæc solis splendore vsq; adeò illustratur, vt virtutum omĩum totiusq; veritatis huic mortali cõditioni vel statui nostro vtilis ac frugiferæ discrimina siue distinctiones ꝓdiscere queamus. Porrò si cum solis claritate vnum effici velimus, amorem vt insequamur, & extra nosipsos in id quod modinesciũ est, exeamus oportet: sicque cæcis oculis in suã ipsius sol nos trahet claritudinem, vbi vnitatem cũ DEO obtinemus siue possidemus. Hæc si in nobis sentimus, experimur ac intelligimus, ipsa nimirùm est vita cõtemplatiua, ad præsentis vitæ nostræ statum pertinens. Status quidem Iudæorum sub veteri Testamento frigidus erat ac velut in nocte versabatur. Vt eũ Esaias ait, ambulabant in tenebris, & sedebant in regiõe vmbræ mortis, quam vmbrã efficiebat peccatũ originale, cuius causa omes DEO carere cogebantur. Noster verò Christianæ religiõis status, instar matutini temporis adhuc frigidulus est: siquidem dies nobis iam ortus est: Itaque in luce ambulare, & in DEI vmbra sedere debemus: Inter DEVM aũt & nos media erit gratia illius, per quã vincemus omĩa, cunctisq; moriendo, impedimentis omnibus absoluti in DEI vnitatem, vbi vnũ simus cũ DEO, excedemus siue transcendemus. Deniq; status beatorũ feruidus est & lucidus, quippe qui in meridie viuunt atq; versantur, apertisque & illuminatis oculis solem in sua claritudine cõtemplantur. Permanauit enim eos atque inundauit gloria DEI. Et quatenùs quisq; illustratus est, eatenùs etiã virtutũ omnium ex cunctis beatis spiritibus illic aggregatarũ fructũ gustat & perspicit. Quòd aũt Trinitatem in vnitate, & vnitatem in Trinitate gustant & cognoscunt, seq; illi vnitos inueniunt, is excellentissimus cibus est, qui superat omnia, eosq; inebriat, & in seipso quiescere facit. Cuius desiderio flagrans anima, in Canticis ita ait ad Christum: Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, id est, vt Diuus Bernardus exponit, in lumine gloriæ DEI. Nã quæcunque nobis pascua hìc interìm in aurora & vmbra præbentur, nõ nisi prægustatio quædã sunt futurorũ pascuorum in meridie gloriæ DEI. Et tamen gloriatur sponsa Domini, sedisse se sub vmbra DEI, & fructum illius dulcem fuisse gutturi suo. Et nos cùm sentimus intùs nos tangi à DEO, iam fructũ & cibum illiꝰ gustamus: siquidem tangere illiꝰ, pascere est. Tactus autem illiꝰ, vt antè dixi, aut intrò trahit, aut foràs emanat. Dum nos intrò trahit, totos nos illiꝰ esse oportet: atque inibì mori & contemplari discimus. Dum verò foràs emanat, totus ipse no-

Nullam esse alicub ì vmbrã, mysticè quid.

Psal. 1. Cor. 13.

Qualis olim Iudæorum status.

Esaiæ 9.

Quis Christianæ religionis.

Quis beatorum.

Canti. 1.

noster vult esse, illicq; docet nos virtutib⁹ locupletem agere vitã. Sub illi⁹ tractu intrò trahẽte omnes vires nostræ deficiunt, tumq; sedemus sub vmbra illius, & fructus eius dulcis est gutturi nostro. Fructus enim DEI, filius DEI est, quem Pater gignit in spiritu nostro: qui quidem tam infinitè dulcis est gutturi nostro, vt eum absorbere & in nos mutare nequeamus, sed ipse potiùs nos in se absorbet atque commutat. Et quotiès hic fructus intrò trahendo nos contingit, semper deserimus ac vincimus omnia: vincendo autem manna gustamus absconditum, quod vitam nobis præstat æternam. Etenim candidum illum, de quo suprà dictum est, calculum accipimus, in quo nomen nostrum nouum ante mundi originem scriptum est. Et hoc est nomen nouum, quod nemo scit nisi qui accipit. Vnusquilibet autem DEO se vnitum sentiens, suum gustat nomen iuxta modum virtutum suarum, itemq; accessus ac vnionis suæ. Atque eamobrem vt singuli quique suum obtinere nomen, idemque perenniter possidere possent, Agnus DEI (id est, CHRISTI humanitas) morti se tradidit, librumque vitæ nobis reseravit, in quo omnia electorum nomina inscripta sunt, nec eorum vllum deleri potest, eo quòd vnum sunt cum ipso libro vitæ, qui est DEI filius: eademque mors CHRISTI, libri huius signacula soluit, ita vt virtutes omnes secundum æternam DEI prouidentiam perficiantur & consummentur. Quatenùs igitur vnusquisque sese vincere atque omnibus emori potest, hactenùs etiam intrò trahentem Patris tractum sentit, dulcisq; eius palato est insitus filij fructus: atque ex ipso gustu spiritussanctus ei reddit testimonium, filium ipsum esse & hæredem DEI. In his autem tribus nemo alteri per omnia similis est. Habent igitur singuli sua speciatim nomina, eademq; per nouam gratiam, nouosque virtutum actus semper renouantur: Quamobrem in nomine IESV omne genu flectitur, quandoquidem ipse pro nobis decertauit ac vicit, ipse nostras illustrauit tenebras, absterstitque caliginem, & virtutes omnes in supremo gradu perfecit: estque nomen illius exaltatum supra omne nomen, tanquàm principis electorum omnium, & in eius nomine nos vocati & electi, gratiaq; & virtutibus decorati sumus, & Dei gloriam præstolamur.

Dei fructus quis.

Apoc.2.

Apoc.5.

Luc.10.

Apoc.5.

Philip.2.

¶ Vtì DOMINUM IESVM in montem Tabor, id est, nudæ mentis nostræ, insequi debeamus. Caput XII.

Mat.17.

Tabor.

QVapropter vt illius in nobis nomen exaltetur & clarificetur, sequamur eum ad montem nudæ mentis nostræ, perindè vt Petrus & Ioannes & Iacobus eum in montem Tabor sequuti fuere. Tabor lucis accessionem quidam interpretantur. Si ergo Petrus sumus veritatem cognoscendo, & Iacobus mundum supplantando ac superando, & Ioannes gratiæ plenitudinem obtinendo, & virtutes in iustitia possidendo, iam CHRISTVS ducit nos in montem nudæ mentis nostræ, in vastum quoddam siue desertum secretum, ostenditque sese nobis diuina claritudine gloriosum: atque in eius nomine Pater cælestis vitalem æternæ sapientiæ suæ librum nobis aperit: & ipsa DEI sapientia nudum adspectum nostrum & spiritûs nostri simplicitatem in simplici quodam ac modinescio totius boni gustu absque discrimine seu discretione circumplectitur. Siquidem in nostrî in DEVM exaltatione contemplari ac scire, gustare & sentire, viuere & existere, habere & esse, prorsus vnum sunt: atque coram hac exaltatione omnes consistimus, singuli suo quodam modo peculiari vel singulari. Pater autem noster cælestis per sapientiam & bonitatem suam vnumquemlibet specialibus afficit donis pro cuiuslibet vitæ exercitiorumque dignitate & excellentia. Vndè si cum DOMINO IESV in Tabor, id est, nudæ mentis nostræ monte perpetuò permaneremus, semper nouæ lucis nouæque veritatis accessionem & incrementa sentiremus. Semper enim Patris audiremus vocem, tangentem nos aut emanando per gratiam, aut intrò trahendo in vnitatem. Patris nanque vocem omnes Christi sectatores audiunt, atque de ijs omnibus ipse dicit: Hi sunt filij mei dilecti, in quibus mihi benè complacuit: ex qua complacentia singuli gratiam accipiunt pro modo ac mensura, quibus eis placet DEVS. Inter hanc autem mutuam inter Deum & nos complacentiam vera

Dona quî sua Deus singulis dispensat.

ra exercetur charitas, & quilibet suum gustat nomen, suumque officium & fructum exercitiorum suorum. Hic verò boni omnes illis qui mundo viuunt, absconditi sunt. Tales enim mundi amici coram Deo mortui sunt & nomine carent: ideoq; quæ ad viuentes pertinent, neque sentire, neq; gustare nouerunt. Porrò emanans DEI attactus, spiritu viuentes nos efficit, repletq; nos gratia, & rationẽ nostram illuminans, veritatem virtutumque discretionem perspicere atque cognoscere nos docet: tantaque virium nostrarum fortitudine in DEI præsentia nos retinet atque conseruat, vt omnem gustum, omneq; sentire, & cuncta in nos manantia DEI dona absque spiritûs defectu sufferre queamus. Tactus autem DEI intrò trahens, vnum cum DEO vt simus, exigit, & vt spiritu deficientes, moriamur in beatitudine, id est, æterna charitate, Patrem Filiumque in vna fruitione complectente. Vbi igitur cum IESV in montem nudæ seu indepictæ puritatis nostræ conscendimus, si quidem eum tum simplici adspectu, intima complacentia, fruitiua propensione vel inclinatione sequamur, iam vehementissimum sanctispiritûs sentimus ardorem, in ipsam vsque DEI vnitatem nos conflagrare & colliquescere facientem. Vbi enim vnum existentes cum Filio DEI in nostrum principium amanter reflexi sumus, ibidèm Patris audimus vocem intrò trahendo nos contingentem. Dicit enim ipse omnibus suis electis in verbo suo æterno: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacuit. Vbi sciendum est, Patrem vnà cum Filio & Filium cum Patre, æternam in hoc habuisse complacentiam, quòd Filius nostram susciperet naturam, & in ea mortem pateretur, electosque omnes in suam reduceret originem siue principium. Itaque si per Filium in nostram sustollimur originem, vocem patris intrò trahentem audimus, æterna nos veritate illustrantem. Ipsa autem veritas latè patentem nobis demonstrat DEI complacentiam, omnis complacentiæ initium & finem. Ibi verò omnes nostræ deficiunt vires, nosque proni cadentes in apertum adspectum nostrum, in amantissimo trinæ vnitatis amplexu cuncti vnum efficimur. Et hanc quidem vnitatem dum sentimus, iam vna essentia, vna vita, vnaque cum DEO beatitudo sumus: ibique consummata sunt omnia ac renouantur. Enimuerò vbi in amplissimo charitatis Dei complexu baptizamur, illic tam ingens, tamq; singulare vniuscuiuslibet gaudium est, vt nullius alterius gaudium vel animaduertere vel meminisse queat: siquidẽ vnũ est cum amore fruitiuo, qui in seipso est omnia, nec extra se quicq̃ requirere opus habet, immò nec potest.

Qui cur mũdi amicis incogniti.

Emanãs DEI attactꝰ quales nos reddat.

Quales intrò trahens.

Mat.3. & 17.

Qualẽ Dei vocẽ quõ audiamus.

¶ Vt sex quædam ad fruendum Deo requirantur. Caput XIII.

CAeterùm vt quis DEO perfruatur, eò tria requiruntur, nempe Vera pax, Internum silentiũ, & amorosa adhæsio. Pacem autem veram inter DEVM & se reperire volens, tantopere DEVM amet necesse est, vt libero animo pro DEI honore, illis omnibus renunciare queat, quæ inordinatè colit, siue actitat vel exercet, aut amat, quæque contra DEI honorem siue possidet, siue possidere queat. Hoc videlicet primum est, idemque cunctis hominibus necessarium. Alterum, putà internum silentium, hoc est, vt ab eorum omnium, quæ quis vnquàm viderit, vel audierit, simulacris & imaginibus liber sit & expeditus. Tertium, quod amorosam esse adhæsionem diximus, ipsa fruitio est. Qui enim ex puro amore, non ob priuatum aliquod commodum aut vtilitatem suam, DEO cohæret, is re vera Deo fruitur, sentitq; se & amare DEVM, & amari à DEO. Præter hæc tamen tria quædam alia sunt istis sublimiora, hominem stabilientia, aptumque & habilẽ reddentia ad fruendum semper DEO, eundemque sentiendum, quotiès eò se applicare & accõmodare velit. Primum horum est, quiescere in eo quo quis fruitur: quod est, vbi dilectus à dilecto vincitur, & in nudo essentiali amore possidetur, vbi planè dilectus in dilectum cum amore concidit ac prolapsus est, & quilibet alterius totus est possessione mutua & quiete. Alterum est obdormire in DEO, quod fit, vbi spiritus sibijpsi excidit, siue à se deficit, nesciens quò, vel vbi, vel quonam modo. Tertium, idemque postremum, quod quidẽ verbis exprimi queat, est vbi spiritus quandã contẽplatur caliginem, in quã ratione pertingere non valet: vbi nimirùm mortuũ & amissum se sentit, vnumque cum DEO sine differentia percepti-

Quæ tria quò requrãt.

I.

II.

III.

Quę tria alia.

I.

II.

III.

ceptibili: atque hic DEVS ipse illius pax, fruitio & quies est. Itaque prorsus infinitæ profunditatis id est, in quo sibijpsi mori habet in beatitudine, rursumque in virtutibus reuiuiscere, dum amor, instinctusque amoris id imperat. Ista sex quisquis in se experitur, idē ipse quæcunq; à me antè dicta sunt, aut dici possent, sentit ac experitur: in eiusq; introuersione tam illi facile est atque promptū & paratum contēplationi fruitioniq; vacare, quàm vitam viuere naturalem.

¶ De vita communi ex contemplatione & fruitione proficiscente. Caput XIIII.

EX hac verò opulentia, vita cōmunis proficiscitur, de qua dicturū me initio pollicitus sum. Itaq; quem DEVS ex hac celsitudine deorsùm mittit in mundū, is veritate plenus est, & cunctis virtutibus locuples: nec quærit quæ sua sunt, sed eius duntaxat, à quo missus est, honorem: ideoq; iustus est & verax in omibus: estq; prædiuite, pio ac liberali præditus fundo, qui cùm sit in diuitijs DEI fundatus, non potest non manare iugiter in omes suæ opis indigos. Viuus nanq; sanctispiritūs fons, qui nunquàm obturari potest, eius diuitiæ sunt, ipseque viuidum est ac voluntarium DEI instrumentum, quo DEVS quicquid vult & vtcunque vult operatur: atque hinc nihil ille sibi asscribit vel arrogat, sed DEO omnem concedit tribuitq; honorem: ficq; semper paratus manet ac volūtarius ad agenda quæcunq; DEVS iusserit, itemque robustus ac strenuus ad perferenda tolerandaq; omnia, quæ DEO permittente ipsi acciderint. Communem igit vitam agit, quippe cui contemplari & agere æquè in promptu est, & in vtroq; perfectus est. Nemo autem communem hanc potest habere vitam, nisi sit contemplator: contemplari verò fruique DEO non potest, nisi sex antè commemoratis eo quo dixi, ordine præditus sit. Falluntur ergo & toto errant cælo, qui se contemplatores idoneos arbitrantur, & simul quamlibet creaturam inordinatè diligunt, colunt, ac possident: itemq; qui se frui putant, antequàm ab imaginibus sint absoluti: aut quiescere, priusquàm fruantur. Necesse est enim, vt ad DEVM conuersi & adiuncti siue accommodati simus, idque patenti corde, tranquilla conscientia, & facie reuelata ac nuda in syncera veritate, omi simulatione remota. Tum verò ibimus ac asscendemus de virtute in virtutem, Deumque contemplabimur ac DEO perfruemur, & quemadmodùm antè dixi, vnum cum illo efficiemur: id quod nobis omnibus idem ipse præstare dignetur.

Perindè Mariā ac Marthā pstare qs possit.

Falsi cōtemplatores q.

Psal. 83.

D. Io-

D. IOANNIS RVSBROCHII DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS, Liber insignis, cuius titulus est, REGNVM DEVM AMANTIVM.

ARGVMENTVM EORVM, QVAE HOC LIBRO tractantur.

IVSTVM DEDVXIT DOMINVS PER VIAS RECTAS, ET ostendit illi regnum DEI. Sapientiæ decimo capite.

Hisce verbis Sapiens quidam quinq; nos instituit. Principiò quidem dum ait, Dominus, illiusipsius Domini nobis potentiam subindicat, vtpotè qui creaturis omnibus dominetur. Secundò vbi dicit, Deduxit, id est, reduxit, hominis casum & Errorem siue aberrationem, Deiq; condolentiam, commiserationem, ac misericordiam significat, dum is hominem ab originalis peccati lapsu, atq; ab errore ad viam, & à morte ad vitam reduxit. Tertiò, cùm ait, Iustum, Dei Amorem, Pietatem ac clemētiam nobis demonstrat: qui vt nos iustos efficeret, ex vera charitate & desiderio mortem vltrò perpessus est. Quartò, dum adiungit, per vias rectas, Dei immensam innuit sapientiam ac liberalitatē, quam is multimodis declarauit donis suis impellentibus hominem ad virtutes, quæ sunt viæ rectæ. Quintò demùm, vbi adijcit, & ostendit illi regnum Dei, fructum ac vtilitatem causamque omnium horum operum Dei nobis ostendit, vt videlicet homo contempletur regnum Dei, id est, DEVM ipsum, eoq; in omnem æternitatem felicissimè perfruatur.

I.

II.

III.

IIII.

V

¶ Quemadmodùm Deo rectè competat Domini nomen, & de rerum omnium creatione. Caput I.

ATQVI vt de Domino, quod primum est, dicere incipiamus, rectè sic appellatus est DEVS: quippe qui initium, origo, vita & conseruator est creaturarum omnium. Quatuor autem ad Dominum pertinent, putà Potentia, Sapientia, Largitas siue Pietas, & Iustitia. DEVS ipsa potentia est, cui cedūt omnia: & ipsa sapientia infinita, cui nihil non manifestum, perspicuum & apertum est: & ipsa pietas ac liberalitas, quæ cuncta largitur: & ipsa deniq; iustitia, quæ prēmia soluit, atq; vlciscitur omnia. Porrò vt suam potētiam, sapiētiam, bonitatem declararet, cælum terramq; condidit: & cælum quidē seipso & Angelicis spiritibus, Terram autē hominibus & multiplici creaturarum varietate decorauit. Itaq; creando suam ostēdit potētiam: disponēdo ac ordinando, sapiētiam: emanādo autem per multimoda dona ac benficia sua, bonitatem ac liberalitatē suam. Angelicam quidē naturam, id est, præcelsos illos ac intellectuales spiritus ita condidit, vt eis facultatem & gratiam conferret, se ad ipsum cum humilitate, cum reuerētia, cum laude, cum amore, & deniq; cum digna veneratione conuertēdi: vtì ipsis hoc pacto conuersis, facultas ipsa infinitam æternæ incommutabilitatis possideret regnum, Intellectus immēsa sapiētia illustraretur ac transformaretur, & Amor volūtatem spontè se ad DEVM cōuertentē inexhaustus permanaret ac penetraret, atq; omnium deniq; virium vnitas, æternæ ac interminatæ fruitioni immergeretur ac imprimeretur. Et quicunq; sese ad DEVM conuerterunt, æterna gaudent beatitudine: quādoquidem

Quę quatuor ad dnm pertineant.

singulæ vires suam habent conuersionem in lumine gloriæ, suamque fruitionem in diuinitatis vnitate, suscipiuntque essentialem claritudinem. Qui verò sese auerterunt, ad seipsos reflexi cũ ingenitę ac naturalis nobilitatis suę complacentia, illi omes infelices sunt, quando eorũ facultas vsqueadeò imbecilla ac impotẽs est, totq; medijs distineẽt, & intãtùm omni gratia priuata ac destituta est, vt nunquàm sese ad DEVM conuertere queant: Intellectus autem vitiorũ tenebris, diuinam ab eo claritatem excludentibus, obnubilatus ac depictus est. Volũtas deniq; amaritudine & æternæ damnationis pœnis repleta est. Corruerũtq; omnes à summo loco in infimum, & sunt hostes Dei, & Angelorum, & sanctorum hominum. Creauit porrò DEVS humanam naturam, eamq; gratia exornauit, vt locum illum occupet, ac humilitate, obediẽtia, famulatu, laude, amore, veneratione mereatur, quem improbi spiritus vitijs contrarijs amiserunt. His iam primũ illud explicatum est, quo DOminus appellatur. Cuius potentiam in hoc apparere diximus, quòd creârit omnia ex nihilo: Sapientiam, quòd cuncta in cælo terraq; ordinârit: Bonitatem ac liberalitatem, quòd cælum, terram, Angelos, homines multimodis exornârit donis: Iustitiam deniq;, quòd bonis seipsum in ęternis fruendum gaudijs præmij loco tribuerit, & malos pœnis adiudicârit, nullum vnquàm finem habituris.

Cur hõ creatus, gfaq; exornatus.

¶Vt Christus nos reduxerit ad beatitudinem: & de septem Sacramentis. Caput II.

ALTERVM est, vbi ait, Deduxit, siue, reduxit. Nemo quidem reduci opus habet, sed nec reduci solet, nisi qui aberrârit. Humana aũt natura protoparentũ nostrorũ culpa plapsa est: quæq; priùs libera erat, per peccatũ carcer, & custodia, & exiliũ & iter auium atq; aberratio siue error facta est cunctis in ea nascentibus: quandoquidem ij omnes filij sunt inobedientiæ. Christus verò nostram assumens naturam, hominem reduxit. Etenim in ea vixit humilis, obediens, officiosè inseruiens DEO Patri & hominibus, quibus etiam fidum se prębuit in docendo, exempla præferendo, atq; benignũ se exhibendo. Prætereà charitatis actibus incubuit, patientissimè ac mitissimè perpessus est, ex amore mortuus est, debitum nostrũ pro æquitate dissoluit, sicq; demũ naturã in libertatem euexit. Ipsa igitur natura libertati restituta est, & quotquot in Christo renascuntur, ij omes liberi sunt. In Christo autem renasci, & libertate donari volens, credat necesse est, & primũ Baptismi sacramentum accipiat, quod est spiritalis emundationis signum, & nouæ vitæ in Christiana vnione (vt sic dicam) induitio siue reuestitio. Renunciet etiam oportet diabolo & seruitio eius, & Christo fidẽ det: atq; ita reddet ei vestis innocentiæ, id est, anima eius Christi morte ac meritis vestiet. Et hanc innocentiæ vestẽ polliceri debet à vitijs incontaminatam se adducturum ad tribunal Christi. Quatuor verò indè consequitur: Primum est, quòd ab æterna pœna liberatur. Alterum, quòd æternis fit gaudijs dignus. Tertium, quòd diuina ei infunditur gratia, qua fretus, singulis quibusq; horis in nouis possit virtutibus progredi. Quartum, quòd bonorum omnium, quæ vnquàm facta sint & fient, particeps redditur. Atq; vt huic suæ pollicitationi meliùs satisfacere, Deiq; gratiam in se augmentare queat, etiam alterum suscipiet Sacramentũ, quod confirmatio appellat: desiderabitq; ferre crucem Domini sui, idq; aduersus carnem propriam, mundum & satanã. Præstant autem ei hîc tria quædam. Primò, diuina in ipso gratia auget. Secundò, hostis antiquus eneruatur ac debilitatur, magisq; ipsum hominem reformidat ac veretur. Tertiò ad virtutes omes corroboratur. Hac nimirùm ratione in Baptismo quidem renascitur & exornatur, Confirmatione aũt confortatur. Verùm sæpè ita vsuuenire solet, vt per animi superbiam, & animæ cupiditatem, & voluptatem corporis, in propria labatur peccata, promissi sui violator, animamq; suam defœdet, Dei amittat gratiam, & mortem ac liberationem Christi habeat contemptui. Sed quia mutabilis est, benignissimus Dominus, qui priùs eum creauit, ac deindè perditum sua morte recreauit, illius nolens iacturam facere, tertium in sancta Ecclesia catholica reliquit sacramentum, putà Pœnitentiæ. Ad hoc ex parte hominis quatuor requirũtur, quæ Deo mouente, siue ex Dei motione fieri habent: Primũ est, verus dolor, quo quis ex animo vnquàm se peccasse doleat. Secundũ, integra nunquã deinceps peccandi volũtas. Ter-

Inobediẽtię filij qui.

Baptismus.

Quibus per quos q renunciandũ.

Quę q̃tuor indè consequẽda.

cõfirmatio.

Quę tria cõfirmatio cõferat.

Pœnitentia.

Quę q̃tuor pœnitẽti necessaria.

Tertium, perfecta sanctæ ECCLESIAE, confitendo agendoq; pœnitentiã, iuxta sacerdotis consilium, satisfaciendi voluntas. Quartum, feruens perpetìm DEO in obedientia humili seruiendo desiderium, & vt illum sibi confidat æternam collaturum beatitudinem, suaq; peccata ingenti cum amaritudine confiteatur. Isthæc quatuor necessaria sunt: quę quisquis habet, nedum peccatorũ veniam, sed maiorem etiam, quàm habuerat antè, gratiã adipiscitur, omniumque ECCLESIAE bonorum operum fit particeps. Et quia ab exilio ad patrium solum, ab exteris ad Amicos & cognatos, ab inopia ad diuitias, à morte ad vitam, & à mœrore deniq; ad gaudium reuertit, CHRISTVS singularis conuiuij loco quartum instituit Sacramentum, putà corporis & sanguinis sui, vt sit nobis in cibum ac POTIONEM, quo ipsi inseparabiliter vniamur. Hoc Sacramentum humili cum Reuerentia ac veneratione dignè suscipiet. Recipit enim & suum & Rerum omnium creatorem. Itemque cum interna & affectuosa suî applicatione ipsum sumet, certus eum se accipere, qui ex Amore fidelissimo ipsius causa mortem perpessus est, & seipsum ei in beata æternitate daturus est. Quintum deindè Sacramentum, Ordo est, quod hominem à terrenis oblectamentis & occupationibus disiunctum & abstractum, cum ingenti pace ac dignitate ad DEVM applicat & adiungit, si tamen debita cum iustitia suscipiatur. Confert etiam virtutum discretionem, exornatq; eũ, & in singulari quadam dignitate cõstituit ac excellentia: & character istius ordinis in omnem manet æternitatem. Sextum Sacramentum, Matrimonium est: vt qui in mundo perseuerant, legitimè viuant, & mutuam sibi dent fidẽ, ad mortem vsque inuiolabiliter obseruandam. Septimum idemq; postremũ Sacramentum, est vnctio extrema: quæ cũ desiderio suscipienda est, cùm quis putat se moriturum, idque vt peccata venialia & mortalia obliuioni tradita, per ipsum Sacramẽtum & preces sacerdotum & Ecclesiæ sibi remittantur. Ista septem sunt Sacramenta, reducentia hominem ab æterna peccati originis, propriorumq; exitialium & venialium peccatorum morte, atq; contra hostem armantia, & ad DEVM ordinantia ac adiungentia, & legitimam denique in tempore vitam ei conferentia. Et hoc secũdum est ex quinq; principalibus, vt videlicet hominem DEVS reduxerit ad seipsum per mortem suam & septem sacramenta.

Eucharistia.

Ordo.

Mãimoniũ

Vnctio extrema.

septẽ sacrorũ energia.

¶Quęnam efficiant hominem iustum, tam in actiua quàm contemplatiua vita. Caput III.

TERTIVM porrò est, quod ait, Iustum, Nemo enim, nisi iustus effectus siue iustificatus, reducit: siquidẽ iustificare siue iustũ efficere, id reducere est. Sunt aũt quatuor, ex quibus cuiq; aduertere liceat, vtrũ iustus sit & reductus à Christo per sacramenta in virtute Spiritussancti. Primum est, si confidat DEO de omibus tum in tempore, tum æternitate sibi necessarijs: ipseque fidelem se præstet DEO cunctis quę habet, est, & potest. Secundum, si voluntate & actione amorem & beneuolentiam gerat erga omnes hominum tam corporales quàm spiritales necessitudines. Tertium, si patientiam & mansuetudinem constanter retineat in omibus, quę siue à DEO, siue à creaturis sibi accidant. Quartũ, si sit excelso & erecto animo, prorsusq; libero, absoluto & expedito à creaturis omibus, in stabili quodã amore, & læta ac iucunda expectatione cũ secura & certa spe vitæ æternę. Hæc quatuor iustũ efficiunt hominẽ in vita actuosa. Prętęr hęc aũt alia quatuor sunt, quæ iustũ reddunt hominẽ in vita contẽplatiua. Primũ est animus liber, per amorẽ inhærens, & cum desiderio siue affectu erectus ac eleuatus in Dei vnitatem. Alterũ, intellectus gratia illustratus, cum admiratione sacrosanctæ Trinitatis considerans opulentiam, & sine admiratione intenta acie contẽplans, immensa transformatus claritudine, & in vnitatis lumine subleuatus. Tertiũ, fruitiua propensio vel inclinatio, & liquescens seu diffluens inhęsio virium cunctarũ, quas diuitiæ maiores quàm ipsæ vires possint appetere, & gaudia complectantur ac penetrẽt & inundẽt. Quartũ est, diffluens suî amissio in obiecti huius abysso. Nemo quidem in caligine ambulare potest: eoq; æternò nos amittimus, quæ est summa ac p̃cipua beatitudo. Isthæc octo iam dicta, hominem efficiunt iustum in actiua & contemplatiua vita. Ita ergo Dominus reduxit iustum.

Quatuor discernendi indicia in vita actiua

I.

II.

III.

IIII.

Quatuor alia in vita cõtemplatiua.

I.

II.

III.

IIII.

¶Quę-

¶Quænam sint viæ ad regnum Dei. Et primò de via sensibili. Caput IIII.

Triplici ad Dei regnum via pueniri.

QVARTVM est, Per vias rectas. Agè iam animaduertat Lector, vt Dominus reduxerit iustum per vias rectas. Viæ quibus ad Dei Regnum perueniatur, triplices sunt: Prima via est corporea & sensibilis. Secunda merè naturalis. Tertia supernaturalis ac diuina. Prima, inquam, externa sensibilis via est, q̃ sunt quatuor elementa & tres cæli, quos Dominus singulos, prout cuique congruit, exornauit. Et hoc est externum sensibile regnum, atque vestigium & crassa quædam similitudo DEI. Creata autem sunt hæc & decorata ad hominis vsus necessarios, vt istis visis ac animaduersis, de omnibus & cum omnibus fidus sit ac seruiat Deo suo, eumq́ue collaudet. Infimum quidem Terræ elementum condidit Deus, ornauitq́ue multimodis diuersorum generum pro hominum necessitate & vsu fructiferis herbis & arboribus, varijs item ac multigenis animantibus, quæ homini seruiant, quibusq́; omnibus ipse dominetur. Secundum etiam Aquarum elemẽtum condidit, diuersis modis terram circunfluentium ac permeantium, atque etiam quendam illi decorem afferentium: ornauitq́; eas piscibus multigenis diuersisq́ue animantibus, vt sint homini in escam: & ipsum denique elementum multimodis pro hominum necessitudine purificationibus præparauit. Creauit etiam Tertiũ Aeris elementum, quod Terræ simul & Aquis est ornamento, vtpotè cæli lumine illustratum atque perspicuum. Neque enim absq; luce corporea vllus forinsecùs color aut species secundum sensus discerni, aut distinctè cognosci potest. Huic elemento multiplex auium varietas non mediocrem præstat ornatum. Quartum denique Ignis elementum fecit, quod cęteris tribus inferioribus elementis fœcunditatem tribuit: quandoquidem sine igni nihil neque in Terra, neque in Aquis, neq; in Aere vel crescere, vel vitam consequi vel habitam conseruare potest. Hæc videlicet quatuor sunt elementa, ex quibus res omnes terrenę confectę sunt. Prętеr hęc autem condidit Devs cælum infimum, putà firmamentum, quo simul omnia ornantur elementa. Siquidem ex illius motu creaturæ omnes inferiores mouent̃, viuunt & crescunt. Ornauit autem ipsum multiplici siderum errantium & stellarum naturam regentium claritate, præstantia, ac nobilitate: eiusq́; pars suprema, summi cæli claritudine perfunditur atq; resplendet. Fecit itẽ cęlum medium, quod pellucidum siue crystallinum vocatur, non quòd crystallus sit, sed ob suam claritudinem. Hoc cælum ipsi Firmamento cum supremi cæli splendore ornamẽto est, & est claritate decoratum: eiusq́; pars summa, primũ mobile dicit̃, vtpotè quod omnis motûs tam cælorum quàm elementorũ, origo est & principium. Atq; huic primo mobili Planetæ, cursusq́; cæli & cuncta subiacent elementa: omnisq́; adeò natura corporea pro ipsius influentia operat̃. At verò creaturæ rationali nulla res creata ratiõis expers, ne ipsum quidẽ primũ mobile dominari potest: quippe quæ & cæli & totius naturę cursum in se compescere potest, & supra omnem naturæ motum viuere, quatenùs is virtuti contrarius est. Creauit demùm etiam cælum supremũ, quod est pura quædam & simplex claritas, prorsusq́; immobile omnium rerum corporalium origo, principium ac fundamentum: suoq́ue ambitu sphærico siue circulari cælos omnes cunctaq́ue elementa circumplectitur: Estq́ue omnibus rebus corporeis vnquàm à DEO conditis sublimius, amplius, maius ac profundius. Hoc cælum Devs seipso & Angelicis spiritibus, & sanctis hominibus exornauit. Etenim corporea creata claritudo, ex spiritali increata, quæ est celsissima Dei natura, claritate dependet. Atque hoc ipsum cælum cum omnibus quæ suo ambitu infra se complectitur, res corporeæ sunt. Et ipsum est externum sensibile DEI regnum: quod vnusquilibet cum suo ordine atque ornatu considerare atque contemplari debet, & de omnibus laudare Devm, eiq́; debitum impendere famulatum. Ea quidem quæ infra firmamentum posita sunt, oculis conspici, vel sensibus externis animaduerti queunt. Quæ autem firmamento superiora sunt, ea sensibus internis imaginari, aut rationali consideratione speculari licet. Vbi verò cæli corporei desinunt, ibì pariter imaginatio omnis, cunctiq́ue sensus tam interni q̃ externi deficiunt. Vbi enim id quod corporeum est, finem accipit, ibì desinit etiam sensus omis.

Via I.

Elemẽtũ I. Terra.

Elemẽtũ II. Aqua.

III. Aer.

IIII. Ignis.

Firmamẽtũ.

cęlũ mediũ.

Primũ mobile.

Planetæ.

Homini nulla creata rẽ dñari.

Cælum supremum.

Qui cælum hoc ornatum.

Visibilia q.

Inuisibilia.

Non

Non enim potest sensus vllus neq; Devm, neq; Angelum, neq; animã comprehendere, eo q̃ nullam habeant speciem vel figuram. Et hactenùs de prima sensibili via dixisse sufficiat.

Cõprehẽdi q̃ cur non possint.

¶De via naturalis luminis. Caput V.

Quæ via 2.

ALTERA via naturalis est luminis, qua illi omnes gradiuntur, qui virtutes naturales peregrina intentione absq; Sanctispiritûs impulsu vel instinctu actitãt & operantur. Isthæc via totum penetrat hominem: per vires quidem inferiores, naturalibus ac moralibus virtutibus ornatas: per vires superiores, in ocio subleuatas in simplicem essentiæ animæ fundum, qui DEI gerit imaginem, & est naturale DEI regnum. Ipse nimirùm homo secundum corpus creatus est ex quatuor elementis, & secundum Animam ex nihilo ad imaginem DEI. Prima eius vis naturalis, Irascibilis vocatur: cuius id est officium, vt quicquid est bonis moribus aduersum, omnemq́ue naturæ bestialitatem & malas propensiones sub freno contineat atque compescat, & his omnibus dominetur. Ornari autem debet prima virtute cardinali, quæ Prudentia dicitur: per quam considerabit sedulò, Vndè venerit, vbi sit, quò tendat: vitæ quoque breuitatem, temporis instabilitatem, mundi exilium, & futuræ vitæ longitudinem, ac semper duraturam perpetuitatem: Attendet etiam ac probabit virtutum, foris ac intùs hominem exornantium, decentiam ac nobilitatem. Altera vis naturalis, concupiscibilis est, quam exornare debet altera virtus cardinalis, nempe Temperantia, quæ concupiscentiam refrenet & cohibeat, arceatq́ue omnem edendi ac bibendi, itemq́ue vestium & rerum temporalium immoderationem ac nimietatem: vtì ne quid vnquàm appetat superfluum, aut quod homini neutiquàm necessarium sit: quæ verò necessaria sunt, non nimis auidè vel auarè concupiscat. Tertia naturalis vis, est Rationalis. Priores quidem vires duæ, si non sint virtutibus decoratæ, beluinæ sunt: at isthæc vis rationalis, à brutis animantibus hominem disiungit. Hanc autem Iustitia exornabit, vt det homo & accipiat, agat & omittat, moderetur, regat & disponat siue ordinet omnia ex rectæ rationis siue discretionis præscripto. Quarta hominis vis naturalis, voluntatis libertas est, quæ ornari debet virtute naturali, quæ est moralis Fortitudo, vt cunctis homo bestialibus animæ viribus imperare ac frenum inijcere, & hac animi fortitudine damnũ & ignominiam, suí humiliationem & exaltationem, lucrum & iacturam, prospera & aduersa, siue iucunda & tristia, & quicquid vndecunque ex quibuslibet creaturis illis possit accidere, quadam animi tranquillitate ferre queat: itemq́; vt accepto robore sumptisq́ue viribus, virtutes actitare possit, nec vspiàm deficiat. Istæ videlicet quatuor sunt vires naturales, quas totidem cardinales siue morales regunt, ordinant ac moderantur virtutes, quæ forinsecùs hominem in vita morali adornant. Atque hæc infima portio est viæ luminis naturalis: Suprema autem eiusdem naturalis viæ portio, tres sunt animæ vires superiores, ab occupationibus & multiplicitate seuocatæ & auersæ, atq; ad ocium in vnitatem conuersę. Ex his eleuata memoria in essentię suę nuditatem introuersa, in simplici illa essentia actione destituit̃: Estq́; illi naturalis quędam propensio & appetentia in simplicem mentis fundum: vertitq́ue se deorsùm ad actiones externas, idq́ue vnà cum rationali intelligentię vi, & voluntatis libertate: regitq́ue, moderatur ac ordinat sensus omnes & vires corporeas. Itemq́ue sese ab occupationibus & multiplicitate in nudam animę essentiam naturali quadam propensione tanquàm in originem & naturalem quietem suam intrò recipit: atque illic nudę essentię mentis opposita est, & ipsa essentia illi naturalem quendam decorem confert ac ornamentum. Altera vis intellectus est, qui in suam introuersus essentiam, & fundi ocium adspectans, ex ipsa natura actione destituitur, quiescitq́ue in non agendo, & essentię suę simplicitate circumplectitur: sicq́ue facilè perspicit atque deprehendit, tum in seipso, tum cęteris creaturis omnibus, causam quandam esse, ex qua res creatę omnes dependeant ac promanârint: & in ipsa ęternùm quiescere appetit: colligitq́; ac animaduertit ex rebus creatis potentiã, sapientiã, bonitatem & diuitias primę causæ, vt quę cuncta potenter creârit, sapienter disposuerit ac ordinârit, & ex immensa bonitate & liberalitate largissimè ac multipliciter decorârit ac munerata sit: ita tamẽ, vt quic-

Hó secũdũ q̃ q̃ creat⁹.

Vis hoís prima quę.

Virt⁹ cardinalis pria.

Vis 2.

Virt⁹ cardinalis 2.

Vis 3. Iustitia.

Vis 4. Fortitudo.

Quę 4. vires qbus 4. virtutibus ornandæ.

Vis I. Memoria.

Vis II. Intellectus.

Vis III. Voluntas.

quid ratione multiplici creaturis impertijt, id in ipsa prorsus immensum in inhausta celsissimæ naturę eius opulentia permiserit. Tertia vis est voluntas, quæ memoriam ac intellectum circumplectit, sicque naturaliter in suam introrsus propendent originem. Cùm enim vires supremas nullæ res temporarię, nulla corporea oblectamenta detinent siue occupant, sed in vnitatem erectæ sunt, indè sensibilis quędam existit ac orit quies, corpus animamque peruadens: tumq; vires hæ penetrant, & in mentis transformant vnitatem, & vnitas in ipsas.

Aiæ essentia qualis.

Porrò viæ naturalis excellentissima pars, Animę essentia est, quę ex DEO dependet, estq; immobilis, & summo excelsior cælo, & maris fundo profundior, & toto simul mũdo cũ elementis omnibus latior, ampliorq;: siquidem natura spiritalis omnem naturã corpoream excellit. Ipsa etiam est naturale Dei regnũ, & omnium Animę actionum terminus. Nulla nanq; creatura in ipsam agere potest, præter solum DEVM, vt qui essentiæ omnis essentia, omnis vitæ vita, & creaturarum omnium principium & conseruatio est. Ista ergo naturalis luminis via est, qua quis virtutibus naturalibus & ocio spiritûs ingredi potest. Atq; ea re naturalis via dicit, quòd absq; Sanctispiritûs impulsu vel instinctu, & sine supernaturalibus diuinis donis teneri atque calcari potest: quanquàm absque DEI gratia rarò tam excellenter absoluitur & consummatur.

Quę via cur naturalis dicatur.

¶De via supernaturali & diuina. Caput VI.

Quę via III.

TERTIA via supernaturalis diuinaq; est, vbi anima mouet à Spiritusancto, qui est charitas diuina, hominem septemplici ratione mouens, quę sunt septem dona, quemadmodùm ab Esaia commemorant, quæ nimirùm ceu septem principales virtutes sunt, virtutũ omnium radices & initia. Et ipse spũs DEI velut viuus fons est septẽ scatentibus venis, q̃ septẽ efficiũt vitales riuulos, in eodẽ fonte scaturiẽtes ac ebullientes, atq; per omne Animę regnum permanantes, idemq; multis modis fœcundum reddentes. Ipse etiam Dei spiritus immensa pietas, claritudo & ardor siue incendiũ est, septem isthæc dona incendens, ac instar septem lampadarum ante summę maiestatis thronum in pura Animę mente ardere ac lucere faciens. Ipse pręterea Spiritussanctus, diuina charitas, æternus atq; clarissimus Sol, septem lucidos ac splendidos emittit radios Animę regnum calefacientes, illustrantes, atq; fœcundantes. Eadem quoq; septem dona similia sunt Planetis septem, in pura mente velut in firmamento sita, Animę regnum in diuina charitate moderantia atque ordinantia gubernantiaq;. Itemque septem pilis illis comparantur, qui fortissimi Samsonis (id est, amantis Animę) ornant caput, hoc est, liberam voluntatem, dum eam diuina implent gratia, & fortitudine ac sapientia instruunt atq; communiunt aduersum omne vitiorum genus: quę idcircò hostis Tartareus cupit abradere. Denique septem hæc dona, septem modi sunt Actionum Spũssancti in Anima, quibus eam ornat & componit ac ordinat, & sui efficit similem, atq; ad æternam perficit perducitq; fruitionem.

Esa. 6.

Iudic. 16.

¶De sex hominum generibus, se ad suscipienda Spiritussancti dona non applicantibus: & specialiter de primo. Caput VII.

SVNT autem sex hominum genera, qui sese pro viribus, ita vt naturalis exigit decentia, ad hæc supernaturalia diuinaque percipienda dona non accommodant.

Primi generis homines sunt, qui in manifestis viuunt mortiferis peccatis, Deoque relicto, ad corporis voluptates & oblectamenta, ad Animi fastum & superbiam, ad res opesq; terrenas appetendas & corradẽdas contra DEI p̃cepta & honorem, sese conuertẽrunt. Eorum autem, qui vitam agunt manifestis obnoxiam peccatis mortiferis, triplex genus est. Primum est eorum qui in Terris honores, dignitates, sublimes gradus, & præ cęteris quædã priuilegia ambiunt & aucupantur, alijsq; inuident, & eos opprimere appetunt.

Mortalibus obnoxij peccatis, quotuplices.

I.

II. Alterum est eorum, qui auaritiæ ac tenacitatis morbo laborant, qui ea quæ DEVS communiter cunctis condidit mortalibus, sibi priuatim vsurpãt & vendicant, & si possint, soli possi-

sidere concupiscũt. Qui sanè non parua DEVM iniuria afficiũt, quando de suis facultatibus illi non seruiunt, atque etiam sibijpsis iniuriam inferunt, dum omnem vitam suam sibijpsis inquietam & negocij plenã efficiunt: denique & in proximos iniuriosi sunt, quandoquidem non eis benignè impertiuntur, quod in vtrorunq; vsus diuinitùs creatum est.

Tertium demùm eorum est, quos torpor & acedia, itemq; Gula & Luxuria tenent irretitos, qui pecudum more suis obsequuntur voluptatibus, ideoq; crassi ac rudes sunt, mini meq; diuino lumine illustrati. Isthæc tria cunctis apertos habentibus oculos id manifestò declarant, eos omnes qui ipsis morem gerant, eaq; sectentur, à diuina charitate procul abesse, maximeq; alienos esse ac dissimiles. Ethnici quidem siue gentiles illi q̃ legi naturali rectæque rationi non obtemperant, sed Beluinis suis obsequuntur viribus, & naturæ indulgent affectibus ac voluptati, maiores dabunt pœnas, à DEOq; magis extranei sunt, maiorique dissimilitudine dissentiunt, quàm cæteri homines Ethnici, qui ad naturalis rationis præscriptum vitam exigunt suam. Iudæi quoque, quibus datus decalogus & collata prophetia est, & multa alia præstita mira, ac dona impensa, quique præcedentium Patrum suorum exempla visu vel auditu sunt assequuti, & hæc tamen omnia nihilipendunt, & vitam agunt bestialem, suæq; legi contrariam, multo vtique & Ethnicis & cæteris Iudæis diuinæ legi parentibus deteriores sunt. At verò homines è religione Christiani, quorũ causa Christus mortuus est, quosq; sua morte redemit, quibus sua reliquit sacramenta & dona multiplicia, atque adeò etiam seipsum æternò fruendum pollicitus est, & qui illi in Baptismo fidem siue fidelitatem, innocentiam ac perpetuum promisere famulatum, ac nihilominùs ab illo auersi, Mundo, diabolo, & beluinis suis voluptatibus seruiunt, ij sanè & paganos & Iudæos improbitate antecellunt, quãdo & plura sunt diuinitùs consecuti, & ad maiora sese obligârunt, & tamen ea omnia ducunt pro nihilo. Verùm si resipiscere, seseq; conuertere velint, faciliùs redeunt cum DEO in gratiam, quòd ipsi quidem filij sint, cæteri extranei ac alieni. Et hoc primũ genus malorũ hominum est, eorumq; maximè Deo dissimilium, & à Deo longissimè distantium.

III.

Ethnici quãtas præ alijs pœnas daturi.

¶De secundo malorum hominum genere. Caput VIII.

Genus II.

ALTERIVS generis sunt homines infideles siue perfidi, qui errorem aliquem contra duodecim symboli Apostolici articulos, siue contra septem ECCLESIAE Sacramenta retinent ac sequuntur, aut qui aliquo à sancta ECCLESIA Catholica dissident, aut ei contrariam tenent opinionem, siue id publicè agant, siue occultè, si sic pertinaciter perseuerare statuunt, atque ita moriuntur, etiamsi cunctis moralibus præditi sint virtutibus, omnesq; misericordiæ ac condolentiæ exerceant Actus, tantaq; intellectûs perspicacitate polleant, quanta simul mortales omnes qui vnquàm fuerint, Tartareas tamen merguntur in flammas. Sunt autem quatuor quædam, quæ solent homines in hæresim aut fidei errorem inducere. Primum est propria voluntas & pertinacia, dum quis nullius vult sequi consiliũ aut informationem. Alterum est complacentia suã in naturali scientia, ingenio ac subtilitate, aut etiam in singulari quodam præ cæteris hominibus bonis externo viuendi modo. Tertium est credulitas, qua quis nimìs facilè cuilibet instinctui aut illabenti cogitationi accommodat fidem, non priùs diligenter & exactè perpendens, vtrùm cũ sancta ECCLESIA catholica consentiat, vel ab ea discordet: Quartũ est spiritalis superbia, quòd suo quis iudicio magis credit, quàm sanctæ Ecclesiæ. Ista videlicet præcipitem agunt hominem in errorem aut hæresim, qua infectus, DEI gratia prorsus indignus est. Si qui verò ex his conuerti velint, illi propriæ vt renuncient voluntati oportet, suamq; scientiam & intellectum sanctæ Ecclesiæ Catholicę scientię ac institutioni submittant atq; substernant, & omnem vitam suã foris ac intùs absque fastu & elatione ad DEI honorẽ exigant & consumant: & intùs quidem absque simulatione credant, quod sancta credit Ecclesia Catholica: foris autem modis omnibus singuli iuxta statum suum & Ecclesię decreta ac pręcepta colant & exerceant, quę sancta colit Ecclesia & exercet: ita nimirùm & gratiam

Hęreticorũ descriptio.

Quę ętuor hæresim inducant.

I.

II.

III.

IIII.

Quid cõuertiti volẽtibus necessariũ.

Ethnicis an lex naturalis hodiè p̃sit.

tiam modò, & posteà beatitudinem poterunt adipisci. Ethnici quidem etiamsi modò naturalem colant ac sectentur iustitiam, nihilominùs damnãtur, eo quòd ferè per cũcta mundi climata, IESV CHRISTI nomen hodiè diuulgatum sit, eiusq; gesta, prophetiæ, & humanæ naturæ liberatio, prædicata, denunciata, atque propalata sint. Et Iudæi itidèm etiamsi hisce temporibus secundum pręcepta DEI, & priscorum patrum morem, consuetudinem & institutionem viuant, nihilosecius & ipsi damnationis sententia puniuntur, eaque grauiori, quàm Ethnici, eo quòd sibi traditæ legis contemnant vaticinia, quæ CHRISTI aduentum & passionem loquuntur: contemnant etiam ex vera certaque malitia ipsius Christi visitationem, doctrinam & res gestas, siue opera: vndè haud dubiò ethnicis peiores sunt, vt qui maioribus sint aucti & affecti DEI beneficijs, nec ea tamen velint agnoscere.

Iudęi q̃ cur ethnicis peiores.

¶De tertio malorum hominum genere. Caput IX.

Hypocritæ quotuplices.

TERTII generis sunt, homines ficti & hypocritæ, qui ob mercedem temporariam duntaxat bona agunt opera. Hoc genus simulatorum hominum in quatuor partes distribuitur. Primi sunt, qui sese fingunt, & suis adulantur superioribus, bonaq; foris præ se ferunt opera & iustitiam, & virtutes omnes morales, quo supra cęteros honore, commodis siue priuilegijs, aut diuitijs eleuentur: vt vel ad summũ pontificatum, vel episcopatum, vel aliquem dignitatis gradum promoueantur: aut si religiosi sunt, cuiuscunq; sint ordinis, vt Abbatis, Prioris, vel Abbatissæ & eiuscemodi adipiscantur officia: vel si sint homines laici, seculari potiantur dominio: atq; ita se simulant, & palpum alijs obtrudunt atque blandiunt, humilesq; & iustos, & cunctis in virtutibus benè compositos sese exhibent & ostentant. Quę omnia vel ex superbia, vel auaritia proficiscuntur. Et hæc est simulatio. Et quia istiusmodi homines hypocritæ & ficti sunt, quicquid hac mente siue intentione agunt bonorum operum, id omne pro perdito habetur. Alij se simulant, & magnos perferunt labores, tantùm vt sancti habeant, aut ob aliquod lucrum temporarium siue terrenum. Huius generis hominum maxima multitudo est. Quicunque palàm bona sua agunt opera, vt laudes hominum aucupentur, ij ficti sunt, & eiuscemodi actus nullam DEI mercedem merentur. Sacerdos si Missæ faciat sacrificiũ ea potissimùm intentiõe, vt tẽporale reportet lucrũ, aut bonus videatur, hypocrita est, æterna morte plectẽdus. Monachus, monialis, cuiuscunque instituti monastici professor, Begardus, soror, Begutta, aut vtcunque demùm vocentur, si bonis actibus externis dent operam, putà, si ieiunent, si vigilẽt, si orẽt, si peregrini terras peragrent, si nudi incedant, si concionent, si abiectũ gerant corporis habitũ, si multo dediti silentio sint, si soli deserta inhabitẽt, si varios eosq; raros & insolitos assumant viuendi modos, idq; eo tantùm, vt sanctitatis opinionem sibi captẽt, aut q̃ppiã lucrent tẽporariũ, ficti planè ac hypocritę sunt. Tertij sunt, q̃ idcircò bona quędam ostentãt opera, vt in administrãdo cibo aut potu ipsorũ satisfiat volũtati, & vt mollẽ, iucũdam ac delicatã possint vitã agere. Tales interdũ callidi & subtiles admodùm sunt. Homines mũdanos nõ magnipendũt, nulla appetũt bona tẽporaria, sed gulosi ac delicati sunt, itaq; blandiunt ac adulant illis omnibus, à q̃bus aliq̃d ventri suo plausibile conseq̃ se posse sperãt. Quarti sunt, q̃ occultè machinant malũ siue occultè improbã agũt vitã, & tñ foris se simulãt, & externis q̃busdã ornãt virtutibus, quo suã tegere malitiã ac ĩpbitatẽ, eiq; liberiùs vacare queãt. Itaq; oẽs isti quos cõmemorauimus, ficti ac hypocritę sunt, diuinaq; gratia indigni. Qui tñ si conuerti velint, & diuina charitate digni effici, bona sua opera, q̃ vel ob honorẽ tẽporariũ, vel diuitias, vel vt alijs pręferãtur, siue vt sancti videant, aut ob aliquod terrenũ quarũlibet rerum externarũ commodũ, siue vt cuipiã placeãt, aut vt suã contegãt peruersitatẽ, ea q̃dem, inquã, bona opera omnia retinebũt, sed corruptã ac vitiosam mutabunt intentionẽ, ita vt in cunctis suis actionibus DEI laudẽ & honorem, & suam æternã spectent beatitudinem, cunctaq; temporalia contemnant atque proculcent: Sic nimirùm & charitatem diuinam, & æternam poterunt vitam adipisci.

I.

II.

III.

IIII.

¶De quarto malorum hominum genere. Cap. X.

Quar-

Quarto malorũ gnũ q̃ quatuor impedimenta sint.

QVarti generis sunt homines peruersi, astuti, ac nequiter prudentes siue malè callidi, qui & terram possidere, & cæleste regnum mereri appetunt. Istis quatuor impedimenta sunt, quo minùs DEI gratiam consequantur. Primum est intentionis duplicitas, qua DEO simul & mũdo seruire, & vtriq; satisfacere volũt. Ieiunãt em̃, & festos colũt dies, templa visitant, sacris intersunt concionibus, & in multis DEI præcepta seruare videntur: & suo ipsorũ iudicio DEO faciũt satis. Duplices autem sunt & iniusti: sicq; ex altera parte intùs multis agitantur curis, & acutè ac subtiliter multa secùm cogitant & inquirũt. Foris autem multiplicem impendũt operam ac laborem, varijsq; incũbunt modis, vt terrenas opes facultatesq; corradant. Atq; hoc pacto cælũ pariter cũ terra, & tempus vnà cũ æternitate possidere moliũtur. Sub hisce signis omne genꝰ hoim militat, ecclesiastici iuxta ac seculares. Monachi quoq; ac sanctimoniales religiosos se haberi volunt, ac interìm nihilo minùs quantùm libet proprij siue rerum propriarum habere & corradere. Canonici & sacerdotes seculares duo vel tria simul habere volũt ecclesiastica beneficia, vel etiam negociationi dant operam, & reditus quantos maximè possunt sibi comparant. Laici ac plebeij, & mechanici homines, item q̃; fœminæ quas beguttas siue beginas vocant, quocũq; in statu degant, si cum DEO simul bona temporaria vltrà quàm poscat necessitas, aucupent & conquirant, duplices sunt & dissimiles DEO, diuinaq; gratia indigni. Secundum impedimentũ est tenacitas vel auaritia. In multis enim seruiũt DEO, sed in condolentia erga proximos, in actibꝰ charitatis & pietatis, siue misericordiæ ac liberalitatis, non illi seruiũt. Semper sibi defectum pati videnṭ, nec à rebus suis auelli possunt, vt eas pauperibꝰ largiant̃: & de omnibus quidẽ peccatis & vitijs sua ipsos conscientia accusat, præterquàm de tenacitate & auaritia. Conscientia nanq; ipsorũ non ad Iustitiam, sed ad propriam eorum volũtatem est accommodata: neq; enim diuino tangũtur aut mouentur amore. Tertium est naturalis scientia & acumen siue subtilitas, qua lucrũ iacturámve suam procul adspiciũt, ac longè præuident: & quibuscũ aliquid commercij habent, siue diuites illi sint, siue inopes, semper sua captant lucra, idq; tam apertè, quàm occultè. Ob suam nimiam tenacitatem ac auaritiam omnibꝰ odio sunt & inuisi. Et q̃a naturali vigent prudentia, cùm mortem adesse in foribus suspicant̃, libẽter sua tribuũt, vt æternam sibi possint mercari beatitudinem: q̃ si se semper victuros nossent, nihil vnquàm in alios conferrent beneficij. Quartum est saxea quædam durities cordis. Quascunque enim conciones auscultent, quicquid eis dicatur boni, quantalibet videant bona exempla, quamlibet à DEO siue corporis aduersa valetudine, siue rerum iactura temporalium castigent̃, semper in sua perseuerant inueterata cõsuetudine mala. Isti nimirùm callidè siue neq̃ter prudentes sunt, q̃ de bonis diuinis parùm aut nihil gustare merent̃. Sed si diuina charitate digni velint effici, toto corde DEVM vt spectent, & terrena omnia præterquàm quæ vitæ agendæ necessaria sunt, DEI amore contemnant, & ea quæ habent, pauperibꝰ communicent ac impertiant̃, Deiq; regnũ studiosè ac seriò inq̃rãt, & totam denique vitam suam vera charitate ac discretione ordinent atque constituant oportet: sicq; & in præsenti gratiam, & in futuro seculo vitam poterunt æternam adipisci.

Proprietariorũ nota & præbendosorum.

II. Tenaciũ & auarorum.

III. Attentiorũ ad rẽ seu fœneratorum.

IIII. Iudurataorũ

Quõ supradictis mẽdẽdum.

¶De quinto malorum hominum genere. Caput XI.

QVinti generis sunt, mancipia siue seruilis conditionis homines. Sunt autem quatuor, quæ homines efficiunt seruos, libertatis expertes, ignobiles, & diuina gratia indignos. Primum est, quòd seipsos ac propriũ spectant lucrum, priuatumq; vitant incommodum siue damnum: hoc est, flammas cupiũt tartareas euadere, & cælestibus perfrui gaudijs: atq; horum gratiæ faciũt ac omittũt omnia. Magnos isti labores facilè perferũt, eo quòd seipsos in omnibus pro scopo habent. Alterum est, quòd semper aut amittendi metu, aut spe lucri detinentur: atque ex ijs quidam nullo negocio terrena cũcta fastidiũt, vt possint æterna adipisci. Tertiũ est, quòd sua opera suumq; famulatũ magnipendũt, suisq; magis nitũtur ac fidũt actibus, quàm libertate illa, qua DEI sunt hæredes, & CHRISTI sanguine redempti. Quartum est, quòd sese seruos reddũt mercenarios. Nisi em̃ mercedem à DEO consequuturos se sperarent, neutiquàm illi seruirent: plusq; verent̃ æter

Quæ quatuor quã seruitutem inducant.

I.

II.

III.

IIII.

næ damnationis plecti ſententia, quàm DEVM offendere: potiusq; ipſum DEI regnum, & ſuam in illo felicitatem appetũt, quàm æterna DEVM laude afficere, eiusq; liberos manere ſeruos in æuum. Itaq; tales libertatis erpertes ſunt, neq; diuino tacti amore: quandoqdem ſeipſos ſpectant in omnibus. Charitas autem ſemper DEI aucupat & quærit honorem, facitq; hominem ſuijpſius obliuiſci, ſeſeq; abnegare, atq; in DEO potiſſimùm ſpem ac fidutiam collocare ſuam, efficitq; in eodem, vt in vera charitate & in temporaria & in æterna vita DEO perpetùm ſeruire concupiſcat, confidatq; DEO præſtiturum eum ſibi regnum ſuum, atque ſeipſum æternò fruendum. Hac videlicet ratione ſerui ſuam debent intentionem quadam libertate ad DEVM transferre atq; conuertere, hocipſo diuinę gratiæ capaces futuri, ſuaque ſeruaturi opera, & vitam adepturi ſempiternam.

Quid potiſſimũ charitas quærat.

Quibus ſeruis qd maximè nitendũ.

¶De ſexto malorum hominum genere. Caput XII.

SExti generis ſunt, natura ſuperbi, & ſcientia naturali ſiue acquiſita ſubtiles & acuti, ſæpiùs in vita atque conuerſatione externa benè morati, in naturali contemplatione eleuati ac ocioſi, propriæ ſemper volũtati dediti. Iſti ex ſupbia ſublato ac erecto ſunt animo, atq; in ſingulari viuendi ratione ſemper præcipuos ſe putant & eſſe conant: ob ſuamq; ſpiritalem vitam honore ac dignitate ab omnibus affici ſe volunt: & perpaucos ſanè reperiunt, qui ipſis faciant ſatìs, aut q ipſorũ ſedeant animo. Non em poteſt illis placere ſatìs, niſi q de ipſis magnificè ſentiat. Quicquid ſiue de interna, ſiue externa quorumlibet aliorum vita eis recitet ac exponatur, id ſemper extenuant: ſuam autem ipſorũ vitam magnipendũt. Alios omes docere volũt, & omem ſe putant ſapientiam adeptos eſſe, nec ſe ab vllo inſtitui aut obiurgari ferũt: ſiqdem ſuperbi ſunt & propriæ volũtatis. Per naturalis autem intelligentiæ acumen atq; ſcientiam omia ſua confirmant, cunctasq; rationes & quicqd eis aduerſum eſt, refutant: ipſaq; ſcientia naturalis, occaſio eis eſt & adiumentum ſuperbiæ. Et quicũq; diuino non ſunt illuſtrati lumine, nec in vera fundati humilitate, ob ſubtilitatem & extrinſecùs benè compoſitos mores, ac naturalis contemplationis ocium ſublimiter de eis ſentiũt. Sed quia diuina non mouent nec incitantur gratia, ſæpè proximis in neceſſitate cõſtitutis deſunt. Charitas autem nũquàm proximos deſerit: ſed natura iniuſta eſt, eo quòd in contemplatione ſeipſam ſpectet: pluris q; iſti faciũt ſuam contemplationem, quàm vllum charitatis opus: In quo planè fallunt & errant. Etem charitatis opera in præcepto ſunt: & contemplatio, etiam ſi ſit ſupernaturalis, abſq; charitatis actibus peſſùm eat neceſſe eſt. Porrò quicquid iſti aut habent, aut adipiſcunt, neceſſarium ſibi eſſe putant: Credũt em & foris & intùs admodùm ſeſe teneros eſſe. Intellectus naturalis multùm in eis viget, & valdè ſublimis eſt: nec mediocre ex ſua ſcientia & ſpiritali vita capiunt voluptate. Deniq; huius generis pauci ſunt in terris: quotquot autem ſunt, diuina gratia non ſunt digni: qua tamen ſi digni volent fieri, in cunctis actionibus atq; in omi vita ſua humili corde Dei laudem & honorem ſpectare debebũt: agnoſcentq; ſeipſos, minimeq; animo ſe extollent, aliosq; homines æquè, vt ſunt ipſi, virtutib' ornatos atq; compoſitos, non minoris, immò etiam maioris, facient, quàm ſeipſos: & eam, qua præditi ſunt, intellectũs perſpicacitatem cum humilitate ſeruabunt ac poſſidebunt, ſicq; longè ampliùs diuino illuſtrabuntur lumine: atque per ſanctum ocium & earum quæ circa res terrenas ſunt, occupationum reiectionem, vitam obtinebunt contẽplatiuam. Virtutũ quoq; naturaliũ benè cõpoſitos mores erga Deum & proximos ac in vera charitate, pietate, benignitate, liberalitate retinebũt: atq; indè vitã conſequent actuoſam. Itaq; quicunq; ſex iam commemoratis hominum generibus cõpræhendunt, illi omes ex Dei viuunt gratia, & ſunt peccatis obnoxij mortiferis: nec ſeruari poterunt, niſi eo quo dictum eſt, modo ſinguli conuertantur.

Supborum ſeu arrogantiũ depictio.

Sciẽtia qui ſua quõ abutantur.

Nullũ charitati ſtudium aũferendũ.

Quõſupbię medendum.

¶De tribus virtutibus Theologicis. Caput XIII.

Omnis

OMnis autem gratiæ, cunctorumq; donorum, omniumq; virtutum diuinarum initium diuina fides eſt, quæ eſt lumen quoddam ſupernaturale, ac totius boni fundamentum. Quam qui obtinere volunt, & in æterni regni filiorum aſſcribi numerum, naturam in id vſq; quod ea ſupremum præſtare poteſt, euehant oportet, vt videlicet ſecùm ipſi explorent, ac conſiderent, quemadmodùm DEVS cælum terramque ex amore cauſa hominis creârit: eidemq; homini multigena tum ſpiritalia, tum corporalia ſit dona largitus: atque etiam propter ipſum hominem mortem perpeſſus ſit, libenterq; omibus illius peccatis veniam dare velit, ſi tantùm pœnitentiam agere nõ recuſet: paratus etiam ſit diuinam charitatem & cunctas ei virtutes liberaliter infundere, adeoq; & ſeipſum totum & quicquid habet, in perenni gloria æternò fruendum illi donare, modò id ipſi conſidere, eiq; libera voluntate ex vera obedientia ſeruire velit. Et quia cuncta fecit DEVS ex liberrima bonitate, pietate, ac liberalitate: eiusq; natura eſt, vt cum omnibus donis ſuis in tempore & æternitate iugiter emánet, & vt eos omnes, quos ſuis affecit donis, ad ſeipſum ſuſtollat, & in æternam introducat fruitionem: meritò etiam homo cuncta ſua opera ex libertate ſeu libera voluntate ad DEI honorem vera cum humilitate ac obedientia peragere debet, nec quicquam pro eis repetere, aut velle, vel exigere, niſi quod DEVS dare velit. Qui cùm ſit liberaliſſimus, pijſſimus ac beneficentiſſimus, quicquid ei impenſum erit ſeruitij, non manebit irremuneratum, nec in obliuionem abibit, Hoc pacto iam natura ad ſupremum ſui faſtigium perducta eſt: vbi cùm ipſa deficiat, nec poſſit vltrà progredi, DEVS ſupernaturali accedens lumine, intelligentiam vſqueadeò illuſtrat, vt maiorem concipiat homo fidem ac fidutiam, quàm poſſit conſcribi. Itaq; conſiderat ac intuet bonum illud ſempiternum, quod expectat, & ſine vlla ambiguitate vel diffidentia conſecuturum ſe ſperat id quod credit & adſpectat. Indè verò ſenſibilis quædam emergit charitas, quæ in libertate eum cum DEO coniungit ac vnit. Atq; hæ ſunt tres virtutes theologicæ, nempe, Fides, ſpes, Charitas. Cum his ſimul Spirituſſanctus animæ hominis illabit, velut fons vitalis, ſeptem dimanans riuulis, qui ſunt ſeptem dona diuina, quibus ornatur, componitur, ordinat, ac perficit & perducitur anima in vitam æternam.

Fides.

Facta, data, ppeſſa hois cauſa, quæ.

Nihil Dei cauſa factũ, oblitũ iri.

Spes.

Charitas.

¶De dono timoris Domini, & quibuſdam virtutibus indè naſcentibus. Caput XIIII.

PRimum autem donum ex his ſeptem, eſt amans ſiue amoroſus timor Domini, q magis veret DEVM offendere, quàm mercedem amittere: efficitq; in homine, vt DEVM eiusq; præclaram humanitatem reuerenter veneret, totamq; vitam & omnes actiones ſuas ad CHRISTI honorem referre & accommodare concupiſcat, vtque cuncta Eccleſiæ ſacramenta, Chriſtiique doctrinam ac inſtitutiones, & omnes ſanctos illius, Deiq; cultum ingenti cũ reuerentia veneret: & vt prælatis ſuis ſiue ſeculares ſint, ſiue ſpiritales, ex animi fauore præſtet reuerentiam: & cunctos deniq; homines bonos in quibus virtutes ac DEI ſimilitudinem agnoſcit, veneret. Naſcit autem ex hoc amabili timore vera humilitas, & minimè ficta ſui in ima abiectio, dum quis DEI conſiderat & attendit magnitudinem, & ſuam ipſius paruitatem, DEI ſapientiam, & ſuam ignorantiam, DEI diuitias ac liberalitatem, & ſuam inopiam ac indigentiã. Humilitas iſta ſemper hominẽ ſeſe paruipendere & abijcere facit coram DEO, itemq; dimittere ſe nedum ſubtus ſuperiores & æquales, verumetiam inferiores, ita vt quatenùs recta dictat ratio, omnibus opis eius indigis humiliter inſeruiat: cibo etiam ac potu pro naturæ viribus contentus ſit: habitu quoq; ſiue cultu corporis, ita vt ſtatus eius exigit, atque decet, humilitatem præferat, vt nemo iure poſſit repræhendere: & vt denique in ſua conuerſatione foris & intùs coram DEO & cunctis hominibus humilis ſit. Ex hac porrò humilitate Obedientia trahit originẽ, qua quis DEO & omnibus illius præceptis, itemque ſuperioribus ſuis, & ſanctæ Eccleſiæ, & cunctis bonis hominibus in omnibus rebus bonis ſubditum & morigerum ſe præbet: ſenſusq; eius & vires beſtiales ſupremis viribus in ſubeundo labore, in corporali agenda pœnitentia, quatenùs natura ex rectæ rationis moderamine ferre poteſt, obſecundant. Obedientia autem propriæ generat voluntatis abnegationem, qua quis ſeſe in agendo ac omittendo abnegat, & omnia

Sentẽ donorũ primũ quod aut quale.

Humilitas vera vndẽ.

Obedientia vndẽ.

pro

pro DEI voluntate facit ac omittit, immò etiam pro ſuorum voluntate ſuperiorũ, & eorum omnium apud quos viuit, idq; in licitis ac frugiferis rebus, ex rectæ rationis iudicio vel diſcretione. Hunc DEI timorem quiſquis ita perfectè adeptus eſt & executus, omni propria voluntate priuatoq; commodo calcato & repudiato, is nimirùm ex eis eſt, de quibus Chriſtus ait: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Nemo enim pauperior eſt, nec quiſquam plùs dereliquit, quàm qui tota vita ſua ſeruit DEO, nec tamen vult quicquam neq; exigit, neq; appetit, niſi quod DEVS dare velit. Is planè eſt diſcipulus ac imitator CHRISTI, quippe qui nihil poſſidet, meliusque fidit DEO, quàm ſi omnium donorum illius optionem haberet in tempore ac æternitate. Neq; inconuenienter infimi ordinis angelicis ſpiritibus comparatur, vtpotè quorum & ſocius eſt, & in ipſorum ordinem admittendus. Præſtant enim angeli reuerentiam DEO, cunctisq; ſpiritibus angelicis & hominibus, eosq; venerantur: ſuntq; humiles admodùm, & ad ſeruiendum nedum DEO, ſed etiam ſingulis quibuſq; hominibus paratiſſimi. Itemque nuncij ſunt, & tum DEO, tum hominibus, tum cunctis angelorum ordinibus obtemperant. Et quia voluntatem ſuam cum diuina coniunxerunt, idcircò prorſus reſignatæ ſunt voluntatis, & æterna felicitate fruuntur. Eſt etiam homo iſtiuſmodi ſimilis DEO, tam ſecũdum diuinam, quàm humanam illius naturam. DEVS enim ſecundum diuinitatem ſuam humanæ naturæ reuerentiam impendit, eamque veneratus eſt, quando vltra cælos omnes & cuncta angelorum agmina eam euexit ac exaltauit, idemq; ſuam nobis declarauit humilitatem, quando noſtram aſſumpſit naturam, ſibiq; copulauit ac vniuit. Obediuit etiam deſiderijs, ſuſpirijs, & precibus ſiue clamoribus patriarcharum ac prophetarum: & voluntatem deniq; ſuam multis diuerſisq; modis ſecundum ſcripturæ verba reſignauit, & amicorum ſuorum eſt exequutus voluntatem. Secundum humanitatem autem CHRISTVS IESVS ingenti PATREM reuerẽtia ſemper veneratus eſt, eius vbiq; laudem, honorem, gloriam in cunctis ſuis actibus ſpectans & quærens. Et nedum in PATRIS ſeruitijs, ſed etiam erga mortales omnes, ſuosque diſcipulos humiliter ac ſubmiſſè ſe geſſit, miniſtrans eis in omnib', quæ illis fuiſſent neceſſaria: atq; ex ineffabili humilitate eorum lauit pedes, & de ſeipſo ait: Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Obedientiam quoq; & reſignatam exhibuit voluntatem PATRI ſuo toto vitæ ſuæ tempore ad vltimum vſq; ſpiritum: itidemq; legi Iudaicæ, præceptisq; & quandoq; etiam conſuetudinibus patriarcharum & prophetarum, vbicunq; fuiſſet vtile ac frugiferum. Hoc DEI timore quiſquis ita, vt dictum eſt, inſtructus eſt, is diuinis virtutibus primum terræ elementum, hoc eſt, vim Iraſcibilem decorauit ac transformauit. Terra quidem multigenos proferentibus fructus arboribus exornat, qui ſunt intentio ad DEVM accommodata & applicata, cum veneratione ac reuerentia. Ornat etiam herbis multigeneribus, odorem eximium & fructus præclaros afferentibus, qui ſignificant rationabilem ſiue diſcretum ſamulatum, minimè ficta cum humilitate coniunctum. Exornat prætereà varij generis animantibus, iumentis pecoribus ac feris, quæ deſignant ſenſus ac vires beluinas, q̃bus dominari, easq; ſub vera ſemper continere ac cohibere obedientia, id multo ſanè inſigniùs hominem ornat rationalem, eum videlicet, q̃ ſeipſum abnegans, DEO abſq; calcitratione, contentione, & propria volũtate ſubditus ac morigerus eſt. Hac videlicet ratione terra & vis rationalis ornat. Et hic eſt paradiſus terreſtris, in quo poſuit DEVS hominem, vt operaret & cuſtodiret illum. Eius operari, virtutibus incumbere eſt: Eius cuſtodire, operam dare ne peccet. Nam ſi peccauerit, fructus atq; ipſum etiam paradiſum amittet. In medio autem paradiſi plantauit DEVS lignum vitæ, lignumq; ſcientiæ boni & mali. Lignum eſt naturalis appetitus ſiue voluptas. In ipſo producunt & creſcunt fructus varij, pulchri ac ſuaues & delectabiles naturæ, quos diabolus & MVNDVS offerunt ſenſibus, id eſt, mulieri. Mulier porrò, id eſt, ſenſus porrigunt viro, hoc eſt, rationi ſuperiori, cui DEVS paradiſi curam cuſtodiamq; commiſit. Et ipſi quidem de cunctis virtutum fructibus conſolationem & gaudium edere licet, ſicque ſemper in gratia creſcere: ſed fructu voluptatis interdictum eſt ei, putà ne ſecundum naturæ oblectamenta viuat. Quacunq; em̃ hora ſuprema ratio hoc fructu veſcit, eique cum fœmina, id eſt, ſenſibus & maligno ſpiritu contra DEI prohibitionem ac voluntatem præbet aſſenſum, homo extra paradiſum profligat, cunctis nudus ac deſtitutus virtutibus, excluſusq; & diſiunctus

Mat.5.

Angeli qui quales, & qs eis ſimilis.

Hõ quĩ DEO ſimilis.

Hoĩbus q obedierit Deus.

Mat.20.

Vis iraſcibilis.

Intentio.

Senſus aut ſenſualitas.

Paradiſus.

Lignum.

Quõ ſenſus decepti, rõnem decepe rint.

ctus à ſempiterno DEI regno. Cæterùm vt hunc DEI timorem cum cũctis indè naſcentib' virtutibus in ſuprema perfectione poſſidere quis poſſit, curandum illi eſt, vt perquàm ſeriò intentio ſua erecta ad DEVM, Deoq; dedita & accommodata ſit, & in timore DOMINI conſtanter & abſq; retroceſſione DEO ſeruiat, illum laudando ac venerando: perſpectum etiam habeat & conſideret, ac ſecùm ipſe ex vera ſcientia inquirat & excogitet, quemadmodùm DEO cunctisque ſimul hominibus per humilitatis officia ſiue ſeruitia vacandum ſit: vtq; prætereà in virtutibus ſemper peruigil ac ſedulus perſeueret, neutiquàm ſomnolentiæ ſuccumbens, & abſq; tædio ac deſidia obedientiæ opera cum gaudio ferat, propriamq; voluntatem per veram abnegationem DEO prorſus habeat deditam ac reſignatam. Sanè quiſquis abſq; dilectione vel optione viuit, is nullam neq; in tempore, neq; in æternitate iacturam facere poteſt. Si cui huc placet animum adiungere, iſte nimirùm timorem DOMINI obtinebit in ſuprema ſui perfectione. Sunt autem quatuor, quæ impediunt hominem, ne diuinum timorem in ſuprema ſui perfectione poſſidere queat. Qui abſque cura & ſolicitudine diſſolutam agunt vitam, ijs modicus ineſt timor, vt DEO pro dignitate ſeruire contendant. Rudes & plumbei & ſine intellectu, in æterni regis palatio ægrè nõrunt ſeruire humiliter. Qui grauatè ac moleſtè ferunt obedientiæ iugum, illos querulos eſſe neceſſe eſt. Propriæ voluntati quotquot inuiti renunciant, ægrè poſſunt quicq̃ proficere, quandoquidem moroſi ſunt. Iſthæc quatuor impedimento ſunt homini, quo minùs in timore DOMINI perfectus ſit. Sunt alia quatuor, quæ hunc timorem & ſimul virtutes omnes eliminant ac depellunt. Quicunq; relicto DEO ad creaturas ſeſe conuertunt, DEVM contemptu & iniuria afficiunt. Inſcius, ignarus, ſeipſum non cognoſcens, à vitali humilitate procul remotus & extraneus eſt. Qui virtutibus nullam nauat operam, neq; eas colit & exercet, is (vt ſæpè aliâs diximus) vitam agit obedientiæ expertem, ſiue inobedientẽ. Deniq; voluntas propria infernum efficit, cui qui dediti ſunt, ijdem moroſi ac peruicaces ſunt. Hæc quatuor ſeparant hominem à DEO, & in æternę damnationis anguſtias & calamitates adducunt.

Quatuor à Dei timore hoſem impedite.

Quatuor alia idẽ facientia.

¶De dono PIETATIS & virtutibus indè emergentibus. Caput XV.

SEcundum ſanctiſpiritus DONUM animam virtutibus exornans, PIETAS eſt, quæ hominem reddit benignum, pium, obedientem, paratũq; DEO & cũctis hominibus: conſiderantemq; ac piè intuentem omnes in neceſſitate, miſerijs & inopia conſtitutos. Ex hoc autem benigno intuitu & ex ipſa pietate Compaſſio ſiue Condolentia proficiſcitur, qua quis Chriſto patienti, itemq; cunctis mortalib' compatit. Ex condolẽtia porrò omnes charitatis actiones emanant: ſiquidem charitati DEVS ſeptem miſericordię opera commiſit atq; mandauit: & charitas, fidelis ille ſeruus eſt, quem conſtituit DOMINUS ſupra familiam ſuam, toto regno cũctisq; opibus & theſauris ſuis illi traditis, vt cibo potuq; recreet, & hoſpitio recipiat, veſtibusq; tegat eos qui his opus habent, & miſeros, exules, ægrotos viſitet, ita vt cuiuſq; poſcere neceſſitas videbit: captiuos quoq;, ſiue illi iure, ſiue iniuria, vel etiam ob nomen DEI in carceres coniecti ſint, ſecundum noſtræ rationis iudicium ſiue diſcretionem conſolet: defunctis itidèm ſiue mortuis ſepeliendis ſuam commodet operam: & quidem ſi diues fuerit, rebus à DEO illi conceſſis, ſuisque opibus ex vera charitate: ſin verò pauper, bona voluntate, & cordis pietate ac liberalitate, animo ad præſtanda funeri neceſſaria, parato, ſi adeſſet facultas, defunctos ſepeliat: quod vtique tantundem valet apud DEVM. Pietas enim & miſericordia virtutes ſunt, non ipſe actus externus, in his quibus non ſuppetunt facultates vel bona temporaria: vt deniq; pium ac miſericordem ſe præbeat proximis ſuis & affabilem atq; fidelem, nedum impendendis conſilijs, verumetiam factis & rebus ipſis & quibuſcunq; poteſt modis. Ex pietate etiam PATIENTIA procedit, quando patiens eſſe non poteſt, niſi qui mitis & pius eſt. Patientia autem in quibuſcunque afflictionibus hominem exornat, munit ac tuetur, vt in rerum iactura, in probris ac ignominia, in aduerſa valetudine, & in cunctis demùm, quæ illi poſſint tam à DEO, quàm cunctis creaturis accidere, patiens ſit, ſemperque pacem & veram animi tranquillitatem ſeruet. De huiuſcemodi CHRISTVS ait: Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Pij nanque

Pietas.

Compaſſio ſeu Condolentia vndẽ.

Mat.25.

Patiẽtia vũ.

Mat.5.

hominis DEO in exercendis misericordiæ operibus, & in præstanda compassione seruientis, totus est orbis terrarum: qñquidem totus cum oñibus quæ habet, & quæ in terris sunt, si suæ subiacérent potestati, DEO & proximis suis eorum indigis ad DEI honorem seruire appetit. Idemque corpus suum possidet in patientia ac mansuetudine: atq; ea re beatus est, quando & seipsum & res omnes diuinitùs creatas secundum DEI voluntatem, constitutionem, ordinationemque possidet. Est autem perquàm similis alterius chori angelis, qui Archãgeli vocant̃, eo quòd alios sub se habeant spiritus: ad eorumq; contubernium & ordinem pertinet, siquidem & ipsi pietate ac beneuolentia cunctis hominibus iungunt̃: ijs maximè, quos sui similes nôrunt, quales sunt, qui charitatis opera studiosè ac liberaliter exequunt̃. Ipsorum nanque est, ad charitatem & misericordiam permouere eos omnes qui se in illis exercent: infimique ordinis spiritibus dignitate antecellunt. Supremi nanque nuncij sunt, qui sub humana effigie à DEO ad homines mittant̃. Ex eis Archangelus Gabriel virgini intemeratæ nuncium attulit clementiæ, pietatis, commiserationis siue condolentiæ ac liberalitatis, putà quòd DEVS homo fieret. Ita nimirùm semper Archangeli charitati seruiunt, atque etiam illis omnibus, qui in charitate magno studio multaque strenuitate versant̃. Idem autem ille qui charitate & pietate plenus est, etiam DEO tam secundum diuinitatem quàm humanitatem similis est. Etenim secundum naturam diuinam tanta DEVS pietate ac benignitate abundat, vt quisquis eum tetigerit, donis omnibus redundet. Plenus item commiserationis, condolentiæ, liberalitatis est. Creauit enim deditque nobis cælum & terram, & quicquid horum ambitu continet̃, vt seruiant homini, quo is DEO fidelis sit: Neque his contentus, seipsum quoque in incomprehensibili gaudio daturum pollicitus est, modò se homines eò accommodare velint. Præterea longanimiter & patientissimè hominem dum conuertat̃ expectat: & ingenti cum mansuetudine multimodam hominum improbitatem, peruersitatem, iniustitiam patit̃ ac sustinet. Secundum humanitatem verò suam CHRISTVS & est & fuit̃ semper in oñi sua conuersatione erga quos uis homines pijssimus ac mansuetissimus: plenus quoq; compassione, quod vel illæ satis confirmant lachrymæ, quas sup Hierusalem eiusq; incolas, licèt hostes suos, vbertim fudit, eorum miseratus exitium & perditionem: & quando ex condolentia cũ beatissima Magdalena & Martha suos iunxit gemitus & lachrymas, ad Lazari fratris earum monumentum: & cùm cõdoleret viduæ & populo extra portam ciuitatis, ad quam eiusdem fœminæ excitauit filium. Plenus itidẽ fuit & est etiam nũc charitate & misericordia erga oñes eius misericordiã desiderãtes. Ex charitate refecit quinq; illa millia hominũ quinq; panibus hordeaceis & duob⁹ piscibus. Ex amore & misericordia nulli vnq̃ homini in eius necessitate defuit, sed nec deesse poterit, si modò id illi cõfidere nôrit. Porrò in cũctis afflictionibus & ppessionibus suis, & in extrema illa sui à DEO Patre & amicis oñibus derelictioñe patiẽtissimus fuit. Oñem deniq; hanc miseriã & desolationẽ cum corporalis naturæ abnegatione ad mortẽ vsq; tulit. Hoc diuinum Pietatis donũ quicunq; ea qua dictum est perfectione executus est, is singulari virtutum eximiarum ornatu alterum in homine Aquarũm elementum, id est, vim animæ concupiscibilem decorauit.

Pij quõ sit totus terrarum orbis.

Archangeli q, & qs eis similis.

Luc. 1.

Quis deo q̃ similis.

Luc. 19.

Ioan. 11.

Luc. 7.

Ioan. 6.

¶ Vt Pietas fluuio paradisi rectè possit comparari. Caput XVI.

ET aptè quidem Pietas fonti siue fluuio illi terrestris Paradisi comparat̃, quippe quæ instar fluuij illius vim cõcupiscibilem quatuor riuis dimanare facit. Primus ex his riuus manat in cælum, qui est condolentia erga Christi passionem, & sanctos illius oñes, qui eius causa perpessi sunt. Iste vis concupiscibilis riuus, iucundus & hilaris est, ac gratulabundus & laude plenus, eo quòd pœnæ & cruciatus eorũ iam trãsierint, & deinceps æternis sint gaudijs perfruituri. Alter riuus in purgatorium decurrit, q̃ est commiseratio & compassio erga animas oñes in pœnis detentas, quo pro suis peccatis satisfaciant. Hic riuus intimis ac deuotis ad DEVM precibus abundat, quandoquidem amici nostri in necessitate sunt constituti. Tertius vitalis paradisi riuus, per totum terrarum orbem promanat, qui est condolentia & miseratio erga totius Christianitatis necessitudines ac vtilitatem.

Riuorũ quatuor mysticorũ prim⁹.

II.

III.

Iste riuus affectuosa, vt sic dicam, internitate siue interno affectu plus largitur & agit̃, quàm simul mortales omnes cunctis externis misericordiæ operibus præstare possent. Quartus riuus, qui est charitas ac liberalitas, externis actibus in omnes suî indigos profluit, idque præstando consilio, & reipsa atq; etiam corpore, & bonis temporarijs in oñi eorum necessitate eis succurrendo. Hic riuus magnos sæpè labores tolerat. Isti ergo quatuor riui sunt, qui varijs modis pietatem exornant. IIII.

¶ Qua ratione pietas perfectissimè possideatur, & quæ eam impediant, & quæ omninò excludant. Caput XVII.

HOc autem pietatis donũ cum cunctis indè nascentibus virtutibus in suprema perfectione possidere volenti, necessarium est vt animum habeat tranquillum & sedatum, rerum siue successuum alienorum incuriosum, sed semper in simplicitate perseuerantem: & vt mansuetus sit. Qui enim mitis est, absq; vllo dolore pietatem colit: vtq; cõmunem erga oñes rerum vitæ sustentandæ necessariarum indigos ac inopes miserationem gerat, idque diligenter attendat & consideret, subueniendo eis per virtutum actus cum recta ratione siue vera discretione coniunctos: & vt in charitate & misericordiæ præstandis operibus liberalis sit: quod sanè nulli omittendum est, neq; id tamen pro fauore, neq; cognatis tantùm præstet, sed erga singulos communem gerat amorem ex recta rationis præscripto: vtq; prætereà in rebus aduersis & in afflictionibus semp hilaris sit, & DEO laudes gratesq; agat: Ad hæc, vt animi studeat libertati, & naturam in vera patientia abneget. Qui mansuetus est, vitam agit excellentem & doloris expertem. Quatuor quædam hominem impediunt, vt Pietatẽ in summa perfectione non obtineat. ¶ Facilè moueri sensibus, turbulentum esse, & foris ac intùs perturbari atq; exagitari, hominem non sinit esse mansuetũ. ¶ Condolere amicis & cognatis potiùs, quàm hominum communitati, siue communiter oñibus. ¶ Charitatẽ non pro comperta necessitate, sed pro fauore impendere, hominis est in virtutibus fluctuantis ac vacillantis. ¶ Qui afflictiones molestè ferunt, non possunt excellenti cum gratiarum actione lætari. Hæc videlicet nedum deficere à pietatis perfectione faciunt, sed ipsam interdum etiam depellunt pietatem. Sunt adhuc alia quædam dehonestantia hominem, & æterna eum priuãtia beatitudine. Animus ferus, & rabidus ac furiosus, benignitatis siue pietatis expers. Nulli condolere, nihil distat à tyrannide, eoq; meritò oñes eiuscemodi hominem inuisum habent. Semper auaritiæ ardere cupiditate, deforme est admodùm: & hoc est vitam agere pietatis expertem. Impatientem & in afflictionibus siue perpessionibus torum ac asperum esse, magnis hominem cruciatibus afficit, eiusque dolores exaggerat: nec mansuetudinis duntaxat virtute spoliat, sed etiam in ęternas adducit miserias & calamitates.

Possidendo pietatis dono q̃d necessarium.

quatuor impedimẽta pietatis.

I.

II.

III.

IIII.

Nulli cõdolere, quale quid.

¶ De dono scientiæ, & de vera discretione. Caput XVIII.

TErtium sancti spiritũs Donum animam exornans, diuinitùs infusa scientia est, qua præcedentia duo dona, putà Timoris ac Pietatis, decorantur. Est autem hæc scientia lumen quoddam supernaturale, vi animæ rationali infusum, vtì homo iuxta supremam perfectionem, rationalem exigat ac prosequatur vitam. Ex hac scientia vera nascitur Discretio siue Moderatio. Cùm enim aliquis per fidem & amantem siue filialem timorem iugum diaboli, id est, peccata à sua ceruice reiecit & excussit: atq; per humilitatem, & obedientiam propriæ renunciauit voluntati, paratus obedire DEO, eiusque, cunctas sectando virtutes, portare iugum: isthæc in voluntate vim exornant Irascibilem: dumq; per pietatem, condolentiam, libertatem proximis in oñi necessitate per misericordiæ opera assistit & succurrit, hoc itidèm voluntatẽ secundum vim concupiscibilẽ decorat. Sed in omni officio siue seruitio, itẽq; in alijs oñibus discretum ac moderatum esse, vt scias quo tẽpore, quam ob causam, cui & quantùm, id est, quàm multùm vel quàm parùm, & qua ratione singula quæq; præstanda & curanda sint, id Intellectum secundum vim rationalem adornat.

Scietia q̃d.

Discretio vñ nascat.

Discretiõis vis quanta.

Hæc discretio siue moderatio, cunctarum virtutum moralium ornamentum & perfectio est, & sine ea nulla potest virtus esse durabilis: quippe quæ virtutum parens est. Ipsa hominem considerare facit, quid ad DEI cedat honorem, & quæ proximi vel necessitas vel vtilitas sit, & vt singulis debeat satisfacere. Hinc verò sui cognitio proficiscitur, putà quòd animaduertit & reipsa experit, sæpenumerò deesse se DEO in exhibenda reuerentia, honore, laude, veneratione, ac vero humilitatis famulatu: itēq; crebrò deesse se proximis: ex charitatis tepóre, incuria ac negligētia. Indè porrò orit, suijpsius omniumq; actuum suorum displicētia ac animi mœror, eo quòd se nec DEO nec cuiquam satisfacere, neq; quod iure deberet, prestare cognoscit. Id nimirùm facit, cum tam seipsum quàm omnes actiones suas paruipēdere. Cognitio nostrijpsorum, considerare nos facit, vndè venerimus, vbi simus, quò vēturi simus. Venimus quidē à DEO, sumus autē in exilio: Amans etenim desiderium semp adspirat ad DEVM, cupitq; esse cum DEO: atq; ea re semp degit in exilio. Secundum corpus foris in multigenis versamur pœnis ac doloribus, famis, sitis, frigoris, æstus, morborū, & id genus multiplicium malorum ac defectuum. Sepè ab hostibus tartareis, sæpè ab hominibus grauiter diuexamur ac impugnamur. Et hæc omnia diuinitùs infusa sciētia cognoscere nos docet, ne maioris quàm oportet nos faciamus, neq; immodicè exhilaremur aut lætemur in rebus fluxis & caducis, neq; in cunctis actibus nostris, sed doleamus potiùs atq; tristemur, q̃ DEI inutiles serui simus, & cunctis in virtutibus plurimum nobis desit. Et hoc summum ac præcipuum est istius doni sciētiæ diuinitùs infusæ. De talibus loquebat Christus, vbi ait: Beati qui lugent, qm̃ ipsi consolabunt. Qui lugēt ac dolent deficere sese in præstando ac exhibēdo DEO seruitio & honore, tametsi faciunt qdquid possunt, id ex amore ac fidelitate ipsorū erga DEVM virtutesq; ꝓficiscit. Tales etiamsi virtutes omnes, quæ vnq̃ pactæ sint, soli efficerent, nimis parùm eis videret: eo q̃ illi, quem amant, plùs multo cupiunt, sauent, optantq; honoris & seruitij impendi, quàm à cunctis possit præstari mortalibus. Ergo ipsi beati illi lugentes sunt, qui in sempiterno DEI regno consolabunt. Sunt etiam consimiles spiritibus angelicis tertij ordinis, ad quorum ꝑtinent societatem & ordinem. Spiritus isti, Virtutum appellant vocabulo, quòd discretiōe duobus inferioribus ordinibus lucidiores siue illustriores sint: quāobrē etiā dirigunt eos, illuminantq; in cūctis eorū actionib̃: siqdem discretiōe (vt dixi) & sciētia p̃ illis illustriori p̃diti sunt: Possunt etiā suo lumine suisq; inspirationib̃ per imaginès & similitudines illustrare homines: multaq; eis spiritalis cōsuetudo & conuersatio est cum hominibus istis, ipsorum in diuina scientia magisque perspicua discretione similibus. Dicuntur etiam virtutes, eo quòd duobus inferioribus ordinibus præcipiendi habeant authoritatem, vbicunque volunt & vtilitas exigit. Et in infima quidem Hierarchia supremum obtinent locum, eiusque tres ordines absoluunt perficiuntq;. Deniq; præcipui ac supremi sunt ex his, quibus moralem incumbit dirigere ac moderari vitam. Hac diuina scientia & discretione quisquis plenus est, idem ipse DEO tum secundum diuinitatem tum humanitatem illius assimilis est. DEVS quidem secūdum diuinitatis naturam æternа scientia ac discretione sua deorsum sese vertēs, creaturas omnes contemplatur, cælumq; & terram, & quæcunq; in eis sunt, pro veræ discretionis moderatione & cuiuslibet creaturæ necessitate componit, ornat, ordinat: & singulis qbusq; hoibus in cūctis eorū actionibus omniq; vita modis oibus qbus singuli sese ad ipsum accōmodant applicātq;, rndet, itēq; illustrat singulos foris & intùs iuxta oēm modum, quo qsq; capax est. Secundum humanitatem verò CHRISTVS IESVS diuina erat repletus scientia & discretione, eamque exactissimè in tota vita cunctisq; actionibus suis seruauit. Hoc diuinæ sciētiæ & discretionis donum qui ea, qua diximus, perfectione adeptus & executus est, is tertium, putà aēris elementum, hoc est, vim animæ rationalem decorauit, ac singulari illustrauit claritudine. Vis autem rationalis, diuinæ scientiæ irradiata ac perlustrata luce, ornamentum est terræ, id est, vis Irascibilis, quę propterea terræ comparatur, quòd virium infima sit, ipsaque hominem ad humilitatem & obedientiam sese submittere cogit. Est etiam ornamento Aquis, id est, vi concupiscibili, quæ misericordię operibus hominem manare facit. Porrò huius vis rationalis AER multigenis ornatur auibus, id est, discretis actionibus. Auium autem aliæ in terra gradiuntur, alię versantur in Aquis, Alię per aēra volitant, alię demùm in supremam aēris regionem

Matt. 5.

Virtutibus angelicis similes qui.

Qui angeli cur dicātur virtutes.

Quis qua scientia Deo similis.

Vis irascibilis cur terrę conferatur.

Auiūdiuisio.

non

Cognitio q̃ q̃ vtilis.

non longè ab igne euolant. Quæ in terra gradiunt, illos significāt, qui res & facultates temporarias in pauperum vsus ex rationis moderamine siue discretione liberaliter conferunt: qui omnium maximè commodāt siue prosunt hominibus, quātùm ad corpora attinet. Verùm etiam manādum est in Aquis in fines omnes orbis terrarum, id est, compassione, commiseratione, & misericordia erga omnes omnium necessitates: quod qui faciunt, ij omnium vtilissimi sunt, humano generi secundum animū spiritali ferenda ope & auxilio. Volādum pretereà est in aere vis rationalis, id est, vt sese vnusquilibet in cūctis actionibus & omni vita sua secūdū rōnis discretionē scrutet, inspiciat & exploret. Et eiuscemodi sibijpsis vtilissimi sunt. Volitādum deniq; instar Aquilę vltra vis rationalis Aerē vsq; in diuinæ charitatis ignē, hoc est, vt actus & virtutes oēs ingenti cum desiderio ad Dei honorē referamus. Ita iam habemus tres inferiores animæ vires diuinis ornatas virtutibus: Irascibilē quidē amāti seu filiali timore, humilitate, obedientia, omnis proprietatis abnegatione: Concupiscibilem aūt mansuetudine, pietate, condolētia, liberalitate siue largitate: Rationalem deniq; scientia, discretione, omnium rerum scienti ordinatione. Has autem virtutes ea, qua dictū est, ratione obtinuisse & executum esse, ea perfecta est vita actuosa: & qui eiusmodi est, is ad virtutes omnes cunctaq; DEI capessenda dona paratus & aptus est.

Aues terrēstres quid.

Aquatiles.

Aereæ.

Aethereæ.

Vita actiua perfectaq;.

¶Quid agendum sit illi, qui scientiæ donum possidere velit: & de illius impedimentis atque etiam exterminijs. Caput XIX.

CAETERVM diuinum hoc scientiæ donū cum omni indè nascenti discretione possidere volenti, danda opera est, vt animū habeat tranquillum & sedatum, bonaq; pace gaudentem & ordinatum in magnis aduersitatibus: vtq; æquabiliter hominum maledicta, execramenta, querelas, morositatem ferat: & omnia sagaciter ac maturè perspiciat, & absque ambiguitate perspicuè cognoscat, quid pro discretione agendum sit: vtq; dare & accipere, cunctaq; probè administrare, regere ac moderari nōrit, quod est vitam cum veritate coniunctā agere: itemq; seipsum & oēs actus semper attendat, consideret, obseruet, quod est vitam vera discretione illuminatā ducere, qua scilicet agnoscit ac perspicit, se neq; Deo, neq; hominibus, quātùm iure deberet, præstare ac impendere, sed semper à iustitiæ perfectione deficere: vndè suam imperfectiōem defectumq; cognoscit ac animaduertit. His autem cognitis, sibijpsi cum vera suī abiectione ac demissiōe displicebit, tristiq; ac lugubri animo suum perpetim defectum quer̃et & accusabit: atq; hac ratione virtutes in vera ipsarum præstantia ac nobilitate possidebit. Sunt autem quatuor quędam impedimētum obijcientia homini, quo minùs scientiæ donum in suprema perfectione obtineat, possideatve. ¶Magno virtutū flagrare desiderio absq; discreta considerātiōe, id vtique scientiæ impedimento est. ¶In actibus virtuosis corde occupatum & inquietum esse, rationem obnubilat hebetatq;. ¶Qui in suis sibi placet virtutib̃, nec defectū suum querit, is veræ cognitionis expers est. ¶Qui in hoc mundo degit, & parùm cupit liberari ab exilio, is à scientiæ dono deficit. Possunt his alia quatuor adiungi, quę virtutem omnem subruunt, euertunt, eliminantque. ¶Animus iracundus, iræ insania feruens ac ebulliens, scientia destituitur. ¶Toruos præ se ferre gestus, vultumq; crudelem, itemque iurare & maledicta euomere, hominis insipientis & indiscreti siue irrationalis est. ¶Sibijpsi multum tribuere, de alijs nihil sibi persuadere boni, nihil virtutis polliceri, id hominis est minimè sese agnoscentis. ¶Mundo isto contentum esse, nec ob malefacta sua dolere, id planè ducit in Tartara.

Quę ad obtinēdum sciæ donū necessaria.

Impedimenta doni sciētiæ obtinendi quot.

I.

II.

III.

IIII.

Alia 4. impedimenta.

I.

II.

III.

IIII.

¶De dono FORTITVDINIS, & virtutibus indè originem trahentibus. Caput XX.

QVARTVM DEI donum, Animæ decorem adferens, spiritalis FORTITVDO est. Quemadmodùm tria precedentia dona hominem in vita actiua foris & intùs ornant, componunt, ordinant, perficiunt: ita hoc donum intùs & foris exornat hominem in vita affectiua. Isthæc spiritalis fortitudo animū vltra res omnes tempo

Quid fortitudo.

tudo spiritalis efficiat.

rarias eleuat, rationiq; personarum ostendit proprietates, putà Patris potentiã, Filij sapientiam, & Sanctispiritûs bonitatem: incenditq; affectum Amore quodam sensibili, ita vt Memoria ob omnibus se expediat & absoluat: & Ratio æternã veritatem in cunctis eius operibus contempletur: & Affectus amore sensibili in DEI bonitatem perpetuò sese imprimat & demergat: Atq; oẽs deniq; Animę vires, tã externę quàm internæ, in animum sese erigãt, eiq; vniantur, ita vt homo istiusmodi ea omnia quę in mundo sunt, negligat ac paruipendat: nec vlla eum cogere creatura, immò nec impedire aut officere ei queat, quo minùs quotiès velit, diuinæ se possit pmittere ac offerre bonitati. Quod argumẽto est, à creaturis oĩbus prsus eum expeditum ac absolutum esse, nec ab vlla earum captiuum seu irretitum detineri. Eoq; fortis est, quòd terrena omnia vicerit, cũctasq; Animę vires, singulas in suis Actionibus vnierit ac eleuârit. Ex hac autem Fortitudine & Affectûs inflãmatione, laudis & honoris exhibitio, deuotio, internęq; ac pię preces oris, cordis, intentionis, & minimè fictarum actionum pficiscuntur, atq; ijs ipsis sensibile desiderium seu Affectûs inflãmatio augeat. Ipsum enim obiectum, quod est æterna veritas, infinita sapiẽtia & pietas siue largitas, tam est adspectu delectabile, vt desiderium continenter maioribus augescat incrementis. Porrò hoc ipso desiderio & intuitu cor hominis vulneratur, intusq; sub qualibet suũ introuersione læsum & dolore confectum se sentit. Quantoq; sępiùs eò se conuertit, tãto vulnus fit grãdius. Nonnunquã verò tãta intùs homini pstat consolatio & suauitas, vt se vix possit continere, nesciatq; vtì se gerere debeat. Putat em̃ neminem non experiri, quæ ipse experiatur: atq; indè Iubilũ oritur, eo quòd se nõ possit cohibere. Interdum quãdo seorsùm extra homines in secreto positus est, (non enim vult DEVS Amicos suos ignominia afficere) impatientia isthęc tãta vehementia foris & intùs eum inuadit, vt viribus membrisq; eius omibus tam benè sit, vt rupto corde, se putet Animam exhalaturum: idq; in eo ebrietatem ac insaniã efficit. Ita nimirùm DEVS Amicos suos feliciter stulteſcere facit. Solet nonnunquã ista insania vsqueadeò inualescere, vt res abeat in serium, cogaturq; sępiùs in lachrymas & clamorem prorumpere, dum tangit vel pungit, vbi id ipse percipit siue intelligit, vel in nuda introuersiõe in diuinę lucis coruscationem vel reflexum. Ex omnibus autem hisce effectionibus ingens nascit desiderium in singulis quibusq; virtutibus Deo satisfaciendi, efficiente ac agente id huius diuinæ fortitudinis dono. Atque hi sunt de quibus Dominus ait: Beati qui [spiritaliter] esuriunt ac sitiunt iustitiã. Ea est enim iustitia, vt à creaturis omnibus expediti & absoluti, intentione, desiderio seu Affectu, Anima, corpore, oculis, manibus & tota omninò facultate nostra, sursùm erecti simus, vt Deo tum in tempore, tum æternitate laudem ac honorem impendamus ac præstemus, neq; in hoc ipso tamen delectationem captemus siue quæramus. Id enim duplicitatem efficit, & iustitiæ est impedimento: quanquàm qui hoc pacto vitam agit Amori deditam, nunquàm magnis caret delectationibus. Hoc spiritalis Fortitudinis donũ quisquis ita, vt diximus, perfectè executus est, quarti ordinis Angelicis spiritibus iure comparat, in eorum recipiendus chorum ac sodalitatem. Dicunt autem spũs isti Potestates, id est, potentes Principes ante Thronũ summę adorãdæ Trinitatis, q cũ vniuersis viribus suis sitientissimo Affectu iugiter absq; intermissione sursùm erecti sunt: potentesq; sunt suijpsorum ad sacrosanctã Trinitatem contemplandam: possuntq; omnes per eleuatum Affectum suũ similes illustrare in Amoris applicatione siue coniunctione. Imperant etiam tribus infimę Hierarchiæ ordinibus, quãdoquidem præ illis ardentiori flagrãt Amore: lucidioriq; sunt cognitione præditi, quàm qui vitam actuosam moderari, regere, ac ordinare habent. Ipsi prætereà, quæ eorũ excellentissima actio est, totis viribus DEVM perpetìm laudare non desinunt: possuntq; freno continere dęmones, ne pro improbo ac peruerso suo desiderio hominibus nocere aut impedimenta obijcere queant. Hanc spiritalem quicunq; est fortitudinem consecutus, tam diuinitatis Dei, quàm humanitatis Christi quãdam habent similitudinem. Etenim secundum diuinitatis naturã Patris æterni memoria vnitatem suæ fœcũdæ naturæ paternæ sine cessatione contemplat, atq; ex duarũ psonarũ in vna sapientia, q̃ filius est, mutua contemplatione, Amor immensus ac infinitus, id est, Spũssanctus promanat siue procedit: quo Amore Pater & Filius in vnitate colligant ac cõnectunt: & hæ duæ personæ semp amorem esuriunt: quę Fames nihil est aliud, quàm desiderium continenter manandi in vnitatem, & sine

Ex fortitudine q̃nã virtutes oriãt.

Obiectum quod q̃ sit delectabile.

Iubilum qui subidè fiat.

Qui q̃ ex re diuinit' q̃ stulteſcant.

Matt. 5.

Quis angelis 4. ordinis cõferendus.

Qui angeli cur Potestates dicti.

Potestatum potestas q̃.

Fames spiritalis quid.

sine intermissione in celsissima Trinitate operari. Secundum humanitatem verò CHRISTVS cum cunctis Animæ & corporis sui viribus, cum sensibus & membris omnibus, & fuit & est etiamnum erectus per desiderium: idemq̃ue ipse in cunctis Actionibus & omni vita sua, Patris venabatur & spectabat honorem, Patriq; laudes & grates venerabũdus agebat: Seipsum verò abnegabat penitùs, quæ fuit grandis humilitas, nostrumque volebat dissoluere debitũ, & iustitiæ satisfacere. Donũ istud spiritualis fortitudinis qsqs hac ratione obtinet, is quartum ignis elementum, hoc est, liberam voluntatem præclaris virtutibus exornauit. Ignis quidem elementum cæteris elementis est ornamento: & inter ea præcipuum sibi locum & dignitatem vendicat, atque ex ipsa natura & ingenita nobilitate semper in sublime fertur: & in cunctis creaturis subtiliter agit ac operatur. Neque absurdè sanè voluntatis libertati, diuinæ fortitudinis dono tactæ siue permotæ, comparatur, eo quòd & eiuscemodi voluntas ingenti desiderio semper sursùm flagrare appetit ac molitur: & id quidem ex hoc diuino munere siue dono Animæ collatum est, vt in omnibus quas mundus habet, creaturis non possit cum delectatione diutiùs immorari. Ardeat igitur igni, sursùm erecto desiderio: sicque vera virtutum dignitate ac nobilitate exornatã nemo calumniari poterit, quippe quæ ad virtutum pertigit præstantiam ac nobilitatem.

Ignis natiua seu proprietas.

Voluntas q̃ cur igni cõparetur.

¶Vtì quis Fortitudinis donum excellenter obtineat, & quæ illud impediant, quæve expellant.

Caput XXI.

HOC autem donum sublimiter ac excellenter possidere volenti, enitendum est, vt animo sit supra mortales omnes subleuato, atque in interioribus erecto. Dei contemplari bonitatem, & quicquid ab eo discordat, siue illi dissimile est, vitare, id spiritalis est Fortitudinis: itidemq; DEVM omnipotentem laude ac honore magna strenuitate ac diligentia perpetìm afficere. Qui ad cælestis regis palatium admissus est, ingenti cum desiderio semper diuinis vacabit laudibus. Desiderium vulnus cordis & languorem efficit, paritque impatientẽ esuriem. Hanc q perpeti posset donec medelam vulneri apponeret DEVS, is verè perfectam ac excellentem ageret vitam. Perpetua quadam teneri fame DEO perfectam ac integram, tribuendi laudem, honorem ac venerationem, id est sese regere nosse: quo equidem nihil melius effingere aut exprimere possum, quo ad æternam pertingatur beatitudinem. Quatuor sunt impedientia ac perturbantia hominem in fortitudine spiritali. ¶In animo ocioso peregrina quærere vel captare oblectamenta.

¶Gustum & dulcedinem, quæ sunt res extraneæ, cum Affectu expetere & aucupari.

¶Delectationem quærere & appetere, vndè multa oriuntur incommoda & miseriæ, & interna vita minuitur. ¶Paruam denique sentire famem: Tales enim à perfectione plurimùm distant: nec possunt perfectæ iustitiæ facere satis, siue perfectam præstare iustitiam. Sunt alia quatuor quæ spiritalem Fortitudinem profligant, abigunt, eripiuntque.

¶Corde inquietum & occupatum esse, prauisque incumbere actionibus, interna spoliat deuotione seu vita interna. ¶Qui nunquàm ad æterni regis admissus est palatium, laudibus DEVM afficere non nouit, eo quòd nullo feruet desiderio: & quia neque foris, neque intùs vllum accepit Amoris vulnus, inuidentiæ morbo laborat. ¶Qui nullam affectûs siue desiderij famem patiuntur, curari aut sanari non possunt. Hæc quicunq; attentè legerint, satìs explanatum inuenient, vt iustitiæ esuries repulsa sit.

Quid possidendo fortitudinis dono cõmodũ.

Qua fame teneri sit optimum.

Quatuor fortitudinis impedimẽta.

I. II. III. IIII.

Quatuor alia.

¶De celsioribus quibusdam virtutibus ac magìs spiritalibus Actionibus, ex Fortitudinis dono procedentibus.

Caput XXII.

AT

AT verò sunt aliæ quædam sublimiores virtutes magisq; spiritales actiones, ex hoc diuino spiritalis fortitudinis dono manãtes. Vbi enim præcelsum hoc donũ animum liberum cunctasq; Animæ vires in desiderium, laudem, libertatem & in celsitudinis, sapientiæ, bonitatis, pietatis, largitatis, inexhaustæ opulentiæ, è sublimi vnitate profluentis contemplationem erexit, iam quidem aduertit homo eiuscemodi, longè minùs quàm par sit, Deo laudis, honoris, veneratiõis impendi. Vertit deindè adspectum ad creaturas in hoc exilio per deuia aberrãtes: Atq; hinc spiritalis in eo existit condolentia & cõmiseratio, quãdoquidem hominũ cernit experiturq; dãna grauissima, quòd cùm tã miseri sint, totq; calamitatibus obnoxij, possentq; immẽsas opes, honores, delicias (modò vellent, seq; eò accõmodarent) adipisci, Deoq; honorificè & amãter deseruire, tamen omnia hæc ab eis negligunt atque perdunt: quę res tanto eum dolore afficit, vt qui idem expertus non est, nec capere quidem possit. Itaque rursus oculos reducit, tum ad infinitã Dei bonitatem, liberalitatem, benignitatem, commiserationem siue compassionem, misericordiam, tum hominum miserorum necessitatem. Atq; ex hac consideratione ingens admodùm erga DEVM, cunctosq; generatim homines in eo Amor existit ac orit: simul etiã ad memoriã illi certa quędã persona reducit, & Affectu singulari erga illam permouet: & si quidẽ nullũ indè in suo ad DEVM asscensu impedimentum vel imaginem sentiat, inter DEVM cunctosq; homines velut mediator ac sequester medius intercedit. Hinc verò preces intimæ ac deuotæ nascunt, quarum tãta vis & efficacia est, vt etiã longè maiora quàm dici queãt, possint efficere ac impetrare. Cùm enim immensa Dei bonitas tam benignã, liberalem, opulentã, atq; erga mortales omnes tam fauorabilem, largeq; profluentem & effusam sese exhibeat, tantam ea res homini sic orãti fidentiã ingerit, vt sibi quicquid appetierit, facilè videat impetraturus. Interìm tamen nihil propria cum voluntate aut contentiosè vel pertinaciter, neq; rogare, neq; appetere potest: sed volũtas eius in infinita Dei bonitate morit. Agnoscit em Dei erga homines charitatem prorsus immensam esse, longeq; maiorem, quàm simul toto humano generi vnquàm collata sit. Huic ergo infinitæ charitati, pietati, beneficentiæ omes totius Christianitatis necessitates, & quicquid illi ex vsu esse queat, committit atq; commendat. Deindè etiam homines bonos & sanctos ac beatos in regno cælesti speculat, vt diuina per eos gratiæ & gloriæ dona permanârint: vtq; DEVS instar maris vastissimi, cũ delicijs incompræhensibilibus sese effundat, atque effluat in omnes suî capaces: rursusq; refluat, ac secùm eos rapiat, & introrsus trahat in amplissimum suæ æternitatis pelagus. Neque enim, ob vnitatis eis propositum obiectum, in seipsis consistere aut durare queunt, sed in vero Amore fluere ac refluere cogunt. Hinc verò etiam vehementior iustitiam exequendi perficiendiq́ue fames orit. Tales nimirùm præcelsi, vt sic dicam, gigantes ac eximij heroês sunt, virtutibus sublimiter & excellenter ornati, quos carpere aut insimulare nemo debet, quãdo vitam agunt veritate plenam: & ipsi sunt de quibus Christus ait: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabunt: hîc quidem suæ moriendo voluntati in DEI voluntatem tanto gaudio ac libertate, vt nihil neque eligere, neque appetere possint, quàm quod DEVS velit tam in tempore, q̃ æternitate. In futuro autẽ sempiterno Dei regno saturabunt, quandoquidem illic cuncta ex iustitiæ ordinatione, siue iusto ordine completa siue perfecta erunt: & singulis quibusque in cælo, terra & apud inferos, quod iustum est, & vt decet, redditũ erit. Et hoc ipso sancti saturabunt, quippe quorũ est iusta & recta voluntas. Hanc spiritalem fortitudinem quotquot hoc pacto obtinẽt, quinti ordinis beatis Angelorum spiritibus consimiles sunt, ad eorumq́ue societatem & ordinem, quandoque referentur. Dicunt autem Angelici spiritus isti Principes, & Potestatibus longè sunt sublimores. Potestates enim ad DEVM desiderio sine intermissiõe, cũ speciali laudatione erectæ sunt: isti autem præcelsi Principes maiori laude & deuotione eleuati sunt. Atque ex Amore, quo feruent erga DEVM, cupiuntq́ue eius augere ac promouere laudem & honorem, & id tamen neque pro suo voto ac ignito desiderio, neque pro illius incompræhensibili dignitate perficere ac præstare queunt, planè eis videtur, quasi nullo DEVS honore, nulla laude, neque ab ipsis, neque à creaturis omnibus afficiatur: Idq́ue deorsùm eos adspectare facit, atq;

Qua cõdolẽtia qui erga quos quàm afficiantur.

Quis quõ inter Deũ & hoies mediator fiat.

Quãta Dei erga homines charitas.

Quæ fames vñ exurgat.

Gigãtes qui quõ fiant.

Matt. 5.

Angelis 5. ordinis q̃ cur similes.

Qui Angeli cur Principes dicti.

atq; intueri creaturas rationales, æquè vt sunt ipsi, ad DEI laudem & honorem conditas. Tum verò miseros homines nimiùm excæcatos, atque per deuia aberrantes, suiq; & cunctarum virium suarum ob peccata & suam ipsorum peruersitatem impotentes contemplantur: atque ex horum consideratione ingenti afficiuntur misericordia & compassione, seseq́ue amicabiliter ad eos adiungunt siue applicant, suisq́ue DEVM desiderijs solicitant, vt suam is permittat in eos manare bonitatem, trahatq́ue eos sursùm à rebus fluxis ac extraneis, quo ipse ab omnibus honoretur creaturis, atque in omnem æternitatem ipsum gustare, ipsoq; perfrui mereantur. En isti præpotentes ac robusti sunt principes, qui & sursùm erecti sunt, & ad creaturas sese inclinant atque emittunt: habentq́ue præcipiendi authoritatem quarti ordinis spiritibus, putà Potestatibus, vt homines eleuatos siue sursùm erectos illuminent, & vt in DEI persistant laude, conseruent. Potestates enim sursùm quidem erectæ sunt, sed hac ratione deorsùm se vertere non nouerunt: Siquidem id ipsas excedit. Itaque suî similes homines, atque illos etiam, qui infra ipsos sunt in vita actuosa, & in infima Angelorum hierarchia, illuminare, conseruare, protegere, & ad maiora pluraq́ue bona prouehere queunt. Iam quisquis hanc spiritalem Fortitudinem perfectè adeptus est, DEO tam secundum diuinam, quàm humanam illius naturam similis est. DEVS enim secundum diuinitatem suam seipsum in omni sua opulentia, atque affluentissima & interminata felicitate, itemq́ue bonitate, pietate, liberalitate sua intuetur: simul etiam miseros à se auersos, & ad res vanissimas, momentaneas, atque exteras peruersa cum voluntate, & tum suî, tum omnium donorum suorum incuria ac nihilipensione conuersos adspectans, ineffabili erga eos condolentia & commiseratione mouetur, eo quòd seipsum & dona sua eis impertire non possit, quãdo ea nec curant, neque recipere volunt. Permittit igitur oriri bella, facultates eorum diripi, aut incendijs conflagrare, vtì vel sic ab eis cognoscatur. Quosdam prospera, quosdam aduersa afficit valetudine: hos diuites facit, illos multis premi sinit oneribus. Alios gaudio exhilarat, alios mœrore ac dolore affligit: nonnullos perpetua notari ignominia sinit, quo ipsum agnoscant, & suæ saluti consulant. Facit autem hæc omnia ex immẽsa fidelitate & Amore. Itaque qui ex ijs ad verum Dominum suum redire atque conuerti volunt, illi & vitia profligare, & in eius Amore perseuerare queunt. Scripsi ista fusiùs & explicatiùs, vt illius infinitam sapientiam, ineffabilem misericordiam, atque immensam pietatem liberalitatemq́; commendarem. Cæterùm vertit ille etiam sese amore singulari ad bonos omnes & singulos, pro vniuscuiusque dignitate ac merito. Et ipsa quidem æterna Sapientia, sursùm erecta amantia siue amorosa desideria, tam in cælis quàm terris intuetur, vtì videlicet magno cum impetu, interna strenuitate, ac totis simulq́ue adunatis & collectis viribus, in sublimem confluant vnitatem. Charitas autem & pietas siue largitas infinita & inexhausta cum vniuersis diuitjs suis, quæ ipsamet est, atque cum donorum suorum thesauris sese effundit. Itaque qui haurire potest, licet illi omnia sua complere vasa. Attamen quod hauritur, creatura siue creatum est: quo fit, vt hîc durare non possint. Atquì nihilominùs semper hauriunt & potant, nec ad animum reuocare volunt, persoluenda sibi esse omnia, antequàm discedere liceat. Potent interìm, si libet: sed posteà penitùs despoliabuntur. Dici solet, rem retentam, satìs esse lucrosam, quæ suum reddat precium. Quicquid igitur isti adipiscuntur, eis manare non potest, quippe qui coram vnitate, multo ampliùs quàm ipsi soluere queant, exigente, consistunt. Rursus ergo cum omnibus quæ præstare possint, intrò refluentes, voluntatem deguſtant. Iterumq́ue gratiæ & gloriæ manant riui in singulos pro cuiusque excellentia siue dignitate. Atque hic fluxus & refluxus æternam efficit esuriem. Dum introrsùs cum desiderio fluunt, illic & famem sentiunt, & gustant vnitatem: & quia nunquàm non vnitatem sentiunt, perpetua quoque esuries magno cum appetitu coniuncta, in eis inest. Porrò CHRISTVS secundum humanitatem suam spiritalis fortitudinis donum perfectissimè habuit, vtpotè qui semper in libertatẽ in honoris ac laudis paternæ exhibitionem, ingenti cum desiderio erectus fuit. Idemq; ipse ad omnes omnium necessitudines, & ad quoslibet peccatores ingenti cum misericordia & condolentia, intimisq́ue & attentissimis ad Deum Patrem pro cunctorum necessita-

Angelici prĩcipes qui.

Quis fortitudine Deo similis reddat.

Bellorum causæ.

Quàm variè Deus hoies quò vocet seu agat.

Quĩ se ad quos Deus vertat.

Qui oia tãdem persoluenda.

Quõ fortitudinis donũ Chrs habuerit.

te precibus ſemper ſeſe inclinauit, atque etiamnum inclinare non deſinit. Et reuerà ſi quis ei ita vt oportet, fidere non dubitaret, facilè, quicquid poſſet appetere, adipiſceretur. Ad bonos etiam omnes tanta ſemper beneuolentia & fuit, & eſt etiamnum propenſus atque conuerſus, vt ſeipſo & morte ſua nos redimere, noſtraque debita perſoluere non ſit dedignatus: carnemque ſuam nobis in cibum, & ſanguinem in potum contulerit, vtì corpus, Animam, cunctasque vires noſtras penetrare ac permanare poſſit, atque ita nos edat, id eſt, totos nos in ſe trahat, quo ipſum ſitienti & cupido Amore poſſideamus, ſicque ipſe nos viciſſim penetrabili ſiue penetrante guſtu poſſidere queat. Et hoc eſt manducare & manducari. Equidem affirmare auſim, qui vel minimùm inhiet, eum à CHRISTO manducari. CHRISTVS autem cùm ſit via & mediator noſter, quicunque ab eo manducatur, totus colliqueſcens diffluit in vnitatem. Et quid admirationis habet, ſi in vehementiſſimo illius deſiderio nos manducemur, quando illius deſiderium prorſus immenſum eſt? Ita autem edere & edi, iuſtitiæ fames eſt: cui nos nedum toto hoc vitæ præſentis ſpatio, ſed etiam in æuo ſempiterno perenniter vacabimus.

Ioan.14.
1.Tim.2.
Heb.8.9.12.

¶Vt libera voluntas quatuor modis Igni ſimilis ſit. Caput XXIII.

IAM quicunque diuinum hoc donum iſta Ratione adeptus eſt, quartum exornauit Igniſelementum, id eſt, arbitrij ſiue voluntatis libertatem, quæ quatuor modis quandam refert ignis ſimilitudiuem. ¶Ignis enim ex ingenita naturæ ſuæ nobilitate ſemper contendit in ſublime: ſed magna cæli ſtellati ſiue firmamenti virtute & ex diuina ordinatione reprimitur atque deorſùm repellitur. ¶Eſtque ei ſubtilis, caque inuiſibilis ac ſpiritalis, agendi vis & efficacia in omes creaturas inferiores. ¶Per eumq; creata omnia, in terris, aquis & aere viuunt, creſcunt, & in vita conſeruantur. ¶In ſuo denique loco perſeuerat ſupra cætera elementa, illuſtrans, calefaciens, atque fœcunda efficiens quæcunque ſunt in terris. Et hæc quatuor etiam in libera voluntate, diuina exornata fortitudine, reperiuntur. ¶Talis enim voluntas iugum ſeruitutis diabolicæ & creaturarum omnium, quantùm ad vitia earumque fruitionem attinet, abiecit, excuſſit, ac renunciauit. ¶Erexitque animum & omnes animæ vires ad laudandum in omnem æternitatem DEVM ac Dominum ſuum: obtinetq; ſiue poſſidet perenni ſtabilitate vnitatem. ¶Atque etiam deorſùm ſe vertens, mortalium omnium neceſſitudines vera cum miſericordia contemplatur: nititurque & optat creaturas omnes virtutibus fœcundas reddere: & ſicubì id non poteſt conſequi, dolet ac mœret. ¶Denique ignis in morem omnia exurentis, abſorbentis, & ad vnitatem ſubuehentis, rurſùm ingenti cum deuotione ac feruore in ſuperna contendit. Sed hactenùs de igni dictum ſit ſatis.

Ignis ꝓpritas ſeu vires.
I.
II.
III.
IIII.
Que ꝗtuor in libera voluntate reperiantur.

¶Quibus modis iſthæc Fortitudo obtineatur, & quæ eam impediant, quæve omninò deſtruant. Caput XXIIII.

SI quis verò hæc ita optat conſequi ac poſſidere, ei danda opera eſt, vt ferueat deſiderio, & vitatis occupationibus non neceſſarijs, diuinæ bonitati, ac opulẽtiſſimę pietati & liberalitati adſpiciẽdę vacet. Contueat etiam creaturas rationales, maxima cum miſeria mundo huic deditas & adhærentes: quas profectò DEVM tota ſua facultate non laudare & colere, omninò miſerabile & ingens miſeria eſt: quandoquidem earum ſemper manent deliciarum expertes, quæ amicorum DEI cibus & potus ſunt, ſuauiſſimam eis adferentes ebrietatem. Oret igitur DEVM, vt propicius ſit miſeris iſtis, & pro ſua clementia, pietatis ſuæ riuos in eos manare ſinat, vtì ad ipſum cum laudis ac honoris exhibitione conuerſi, refluant in vnitatem. Sanè quotquot ita vt diximus, eſuriunt iuſtitiam, illi plenam ſunt adepti ſanitatem. Iſta iam commemorata qui in ſe reperiunt, nihil debent ambige-

Quarũ deliciarũ q manẽãt exptes.

bigere, quin in ſupremum ſpiritalis fortitudinis gradum conſurrexerint. Sunt autem quatuor quædam, non vulgariter præpedientia hominẽ, quo minùs hoc fortitudinis dono potiatur: Videlicet quòd neque Dei bonitatem, neque hominum praua peruerſaq; piè conſiderare opera vel facta, magnæ eſt inſcitiæ ac ingratitudinis. Tam miſerè eas errare, Deumq; eis manere occultum & abditum, quiſquis cum dolore non ſentit, parùm habet miſericordiæ. Sic qui ex animo non cupiunt & petunt, vt ad DEI laudem & honorem reſipiſcant & conuertantur, eorum tepida & remiſſa deuotio eſt. Quicunque demùm modico ferueut deſiderio, ij neutiquàm ſublimiter reſurrexerunt, quod indè poteſt animaduerti, quòd parua eorum fames ſit. Sunt alia quatuor, quę quicquid eſt virtutis, non ſolùm impediunt, ſed etiam quodam modo eripiunt ac profligant. Neque DEVM curare neque homines, magnæ impietatis, magnique dedecoris & extremæ cęcitatis eſt. Tales ſe ad DEVM non adiungere & applicare, vbi gratiæ manant riuuli, quiſquis non dolet, miſericordiæ expers eſt. Ad DEVM laudandum ſe non conuertere, neque id petere vel deſiderare ab aliquo, odij ac inuidẽtiæ eſt. In quibus nulla fames eſt ad iuſtitiæ ſatisfaciendũ quicquid illa exigit, illos perſpicuum eſt in ſpiritali fortitudine minimè reſurrexiſſe.

Fortitudinis donũ impediẽtia quot.
Quatuor alia nõ minꝰ noxia.

¶De dono conſilij. Caput XXV.

QVINTVM Sanctiſpiritus donum, Animę decorem conferens, conſilium eſt. Per ſpiritualis quidem fortitudinis donum homo erectus ac eleuatus eſt ad DEVM cum laude ac deuotione: itemq; deorſùm conuerſus cum miſericordia & condolentia ad homines peccatis deditos: rurſumque erectus ad DEVM precibus & deſiderijs, vt miſeros tales miſeratus, gratiã eis ſuam largiatur, qua ſubnixi, ad eius laudem ſeſe conuertant. Hoc verò vt obtineat, Deusq; laudetur, fames quædam & Amor ac deſiderium augetur & increſcit. Siquidem DEVS ſe largiſſimum, pijſſimum, opulẽtiſſimum, amabiliſſimum, & delicijs ac ineffabili ſuauitate & gaudijs pleniſſimum & affluentiſſimum offert & exhibet: & hæc omnia homo eiuſcemodi in Sanctiſpiritus, qui eſt Amor immenſus, proprietate contuetur. Cernens autem Amorem hunc infinitum ac immenſum eſſe, certus eſt haſce eum proprietates ſubſequi oportere: quandoquidem bonitas infinita, infinitis quoque virtutibus plena eſt. Dum igitur ita Amorem & quicquid habet diuinitùs ſibi preſtitorum ac infuſorum munerum ſiue donorum cõſiderat, adſpectat & ſentit, facilè animaduertit, DEVM continenter & ſine intermiſſione horis omnibus ſeipſo & cũ vniuerſis donis ſuis fluitare. Atq; eamobrem fit Amore impatiens, nec ſe cõtinere aut cohibere poteſt, qn cũ omnibus ſuis viribus in bonitatẽ incõprehẽſibilẽ & celſiſſimã Trinitatẽ & deliciofiſſimam vnitatẽ, quoad fieri poteſt, refluat: ſicq; rurſus exardeſcit deſiderio, & in eandem refluit vnitatẽ. Hic iam diuini oritur conſilij donum, quod eſt attactus quidam vel inſtinctus in mẽte hominis, ex æterna ꝓficiſcẽs Patris gnatione, vbi is filiũ ſuũ in præcelſa mẽte, hoc eſt, ſupra rationẽ in Animę eſſentia gignit: EX eoq; attactu mirũ in modum animanobilis & ſupnaturalis efficit, nec tamẽ comprehẽdere aut intelligere poteſt, quidnam ſit illud quod ſentit, maximoperè tamẽ ſcire appetit: ſed quanto penitiùs explorat & adſpectat, tanto minùs adipiſcitur. Et hæc eſt ſingularis ſiue ſpecialis quædam Patris in Animæ memoria operatio, quam ea illoipſo obtinuit, quòd ſe tam amanter, tamque ingenti deſiderij ſeu affectũs ſui fame in ſublimem mentis ſuę immerſit ſeu impreſſit vnitatẽ: non quòd ea ſit diuinæ vnitas naturæ, vbi Pater ſuum gignit filium, & ſeſe in naturæ ſuæ fœcunditate poſſidet, atq; vbi perſonæ charitatis virtute ſine intermiſſione cum Amore immẽſo rurſus intrò refluunt. Hancenim vnitatẽ diuino modo in hoc gradu neutiquàm ſentit: alioquì in id quod modineſcium eſt, & in amorẽ fruitiuum prolaberet. Sentit aũt eam creaturę modo, qui non pindè ſublimis eſt, ſed eſt diuinæ vnitatis q̃dam ſimilitudo, & amoris impatiẽtiam excitat. Ex hoc porrò animę contactu, & ex ipſa filij, id eſt, æternę ſapiẽtię gnatione, ſplendida quædã lux animę intellectui illabitur, ſingulari claritate rationẽ illuſtrans. Hanc autẽ lucẽ DEI præſtat ſapientia, vt animę intellectum ſibi reddat conſimilẽ, eundemq; illuminet ac ſuſtollat: eandemq; lucem & irradiationẽ ſiue illuminationẽ totiès ſuſcipit ratio, quotiès vero cum affectu ſiue deſiderio ſeſę erigit ac imprimit ſeu demergit in vnitatem.

Fortitudinis donũ impediẽtia quot.
Quatuor alia nõ minꝰ noxia.
Cui quõ ſe Deo offerat.
Flux' ac reflux' qs inter quos myſticè q fiat.
conſilij donum quid.
Singularis opatio Dei pſis in anima, quæ.
Qualẽ cum deo vnitatẽ qs quõ ſentiat.
Qua luce qs vñ q potiat.

Cæterũ perquã vellet ratio ſic illuminata compertũ habere, quidnã cauſæ ſit, ſiue qd ſe impediat, quo min⁹ in hac vnitate tã ſibi iucũda ac delectabili, perdurare poſſit, atq; etiã vndè hic ꝓficiſcat attactus, & quidnã ſit. Sagaciter itaq; diligẽterq; peruestigãs attẽteq; cõſiderãs, in ipſo mẽtis fundo ceu viui fontis cuiuſdã venã ex vitali ac fœcũdo reperit ſcaturiẽtẽ fundo, q eſt vnitas Dei, & origo ꝑſonarũ, ex qua Animę vnitas depẽdet ac ꝓficiſcit. Ipſe em̃ fundus fœcũdus eſt, & initiũ ac finis oĩm rerũ creatarũ. Porrò vena hęc ebulliẽs, iſteq; attactus, tam admirabilis & intellectui vſq; adeò delectabilis, & volũtati tam grat⁹ & amicabilis ſiue amabilis & nõ vulgariter deſiderabilis eſt, vt anima Amoris impatiẽtia ac æſtu, ingẽtiq; deſiderio corripiat. Rurſus igit̃ inueſtigare ac explorare conat̃, qdnã obſiſtat ſibi, quo min⁹, neq; in Deo, neq; in ſeipſa cõſiſtere aut durare queat. Statuit ergo à ſummo vſq; deorſùm totũ perluſtrare ac ꝑſpicere Aĩæ ſuæ regnũ: & hĩc ratiõis magna eſt pernicitas ac celeritudo. Itaq; ſupremũ illud cui ſe in mẽtis ſuę vnitate impreſſit, cõtuet̃: vbi nimirũ tres ſupremę vires trahũt originẽ, eôdẽq;, id eſt, in eandẽ refluũt mẽtis vnitatẽ: vbi etiã viuit attactus ille, & diuini fontis vena ſcaturiẽs. Et hęc mẽtis vnitas, Aĩæ ſcintilla eſt & ſcaturigo, vbi cũcta Dei dona iuxta virtutũ aſſcẽſum & ꝓdignitate ꝑſtant̃ ac infundunt̃. At tñ in hoc gradu eadẽ ſcintilla manet incognita, niſi q Amoris quædã impatiẽtia hĩc ſentit̃. Porrò q in actiua ſunt vita conſtituti, ſcintillã hãc tã ſublimi modo non ſentiũt: cũ tñ oĩmis eorũ bona volũtas, oĩmisq; Amor & cunctæ illorum virtutes, in eadẽ ipſa ſcintilla vitam accipiant retineantq;. Quòd autem tã ſublimi ab eis ratione nõ ſentit̃, indè accidit, quòd in Animæ regno & deſiderio nõ ſatis aſſcẽderint, ſed adhuc in imo verſent̃. Hæc verò ſcintilla ex Deo dependet in ſupremo Animæ vertice, & quatenùs quidem ſentit̃ & compræhendit̃ ab Anima, creatura eſt: quatenùs verò compræhendi ab ea non poteſt, Deus eſt, & hæc impatientiæ cauſa eſt. Atq; hĩc Anima ſemper in vnitate manet ſecundum mẽtem, & per vires quidẽ foràs manat ad operãdum: ſecundum virium autem fundum ſiue eſſentiam, in mentis vnitate intùs perſeuerat. Interìm tamẽ ſummoperè vellet mellifluã illã venã inſequi per vnitatem, quo viuũ illũ, vndè hęc vena proficiſcit, fontem reperire poſſet: ſed quãto id maiori conat̃ deſiderio, tãto fit impatiẽtior, maiorẽq; amoris æſtũ experit̃. Em̃uerò creatũ ſiue creaturæ deſideriũ, Deũ perfectè aſſequi nõ poteſt, eo quòd certo modo, & in lumine & amore creato operat̃: vndè fit, vt in hoc gradu ſemper amoris æſtu laboret, quod ſanè præclarũ quiddã eſt, & præcelſa quædã ſemper venerãdæ Trinitatis ſimilitudo. Cernens autem nihil ſe proficere vel conſequi, ſed ſemper omnem perdere operam & conatum, iam ſublimis Memoria de toto animæ regno cogitat, ſi quid in eo vſpiàm deſit, quod diſponi, ordinari, regiq́ue oporteat. Quamobrem duos mittit nuncios deorſùm in Animæ regnum, quorũ vnus eſt ratio, diuina illuminata ſapientia: alter eſt Agilitas ſeu celeritudo, acta & impulſa tum à Patris contactu ſiue inſtinctu, tum ab Amoris in anima exiſtentis æſtu ſiue ſancta inſania. Celeritudo maximoperè per regnum omne feſtinare cogit, idq́ue agente Domino à quo miſſa eſt, & diuini tactũs & amoris æſtuantis impulſu ac ſtimulatione. Ratio autem illuminata ſtudioſè explorat & conſiderat: ſeruit enim æternæ ſapientiæ. Sicq́ue vnà currunt in regno Celeritudo & Ratio illuminata, componuntq́ue, regunt & moderantur omnia. Inueniunt autem magnam virtutum inopiam & defectum, totumq́ue regnum excellentium ac virtuoſarum actionum ornatu vacuum & deſtitutum. Quod licèt ratio animaduertere & perſpicere poſſit, non habet tamen vndè largiatur, & huic ſubueniat inopiæ. Simul itaque ſurſùm recurrunt ad vnitatem, ſublimiq́ue id aperiunt ac conqueruntur Amori, ob DEVM perfectè guſtandum præ impatientia æſtuanti & languenti. Amor verò hoc percepto nuncio, tantam ſcilicet in animæ regno bonorum & ornatũs virtutum eſſe penuriam, aſſumptis pariter duabus filiabus ſuis, puta Miſericordia ac liberalitate ſeu pietate, eorumq́; ſocia Rõne illuminata, atque harum omnium famula celeritate, ſimul in animæ regnum decurrunt. Et Ratio quidem illuſtrata, ſecundum iuſtitiam cuncta regit & ordinat: Amor verò liberaliter omnia largitur, omnemq́ue ex miſericordia miſeratur neceſſitatem: atque hoc pacto homo iſtiuſmodi totum animæ regnum ſecundum rationẽ moderatus eſt & rexit atq; compoſuit, omnemq; neceſſitudinem miſericorditer reſpexit, & indigos ac inopes quoſque illius regni liberaliter muneratus eſt, atque ipſum denique regnum per Amorem in vnitate poſſedit.

Et

Vnitas q q̃lis ſit fontis vena.

Venę huius delectatio quanta.

Vires ſupremæ tres vñ & quò.

Scintilla q q̃lis, & qbus min⁹ cognita.

Scĩtilla hæc cur min⁹ ſentiat̃, vndè ve dependeat.

Anĩa in vnitate quĩ maneat, foris q; mãnet.

Qui nuncij vndè & cur quò mittãt̃.

Qui d celeritas, quídve rõ ꝓcuret.

Anĩæ regnũ qui vaſtatũ.

Vndè & per quos aĩæ re gnũ qui reparetur.

Et hęc dicitur vita affectuoſa, amans veritatis: & qui tales ſunt, illi DEI conſilia excelleriter exequuntur, amantq; DEVM ex tota anima ſua: & ipſi ſunt de qbus Chriſtus ait, Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Tales em̃ verè miſericordes ſunt, qpe quos DEVS & diuina charitas in animę regno ſurſùm ac deorſùm agunt & impellunt, vt oĩm neceſſitates miſerentur: ipſamq; DEI miſericordiam in vnitatem vſq; inſecuti ſunt, vbi iam non poſſunt vltrà progredi. Et opportunè ſatis angelicis ſexti ordinis comparãtur, ad quorum etiam contubernium, ſocietatem & ordinem pertinent. Dicuntur autem ſpũs angelici Dominationes, eo quòd qnq; inferioribus agminibus dominentur ac imperent, ijdemq; omnes angelorum & ſpũum inferiores ordines illuſtrant, regunt ac ordinant, quandoqdem præ illis copioſiùs illuſtrati, & virtutibus excellentiùs ornati ſunt, eſtq; eis ſpiritalis conſuetudo & conuerſatio cum hoĩbus, q ipſorum in virtutibus & vitæ claritate ſimiles ſunt. Deniq; cælum ipſi mouent pro creaturarum omnium quæ in terris, aqs & aere verſantur, neceſſitate. Habent etiam homines iſti quandam celſiſſimæ ac fœcundæ diuinæ naturæ ſimilitudinem. Præclariſſima em̃ DEI Patris natura, quæ prima & principalis creaturarum omnium cauſa eſt, cùm ſit fœcunda, non poteſt ſe continere in paternitatis vnitate ob ſuam fœcunditatem, qn idem DEVS Pater abſq; intermiſſione æternam generet ſapientiam, quæ eſt Filius Patris. Et hic Filius DEI ſemper ſine interpolatione genitus eſt, & generatur, & manet (ſecundum eſſentiam) ingenitus. Eſt em̃ in Patre tanquàm in proprio ſempiternoq; fonte, à quo immanens ſiue in illo permanens egreditur, & abſq; egreſſione oritur: & tamen vnus idemq; Filius eſt. Vbi em̃ Pater Filium ſuum æternam ſapientiam, & in ea ſimul creata omnia intuetur, ibì genitus eſt Filius, & eſt altera à Patre perſona. Et qa Pater per eandem ſapiẽtiam eundem Filium contuet̃, hoc ipſo Filius ſine intermiſſione generatur. Porrò licèt Patris natura ſemper fœcunda maneat, tamen (ſecundum eſſentiam) ingenitus eſt Filius. Siqdem in tribus diuinis perſonis eſt vna eſſentia: ideoq; ſingulæ earum in ſingulis ſunt: Vbi em̃ natura fœcunda eſt, inibì Filius in Patre, & Pater in Filio eſt. Vbi autem Pater gignit Filium, ibì Filius eſt de Patre. Deniq; vbi Pater ſuum adſpectat Filium, & in eo ſimul omnia, illic genitus eſt Filius. Et hic tamen non niſi vnus idemq; Filius eſt ex fœcunda natura. Neque etiam ex hac generatione qua Pater ſuum gignit Filium, charitas, quæ eſt Spũſſanctus, promanat. Sed vbi Filius eſt ex Patre genitus altera ab eodem perſona, dum eum Pater inſpicit genitum, & in eo, & cum eo, atq; vnum cum eo, (in quo vita eſt creaturarum omnium) ſimul omnia intuetur: rurſusq; Filius Patrem generantem, & fœcundum, & ſeipſum & oĩmia in eo adſpectat: ex hac, inquam, mutua in eadem fœcunda natura intuitione amor procedit, q eſt Spũſſanctus, amborum (id eſt, Patris ac Filij) nexus. Et hic amor perſonas circumplectitur ac penetrat, rurſusq; intrò manare facit in vnitatem, ex qua pater continenter & ſine ceſſatione generat. Sed licèt rurſus intrò refluxerint in vnitatem, non tamen illic durare poſſunt ob naturæ fœcunditatem. Et hæc generatio, iſtaq; in vnitatem refluxio, Sanctæ Trinitatis operatio eſt: atq; ita & Perſonarum illic Trinitas, & naturæ vnitas eſt. Et per hanc Trinitatem DEVS adorandus cuncta ſua efficit opera. Ex vnitate autem eſt generatio, & refluxio perſonarum in eandem cum immenſo amoris ardore infinitoq; deſiderio & complacentia mutua. At tamen in eadem vnitate durare non valent, eo quòd hæc vnitas fœcunda ſit, & eſſentia (aliàs fundum vel proprietas) perſonarum: ideoq́ue iuxta hunc modum ſupremum eſt modi diuini, & infra id quod modi expers eſt. Et hac ratione non eſt ipſa fruitiua DEI beatitudo: ſiqdem vnitas hæc de qua nunc loqmur, in naturæ fœcunditate conſiſtit: quo fit, vt inibì non ſit fruitio durabilis, quando DEI fruitiua beatitudo in eo quod eſt modi neſcium, & in perſonarum ſecundum perſonales proprietates in modi neſciam DEI eſſentiam immerſione ſiue diffluxione ſita eſt. At verò cùm celſiſſima hæc natura, æterna ſapientia, bonitate, liberalitate, pietate, infinito amore & miſericordia plena ſit, Pater omnipotens ſeſe vertens ad inferiora, cuncta quæ condidit per ſapientiam, adſpectat, regitq́ue ac moderatur & ordinat rationabiliter & diſcretè, & attrahit per miſericordiam, & liberaliter muneratur, applicatq; & adiungit ſibi per amorem, imprimitq; in vnitatem q̃ quotquot ob virtutes digni ſunt.

Affectuoſa vita quæ. Mat. 5. Qui verè miſericordes.

Dñationes angelicæ cur ſic dictę.

Cælũ qbus cur mouendum.

Alia exẽpla ria nõ habẽt (ſecundũ eſſentiã)

¶Vt Christo similes sint secundum eius humanitatem, qui Consilij donum in hoc gradu adepti sunt: & de triplici hominum genere, qui sacrosanctæ Trinitatis & Christi humanitatis quandam gerant similitudinem.

Caput XXVI.

Quotuplices sint, qui Trinitatis imaginé gerant.

HOc diuini donum consilij qcunq; in isto gradu perfectè adepti sunt, etiam Christo secundum eius humanitatem similes sunt. Vbi aduertendum est, triplex hominum inueniri genus, q excellentissimæ DEI Trinitatis, & CHRISTI præstantissimæ humanitatis quandam gerant similitudinem. Primi qdem naturaliter & imperfectè similes sunt. Alij supernaturaliter & perfectè, singuli tamen secundum gradum suum: Tertij similes pariter & beati sunt, singuli pro meritorum suorum excellentia ac dignitate.

I. Primi generis, quorum est naturalis & imperfecta similitudo, illi omnes sunt, qui virtutum actus efficiũt sine motu vel impulsu Spiritussancti, & absq; charitate DEI: cuiusmodi sunt, qcunq; sinistra vel aliena intentione bona agunt opera, putà vel ob lucrum temporale, vel aliam aliquam causam quæ non sit DEVS: atq; etiam infideles, vel q in aliquo articulo siue Ecclesiæ catholicæ, siue sacramentis, siue præceptis repugnant & aduersantur: qui omnes quantamcunq; præ se ferant aut ostentent similitudinem, aut quantalibet agant opera, non possunt absq; diuina gratia DEO perfectè similes esse. Et licèt per ocium & eorum quæ circa res terrenas sunt occupationum vacationem & reiectionem, atq; ex naturalis intellectus perspicacitate & claritudine, necnon per virium suarũ in animæ essentiã introuersionem eò vsq; pertingerent, vt naturalem animæ in suum principium DEVM sentirent propensionem: (Quicqd em̃ creatum est, in propria sua causa, tanquàm in propria qete sua dependet) tumq; se in suam imprimerent essentiam sese amittendo, ac nihil neq; foris, neq; intùs agendo, id est, nec amando, nec cognoscendo, totum hoc vtiq; non nisi temporis perditio foret, eo quòd planè dissimiles sunt. Nam neq; DEI spũs, neq; diuinus amor nec in gratia, nec in gloria ociosus est: atq; eam ob rem seipsos minimè transcendunt vel excedũt: sed quod sentiunt, non nisi naturalis quædam ipsorum in suum principium DEVM propensio est. At verò diuinæ fruitionis gustum percipere nemo potest, nisi CHRISTO & sanctæ Ecclesiæ catholicæ similis sit, atque per eam similitudinem possit vniri. Et quia homines istiusmodi neutiquàm perfectam sunt adepti similitudinem, ocio & qeti vacare volunt, virtutum autem actibus renunciant, quippe q seipsos in omni sua vita spectant & quærunt. Putant autem sublimes se esse spũs, eo quòd suum gustent fundum, & quiddam modi expers sentiãt: sed si per Dei gratiam fòràs impellerentur ad agẽdas virtutes omnes in charitate diuina, rursumq; per amoris impatientiam & æstum intrò traherentur, atq; etiam per amorem fruitiuum in DEI superessentiam raperentur, ita vt eam diuino quodam modo gustarent, tum demùm cunctis in virtutibus CHRISTO & sanctis eius similem agerent vitam: essentq; similes in eo quod cum modo coniunctum est, & sine intermissione per amorem fruitiuum illi quod modinescium est, inhærerẽt. Alterius generis, quorum est supernaturalis & perfecta similitudo, singulorum iuxta gradum suum, omnes illi sunt, quos diuina gratia & charitas mouet, vt à peccatis abstineant, virtutes agant, DEVM DEIq; honorem & propriam salutem spectent. Isti omnes CHRISTO perfectè similes sunt, singuli tamen in suo ordine. Quatenùs em̃ plùs gratię habent, pluresq; virtutum efficiunt actus, sublimiores vtiq; similioresq; sunt: semper tamen in hoc gradu similes manent, non autem vnum sunt. Tertij generis beati sunt in gloria, q & ipsi in lumine gloriæ similes CHRISTO sunt, singuli ita vt in gratiæ lumine meriti sunt. Cùm ergo CHRISTVS secundum humanitatem suam in gratia diuinisq; donis oĩm perfectissimè DEO similis fuerit, etiam in gloria excellentissimam obtinet similitudinem: vtpotè de cuius plenitudine nos omnes accepimus qcqd iam in gratia sumus, & pòst in gloria erimus. Ipse em̃ sine cessatione Patris attactu ex vnitate ad virtutes omnes, cunctorumq; tam corporales quàm spiritales necessitudines impellebatur: rursumq; ex desiderio & amoris impatientia intrò refluebat: neq; tamen ob Patris attactum in vnitate

Quis diuinę fruitiõis gustum percepturus.

II.

III.

Ioan. I.

vnitate qescere potuit: qppe q in hoc gradu & fuit & est etiamnum sacrosanctæ consimilis Trinitati, quæ in seipsa fœcũda est, nec in naturæ vnitate persistere vel durare potest. In hoc ergo, inquam, CHRISTVS & fuit & est sanctæ Trinitati consimilis, habuitque olim gratiam & nunc habet gloriam pro creatæ capacitatis suæ mensura. In eodemq; ipso gradu boni omnes tum in gratia, tum gloria quandam DEI referunt similitudinem. Qui cùm omnes ista præditi sint similitudine, omnes etiam in vnitatem profluunt: non tamen eam possunt attingere vnitatem, in qua personæ diuinæ sese possident. Isthæc em̃ creaturarum vnitas in virium proprio fundo in supremo creati modi, & infra diuinum modum sita est: Creatus em̃ siue creaturarum modus, finitus est: diuinarum autem personarum modus, immensus est: atq; eam ob rem vnitas creaturarum neq; diuinum modum, neq; personarum vnitatem, creato lumine potest contingere: quando ista creaturarum vnitas diuinæ vnitatis quædam similitudo est: ipsaq; diuina vnitas supra istam sese continet vnitatem: quæ causa est, vt hæc ipsa creaturarum vnitas amoris impatientia teneatur, eo videlicet, quòd æternò cogat̃ manere similis, neq; DEVM iuxta illius modum gustare queat. Atque hęc est istius gradũs dignitas & excellentia. Siqdem in hoc gradu in creato lumine, putà vel gratiæ vel glorię cognoscit & amat homo: ideoq; eam gustare non potest vnitatem, in quam personę cum immensa sapientia, & amore incomprehensibili manãt. Semper em̃ sancti in hoc gradu tam in gloria, quàm gratia DEI similes permanent: neque vnquàm gratia aut gloria tanta esse potest, vt efficiatur immensa. DEI autem vnitatem nemo nisi cum immenso amore possidere valet: ex quo id seqtur, neminem qui DEO similis tantùm sit, eam posse apprehendere vel in eam pertingere, ita vt similis maneat. In hoc autem gradu nos perenniter necessariò similes manebimus: semper em̃ in ęterna vita permanebit gloria, nec poterit perire vnquàm. Itaque siue id in gratia sit, siue in gloria, iuxta creatum suum modum homo tam in glorię quàm gratię lumine cognoscit: quę, vt dixi, huius gradũs excellentia vel dignitas quędam est. Hinc em̃ affectũs seu desiderij fames & impatientia oritur, eo quòd neque contingere, neq; gustare liceat dilectum, secundum illius modum, plana perfectaq; cum satietate. Porrò vnusqlibet in gratia vel gloria constitutus, creatam vnitatem singulari quadam ratione possidet. Prout em̃ qsq; à DEO donatus est, & virtutibus ac diuino amore instructus est, ita etiam hac in vnitate gustat, sentit & experitur: Nec tamen vnitas hęc vna est, sed singuli in gratia vel gloria cõstituti, specialem suam in seipsis vnitatem suamq; actionem pro dignitate siue pro nobilitate sua habent. Sita autem est hæc vnitas in mente, & oĩmium virium per amoris nexum impressione. Atq; vnusqlibet pro sua excellentia vel dignitate, prout diuinitùs donatus est, se sentit: idq; in ꝓpria sui fundi vnitate, vbi singulis qbusq; plùs vel minùs pro cuiusq; dignitate donatur. Diuina autem personarum vnitas supra has omnes sese continet vnitates, satisfaciens singulis ꝓ illarum dignitate, videlicet & foràs impellendo ad actitandas virtutes omnes, & introrsus trahendo in amoris æstum & impatientiam. Et quò qsque sanctæ Trinitati similior est, tanto & faciliùs mouetur, & maiori cum charitate intrò refluit. Atquì totum hoc tam in gloria quàm gratia finitis constat actionibus: atq; ea re non nisi sacrosanctæ Trinitatis quædam similitudo est. Sine hac autem similitudine neq; in tempore, neque in æternitate quisquam vnquàm vnum cum Deo potest effici. Is autem q hanc similitudinem per diuini donũ consilij tam perfectè consecutus est, conuenienter potest cæli firmamento comparari, quod diuina tangitur potentia, moueturq; angeli virtute, perindè vt mens ex diuino contactu, amoris impatientia correpta. Et vt ratio illuminata, æternæ sapientiæ perfusa radijs, totam animæ regionem illustrat, ita Firmamentum & sub eo posita sidera errantia, maximè sol, rebus terrenis omnibus lucem adferunt. Et quemadmodùm ex calore, quem firmamentum & Planetæ inferioribus rebus creatis ministrãt & communicant, cuncta viuunt & increscunt, ita homo eiuscemodi amoris & compassionis atque commiserationis suæ feruorem impertit ac diffundit, & indè omnes animæ vires in virtutibus viuunt, operantur & crescunt. Enimuerò firmamentum septem infra ipsum sitis planetis & fixis est ornatum sideribus, quibus res corporeæ oĩmes quæ sub firmamento sunt, reguntur ac illustrantur.

Quõ Trinitati Christ⁹ Christoque boni oẽs similes.

Vnitas non gustabilis q̃.

Quæ vnitas qui tm̃ possidenda.

Vnitas q̃ vbi sita.

Quis cur firmamẽto cæli cõparãd⁹.

Quõ firmamẽtũ ornatum.

¶Septem

¶Septem planetarum mystica quædam ad animam accommodatio. Caput XXVII.

Sol.

ET planetæ quidem septem dierum, quibus omne tempus voluitur & comprehendi tur, quandam habent similitudinem: & inter ipsos efficacissimus atq; lucidissimus sol est: sicut & mentis deorsum versæ clarissima & efficacissima lux ratio est illuminata: quę in animæ regno diem Dominicum, quem solis vocant, & ferias efficit, cunctas animæ vires quiescere faciens, vt qd ipsa, id est, ratio illustrata iubeat, auscultent ac animaduertant, & secundum illius imperium tota hebdomada, id est, toto vitę pręsentis tempore se gerant. Alter autem hebdomadę dies, quo operãdum est, lunę dies vocat̃, quem eadem ipsa luna, hoc est, discretio ornabit, quę lumen suum ab illustratę rationis sole mutuatur, quo tota septimana, id est, omi tẽpore moderatè ac discretè se gerat. Luna etiam, id est, discretio terrę finitima est, quandoquidem vitam actuosam ipsa moderatur. Sol verò, hoc est, ratio illuminata sublimem obtinet locum, quippe quæ internam affectuosam dirigit ac ordinat vitam. Tertiam porrò hebdomadæ diem Mars, id est, cunctis in virtutibus humilitas ac obedientia decorabit. Quartam diem exornabit Mercurius, id est, charitas & largitas. Iam em̃ in media versamur septimana, id est, in medio tempore, quo operãdum est: si tempus negligamus, ipsum fluit ac labitur, & deindè æterna adueniente celebritate, nos vacui & inanes sumus. Quintam diem Iupiter ornabit, hoc est, amando & laudando erectus ac eleuatus in amore erga DEVM affectus. Festus nanque aduentat & præ foribus adest dies, quo ad æterni regis ingrediendum palatium est. Sextam diem Venus decorabit, id est, contactus diuinus, q̃ sicut Veneris stella in aurora, ita in ipsa omis creatæ actionis origine ac principio, id est, in animæ vnitate oritur: ac deindè sol suos spargit radios, per quem ratio significatur illuminata. Vbi autem Lucifer iste diuini contactũs in aurora oritur, totum animæ regnum exhilaratur, eo quòd radius iste ex incommutabili diuinæ vnitatis cælo proficisci ac procedere sentit̃: fitq; sæpiùs, vt hęc Veneris stella siue lucifer solis claritate & charitatis ardore vsqueadeò transformet̃, vt quasi nunquàm obtinendus videat̃ is qui diligit̃: id quod fit in meridie, quando debitum agnitum persoluit̃. Cùm em̃ DEI magnitudinem & nostram intuemur paruitatem, cognoscimusq; & perspicimus multùm nos debere DEO cunctisq; hominibus, iã planè videmur nobis deficere in omibus, & neque DEO, neque hominibus facere satis. Charitas nanque ingens est in nobis, & ratio illuminata clarè admodùm lucet. Itaq; ob defectum nostrum prolabimur in humilitatem, & sic om̃e potest debitum dissolui. Et hic stella ista Hesperus dicit̃, quando ratione illuminata & charitatis ardore singulis quibusq; satisfit. Et hactenùs quidem rationis illuminatæ sol stellam hanc, dum lucifer dicitur, id est, charitatem ad actitandas virtutes omnes antè se egit: sed postquàm vnicuiq; pro viribus satisfactum est, iam eadem ipsa stella, Hesperi sumpto vocabulo, hoc est, charitas solem subsequitur, in vnitate perenniter quiescere appetens, si modò consequi id liceret. Postremam denique, id est, septimam hebdomadæ diem Saturnus adornabit, per quem auiditatem insatiabilem accipimus, id est, famem ac impatientiam, eo quòd DEVM appræhendere non valeamus. Saturnus autem, id est, fames ista in supremo vis affectiuę vertice sita est: & maior quidem ist hæc esuries est, quàm ea, quam efficit defectus noster in virtutibus, quòd nos in ijs DEO minimè satisfacere videmus. Hæc enim de qua nunc agimus, fames, fruitionis auida est: sed altera illa virtutes actitare & exercere vehementer concupiscit. Et ea quidem, quam nunc præ manibus habemus, ad DEVM, altera verò ad seipsam respicit. Vtraque tamen fames in eodem affectu versat̃, sed actione dispares sunt. Ista esuries, quam per Saturnum, sæuum ac iracundum planetã, significari diximus, fulgura horrendaq; tonitrua, & ventos grãdesq; tempestates in animæ regno excitat. Fulgura quidem contactum illum dixerim, qui animã ad impatientiã mouet, cælo q; mentis patefacto dilectum in gaudijs incompræhensibilibus coronatum ostendit. Indè concitãtur tonitrua, id est, amoris æstus vehemens, eo quòd dilectũ consequi non liceat: quæ res magnas in animæ regno supernè ac infernè mouet tempestates: & nisi ratio illuminata, quam DEVS huic coniunxit tempestati, prohiberet, neutiquàm animæ regnum solennitatem & aduentum sponsi diutiùs præstolari posset. Sed ratio illustrata, dilucidè ac perspicuè demonstrat, propedièm affuturum tempus, quo pro cunctarum appetitu virium omi cum voluptate & maximis delicijs dilecto vacare, frui ac potiri liceat: & id animã amãtem patienter ac æquanimiter expectare facit. Talis nimirùm, vt in cunctis iam commemoratis gradibus declaratum est, vita hominis esse debet, si ad superessentialem, id est, diuino quodam modo contemplatiuam vitam pertingere velit.

Hebdomada

Luna.

Mars.

Mercurius.

Iupiter.

Venus.

Lucifer.

Debitũ om̃e qui dissolubile.

Hesperum subseq̃ solẽ, quid.

Saturnus.

Fulgura.

Tonitrua.

Qualis vita ad cõtẽplandũ requirat.

¶Cuiusmodi esse debeat Consilij donum excellenter obtinere volens, & de eiusdem doni quatuor impedimentis ac totidem exterminijs. Caput XXVIII.

VT autem hoc diuinum Consilij donum ea qua dictum est ratione possidere queat, vitam necesse est affectiuam vt adeptus sit, & sublimiter eleuatus atque impressus siue immersus in vnitatem: vbi tum diuinitùs attingitur, & cum ingenti amoris impatientia rursus expellitur foràs. Indè verò ratio illuminatur, nititurq; rursus intrò redire, exploratura quidnã sit iste contactus. Hoc autem amoris parit æstum istud compræhendere non valentis: & iste amoris nexus est siue vinculum. Porrò illustrata ratio deorsùm in animæ regnum pergere, & vires om̃es excellenter virtutibus ornare constituit. Iungit se illi sociã itineris Celeritudo, quo tãto citiùs ad sublimem liceat redire sensionem vel experimentum. Charitas autem & misericordia, cùm sint impendiò liberales, om̃ibus satisfacere volunt, rursumq; ad superna refluere. Hæc si quis benè perpendat, inueniet in his quandam sanctissimæ Trinitatis similitudinem. Sunt verò quatuor quædam, quæ impedimentum præstãt, & ad vltrò citroq; vagãdum incitãt, officiuntq; vnitati. ¶Non sentire attactum diuinum, id à sublimi vnitate deficere facit. ¶Atque hac ex causa illustrata deficit ratio, quæ in animæ regnum descenderet, idemque virtutibus excellenter ornaret. ¶Celeritas quoque exigua est, eoque deficit strenuitas ac diligentia. ¶Charitas demùm & misericordia raræ ac tepidæ sunt: quo fit, vt parca sit liberalitas. Hæc ꝓbè dispicienti foris ac intùs facilè animaduertere licebit, eiuscemodi homines beatissimæ Trinitati dissimiles esse. Possum equidem quatuor commemorare alia, quæ fallãt hominem, nec finant effici beatum. ¶Qui extraneis inordinatè se admiscet occupationibus, est sanè vndè sibi displiceat: is enim amittit vnitatem. ¶Cuius ratio obcæcata est, eum constat admodùm esse dehonestatum: viuit em̃ in iniustitia. ¶Amplexus est torporem ac desidiã, abiecta & amissa agilitate vel celeritate, nec vllo feruet desiderio. ¶Charitati & misericordiæ nullam vnquàm dat operã, ideoque liberalitatis ac beneficentię expers est. His attentis, reipsa & ex factis colligere licet, talem longè abesse à salute & beatitudine.

Quid celeritudo & charitas conẽt.

Impedimẽta vnitatis quę & quot.

Impedimẽta 4. alia.

¶De sublimiori quodam doni Consilij gradu, præclarioribusq; effectibus. Caput XXIX.

SED nunc quid maioris dignitatis, præstãtiorumq; virtutum hoc Consilij donum conferat, videamus. Anima quidem dum ex diuino contactu, qui huius doni origo est, ꝑ patris potentiã ad virtutes om̃es incitat̃ ac impellit̃, & ꝑ filij claritudinem illuminata ratione ad cognoscendum creaturæ modo & in sublimi claritate DEVM illustratur, ex hoc contactu & ratione illuminata, amoris illi à sanctoſpũ præstat̃ impatientia, quã efficit desiderium in incompręhensibilibus ac immensis gaudijs gustãdi Deum. Atq; hac ratiõe excellentissimæ Trinitatis, & fœcundæ vnitatis quãdam obtinet siue gerit similitudinem. Et licèt quicquid creare posset, ipsi præstaret DEVS, seipso tãtùm excluso, impatiens tamen & insedata ꝑmaneret, idque ꝓpterea quòd DEI habet similitudinẽ, & ad fruitiuã adspirat vnionem: atque ꝑ ipsam similitudinem quatenùs pręstare potest, in vnitatem se erexit: quod est supremum huius similitudinis. Hic iã eiusdem doni consilij sublimior quidã gradus incipit. Vbi enim creaturę omnes rationales, tum angeli tum homines, quas DEVS suî fecit similes siue in gratia, siue in gloria, ꝑ similitudinem in suæ mentis ꝓfluxere vnitatem, & naturaliter secundum fundum suum in supessentialẽ DEI essentiam tãquàm in ꝓprium fundum suum ꝓpensę sunt, eidemque cum collectis ac adunatis viribus fruitiuè inhęrent: Siquidem

vnaquæque mens in suã introuersa essentiã, non actiuè, sed essentialiter sese habet: omnesq; essentię simplicem DEI attingunt essentiã, in eaque ceu ppria sua causa dependent, nec hic medium aliquod prestat quod creatę sunt: nam hactenùs supra actionem sunt in essentia, & omis essentia absque medio diuinę essentiæ inhęret: atque ipsę etiã psonę diuinę in vnitatem pmanârunt, & tum naturaliter, tum fruitiuè eidem essentię inherent: tum verò diuinitatis abyssus tãquàm simplex quędã lux sese habet, quę est essentia ipsa, in psonarum vnitate, atque etiã in cuiuslibet mẽtis introuersę, id est, cuiusq; creaturæ rationalis ad fruitionem in supremo mẽtis suę adspirãtis vnitate coruscãs. Et hæc lux incomprehẽsibilis, mẽtis introuersę intellectum illustrat: Est enim ipsa ęterna sapientia, quę in anima genita est. Atque in hac luce eã licet contemplari simplicitatem, vndè ipsa progenita est, quę est natura diuina. Non em nisi in hoc lumine incõprahensibilis DEI essentia potest fruitiuè videri. Istud nãq; lumen CHRISTVS est: & idem ipse est ostium, per quod nedum secundum humanitatem, sed etiam diuinitatem transeundum est. Non enim admittitur quisquam in æternæ fruitionis aulam, nisi viuat conuenienter CHRISTI humanitati, siue secundum CHRISTI humanitatem, atq; per eiusdem immensam claritatem contempletur & intrò refluat. Ista essentiæ huius simplex lux prorsus interminata, immensa ac modi expers est: diuinarumq; personarum & ipsius etiam animæ vnitatẽ, cunctasq; animæ vires ambit & circumplectitur, idque adeò, vt ipsam naturalem fundi propensionem & fruitiuam inhæsionem DEI & omnium quos sibi in hac luce vnitos habet, circundet atque perlustret: sicq; vna DEI & amãtium spirituum vnitas efficiat. Omnes nãq; amãtes spũs cum immenso lumine modo quodã diuino hic supra seipsos in vnitatem confluunt. Et quia in hac modinescia luce, per quã ista fit immersio ac influxio, omnis tã DEI, quàm creaturarum omnium actio deficit: (In hac nãq; DEI essentia nulla neque DEI, neque creaturæ vllius existit operatio, quãdoquidem Personæ secundum personales proprietates, in fruitionem demergunt ac velut absorbent: nõ tamẽ vnquàm interire possunt, cùm sint naturæ sempiternę. Hoc autem totum fit per fruitiuã demissionem vel inclinatiõem in diuinę essentię interminatam modi carentiã) idcircò hic DEVS cum omnibus sibi vnitis, simplicis lucis trãsformationem sustinet, & hic satis anima experit aduenisse dilectum suum, dum plùs accipit in fruitiua vnitate, quàm vel desiderare queat. Et singulus quisque DEO vnitus, in hac trãsformatione incomprehẽsibilia percipit gaudia & ineffabilem fruitiõem, quãquàm nõ omnes ęquali beatitudinis gaudio perfruunt. Etenim pro cuiusque fame, amoris impatiẽtia, & virtutum sublimitate, etiam vnusquilibet excessus, illustris & nobilis est. Et licèt commune quoddam bonum præstetur omibus, sed vt quisq; esurit & præ amore impatiens est, ita etiã magis ac magis perfluit ac inundat: at tamen omibus superest semp, eo quòd inexhaustæ illæ, quas sentiũt, deliciæ, prorsus immensæ ac modi nesciæ sint. Ipse etiam DOMINUS IESVS, secundum creatam animam suam, totus est inundatus: plusq; illius animæ præstitum est, quàm ea vel desiderare queat, quando ipsa creata est, istud verò bonum immensum ac infinitum est. Diuina quidẽ charitas, cùm sit immensa quędam proprietas, modo immenso & desiderare & amare potest. Istæ autem deliciæ modi expertes sunt, & in ipsa DEI essentia consistunt: Personæ verò, quatenùs personæ sunt, cum modo diuino operantur: sed secundum essentiam absque modo perfruuntur. Et hic vtique etiam ipsę illo quod modi expers est, inundantur, id est, infinitam habent claritatem, plusq; percipiunt, quàm desiderare queant, putà secundum essentiam. Atque hinc fit vt quicunq; in hac fruitione sunt inundati, in essentiam modi expertem à seipsis diffluant in hac luce. Ista nanque lux interminata in hac fruitione modi expers est. Dum autem ita à seipsis in modi expertem essentiam defluxerunt, iam lucem hanc infinitam nusquàm, id est, incomprehensibiliter possident: & id ipsorum pręcipuum gaudium est. Et quia per fruitionem à seipsis diffluendo sese amiserunt, DEVMq; ceu quiddam modinescium, & vt delicias incomprehensibiles possident, ipsi vicissim à DEO in eadem modi experte essentia possidentur. In hac autem modinescia essentia omnis tam DEI quàm creaturarum actio deficit, cùm sit tam Deiq̃ sanctorum omnium fruitio, quę est DEI cunctorumq; amantium spirituum in eadem simplici essentia DEI fruitiua inhęsio. Itaque vt personarum vnitas secundum ipsarum personarum intuitũ siue introspectionem & fruitiuam inclinationem, continenter in essentia (vt

Quis oĩs essẽtia diuinæ essentiæ inhæreat.

Quæ lux qd quõ illustret.

Quis quò tantùm admittendus.

Qui dilectũ aduenisse ãia expiat.

Quõ animæ Christi plus datum sit, q̃ ipsa desiderãrit.

Vbinã omis actio deficiat, & qd hoc sit.

(vt dictum est) perfruitur, ita etiam eadem ipsa vnitas fœcunda est, & in ea Pater sine intermissione ęternam gignit sapientiam: ex genitore autem & genito sanctus procedit spiritus. Et hęc est operatio DEI. Sine cessatione enim operat, eo quòd mera actio est secundum naturę suę fœcunditatem: & nisi ageret, nec ipse, nec vlla vel in cęlis, vel terris creatura foret. Semper igitur & operatur, & perpetìm fruitur. Et in hac pręcelsa diuinę naturę vnitate secundum sui in essentiam suam inclinationem, DEVS fruitiuè sese possidet: in eademque vnitate fœcundus est, & in ipsa Pater sine intermissione suum generat filium, qui est sapientia æterna. Isthæc vnitas sacrosanctæ Trinitatis thronus est & paternæ potẽtiæ victoria: siquidem inter fruitionem & actionem excelsa diuinitatis natura sese possidet, continenter ac sine interruptione & fruens & agens. Porrò ex Patris generatione quotquot vel in gratia vel gloria similes sunt, attinguntur, singuli pro dignitate seu nobilitate sua, efficiuntq; omes & operãtur vitales seu viuos virtutum actus secundum sacrosanctæ Trinitatis similitudinem: atque etiam sine cessatione æternæ beatitudini fruitiuè inhærẽt. Et ipsi sunt, de quibus DOMINUS ait: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequentur. Seipsos em miserati sunt, tum quòd ipsi DEO in sectãdis virtutibus & perfecta vita deessent, seu minùs satisfacerent: tum quòd ipsis DEVS secũdum deliciarum suarum fruitionem defuturus esset. Hæc duo, vnà cũ diuina bonitate causa sunt, quòd DEI misericordiam vsq; in inexhaustam illam fruitiõem insecuti sunt, atq; à seipsis inibi in diuinitatis abyssum diffluxere, & celsissimæ Trinitatis throni & quies effecti sunt. Vndè etiam spiritus illi angelici, qui in hoc gradu DEI possidẽt regnum, throni appellãtur, quòd & ipsi possideãt DEVM, & vicissim possideãtur à DEO: ijdemq; inter actiõem & fruitiõem positi, vtriq; perfectè vacãt, & inter cælestes spiritus septimum obtinẽt chorum siue ordinem, qui est infimus tertiæ Hierarchiæ: cæteris autem omnibus sex ordinum inferiorum spiritibus & claritate & sublimitate præstãt. Et quicunq; ea quæ diximus, per DEI dona & virtutũ actiões siue in gratia, siue in gloria assecuti sunt, ij omes Throni sunt, vtpotè qui inhæsiõe fruitiua in Dei superessentia DEVM possidẽt, & ab illo vicissim tanquàm proprij eius throni & quies possidẽtur: siquidem in simplici illius essentiæ fruitione vnum sunt absque differentia perceptibili. Atque in hac simplici diuinæ essentiæ vnitate neque cognitio, neque appetitio, neque actio est, quandoquidem modinescia quædam abyssus est, quam captus actiuus nunquàm potest assequi vel apprahendere. Eoq; orabat CHRISTVS Patrem, vt & nos vnũ efficeremur, sicut ipse cum Patre vnum est, putà per amorem fruitiuum, & immersiõem siue absorptiõem in modi expertem caliginem, vbi & DEI & creaturarum omium actio amittitur ac absorbetur. Sanè quisquis hoc Cõsilij donum tam perfectè cõsecutus est, is iure potest cæli firmamento stellis decorato assimilari. Etenim & firmamenti & siderum errantium atque stellarum motu, creata omia in terris, aquis & aëre viuunt & crescunt: parsq; suprema firmamenti passiuè sese habet ad primi mobilis influẽtiam, & ad angeli ac diuinæ virtutis motum: sicq; perpetuò secundum infimam sui partem agit, patiturq; secundum supremam.

Quã pater mera sit actio, semp & agat, & fruatur.

Quæ vnitas, cuius thronus & victoria.

Mat. 5.

Thronorum noie q spũs cur vocent.

Quinã homines throni dicendi.

Ioan. 17.

Quis cęli firmamento cõferendus.

¶Vti hic doni Consilij gradus in suprema perfectione possideatur: & de quatuor illius impedimentis, ac eiusdem numeri exterminijs. Caput XXX.

CAeterùm vt hoc diuini cõsilij donum talis quispiam in summa perfectione possideat, necesse est vt excellentem sit adeptus DEI similitudinem, atque per amorem raptus sit, DEI superessentiali essentiæ inhærẽs. In hanc supersubstantialem essentiam qui sese inclinant atque procumbũt, nihil nisi fruitiõem expectabũt: ijdemq; simplicem lucem cum ingẽti lætitia in vnitatis virtute suscipiũt: atque ita sine vllo tædio nõ possunt nõ rapi & absorberi in ipsius lucis simplicitatẽ, vbi tum in remotissima illa sui amissiõe commorari, nec indè vnquàm reuerti cõstituunt. Et hic ipsa deliciosissima Trinitas cum cũctis hospitibus suis in eis vult quiescere. Ita nimirùm absq; vllo defectu in DEI supersubstantialem essentiam cõtendemus ac inhiabimus: semperq; rursus ad inferiora descẽdentes, animę regnum per virtutes ad DEI similitudinem componemus ac moderabimus. Sunt autem

Dono consilij possidendo necessaria quæ.

In qbus quã S. Trinitas quiescat.

Quatuor fruitionis huius impedimenta.

tem quatuor quędam ſpecialiter fruitionem prępediętia. In quibus paruum eſt deſiderium, non ſatìs firmiter DEI ſupereſſentiæ inhærent, vel in DEI ſupereſſentia ſuſpenſi ſunt: quo fit, vt nec DEI lucę irradientur, nec à modineſcia DEI eſſentia tangant̃, ſed in ſeipſis ſubſiſtant ac permaneant. Et quia ab hac luce deficiunt, non poſſunt eò inhiare atque cõtendere, vbi ſeſe penitùs amittant: Id verò dum non faciunt, neutiquàm beatitudinis ore deuorantur & abſorbentur. Denique ſunt alia quatuor, quæ virtutes premunt vel etiam eripiũt. Qui ſe foràs cõuertunt, & laudem ac honorem ſuum aucupant̃, ij ab vnitate longiſſimè abſunt. Itaq; ſimplicem æternæ ſapiętiæ lucem in miſera ac deſolata eſſentia ſua nõ experiunt̃. Necdum etiam reſurrexerunt, ſed in quodam iacent torpore ac ignauia, & in ſeipſis & creaturis quieſcunt. Quòd ſi omnem vellent pellere deſidiam, iam vtique poſſent eniti atque contẽdere ſurſum, DEIq; guſtare ac percipere contactum, & beatam poſſidere æternitatem.

Quatuor alia virtutũ exterminia.

¶De dono Intellectûs. Caput XXXI.

Quibus perfecta Dei ſimilitudo q obtinenda.

SExtum ſanctiſpiritûs donum animam prę clarè exornans, Intellectus eſt. Quando em̃ quiſpiam internum Patris percepit attactum, & ſecundum rationem illuminatus eſt à Filio, & amoris impatientia accenſus eſt à ſpirituſancto, iam quidem perfectam DEI adeptus eſt ſimilitudinem: at nihilo minùs continenter in virtutibus, maiorique ſimilitudine creſcere poteſt. Non enim tantùm mereri valet, quin DEVS multo ampliùs largiri queat: nec vſqueadeò intellectu poteſt eſſe clarus ac illuſtris, quin poſſit à DEO reddi illuſtrior: neque demùm tanto poteſt eſſe amore præditus, quin maiorem DEVS illi infundere queat. At tamen (vt diximus) per internum DEI contactum, & illuminatam rationem, & charitatis ardorem, perfectè DEO ſimilis eſt. Porrò cùm ſecundum animam creatus ſit ex nihilo, quod DEVS nuſquàm accepit, ipſum nihilum, quod nuſquàm eſt, inſequens homo, à ſeipſo intantùm diffluxit, vt ſeſe amiſerit, idque per immerſionem in ſimplicem DEI eſſentiam, tanquàm in proprium fundum ſuum, eſtq; mortuus in DEO. Mori autem in Domino, eſt eſſe beatum: Hoc verò modo ſinguli beati ſunt pro dignitate ſeu excellentia ſua, quæ perquàm diſſimilis eſt tam in gratia quàm gloria. Et hæc beatitudo eſt comprehendere DEVM, & comprehendi à DEO in fruitiua diuinarum perſonarum vnitate: atque per ipſam vnitatem in DEI ſupereſſentiam fluxiſſe. Iam quando vnitas hæc ſecundum introuerſionẽ & emanationẽ internã fruitiua, & ſecundũ extrouerſionẽ ſeu emanationẽ externã fœcũda eſt, idcircò ipſe fons vnitatis manat, dum Pater ſuũ gignit filiũ, veritatẽ æternã, quæ eſt Patris imago, in qua ſeipſum cognoſcit & oĩa. Eademq; imago vita & cauſa eſt creaturarum oĩm: ſiqdem in ea diuino quodam modo viuunt oĩa: Et p ipſam imaginẽ cuncta pfectè creata ſunt: p idẽq; exẽplar cũcta ſunt ordinata ſapiẽter: atq; p huius imaginis rationẽ oĩa ad ſuũ ſunt accõmodata & adiuncta finẽ, quantùm quidẽ ad Deũ ptinet. Vnicuilibet em̃ creaturæ rationali ſatìs præſtitum eſt, vt æternam poſſit adipiſci beatitudinẽ. Ipſa tñ creatura rõnalis quatenùs vt creatura pfluxit ex DEO, nõ eſt iſta Patris imago, quandoquidem vt creatura pmanat: atque eam ob rem cognitio & amor illius tum in gratiæ, tum gloriæ lumine menſuram habet. Neq; em̃ diuinã naturam quiſquã modo diuino actiuè poſſidet, niſi perſonæ diuinæ. Nulla nanq; creatura modo immenſo operari poteſt. Nam ſi eius actio foret immenſa, DEVS vtiq; & non creatura eſſet. Per imaginẽ aũt ſuam Deus creaturas rationales etiam ſecundum naturam ſibi fecit ſimiles: quæ verò ſe ad ipſum cõuerterunt, multo fecit ſibi ſimiliores ſupra naturam in gratiæ vel gloriæ lumine, ſingulas pro capacitate, ſtatu ac dignitate ſua. Quotquot autem intùs diuinũ ſentiunt attactũ, & rõnem habent illuminatam, ac amoris impatiẽtia præditi ſunt, & modineſcia eis diuinitatis eſſentia oſtenſa eſt, ij omnes in Dei ſupereſſentiam fruitiuè introuerſi ſunt. Et ipſe quidẽ DEVS ſuę inhęret eſſentię fruitiuè, & cõtemplat̃ eandẽ eſſentiam qua fruit̃. In fruitiõe lux diuina cõtinẽter in modineſcia ipſi' eſſentia occũbit: In intẽta aũt cõtẽplatione nõ deficit neq; ſuccũbit viſio: ſemp em̃ cõtẽplabimur id quo pfruemur. Qui aũt ſine intermiſſione in ipſo lumine deficiũt, illi ſunt, q in vaſtiſſima diuinitatis ſolitudine fruitiuè qeſcunt, vbi Deus fruitiuè ſeſe poſſidet: Illic, inquam, deficit lux in qete & modineſcia eſſentia DEI. Et in hac pcelſa eſſentia DEVS ſuuſmet thronus eſt. Et quotquot hunc gradum in gratia & gloria occupant, Throni & Tabernacula DEI ſunt, mor-

Quũ nihilũ tuum inſequẽs, piè teipſum amittas.

Beatitudinis diuerſitas quanta.

Eſſe cuique ad beatitudinẽ obtinendam, ſatìs datum.

Quæ lux vbi vel occumbat, vel non occumbat.

Qui quõ throni ſint Dei.

mortuiq; ſunt in Deo, & æterna requie perfruunt̃. Ex hac morte ſupereſſentialis proficiſcit̃ vita, quę eſt vita contẽplatiua: atq; hìc donum Intellectûs incipit. Itaq; cùm Deus inceſſabiliter eandem, qua fruitur, contemplet̃ eſſentiam, ſicut Amoris impatientiam confert, dum ſuũ facit ſimiles: ita quietem & fruitionem præſtat eis, quos ſibi coniungit̃ & vnit. In ipſam autem eſſentiam immerſi & abſorpti, nec dare nec accipere nouerunt. Et ſicut idemipſe Deus rationem tribuit illuminatam, dum ſuũ confert ſimiltudinem: ita immenſam præbet claritatem, vbi ad ſuũ vnionem admittit. Et hæc immenſa claritas, imago Patris eſt, ad quam imaginẽ nos creati ſumus, poſſumusq; excellentiꝰ ac ſublimiùs illi vniri, q̃ vel ipſi Throni, ſi tamen ſupra defectum, de quo iam diximus, glorioſam Patris faciem, id eſt, celſiſſimam diuinitatis naturam contemplemur. Claritas autẽ iſta immenſa ac interminata, cunctis fruentibus mentibus communi in gratia & gloria prębet̃: & ipſa quidem inſtar lucis ſeu claritatis ſolaris omnibus ſeſe communicat, ſiue communiter manat: non tñ, qui eã ſuſcipiunt, ęquè omnes illuſtrant̃. Sed ſicut Solis radij ſplendidiùs vitrum q̃ ſaxa, & cryſtallum q̃ vitrũ penetrant: & vt ſingulę gemmę ad Solis ſplendorem ſuam virtutem, præſtãtiam, nobilitatem & colorem reddunt manifeſtum: ita ab hac DEI claritate vnuſquiſq; pro ſuę capacitatis dignitate vel excellentia tum in gratia, tum gloria illuſtrat̃. At tamen q in gratia omniũ maximus & prę cipuus eſt, minùs illuſtratus eſt, quàm minimus in lumine glorię: tametſi lumen glorię nullum ſit medium inter animã & hãc immenſam claritatem. Sed ſtatus noſter atq; conditio, itemq; tẽpus & mutabilitas, nobis ſunt impediměto. Et idcircò nos quidẽ meremur, ſed qui in gloria ſunt, minimè. Prętereà ſublimis iſthæc claritudo, ſimplex DEI Patris cõtemplatio eſt, necnõ eorum omnium, qui fruitiuè contemplant̃, & mẽtis aciem intendũt in vna & cum vna eademq; incomprehẽſibili luce, ſinguli qdem, prout illuſtrati ſunt. Siqdem lux iſta inexhauſta ac infinita, ſine intermiſſiõe in cũctis lucet mẽtibus. Sed q etiamnum hãc tẽporiã viuit vitã, ſępè imaginibus adſpergit̃, atq; ita nõ ſemp actualiter per hãc lucẽ DEI ſupeſſentialẽ ſubſtãtiam intentè contemplat̃. Secũdum habitum tñ id obtinet, quiſqs hoc intellectûs donũ aſſecutus eſt, & qñ vult, eiuſcemodi cõtemplationi vacare poteſt, quatenùs in hac vita poſſibile eſt. Atqui cùm lux iſta, per quã contemplamur, immẽſa ſit, idq; quod contemplamur, interminatũ & infinita quædã abyſſus ſit, eamobrẽ nõ poſſunt à ſe inuicẽ vnq̃ apprehẽdi: ſed intẽta contemplatio ſemper in modineſcia diuinitatis eſſentia, in fruitiua celſiſſimæ maieſtatis facie verſat̃, vbi ipſe Pater per Sapiẽtiam, inexhauſtã ac infinitã eſſentiã ſuam hac rõne contemplat̃. Quotquot aũt iſta permanauit ac illuſtrauit Sapiẽtia, Cherubim vocant̃, eo quòd ad eius nominis ſpirituum angelicorum ordinẽ pertineãt, atq; in oẽm ęternitatem huic rei vacẽt, ſinguli tamẽ pro ſua excellẽtia ac dignitate. Non em̃ omnes æquè ſunt illuſtrati. Nunquàm tamẽ quãtùm ad ſimilitudinẽ attinet, neq; à virtutibus deficiũt, neq; vlli deſunt creaturæ: itemq; ſupra hãc ſimilitudinem ſine ceſſatione in ſimplicem diuinitatis eſſentiam mẽtis aciem intendũt. Et ipſe DEVS omnipotens, qui cõtemplationis huius author & dñs eſt, ſine vlla intermiſſiõe & cõtemplat̃ & agit. Chriſtus etiam ſecũdum humanitatem & creatã animã ſuam, omniũ qui vnquã fuerint, altiſſimus & fuit, & eſt cõtemplator: quippe qui cum æterna Sapiẽtia vnum erat, immò ipſa erat & eſt Sapiẽtia, per quam iſta fit contemplatio. At nihilominùs idem ipſe cunctis ſemper mortalibus externis charitatis impendendis officijs & actibus ſatisfecit: & ſine interruptione Patris vultũ contemplabat̃. Et hæc iſtius doni præſtãtia ac dignitas eſt, nempe agere & cõtemplari, & ab omni impediměto ſemper manere liberum, quãtùm qdem fieri poteſt. Et qui eiuſmodi ſunt, ad eos illa Chriſti pertinent verba, qbus ait: Beati mundo corde, qm̃ ipſi Deũ videbũt. Cùm em̃ nullis terrenarũ rerum ſimulacris vel imaginibus adſperſi ſint, & corporea negligant ac floccipendant oblectamenta, Deiq; eam quę ſecũdum virtutes & iuſtitiã eſt, ſint ſimilitudinem adepti, atq; modineſciam Dei eſſentiam nudè cõtemplent̃, meritò beati prædicant̃, quãdoquidem hęc diuina ſeu deiformis cõtemplatio eſt. Satìs etiam appoſitè medio cęlo, quod cryſtallinum dicit̃, poſſint comparari: ſiquidem vt cryſtallinum hoc cælum à ſummo cælo, ita ipſi ab æterna Patris veritate perluſtrant̃ ac tranſradiant̃. Iſta nimirùm, vt diximus, vita eſt contemplatiua ſupereſſentialis, vbi Intellectus introuerſus, dono Intellectûs exornatus eſt, & ipſo DEO, ipſaq; ęterna ſapientia.

Qua claritãte oẽs æquè donent̃, non tñ æquè illuminentur.

Cherubim qui cur vocentur.

Quãtus cõtemplator Chriſtus.

Mat. 5.

Cryſtallino cęlo qui cur ſimiles.

¶Cuiusmodi esse oporteat eum, qui dono intellectûs præditus esse debeat: & de quatuor ipsum præpedientibus, ac totidem ipsum excludentibus. Cap. XXXII.

Quot obtinẽdo intellect⁹ dono necessaria.

HOC autem donum vt possit ab homine possideri, & ipse vicissim ab illo, istis quatuor vtì præditus sit oportet. Qui illustrari appetit, in DEI superessentialem substantiam excedere & rapi debebit. Illic enim in ipsius fundi simplicitate lucem Dei immensam experietur, sicq; totus lumine veritatis penetrabit, inundabitur, ac reparabit. Etenim lux ista generatìm in mundos omnes atque illuminatos, pro singulorum dignitate, suos effundit radios: eaq; freti, absque intermissione in fruitiuum Dei vultũ mentis aciem intendere, eamque contemplari valent. Semper enim id quo fruunt, seipsis longissimè amissis, fidelissimè contemplabuntur. Cùm enim dilectus procul abscesserit, hocipsum in sublimem beatitudinem mentis oculos perpetìm intendere facit. Interìm tamen dilectus à dilecto in diuinæ solitudinis vnitate appræhẽdit & possidet. Atq; ita semper manebimus, vitaque nostra continenter celsissimæ inhiabit abysso. Sunt alia quatuor, quæ si benè perpendant, donum intellectûs impedire comperient. Qui oculis semper clausis meditantur, vt superessentiali Dei possint perfrui substantia, ij illustrari non valent, eo quòd in diuinæ lucis simplicitatem non intendant. Idq; impedimento eis est, vt cum Cherubim dilectũ tam excellenter cognoscere nequeãt. Scrutari quidem volunt diuinæ vultum maiestatis, sed ob hoc ipsum deficiunt. Denique adhuc alia quatuor commemorari possunt, quę donum intellectûs excludant. Qui rerum terrenarum gustum & oblectamenta aucupatur, in præcelsam Dei fruitionẽ pertingere non potest. Sed nec illuminationis diuinæ capax est, cùm rerum labentium imaginibus premat ac onustus sit. Et vix vnquàm resurgere poterit, eo quòd cibi ac potûs oblectamenta captans, vitam agit gulę deditam & addictã. Ista, vt dixi, hominem euertunt, & æterna spoliant beatitudine.

Quatuor intellectûs donum impedientia.

Quatuor alia excludẽtia.

¶De dono Sapientiæ. Caput XXXIII.

SEPTIMVM Sanctispiritûs donum sapida Sapientia est, quę in supremo introuersæ mentis apice attingit, penetratq; intellectum & voluntatem, prout sese in ipsum mentis verticem intrò receperunt. Ista sapientia siue sapor immensus ac inexhaustus est, atq; ab intimis foràs promanat, ipsum corpus & animam ita vt singulę vires capaces sunt, penetrans vsque in sensum extimum, id est, sentire, vel tactum corporeum. Alij sensus, putà visus & auditus, suum foris gaudium capiunt ex mira atque stupenda rerum creatione, quas mundi opifex DEVS ad suum honorem, & hominum vsus necessarios condidit. Sapor autem iste incompræhensibilis supra mẽtem quidem in animæ amplitudine siue vastitate immensus est, & hic est ipse Spiritussanctus, incompræhensibilis Dei amor. Infra mentẽ verò finitus ac mensus est. Sed quia vires suspensæ sunt & inhærent, idcircò omnes redundãt ac superfluunt. Porrò cùm Pater æternus mẽtem introuersam vnitatis fruitione exornârit, præstiteritq; illi vt & compræhendat, & compræhendat in suijpsius amissione, sitq; Thronus & quies Dei: Filius etiam, ipsa æterna veritas intellectum introuersum suaipsius decorârit claritudine, vt illius quo fruit, vultum contemplet, ipse iam Spiritussanctus voluntatem itidèm introuersam, viriumque suspensam & inhærentem vnitatem adornare constituit, quo gustet, cognoscat, & experiat Anima, quàm bonus sit Deus. Et hic gustus tam ingens ac immensus est, vt Animæ illum percipienti, cælum, terra & quæcunq; in eis sunt, præ illius magnitudine colliquescere, & in nihilum redigi posse videant. Huius autẽ gustûs deliciæ superiùs ac inferiùs, foris & extrà percipiunt, totumq; animæ regnũ complexę sunt ac penetrârunt. Itaq; intellectus eam contemplat simplicitatem, vndè omnes istæ deliciæ promanãt. Atq; hinc rationis illuminatæ orit consideratio: tametsi satìs ea compertũ habet, nõ posse se delicias hasce incompręhẽsibiles compręhẽdere vel cognoscere, qñquidem creato considerat lumine: gaudiũ autẽ istud immensum est: sicq; fit, vt ipsa ratio in sua consideratione deficiat. Intellectus aũt immẽsa hac claritate trãsformatus, sine intermissione incõpręhẽsibilia hęc beatitudinis gaudia contemplat, in eaq; suos defigit & intendit obtutus.

Sapia q̃ qui animã penetret.

Gustus quis quãtus, deliciæq; eius quantę.

¶Vt

¶Vt ratio illuminata Deum in intellectualibus imaginibus & diuinis effectibus contempletur. Caput XXXIIII.

ATQVÌ ratio iuxta modum creaturæ in creato lumine multùm attentè speculat, vt in rationabilibus siue intellectualib⁹ imaginibus, & ex infinita diuinitate emergẽtibus effectionibus siue actibus sese recreet, exhilaretque. Animaduertit igit, dilectum suum tantæ esse magnitudinis, vt secundum modum suum nec à se, id est, à ratione, nec ab vlla creatura vnquàm compræhendi queat. Tam etiam excelsum, vt nunquàm creaturæ modo quisquam eum appræhendat vel assequat. Tam simplicem, vt omnis multitudo siue multiplicitas in ipso initium finemque capiat. Animaduertit prætereà esse eum pulchritudinem, quę cælum terramq; adornat: opulentiã, ex qua creaturę omnes pfluxere, & in qua essentialiter permanẽt: Decus siue honestatẽ cæli, terræ, & creaturarũ omnium. Vitam, in qua viuunt omnia, quę vnquàm facta sunt aut fient. Victoriam, qua cuncta superant. Coronam, amantium omnium. Sanitatem, quam adeptus, deinceps perpetua salute & incolumitate gaudebit. Pacem, in qua cuncti amantes acquiescunt. Securitatem, quam quisquis adeptus est, ei nihil vnquàm deesse potest. Beatitudinem, quę fruitionem præstat. Solatium, quo mœrore affecti exhilarant. Suauitatem, omnes suã appetentes penetrantem. Gaudium, in quo amantes gloriant. Lætitiæ fontem ac originem, in quo fruentes colliquescunt. Iubilum, id est, gaudium quod verbis non potest explicari, in quo sensus viresque deficiunt. Præmium, cui omnes inhiamus. Voluptatem, quę hominem nusquàm durare sinit. Ardorem siue Feruorem, qui amãtes omnes incẽdere vult & concremare. Potẽtiam, quę potest compescere ac domare omnia. Diuinitatem, quę potest implere omnia. Aeternitatem, per quam facta sunt tempora. Bonitatem, quę cuncta dare parata est. Pietatem siue liberalitatem, quæ cælum, terram, cunctaque penetrat atque permanat. Charitatem immensam, quę omnes virtutum studiosos sibi vnire appetit. Prestãtiam siue Nobilitatem, quę cuncta decenter ac pręclarè ordinauit. Puritatem, cui nihil falsum, nihil iniustum vniri potest. Fœcunditatem, per quã mouet firmamentum, atq; ita res omnes corporeæ naturaliter viuunt & crescunt: per quam itidèm cunctis DEVM amãtibus supernaturaliter dona omnia diuina, & res spiritales conferunt: & in beatitudinis gloria, vita æterna & fruitio præstat. Virtutem ac potestatem, cui nihil est impossibile. Sapientiam, quę cuncta ornare, moderari, regere, ordinare nouit. Stabilitatem, quę peccatores vt resipiscant, & iustos, vt coronent, expectat. Fidelitatem, quę neminem vnquàm deserit. Veritatem, cui perspecta sunt corda omnium. Sanctitatem, quę à terrenis rebus hominem expedit & absoluit. Calorem, in cunctis hominem virtutibus inflammantem. Lumen, quod virtutes omnes reddit manifestas. Satietatem, quæ in eis quidem qui per virtutes ipsi similes sunt, perpetuam efficit esuriem: Eis autem qui ipsi vniti sunt, plùs multo quàm appeti possit, largit. Fortitudinem, quæ hominem supra cuncta nouit attollere ac euehere. Iustitiam, quæ secundum actus alios damnabit, alijs vitæ æternæ præmium conferet. Puritatem, quæ in extremo Iudicij die impuros omnes aspernabit, & puros ac mundos omnes felicissima sibi vnione copulabit. Hæc, inquam, omnia ratio illuminata in infinita diuinitate considerat: quæ quidem rõnales seu intellectuales sunt imagines, ex simplici diuinitatis essentia creaturę modo petitę & extractę. Et quatenùs ratio eas comphendit, eatenùs creatę sunt, & à diuina natura q̃dam abstractę similitudines. Sed qa cũctæ, secũdum quod intrò respiciũt, in abyssali seu interminata essentia incipiũt, definũtq; in eandẽ, hîc iã ratio & cõsideratio deficiũt: siqdem hic simplex Dei natura sunt. Hũc igit in modũ ratio illuminata in cũctis iam enumeratis excellẽtijs suũ solet cõsiderare dilectũ, atq; indè omis huius opulẽtię capit admiratiõe, simul animaduertẽs ea, quę cõmemorauim⁹, omia possidere eũ supra oẽm suũ, id est, rõnis captũ. Quæ res tm in anima desideriũ ac impatientiã excitat, vt in lucis simplicitatẽ intendere ac contemplari cogat, quo impatiens desiderium fruitionis auidum refocillet ac consoletur.

Dilectus quantus, & quam excelsus, pulcher &c.

Epithecorũ dilecti cõtẽplandorum catalogus.

Mat. 16.

Mat. 25.

Rõ q̃ q dilectũ contempletur.

¶De Spiritusanctoquędam notatu digna. Cap. XXXV.

ET

Quo igne quod regnũ q; inflãmet.

ET in hac mẽtis intentione absq; discretiõe contẽplat: cũctaq; diuinitatis flumina in supremam regni animæ portionem promanant: vndè totum animæ regnum inflammatur, & magno flagrat igni, qui est Spiritussanctus, in diuinæ vnitatis fornace ardens: in qua quidem præcelsa vnitate per spiritus omnes Amor incomprẽhensibilis permánat, eosq; perlustrat. Ista nimirùm fruitiua vnitas, thesaurus est in Animæ agro absconditus, quem qui fodiendo reperit, repertumq; degustat, seipsum & omnia, quantùm ad delectationem attinet, vendit & abnegat, quo hunc agrum, id est, delicias hasce possideat. Et Spiritussanctus DEI ac Animæ thesaurus est: quandoquidem is Amoris nexus & complexus ac penetratio est, cunctos introuersos spiritus in fruitiua vnitate penetrãs ac circumplectens. Idemq; ipse charitas est, quæ amantes præ Amoris æstu deficere atque consumi facit. Ipse etiam est digitus Dei, qui cælum, Terramq; & creaturas omnes secundum naturã condidit: eas autem quæ se ad ipusm conuerterunt supra naturam, singulas pro dignitate muneratus est, atque in seipso eosdem omnes, quos suis affecit donis, coniunxit ac vniuit. Ipse præterea vastissimum pelagus est, ex quo bona cũcta promanârunt, & tamen bona innumera ac immensa in ipso permanserunt. Ipse est ardens & lucidus Sol diuinus, qui septem præcipuis ijsdemq; supernaturalibus radijs, id est, septem sublimibus donis suis regnum Animę decorauit. Ipse itidèm est ignis immensus, quo cuncti introuersi spiritus in gratia & gloria transformant̃ ac perlustrant̃, instar auri in diuinæ vnitatis fornace liquefacti, perfruentes singuli atque gustantes DEVM pro statu & dignitate sua, licèt ignis iste diuinus ardeat indiscriminatim: sed quia diuersa metalla, putà cuprum, plumbum, ferrum, stannum, argentum & aurum in hoc igni incomprẽhensibili simul in vnum conflata sunt, & singula metalla, id est, singuli spũs intelligunt, sentiunt, patiuntur q; essentialis charitatis Dei transformationem pro suaipsorum excellentia, nobilitate ac dignitate, tametsi charitas ipsa in commune prománet, indè videlicet fruitionis discrimen seu differẽtia orit̃. Porrò Amor iste inexhaustus ac infinitus secundum fruitionem essentialis est, non actiuus. Etenim per essentialis huius charitatis redundationem, Pater & Filius & cuncti inhęrentes spũs, supra actionem in fruitionẽ diffluxerunt ac inundati sunt: atq; per eiusdem charitatis ex Patre & Filio emanationẽ, cunctę virtutes in creaturis omnibus agunt̃ & perficiunt̃. Ita ergo diuina charitas actuosa est secundum emanationem, impellens ac incitãs hominem ad colendas virtutes omnes: Quatenùs autem introrsùs manat, essentialis est, omnes sibi vnitos gustu quodam incomprahẽsibili inundans. Ipsa ergo est abyssus immensa, cui omnes præclaræ mẽtes per fruitionem inhærent, & in quã per suũ amissionẽ demersæ sunt. Ipsa est Sol splendidus, qui in supremo Animæ vertice radians & flagrans, Intellectum sursùm trahit in contemplationem & illustrationem, facitq; eum absq; defectu in æternitatem intendere. Ipsa est fons viuus & inexhaustus, quæ ab intimis foràs manat cum septem principalibus riuis, quæ sunt septem dona, Animæ regnum cunctis virtutibus fœcundantia. Hanc autem viuam scaturientemq; venam præcellentes spũs in vitalem vsque fundum insecuti, vbi fons iste suam trahit originem, inibi̇ diffluunt ac inundant̃ à claritate in claritatem, & à delicijs in delicias. Isthic enim mellifluæ ineffabilium gaudiorum stillæ rorant, quæ in diuinæ beatitudinis delicijs colliquescere ac manare eos faciunt. Et ij sunt Seraphim, celsissimi ac supremi perennis regni spũs, in fruitiuæ diuinæ vnitatis conspectu ardentes ac liquescentes. Et quicunque hoc diuinæ sapientiæ donum hac ratione obtinent, Seraphicis spiritibus istis similes sunt, singuli pro suũ illustratione & claritate. Est nãq; & in Seraphicis spiritibus claritatis, amoris, fruitionis differentia: adeoq; omnes spũs & in gratia & gloria, cognitione, amore & gustu differunt siue discreti sunt. Sed qui minimum obtinet in gloriæ lumine gradum, maiora cognoscit, amat & gustat, ac experit̃ gaudia, quàm q; in gratia excellẽtissimus est. Et licèt indiscriminatim ac æqualiter delicias hasce Deus communicet ac impertiat̃, sed qui eas percipiunt, dispares sunt. Interìm nihilominùs, quatenùs vnitate perfruunt̃, omnes superabundant. Vbi verò seipsos in diuinę solitudinis caligine amiserunt, illic nihil manet reliquum, nec quicquàm superest: quãdoquidem ibì nec dare est, nec accipere, sed simplex duntaxat essentia, in quam Deus, Deoq; similes & vniti, immersi sunt, seq; amiserunt: nec vnq̃ in hac modinescia essentia sese possunt reperire, cũ sit ibidẽ pura quędã ac simplicissima simplicitas, eaq; est

Mat 13.

Spũssancti epitheta.

Metalla.

charitas dei secundũ qd qualis.

Seraphim quales.

Seraphicis spiritibus similes qui.

Quaũ caligine sese amittẽtibꝰ quid quõ obtingat.

est regni Dei præcipua ac summa beatitudo, At tamen qui in terris sunt horum Seraphicorum spirituum similes, ad Actus charitatis & virtutes omnes exequendas sese submittere ac descendere cogunt̃. Quanto enim excelsiores præclarioresq; sunt, tanto & communiores sunt oĩbus, opis ipsorũ vel corporaliter vel spiritaliter indigis. Et DEVS ipse seipso qdem supra sanctos omnes modo immenso perfruit̃: siquidem eius introuersio fundi expers est, & essentia eius modum non recipit. Nisi enim essentia eius modi expers foret, non esset ibì perfecta fruitio: sed in ipsa eadem modi nescia essentia actio personarum cessat. Itaque fruit̃ DEVS supra cunctos creatos spũs, qui excellentiam & dona, certa mensura definita, diuinitùs sunt adepti: at nihilominùs idemipse perpetuò cum donis omnibus tam spiritalibus, quàm corporalibus in cælo Terraque actiuè prománat. CHRISTVS etiam secundum creatam Animam suam & fuit & est omnium qui vnquàm fuerint, summus ac præcipuus contemplator & amator, & præ omnibus maximè fruitur. Secundum diuinitatem autem suam illud est, quo fruimur. Neque tamen vlli vnquàm defuit, sed nec deerit vnquàm: quandoquidem communem se præbet omnibus ipsum appetentibus. Qui verò ipsum non appetunt, eorum vtiq; dolet vicem: & pro omnibus precat̃ Patrem, eidemque seipsum & omnem Passionem suam offert. Sic itidèm quotquot in cælestibus Thronis excellentissimi sunt sancti, ijdem cùm essent in Terris, communes fuere omnibus, & sunt etiamnum in regno illo superno, orantq; & postulant pro nobis. Supremi quoque Seraphim, & quicunque tam in Terris quàm cælis ad illorum pertinent ordinem, hominũ salutem multo impensiùs precant̃ & optant, quàm vlli ordinum cæterorum: quippe qui & clariùs cognoscunt, & amant vehementiùs: ideoque & communiores sunt, Deiq; honorem & salutem hominum ardentiùs sitiunt & concupiscunt. Et qui eorum similes sunt, ad eos illa Christi pertinent verba, qbus ait: Beati pacifici, qm̃ filij Dei vocabuntur. Isti nanque præcelsi spũs pacẽ fecerunt cũ Deo, cũ cũctis viribus suis, & cũ creaturis oĩbus, cunctaq; decorârũt ac ordinârũt, singula in dignitate seu nobilitate sua: Deiq; regnũ in vera possidẽt pace, in vnitatis seu simplicitatis diuinæ abyssum absorpti. Et hęc est suprema regni illius æternæque beatitudinis excellentia. Atq; hac ratione regnum istud non incongruè supremo cælo assimilatur, quod est pura quædam ac simplex claritas, immota origo & principium cunctarum rerum corporalium, creatumq; & corporeum Dei sanctorumq; omnium regnum. Istæ igitur rectę sunt viæ, per quas Dominus iustum deduxit supra vias omnes in perpetuum quoddam silentium & tranquillitatem. Et ita iam demùm quarta nobis quinque principalium particula absoluta est.

chrs secũdũ qd, quãtꝰ cõtemplator.

Sãctos in cęlo etiãnũ ꝓ nobis orare.

Precatores efficacissimi in cælo q.

Mat. 5.

Regnũ quod cur supremo cælo cõparandum.

¶Vt Sapientię donum excellenter possideatur, & quæ illud impediant, queque prorsus eliminent. Caput XXXVI.

PORRÒ quisquis præcipuum ac supremum hoc sapientiæ donum excellenter possidere cupit, eum immensus Amor intùs vt penetrârit, & gustus siue sapor antè dictus vt inundârit, atque etiam perspicuè ac dilucidè emanantẽ ex diuini fundi simplicitate operationem vt consideret oportet. Indè verò nascitur admiratio multigenũm donorum & incomprahensiblium diuitiarum Dei. Admiratio autem desiderare facit, ac auidè inhiare præcelsæ fruitioni. Tum verò intentè contemplationi insistere, & affectum siue desiderium supra actionem omnem recreare ac refrigerare oportet. Et ipse qdem immẽsus Amor in vnitatis fornace in cũctis ardet flagratq; sensibus: idq; hoĩem in fruitionis delicijs penitùs liquescere, defluere ac immergi facit. Sicq; pfusus homo, in modinescia diuinitatis abyssо fluitando sese amittit in diuinæ solitudinis caligine. Hic iam neque datur nec accipitur, nec Amoris vacatur exercitationi, sed pura quædam ac simplex vnitas est. Sunt aũt quatuor quædam, quæ Sapientię gustũ præpediũt. Contemplari absq; considerатione emanãtium ex vnitate actionum, gustum hunc impedit. Qui admiratione non sunt suspensi, ij desiderio ex Amoris impatientia nascente minùs feruent: & Amor immensus in suprema portione regni Animæ ipsorum minùs intùs ardet. Et quia in nuditatem aciem mentis intendunt, nec præ Amoris æstu rapiuntur & absorbentur, id vtique summæ obti-

Quæ sapiæ possidendæ oportuna.

Qui & vbi se quis piè amittat.

Quatuor impedimenta.

Quatuor alia.

nendæ puritati officit, præstatq; impedimentum. Sunt alia quatuor, quæ ipsa salute ac beatitudine hominem priuant: Homines instabiles ac cæci, huc illucq; pro Peregrinis & extraneis captandis oblectamentis cursitant atque vagant. Vilia quædam & misera cognoscunt atq; attendunt lucra, & in rebus infimis acquiescunt. Amor peruersus & improbus miseros dementat sensus, eorumq; rationem excęcat. Peregrinum quærunt & aucupant gustum siue saporem, ideoq; eò pertingere non valent, vbi sempiternę manant deliciæ. Deniq; quod ab ęternę lucis susceptione tantoperè impedit, vita immunda est & impudica.

¶De quintuplici regno Dei, & primò de regno sensibili, & quę in extremo iudicio futura sint. Cap. XXXVII.

Quotuplici rõne Dei regnũ ostendatur.

QVINTVM denique idemque postremum eorum, de quibus hoc libello agimus, ipsum est, quod Sapiens ait: Et ostendit illi regnum Dei. Vbi enim quispiam cuncta antè commemorata & explicata Dei dona, sublimiter & excellenter obtinuit possidetq;, iam illi regnum Dei quintuplici Ratione ostendit. Siquidem ostenditur illi externum sensibile regnum, itemq; Regnum naturale, & Regnum scripturæ, & Regnum gratiæ supra naturam & scripturam, & diuinũ deniq; Regnũ supra gratiam & gloriam. Hæc autem omnia perspicuè ac dilucidè cognita compertaq; habere, vita communis appellatur. Et de externo quidem sensibili regno, id est, quatuor elementis & tribus cælis superioribus, vt ea DEVS exornârit à principio, explanatũ est. Vt verò post vltimã resurrectionem tum ea, tum humana corpora diuinitùs ornanda sint, iam explicabimus. In extremo die Ignis per ea omnia quę in terris sunt, peruagabit ac penetrabit, eaque excedet & exuret penitùs. Et hic ignis quadruplex erit, Putà Tartareus, Purgatorius, Elementaris, ac Materialis. Et Tartareus quidem damnatorum cremabit animas, Purgatorius bonos homines à peccatis quotidianis & ab omni debito expurgabit. Elementaris ipsa elementa repurgabit, renouabit, reddetq; subtilia. Materialis demùm quicquid est in terris, exuret, & ipsa hominum corpora rediget in puluerem. Deindè continuò Christus totius mundi iudex apparebit, & defunctos omnes resurgere, suoq; tribunali cum anima & corpore adstare iubebit: moxq; virtute omnipotentis DEI in ipso iudicij die anima & corpus denuò iungent. Boni omnes cum ingenti apparebunt claritudine, & damnati nimia cum deformitate. Iudicium autem in valle Iosaphat agetur, eo quòd locus ille quasi in medio terræ situs, & ob CHRISTVM non longè ab ipso passum & mortuum, omnibus notus sit. CHRISTVS cum sanctis omnibus in aere erit. Impij peccatorum pondere graues in terra consistent. Sententia in damnatos ferenda, talis erit: Ite maledicti in ignem æternum: quo nihil possit audiri terribilius. Bonis verò dicet Dominus: VENITE, quæ est vox amabilis: BENEDICTI, quæ est vox amabilior: POSSIDETE REGNVM, quod nemo non libẽter audit: PATRIS MEI, quod adhuc dulciùs sapit: PARATVM VOBIS A MVNDI CONSTITVTIONE, quod æternam efficit laudationem & gratiarum actionem, eo quòd electi sint antè quàm creati. Simul autem vt iudicium peractum fuerit, & damnati in Tartara demersi, cælum & elementa renouabunt. Ignis enim, quem diximus, tam ingens erit, quòd omnia quę in terris repererit, in cineres ac puluerẽ rediget. Per ignem autem DEVS omnipotens elementa purgabit, claritateq; ac subtilitate renouata donabit, reddetq; elegãtioris formę quàm antè fuerint. Cùm enim eadem ipsa elementa hominũ sceleribus & peccatis contaminata sint, igni ea repurgari necesse est. Quando verò bonis hominibus seruierũt, claritatem & subtilitatem ceu ꝓmij loco vt cõsequant oportet: idq; partìm etiam eam ob causam, vt mũdus iste gloriosorum corporum quandam obtineat similitudinem: & vt homines beati secundum sensus externos cæli terræq; pulchritudinem contemplẽtur. Suprema autem naturæ portio, putà cælum & Planetæ, eo q̃ procul à terra distãt, pura sunt & impermixta, ideoq; purgatione non indigent, sed fient immobilia, maioremq; assequent claritudinem. Et hęc illorũ transitio & innouatio est. Sol Orientem, & Luna Occidentem, vbi conditi fuere, occupabunt. Cælum quidem & Planetæ in vsus hominum creata sunt duplici ratione. Primò, quòd tum homines, tum creaturæ omnes corporeæ cæli motu & influentia generentur, viuant & crescant. Sed quia nulla tunc erit mortalis creatura, cæli motus conquiescet.

Ignis quotuplex, & q̃ qs exusturus.

Mat. 25.

Ibidem.

Post iudiciũ elemẽta q̃lia futura.

Motus cæli cur aliq̃ cessaturus.

Secun-

Secundò, ob pulchritudinem & claritatem suam, quæ tunc multò erunt auctiores. Terra autem tanquàm crystallus perspicua, & vt palmus plana erit. Aqua, quàm nunc sit, purior, magisq; perspicua erit, manebitq; ei nedum substantia, sed etiam species sua. Aer plùs habebit luminis: siquidem Sol & Luna & stellæ septuplo, quàm nunc sint, lucidiores erunt, nec vllæ erunt deinceps nubes, neque grãdines, nec pluuiæ, nec venti, neque fulgura, neque tonitrua: nox itidèm esse desinet, succedente perpetua die & luce siue claritate tam in terris, quàm cælis. Quicquid autem vel in terra opacum & obscurum, vel in vndis frigidum est, aut in igni vim habet vrendi, id omne descendet in Tartara. Porrò Aquarum & Aeris perspicuitas, & ignis splendor, singula in suis sphæris, etiam maiori aucta claritate siue luce manebunt. Ita ergo cælum & Terra transibunt quidem, sed non penitùs interibunt, quin potiùs multo excellentiùs renouabunt. Et hoc est externum sensibile regnum Dei & omnium sanctorum eius: ipsumq; gloriosa beatorũ corpora cum perenni lętitia possidebunt.

Terra quãdo futura.

Illapsura in inferno quæ.

¶De quatuor dotibus corporum gloriosorum. Caput XXXVIII.

PORRÒ Animæ à mortalibus corporibus, quæ eis multa præstiterunt impedimenta & onera, separatę, perfectius habent esse, quàm eisdem coniunctę. Vbi verò animæ gloriosa possidebunt corpora sua, iam nec impedimẽto, nec oneri aut tormento, sed sempiterno potiùs gaudio eis erunt. Vt autem corpus Animæ gaudium præstet, non autem impedimento ei sit in Actibus beatitudinis, siue in operibus gloriæ, quatuor dotibus præditum vt sit oportet. Prima dos Claritas est. Erit enim in corporibus beatis Aquę elementum glorificatum, eoq; perspicua & clara erunt: Simul etiam à suo possidebunt spiritu, lucido & glorioso. Et quia corpus gloriosum perspicuũ siue transparens erit, Animæ gloria per ipsum sese diffundet, sicque Sole septuplo lucidius erit. Non tamen pari cuncta beatorum corpora claritate fulgebunt. Quanto enim cuiusque Anima nobilior, illustrior & clarior erit, tanto etiam corpus maiori splendebit lumine. Et vt stella ab stella differt in claritate, ita & corporum gloriosorum in vita æterna pro meritis singulorum magna erit differentia. Infantium quidem seu puerorum corpora eorũ qui moriuntur priùs quàm rõnis compotes sint, Lunæ splendori possunt comparari. Non enim aliquod habent in se propriorum lumen meritorũ, sed à Sole glorioso, id est, à morte Christi & meritis eius suum mutuant & accipiunt splendorem. Altera dos est impassibilitas. Habebunt enim in se corpora gloriosa terrę elementũ ex glorificatiõe firmum ac robustum, ita vt nõ possit pati. Deindè etiam elemẽta nec inter sese, nec in hominibus beatis contraria erunt, vndè fit, vt sint eorum corpora impassibilia. Tertiò Anima gloriosa proprium suum idemq; beatum possidet corpus, idcircò à nulla re quicquam corpus tale pati poterit. Adam quidem protoplastus antequàm in se peccatum admisisset, non patiebat quicquam: & eo durante statu, non poterat pati. Passibilis tamen erat & pati potuit, id quod res ipsa probauit, peccato perpetrato. Pueri autem, qui absque salutaris lauacri perceptione, & sine peccatis proprijs decedunt, non patiunt quidem in limbo, sed hoc non ex potentia resistendi læsioni externæ, quam non habent: Non enim beati sunt: sed ex diuina misericordia. Atqui sanctorum corpora gloriosa etiamsi in inferno, aut sub Terra, aut in profundo pelagi ponerentur, nullam omninò molestiam aut dolorem pati possent. Tertia dos corporum gloriosorum, subtilitas est, quam habebunt ex ignis elemento in ipsis glorificato, quo etiam corpora ipsa vsqueadeò subtilia reddentur, vt nihil eis obsistere, nihil obicem aut impedimentum præbere queat. Præter hoc etiam Animæ nobiles in eiuscemodi subtilitate sua possidebunt corpora, eisque antè à se victis ac edomitis, & omni exclusa crassitie ad talem subtilitatem adductis, denuò copulabuntur. Quarta demùm dos, agilitas est, quam obtinebunt ex elemento aeris in ipsis ornato. Si enim gloriosum esse debeat corpus, omnis ponderis prægrauantis expers vt sit oportet. Atque ita Anima beata cum glorioso corpore suo breuissimo temporis puncto vbicunque volet, erit. Sed vt beatorum corporum non æqualis erit claritudo, ita & impar erit agilitas. Atque hæ sunt dotes corporum glorio-

Quatuor corporis gloriosi dotiũ ptima.

Gloriosorũ corporum differentia.

Dos II.

Puerorum absq; baptismo decedẽtiũ status.

Dos III.

Dos IIII.

riosorum, quibus post resurrectionem prædita erũt. Quas etiam Dominus IESVS in suo corpore mortali demonstrasse legit. Claritatẽ qdem in suĩ transfiguratiõe: Impassibilitatẽ, qñ seipsum pridiè quàm patereť, cum ingenti desiderio & exultatione & sine vllo tormẽto in cibum contulit: quod tamen intelligendum est secundum actum, non secũdum habitũ: Subtilitatem, nascens sine vllo dolore ex intemerata virgine: Agilitatem, ambulans super mare. Habebunt præterea corpora gloriosa in regno Dei singulare gaudium tum videdo, tum audiendo. Videbũt enim oculis corporeis gloriosum corpus ipsius Domini saluatoris & eius semper venerandæ genitricis & virginis MARIAE, itemq; cætera præclara sanctorum omnium corpora, plena gloriæ & deliciarum cælestium. Cernent etiam ornatum eximiamq; claritudinem cælorum ac elementorum: atque sub vna hora cælum terramq; peragrabunt, iterumq; ad cælos reuertent. Ad hęc canticis & quibuscunque poterunt modis atque omni sua facultate DEVM & Dominum suum collaudabunt, vndè sonus resultabit auribus longè gratissimus ac suauissimus: atque his semper in omne æuum vacabunt. Porrò, Animarũ gloria in corporeas omnes animæ vires exundabit, per easq; permanabit in ipsum vsque sensum externum, qui tantis affluet delicijs, vt id à nemine in hac possit vita comprehendi. Nec vllum vnquàm istæ deliciæ finem habebunt, sed continuæ ac perennes erunt. Hoc igitur externum sensibile est regnum Dei, idemque infimum in gloria. Ostenditur autem ipsum homini modo iam dicto, vt ad id suspiret, atque excellenter virtutibus acquirendis nauet operam.

Matt. 17. Matt. 26. Luc. 2. Mat. 14. Gaudia beatorum.

¶De regno naturali. Caput XXXIX.

OSTENDITVR etiam secundò DEVM amantibus regnũ Dei in lumine naturali. Etem neque gratia, neq; gloria lumen repellit naturale, sed illustratur ampliùs. Si enim natura vitiorum simulacris non sit obnubilata, etiam naturaliter potest nosse quispiam, cælum terramq; & quęcunque condidit DEVS ad honorem suum & hominũ vsus, eò creata esse, vt cum omnibus & de omnibus laudet DEVM, eidemq; famuletur. Isthæc autem laudatio & hic famulatus, occultum illud est regnum Dei, quod is in lumine naturali ostendit. quod ignorant qui alieni sunt à Deo, tametsi naturali vigent lumine. Talis etiam modo quodam naturali siue naturaliter virium Animæ & sensuum suorum tam externorum quàm internorum, atque etiam creaturarum omnium dispositionẽ siue ordinem perspicere atque cognoscere potest. Et ipsum est regnum DEI naturale: siquidem DEVS creaturas omnes tanquàm proprium suum regnum possidet. Atque iuxta hunc modum ostenditur homini naturale regnum DEI, quod tamen etiam absque DEI gratia & laudatione cognosci potest. Sed qui diuino sunt Amore præditi, non possunt res à DEO conditas, siue ea quæ hîc commemorauimus, sine DEI laude adspicere & considerare: ideoque ex omnibus mercedem consequentur.

Entia omnia cur creata. Creaturas omnes qui Deo possideat.

¶De regno Scripturę. Caput XL.

AD hæc tertiò ostenditur Dei regnum pręclaris hominibus in scripturis, nempe in sacri Christi IESV & sanctorum eius doctrinis ac institutionibus, itemq; exemplis, quæ ea ex causa nobis reliquerunt, vt ea sectemur, sicque & nos quæ ipsi iam assecuti sunt, quandoq; adipisci mereamur. Hoc scripturę regnum cui à DEO ostenditur, is probè ac perspicuè scripturas intelligit: quanquàm fieri potest, vt earum subtiles sensus omnes non assequať, quod etiam nihil necessum est. Ea autem q̃ à DEO vel abducant, vel ad DEVM adducant, satis intelligit: atq; eo ipso omnem perspicit veritatem, siquidem in ijs virtutes omnes & vitia includunť & compræhendunť. Probè etiam agnoscit vocem alienorum, qui cùm pastorum speciem præ se ferant, fures & latrones sunt: cuiusmodi sunt, qui in sacris exponendis literis diuersam à sanctis Patribus, eisq; repugnantem sententiam sequunť, vitamq; ab illis dissimilem agunt. Tales omnes à virtutibus abducũt, resq; temporarias potiùs quàm salutem hominum quærunt & aucupanť: meritoque inter alienos, & non inter Pastores numerandi sunt. Perficietur autem hoc regnum à DEO & bonis hominibus, id est, ne vnum quidem iota in verbis, factis, & cunctis virtutibus omittetur.

Scripturas quis facilè intelligat. Ioan. 10. Qui regnũ scripturæ perficiẽdũ.

Deni-

Deniq; hoc idem scripturæ regnum nobis implere & exequi incumbit, quippe quod per Dominum nostrum IESVM CHRISTVM & sanctos eius ex sanctospiritu manauit. Et scriptura quidem quandoque peribit, sed scripturæ fructus æternùm perdurabit. Qui docti & acuti sunt, scripta diuina, tum quòd memoriam illis refertam habeant, tum ob intellectûs & ingenij perspicaciam, tum etiam ob multam in scholis exercitationem, planè ac dilucidè explicare quidem possunt, etiamsi diuinæ charitatis & gratiæ expertes sint: sed in eis latentem fructum ac suauitatem absque diuino amore gustare nequeunt. Itaque regnum hoc scripturæ DEVM amantibus eam ob causam ostenditur, vt eidem scripturæ conuenienter viuant, sicque fructum illius atque dulcedinem nedum in præsenti, sed etiam futura vita gustare sint idonei. Enimuerò virtutes, interna consolatio, & spes vitæ æternæ hoc ipsum DEI regnum sunt, quod in scripturis latet, sed amantibus ostenditur, nec potest ab alienis & extraneis sine charitate DEI vlla vel scientia, vel acumine aut subtilitate gustari.

Scripturam explicare quõ etiã charitatis & gratiæ exptes nõrint.

¶De regno Gratiæ & Gloriæ. Caput XLI.

QVartò DEVS præclaris hominibus & amicis suis regnum suum in gratiæ aut glorię lumine ostendit: idque fit supra sensus, supra naturæ lumen, & supra ea omnia, quæ possint disci ex scripturis: non tamen est scripturis contrarium. Quæ em̃ bona, quasque delicias DEVS amicis suis in hoc lumine demonstrat, eas nec scriptura tam euidenter exprimere, nec quisquam tam perfectè & ita ad viuum scriptis tradere potest, vt à DEO spiritibus amore flagrantibus ostenduntur. Etenim regnum istud, quod amantibus monstratur, fructus gustusque est virtutum omnium, qui est cibus angelorum, beatarum animarum, hominumque bonorum. Sunt autem multi, qui virtutum actibus incumbunt, sed absq; virtute, id est, sine charitate diuina, ideoq; virtutum fructus minimè gustant. Sunt alij qui virtutum actus colunt & exercent, atq; etiam diuino sunt amore præditi: sed quia non satis illuminati sunt, virtutum fructus hac ratione nec ipsi gustare queunt. Sed qui hoc sibi regnum demonstrari volunt, eiusq; fructus gustare appetunt, ij vt à DEO in meditullio regni animæ suæ, in supremo mentis suę, id est, inter superessentialem, inhærentem, contemplatiuam, atq; emanantem actuosam vitam constituti sint oportet. Et de actione quidem & contemplatione iam dictum est.

Qui cur virtutũ fructus nõ gustent.

¶De sex fructibus gratiæ & glorię, quorum tres ad actuosam, tres ad affectiuam vitam pertinent. Caput XLII.

AGamus nunc paucis de fructibus, qui in lumine gratiæ & gloriæ ostendunť. Cunctę enim æternę actiones & exercitia virtutum quandoq; finem accipient: sed earũ fructus cibus ac potus noster erit in ęuum sempiternũ. Sex aũt fructus & sensibilis gustûs genera, hominibus eiuscemodi ostenduntur in actione: & quatenùs mens deorsùm spectat tum in gratię, tum glorię lumine: non tamen omnes vel in gratia, vel gloria ęqualiter gustant ac sentiunt. Primus fructus, primusque gustus, qui etiam necessarius est omnibus saluari volentibus, quamque nunc feliciter percipiunt siue gustant, quotquot cum DEO beatam agunt vitam in cęlis, animus est morigerus, obediens, ac submissus sub pręcelsa potentia DEI. Et hęc submissa erga DEI pręcepta & prohibitiones obedientia, vt iam dictum est, cuilibet seruari cupienti necessaria est. Secundus fructus est, sentire se ex animo benè velle omnibus, atq; pium & liberalem esse erga omnes, & in iudicando clementem ac propicium, in aduersis autem patientem ac mansuetum. Tertius fructus est, antedictam submissam & humilem obedientiam, itemq; pietatem, atq; etiam patientem mansuetudinem haud secùs quàm propriam essentiam suam, in se sentire & cognoscere. Et hi sunt fructus vitę actiuę. Quartus porrò fructus, est erectus sensibilis amor erga DEVM, idque cum anima & corpore totisq; viribus: sensibilis etiam affectus siue desiderium, quo quis ex ipsis animi medullis appetit, vt & ipse & creaturę omnes, quas benignissimus DEVS in laudem & honorem suum cõdidit ac ordinauit, hoc ipsum foris & intùs tota sua facultate impleant, pręstent ac exequanť: & sicubì minùs id faciãt, aut indè deficiũt, id ei perpetuũ parit dolorem, cuius non potest vnq̃ obliuisci. Quintus æterni regni fructus, est sensibilis impa-

Fructũ quot quibus quõ ostendãtur. Fructus I. II. III. IIII. V.

tiens amor, q̃ sine intermissione desupèr mouet̃ siue attingit̃, semperq̃; ad illi⁹, quem amat, vnionem auidus adspirat ac inhiat, nec vnq̃ potest à virtutũ actib⁹ ociari, qñquidem hæc illi
VI. innata nobilitas vel dignitas est. Sextus eiusdem regni fructus, est dilucida oĩm istorũ fructuũ contemplatio, atq; oñis huius sensionis vel expimenti cõsideratio. Præter quæ cõtemplat̃ etiam q̃ talis est, regnũ sensibile nõ solùm vt id nũc est, sed etiam vt perenniter erit: Itẽq; regnũ suũ naturale, vt id DEVS creârit ornâritq; tũ naturaliter, tũ supra naturam, atq; etiam vt idem in gloria sit ornaturus. Contuet̃ prætereà beatos omnes angelorũ & hoĩm spũs, vt ij in DEI laude fluitẽt refluantq;. Adspectat etiam pietatẽ ac liberalitatem DEI, vt is præcipua virtutũ oĩm, omnisq; sensionis vel experimenti causa sit: atq; vt idem cũ seipso & omnibus donis suis emânet: id quod hominem præ amore reddit impatientem, dũ eius obtinere similitudinem, eiq; in æterna fruitione vniri vehementer appetit. Atq; ij sunt fructus vitę, quam affectu osam appellant.

¶ De regno diuinitatis supra gratię & glorię lumen: & de triplici fructu vitę contemplatiuę supereſſentialis. Caput XLII.

Vbinâ triplex hoĩ detur fructus.

QVintò deniq; regnũ DEI supra oñe creatũ lumen in immensa quadam diuina luce amantibus ostendit̃: idq; supra rationem in mente in DEI supessentialem vnitatem introuersa, vbi triplex homini donat̃ fructus, putà claritas immẽsa, amor incompræhensibilis, & diuina fruitio. Ex q̃bus primus fructus, id est, claritas im
I. mensa, oñis claritudinis quæ in contemplatione & actione habet̃, causa est: adeoq; ipsa Intellectum suauiter afficit, vt sese essentialiter in ipsam immergens, vnum cum ea efficiat̃. Al-
II. ter aũt fructus, nempe amor incompræhensibilis, per totũ animæ regnum permânat, prout vis quælibet ipsius capax est, facitq; colliquescere animam in simplicem ac essentialem chari tatem. Porrò claritas hæc immensa & amor incompræhensibilis dum per animam permanãt
III. ac penetrant, iam ipsa anima ad fruitionem, quæ tertius fructus est, p̃tingit. Hæc autem fruitio, tanta tamq; ingens est, vt & DEVS ipse & sancti beatiq; oñes, atq; isti homines sublimes in ea absorpti sint ac immersi in quiddam modinescium, hoc est, in nesciẽtiam quãdam ac p̃petuam suĩ amissionem. In qua tamen in hanc suĩ amissionem immersione summus ac præcipuus consistit sapor. Iam quisq; istiusmodi est, idemipse communis erit, mentẽq; suam perindè vt rex suum regnũ possidebit, vt ipsa mens ad virtutes oñes actitandas deorsùm iugiter sese vertat atq; demittat, sicq; p̃fectam gerat similitudinem fœcundę vnitatis DEI, quæ secundũ p̃sonas cũ donis oñibus p̃ creaturarũ oñium necessitate continẽter emanat. Itidẽq; secundum eandem mentem suam essentialiter DEO inhærebit, vtì in inexhaustã ac infinitam claritatem transformetur, quemadmodùm & personæ diuinæ, quæ momentis oñibus in diuinæ essentiæ abyssum absorbentur ac immerguntur, fruitioneq; inundantur: ac nihilo minùs secundum personalem in ipsa fœcunda natura distinctionem, perpetuò emanãt ac operantur. Ita nimirùm etiam homo iste communis in supremo mentis suæ vertice inter essentiam & vires, id est, inter fruitionem & actionem consistet, semper essentialiter DEO

Caligo quæ quorum beatitudo. 2.Cor.3.

inhęrendo suĩ in fruitionem defluxione ac absorptione, & in diuinitatis caliginem immersione, quæ caligo tam DEI quàm omnium beatorum spirituum suprema beatitudo est. Atque ita à claritate transformabitur in claritatem, hoc est, à claritate creata in increatam claritudinem, idq; per æternum exemplar suum, quod est sapientia DEI patris, quæ exemplar est creaturarũ oñium, in qua res omnes tam corporeæ quàm spiritales viuũt. Atq; per idem ipsum exemplar creaturæ omnes in creatum esse emanant, DEIq; accipiunt similitudinem.

Hoĩes DEO similimi q.

Verùm istiusmodi homines præclari & cõmunes, omnium DEO similimi sunt, quandoquidem cum cunctis virtutibus foràs promanant, sicut & DEVS cũ omnibus donis suis: manẽtq; intùs in perenni fruitione, & supra dona omnia vnũ sunt cum DEO. Huius generis quotquot sunt, ij præclarissimè ac excellenter admodùm illuminati & cõmunes sunt. Quod vt & nos omnes absq; vllo defectu consequamur, beatissima semperq; veneranda præstet TRINITAS vnus Deus, Amen.

D. Io-

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS,

De vera contemplatione opus pręclarum, varijs diuinis institutionibus, eo quo Spiritussanctus suggessit, ordine descriptis, exuberans.

¶ Sententię duodecim de amore IESV. Caput I.

ONSEDERVNT QVANDOQVE PARITER DVODECIM cordatæ virgines, & de speciosò forma præ filijs hominũ DOMINO IESV colloquebantur, atq; ita apud se singulæ cogitabant: Iure nobis laudandus amor est, quippe qui initio dulcis ac longè suauissimus est. Psalm. 44.

PRIMA AIT:

Amorem IESV meo feram in pectore, nec propter aliquẽ hoc mihi omittendũ puto: virtutẽ mihi diuinitùs præstari peto. Et iure sanè IESVS nobis amandus est, vt quẽ tanta generis celsitudine & nobilitate pręditum non ignoramus.

ALIA DIXIT:

Equidem libens illum amarem, si quemadmodùm incipiendũ sit, cõpertum haberẽ. Siquidem etiamnum ipse me latet. Etenim cor meũ multiplex est: sępiùs cõfiteor & reã me agnosco, vitamq; ago perpetuis curis & solicitudine anxiam.

TERTIA AIT:

Haud secùs ad me venire solet, quàm amicus intimus, & oñiã mihi pulchra & blanda promittit: sed rursum instar hospitis instabilis aufugit, nec iterùm eũ licet adipisci: sequor quidem eum totis viribus. Nimirùm sapiens & prudens non est, quisquis diẽ laudat, anteq̃ suauem & serenam sit adeptus vesperam.

QVARTA DIXIT:

Iniquum sanè fuerit, si operæ meæ conductitiæ mercedẽ ante laborem minimè persolui indignè ferre velim. Nihil enim id mirũ est: sed ita sæpissimè vsuuenire solet, vt parùm operanti, etiam parùm restituatur mercedis.

QVINTA AIT:

Amor IESV me fefellit, corq; sensusq; mihi abstulit, nec habeo cui id conquerar. Noctes atque dies ille de me sumptus facit, & plùs multo q̃ præstare queam, me exigit: quæ vtiq; non sunt paria symbola, vel æqua commercia.

SEXTA DIXIT:

Quænam sunt hæc quæ hìc dicuntur, quæve quæruntur? Itáne DOMINUS IESVS tã est prodigus conuiuator? Certè fœminæ istæ aberrasse mihi videntur, & DOMINO IESV scãdalo sunt: & vt apparet, vsqueadeò liberæ sunt verbis, vt satiùs fuerit indè per confessionẽ sese corrigere. An ignorant de amore IESV non nisi profunda cũ humilitate & ingenti timore esse loquendum?

SEPTIMA AIT:

Tanta

tanta animã meam fames detinet, vt etiam si prẹsto mihi foret, quicquid vnq̃ cuiquã DEVS obtulit, meã explere esuriem non possit, nisi etiã seipsum daret. Planè emoriar necesse est, quando in hac necessitate mea tantæ amoris impatientiæ nemo mederi potest.

OCTAVA DIXIT:

Dns IESVS suauissimũ est condimentũ, ex quo omne manat gaudiũ: equidẽ cũ illo conuiuor. Nã & ipse meus est, & ego sua sum: ominò illo carere nõ possum: Ipse mihi sorte datus est, & est mihi nux dulcissima: quam quicunque non frangunt, stolidissimi sunt: nucleus eius, summæ Deitatis deliciæ sunt. Dicam ex animi mei sententia: si penes me esset rerũ omnium potestas, & meo imperio subiacerent omnia, IESVM mihi in DEVM meũ eligerẽ, tam mihi, illi vacare, iucundum & gratum est.

NONA AIT:

Amor Domini IESV reliquit me solam, & nunc per rara & ignota eũ sequor itinera, gradiorque per deuia. Si quid priùs habui, iam prorsus nihil habeo: quod mihi perq̃ graue & molestum est. Dominus IESVS meum mihi cor furatus est.

DECIMA DIXIT:

Amor IESV longè pulcherrimus est, isque animã repleuit meã, præbetque mihi plenis semper poculis potandũ vinum suũ præclarum. DEVS bone, quinam vnq̃ maiori possim afficì lætitia, q̃ dũ is mihi elegantissimã ostendit faciẽ suam, eiusq; excellens bibo vinũ? Errant, quicunque aliter loquuntur.

VNDECIMA AIT:

Vtrùm quicquam desiderem, nescio: siquidem in quadam felici nescientia, cuius nullũ est fundum, meipsam amisi. Absorbuit me inexhausta diuinitatis abyssus ore suo, nec indè reuerti licet.

DVODECIMA DIXIT:

Nunquàm non boni quippiã agere, id planè voluntatis est meæ. Nõ em̃ potest ociosus esse amor. Itaque virtutes fideliter colere & exercere, & supra actiones virtutum, DEVM contemplari, id equidẽ non possim non laudare. Mentis aciem in diuinitatis dulcissimã essentiam intendere ac defigere, & in amoris cõspectu colliquescere, semperque amore ebriũ esse, modus est vitæ præclarus admodùm atque perfectus.

Si quidẽ simul maneamus, & ita vt cœpimus, de cẹlestibus colloquamur rebus, vita ea præclara sanè fuerit. O quanto nos amore cõplexus est Pater noster cẹlestis, qui suũ nobis misit donauitq; Filium, qui morte nos redemit sua, quod nobis ẹternã consolationẽ ingerit. Decet igitur illi nos viuere, & obsecrare omnipotentẽ DEVM ac Dominũ nostrum, vt nobis gratiã p̃beat sua semper exequendi præcepta ad laudem & gloriã suã sempiternã, quo in hac valle miserię inferorum euadamus tormenta, & ad suam pertingamus regiam, cẹlesteque palatium.

Ioan.3. Roma.8.

¶ Cuiusmodi esse debeat verus Dei amator: de tolerandis malis, & vt agnoscantur boni.

Caput II.

ISTE nimirùm bonarũ ac sapientium virginum status est, quæ magnã virtutibus acquirendis nauant operam: cuiusmodi nedum longè ante nostra fuere tẽpora, sed hodieq; visuntur: quanquàm magnã prohdolor status iste ruinam fecit, nullius magìs q̃ infidelitatis culpa. Sed quisqs verè fidelẽ se p̃stare cupit, eius cor vero amore, simplici veritate, & minimè ficta simplicitate Deo adhæreat necesse est, ipseq; mitẽ & humilẽ se præbeat erga eos qui facilè mouentur, & citò ira excandescunt, quiq; animo elato ac tumido alios impetunt & maledictis infestant, leuiter irascuntur, difficilè ad pacem redeunt, quod est infelix hominũ genus, & qui propriæ sunt dediti voluntati, & in suo sensu pertinaces & rixosi, nec vllius consilio vel iudicio acquiescunt, asperi & torui & amari, ad indignationem pronissimi, inuidi, inclementes, nequã & versipelles, crudeles & inexorabiles: quæ vitia in quibus insunt, eos certũ est ad prudentium virginum consortiũ minimè pertinere: quandoquidem nec vitam earũ, immò ne speciem quidẽ præ se ferunt. Sed hoc improbum hominũ genus

Virginũ status qualis.

A prudẽtiũ virginũ consortio exclusi qui.

nus æquanimiter ferendum est, & ita facientis vitam benedicet DEVS. Porrò homines bonos agnoscere volens, foris eos & intùs cõsiderare debet. Omis quidẽ sanctimonia à DEO donatur eius præcepta colentibus. Quicunque mundum hunc corde contemnunt, cælestes possunt gradus scandere, diuinaque implẽtur gratia, quo eius cõsilia sectẽtur. Qui rebus & opibus terrenis valefaciũt, diuina charitate replẽtur, quæ reuerà præclara lanx est, amicis cõgnatisque omibus ponderosior siue præpõderans, carnemque vincẽs & sanguinẽ, agilis & alacris ad virtutes omnes. Huic charitati quotquot dant operã, omniũ, quos præsens habeat tempus, ditissimi sunt: multaque in eis magnanimitas & fidentia inest, quãdoquidem hac in parte nemine opus habẽt, nec curis aut solicitudine animi laborãt, vt qui fideiussorem ipsum DEI spiritum habeãt: neque apparẽtem aliquam foris ambitiosè venãtur sanctitatis speciem, quippe qui nullius laudes expetunt. Singulares viuendi modos ipsi sibi non fingunt, sed alijs hominibus bonis sesẽ cõformant. Sanctæ Ecclesiæ instituta & exercitia omigenis bonis sanctisq; actionibus colunt & sectantur. Sacramẽta omia admodùm venerantur, certi in eis diuinam contineri & viuere gratiam.

Hoiesq quõ cõsiderãdi.

Qui quõ dĩtissimi.

¶ Vt se præparare & habere debeat Dominici corporis Sacramentum percepturus.

Caput III.

ATQVE eam ob rem dum aliquis homo DEI venerabile percepturus est Eucharistiæ Sacramentum, diuinitùs nobis missum & datũ, in quo Dominicũ cõtinetur & viuit corpus, eoq; iure nobis supra omia colendum est ac honorandũ, coram præsente Domino DEO suo sedẽs, æternæ sese ostẽdet veritati, examinabitq; & perspiciet atque explorabit vitam suã, verba actusq; suos, mœstoq; corde dicet ad Dominum: Miserere mei æterna charitas. Iure mihi ipsi vehementer displicere possim, qui à teneris annis peccata admisi innumera, tempusq; meum malè perdidi: sed miserere mei tu clemẽtissime DEVS. Nõ sum quidẽ dignus, vt intres in me, sed quia peccatorũ vulneribus valdè cõfectus sum, nunquàm potero sanitati restitui, nisi me consoletur dulcissimum os tuũ, proferatq; verbum aliquod consolatorium, ex tua celsitudine emissum.

Mat.8.

¶ Respondet Deus animæ, sacræ communionis auidę.

Caput IIII.

AVdiui, ô homo, precem tuã: faciam ergo quod meũ est, respondebo dolori tuo, faciamq; tibi secundũ piam fidutiam tuam. Itaque sis magno, hilari ac imperterrito animo, votis tuis omibus satisfiet: Equidẽ cibus & hospes tuus ero: tu te totũ ad me cõuertas. Caro mea tuũ gratia in cruce benè assa est, sanguis meus viuidus ac feruidus est, corpus animaque penetrans. Agè iã simul epulemur, simul edamus ac bibamus: Sed tu vide, meæ passionis & mortis ẹternæq; charitatis ne sis immemor. Nã si his te occupes & exerceas, pace perfruẽris. Equidẽ ex verbis tuis animaduerti dilecte mi, tenẽri te desiderio sumẽdi venerabilis Sacramenti: iam Missæ sacrificiũ peractũ est: si paratus es, ipsum vt accipias licet.

1.Cor.11.

¶ Homo loquitur ad Deum, extollens mirificè gratiam Eucharistię.

Caput V.

BEnedictus sis Domine DEVS meus, qui meo satisfacis desiderio. Libenter em̃ sanctissimũ percipio sacramentũ, quippe quod mihi dignissimũ munus est. Siquidẽ in eo sacrosanctũ accipio corpus tuũ, dulcissimũ mihi atque saluberrimũ: ipsum nanque est cẹlicũ manna meũ, quod qui non edunt, iã mortui sunt. Est etiã esca angelorũ, quã qui gustant, verè sapientes sunt. Mundus eã gustare non potest, eo quòd ex rebus extraneis & à Deo alienis mõ hilarescit, mõ mœrore afficit. Iã paulò antè Dne mi p̃mittere dignatus es, q̃ vnà ederemus. Et ego multũ aueo, multũ inhio, magnoq; flagro desiderio. Nec tñ te cõsumere possum: sed quo plùs edo, hoc ampliꝰ appeto: quo plùs bibo, eo magìs sitio: & semp̃ multo ampliꝰ reliquũ mihi manet, q̃ possint mortales oẽs absumere. Et tu Dne mul

Ioan.6.

tùm liberalis es hospes, soluis eñ quicquid consumitur. Perquàm libenter Domine vitalem bibo sanguinẽ tuum, ex tuo latere tuoq; sanctissimo, nobilissimo ac glorioso corpore profluẽtem, nempe suauissimũ gutturi meo, qui me iam semiebriũ reddidit, nec celare possum. Cant.8. Reuerà Domine sanguis tuus musto malorũ granatorum siue Punicorũ preciosior atq; prestãtior est: itaq; implebo cũcta vasa mea, sicq; magnanimus & audax ero: nec quicq̃ mihi foris negocij est. Plenus sum totus, & tamen desidero & appeto, quanuis id quod habeo, consumere non possum. Sed quicquid id est quod habeo, non magnipendo: id potiùs quod mihi elabitur ac præterfluit, insequor. Verùm tametsi desiderio sequor & persequor, non tamen potest id quod modum habet, illud quod modi est expers, assequi. Modũ habẽs, & mõ carẽs, q̃ differant. Quod eñ cũ modo coniunctum est, & quod modo caret, duo quædã sunt, quæ nunq̃ possunt prorsùs vnũ effici: sed semper diuersa distinctaq; maneant necesse est, nec alterum potest alterũ depellere. Fides quidẽ, ordo & boni modi seu bona instituta iure meritoq; laudantur. Etem̃ sanctæ Ecclesiæ exercitia & instituta in ordine, modis & bonis actionibus cõsistunt: nec potest quisquam neque in cælo, neque in terra sine modo viuere. Et DEVS ipse in ordine, in modo, in pondere, in mensura fecit omnia. Sapien.11. Ita ergo rationabiles sectabimur modos ac instituta, quo supra rationem contemplatiuam obtineamus vitam.

¶ De impedimentis verę contemplationis. Caput VI.

PLures enim falluntur, vt nec ad cõtemplationem, nec ad id quod modi expers est, pertingere queant: & quicunq; ea reperire nõ possunt, eos certũ est quibusdã distineri impedimentis. Nimirùm qui corde multiplices sunt, & alios curiosè obseruant, quos amicorum & cognatorũ curæ extraneæ detinẽt, quiq; propriæ vitæ necessaria solicitè conquirunt, ijs diuitię DEI manent incognitæ. Prudens quidem ac prouida discretio, seu discreta prouidẽtia, bona est: sed qui multùm anxius & solicitus est, is neutiquàm prudens est. Foràs sese conuertere ad vitam sensibus plausibilẽ, veram internam exercitationẽ eliminat: & qui sensibus foris satisfaciunt & obsequuntur, intùs nulla vera libertate gaudent: sed foris pigri, desides ac imparati, intùs verò tam in prosperis quàm aduersis inordinati sunt. Et quãuis hęc fortassis absque peccato mortifero consistere queant, attamen impedimento sunt homini, quo minùs ad suũ pertingat fundum. Deniq; quos rerũ alienarũ imagines occupant, ij nec ad contemplationem, nec ad id quod modinescium est, pertingere queunt.

¶ Quęnam ad veram perducant contemplationem. Caput VII.

POrrò quisquis ad contemplationem sese præparare appetit, eò perducentibus ingrediatur vijs oportet: quæ sunt, Immaculata conscientię puritas, benè ordinata vitæ innocẽtia, morum cõposita ac placida honestas, sensuum omniũ sobrietas, naturæ inordinatas reprimere ac cohibere propensiones, eidẽq; in necessarijs rationabiliter & discretè succurrere: foràs sese extrouertere ad quoslibet suũ indigos, idq; benè morata cũ pietate ac benignitate: introuersum esse in ocium sanctũ, quod nullas admittat, sed omnes excludat imagines. Viæ ad cõtẽplationẽ inducentes, q. Intuitus seu introspectio eleuata, & ad æternã aperta veritatẽ. Immansio, siue in intimis permãsio simplex & stabilis in vera pace. Inhabitatio, quã nihil vitiosum vel inæquale premat aut moueat. Amor deuotione conflagrans: Deuotionis flãma ignita, & in DEI sursùm tendens bonitatẽ. Anima amans, & sitiens ac concupiscens in omnem æternitatẽ esse cum DEO: Omnis proprietatis in liberrimã Dei voluntatẽ abnegatio & renunciatio. Cunctarũ animæ virium in spiritũs vnitate collectio: DEVM perpetua cũ reuerentia laudare, gratias agere, amare, colere, eidẽq; iugiter dignè famulari. His virtutibus ex amore nauare operam quicunque non recusat, ei vitam licet sperare contemplatiuã. Si enim DEO ac sibijpsi fidelem se præstiterit, vbi se DEVS ipsi ostendere voluerit, iam contemplabitur.

¶ Quid

¶ Quid sit vera contemplatio. Caput VIII.

EST nanque contemplatio cognitio seu scientia quædam modi expers, semper ratione superior, & nec ipsa potest in rationẽ descẽdere, neque eam ratio supra se assequi valet. Illustrata modinescientia pulcherrimum speculum est, in quo DEI splendor æternus relucet. Modinescięntia modum nõ habet, & in ipsa cunctæ actiones rationis deficiunt. Modinescięntia quid aut qualis. Nec tamen isthæc modinescięntia DEVS est, sed lumẽ illud est, quo contemplamur. Qui in modinescientia diuinoq; lumine versantur, quandam in se conspiciunt vastitatẽ. Modinescięntia tametsi ratione superior est, non tamen est absq; ratione: & ipsa omnia sine admiratione adspectat. Admiratio nanq; infra ipsam est: & contemplatiua vita admirationis expers est. Modinescientia cernit quidem aliquid, sed quidnam sit ignorat: siquidem id quod videt, omnia excellit, & nec hoc nec illud est. Verùm si contemplationem dilucidè describere debeam, rhythmos interìm vt missos faciam oportet.

¶ Hucusq; libri huius sermo rhythmis tinnulis & iucundis in Germanico contexitur, quorum gratiam Latina interpretatio seruare non potuit. Sensus tamen redditus est bona fide.

¶ Cuiusmodi esse debeat, qui veram contemplationem in se experiri velit: & de mirificis quibusdam erga nos beneficijs Dei. Caput IX.

COntemplatiuam vitam quisquis in se experiri cupit, is supra vitam suam sensitiuam intrò se recipiat oportet in supremam interioris hominis sui portionẽ, cunctis iam dictis ornatus virtutibus, DEVMq; laude, gratiarũ actione, perpetuaq; reuerentia ac veneratione colat, memoriam habeat cunctis rerum sensibilium formis ac imaginibus nudam & absolutam, Quid cõtemplãti necessãrium. Intellectum æternæ veritati patentem, & per amorem ad eandem eleuatum, Spiritum deniq; DEO detectum ac reuelatum ceu viuidũ quoddam speculum, in quo æternam suscipiat DEI similitudinem. Hìc iam lumen quoddam intellectuale sese exhibet & manifestat, idq; nec sensu, nec ratione, neq; natura, neque perspicua consideratione potest compræhendi. Idem autem lumen libertatem nobis præstat atq; fidentiam erga DEVM: estq; cunctis à DEO conditis rebus naturalibus præstantius atque sublimius. Etem̃ naturę perfectio est, & est supra naturam, atq; illustratum quoddam inter DEVM & nos mediũ est. Porrò nuda & imaginũ expers mens nostra ceu viuum speculum est, in quo lux ista lucet: exigitq; à nobis lumen istud tum similitudinẽ, tum vnitatem cum DEO. Quo in speculo qui nobiscũ viuat. Atq; in viuido nudæ mẽtis nostræ speculo DEVS in nobis viuit cũ gratia sua: nosq; in DEO viuimus p virtutes & opa bona. In hoc etiam vitali speculo quandam æterni exemplaris nostri, quod DEVS est, obtinemus similitudinem: quandoquidẽ vitam agimus æternæ DEI prudentiæ siue prędestinationi consentaneã atq; consimilem. Lux aũt antè dicta, foràs manat in similitudinẽ: trahitq; introò in vnitatẽ: quod quidem nos supra rationem in nuda ac introuersa intelligentia nostra sentimus, loquente veritate DEI in spiritu nostro in hunc modum: Adspice me vtì ipsa te adspicio, cognosce me, sicut ipsa te cognosco: ama me, quẽadmodùm à me amaris: fruere me, vt ego te fruor: & vt ipsa tibi tota sum, & omninò integra ac indiuisa, ita volo & te mihi prsus integrum ac indiuisum esse. Equidẽ ab omni ęternitate antequàm quicquam creatũ esset, te intuita sum in meipsa, & vnũ mecùm, & vt meipsam vidi: atq; inibì te cognoui, amaui, vocaui & elegi: creaui etiã te ad imaginẽ & similitudinem meam. Gene.1. Assumpsi naturam tuã, & illi meam impressi imaginẽ, vt vnum sis mecùm absque medio in gloria Patris mei. Ioan.1. Creaui animã meam cum viribus suis, donisq; omnibus impleui, quo Patri meo & Patri vestro, DEO meo & DEO vestro in cõmuni nobis humana natura tota facultate mea ad mortẽ vsq; seruirem: atq; ex mea gratiæ plenitudine tuam animam tuasq; vires repleui, vt mihi similis sis, meaq; virtute & donis meis DEO absq; vllo fine ęternùm seruire, & laudes gratesq; agere possis. Ioan.20. Ita nimirùm omnes vnum cum DEO sumus in æterno exẽplari nostro, quod est sapientia DEI, quæ nostrùm omnium naturam suscepit. Vnũ oẽs cũ Deo qui sumus.

pit. Et licèt cuncti ſimus vnum cum DEO in exemplari noſtro p naturæ noſtræ ſuſceptionem, at tamen etiã in gratia & virtutibus ſimiles illi ſimus oportet, modò nos in æterno exemplari noſtro, quod DEVS ipſe eſt, vnũ cum DEO ſentire ac inuenire velimus. Atq; hũc in modũ Domini noſtri IESV CHRISTI anima & fuit & eſt eleuata, vnumq; cũ ſapientia DEI, eadẽq; eius anima cum vniuerſis viribus eius & fuit & eſt etiamnum donorũ omnium plenitudine abundè cõpleta: & ipſe nobis ceu fons viuus eſt, ex quo cuncta nobis neceſſaria, ſeu quibus indigemus, accipimus: idẽq; ipſe ait, Pater miſit me DEVM & hominem, vt viuam ſingulis quibuſq; me deſiderantibus. Electe ac prædilecte amice mi, ipſe quæſo conſidera, ipſe animaduerte, quia totus ſum tuus. Tibi vixi, te inſtitui, te informaui, & tua cauſa mortem ppeſſus ſum. Obtuli te Patri meo morte mea: & ſacroſancto ſanguine meo diſſolui debitum tuum. Surrexi glorioſus corpore & anima, vt tu itidèm poſſis in extremo die cum anima & corpore glorioſus reſurgere, & ſine fine meam & Patris mei gloriam æternò contemplari. Aſſcendi in cælum ſupra omnes angelorum & hominum ordines in Patris vſque dexteram: & ſingulis quibuſq; pro dignitate & virtutum ac vitæ ſuæ meritis locum præparaui. In vltimo deniq; die in gloria mea cum ſanctis & angelis meis deſcendam, iudicaturus ſingulos tum bonos, tum malos pro ratione meritorum, & p iuſtitia ac æquitate. Vide adhuc & conſidera dilecte mi, quid prætereà tibi præſtiterim. Reliqui & dedi tibi carnem vitalemque ſanguinem meum in cibum & potum, atque in guſtum quendam cæleſtem ac penetrabilem, iuxta omnem modum quo quiſque appetere, guſtare ac ſentire poſſit. Cibaui, inquam, & repleui affectum ſiue deſiderium & ſenſitiuam vitam tuam excruciato, glorioſoq; corpore meo: & amorem ac rationalem vitam tuam ſpiritu meo, cunctisq; donis ac meritis meis, quibus placeo Patri meo: contemplationem deniq; tuam & eleuationem ſpiritûs tui cibaui perſona mea, ita vt tu viuas in me, & ego in te DEVS & homo, idq; virtutum ſimilitudine & fruitionis vnitate. Prætereà Pater meus & ego orbem terrarum repleuimus ſpiritu noſtro, donis & chariſmatibus atque ſacramentis noſtris, pro vniuſcuiuſlibet deſiderio ac neceſſitate ſiue indigentia. Adſpice me ô homo, quiſnam ſim ego, vt tibi vixerim, tibi inſeruierim, quid pro te ptulerim, quid tibi pollicitus ſim: & ſis gratus, vicemq; mihi redde pro omnibus tota virium tuarum facultate.

Quõ adhuc aliter vnũ eẽ cũ Deo oportet.

Luc. 24.

Matt. 25. Mar. 16. Ioan. 20. Ioan. 14. Matt. 25.

Ioan. 6. Mat. 26.

Sapiẽ. 1.

¶ De primo verę contemplationis modo. Caput X.

O DEVS meus, eſto mihi propicius: quippe qui nihil ſum, nihil habeo, nihil poſſum abſque ope & gratia tua. Cerno equidem in lumine naturali, creatorem te eſſe & Dominum cæli ac terræ & rerum creatarum omnium. Atque inſupèr in fide Chriſtiana conſpicio & credo quæcunque ad fidem pertinent, cupioq; tua fretus gratia & adiutorio, modis omnibus exequi & implere legem & præcepta tua. Et hoc Domine commune eſt omnibus membris tuis, cunctisq; hominibus è religione Chriſtianis, qui tamen ſeruari velint. Iam verò etiam intùs exigis Domine ſpiritum meũ, vt te adſpiciam ſicut tu me conſpicis, & te amem vt ipſe me amas. Animum hic lector aduertat. Dum ſe bonus quiſpiam & internæ vitæ deditus, in ſeipſum intrò recipit, vacans & abſolutus ac expeditus à quibuſcunque rebus terrenis, & cor habens ſuperiùs reuerenter apertum erga æternam bonitatem DEI, hic iam occultum patet cælum, & ex diuinæ charitatis vultu repentina lux quędam inſtar fulguris in eiuſcemodi cor patulum irradiat, & in ea luce ſpiritus Domini eidem amanti patientique cordi ſic loquitur: Ego ſum tuus ô homo, & tu meus es: Ego in te habito, & tu viuis in me. Sub hoc autem luminis & contactûs occurſu tam ingens lætitia & caſta voluptas corpus animamque in iſtiuſmodi eleuato corde occupant, vt planè neſciat homo quid ſibi acciderit, aut qua ratione durare queat. Et hoc Iubilum dicitur, quod nemo poteſt verbis exprimere, nec quiſquam niſi expertus nouit. Agitur autem iſtud in huiuſcemodi DEVM amanti corde, ſoli quidem DEO patenti, ſed occluſo creaturis omnibus. Atque hinc oritur Iubilatio, quæ eſt cordialis amor, & ardens deuotionis flamma cum laude & gratiarũactione, ppetuaq; reuerentia & veneratione erga DEVM.

Quæ cuiuis credẽda.

Quæ lux quod in cor qui irradiet.

Cuius cor qua lætitia qui occupet

Iubilũ qd ſit nulli niſi expto, cõſtare.

Iubilatio.

Sed

Sed quiſquis dulcedinem ſentit, in eaq; lætatur & delectationem ex ea captat, nec Deo laudes gratiasq; agit, is planè deceptus eſt. Et hic primus idemq; infimus eſt contemplatiuæ vitæ modus, in quo ſeſe DEVS oſtẽdit: cuius eqdem hîc ipſum minimè expertis craſſum quoddam proponam exemplum. Capiat quiſpiam ſpeculum inſtar ſcutellæ concauum, ponatq; in eo res ſiccæ materiæ & igni accommodas, opponatque ipſum ſpeculum ſolaribus radijs, & res impoſitę ob Solis ardorem & ſpeculi concauitatem inflammabunt. Ita etiam in ſui introuerſione ſi quis habeat cor viuidum & apertum, & cum reuerentia ſurſùm erectum ad DEVM, diuinæ gratiæ lux in ipſum cor patulum ac eleuatũ ſuos mittit radios, purgatq; conſcientiam, atq; igni charitatis Dei cunctas hominis culpas ſiue defectus exurit. Iſte ergo, vt dixi, infimꝰ eſt contẽplatiuę vitę modus, idemq; exercet in cordis puritate, cum adſpectu ſubleuato & amore ſenſibili, in laude & gratiarum actione, cum deuotione & deſiderio ſeu affectu in diuinæ præſentia Maieſtatis.

Primꝰ ac infimus cõtemplatiuę vitæ modus.

Paradigma perſpicuũ.

¶ De altero verę contemplationis modo. Caput XI.

SEQVITVR hinc alter contemplatiuæ vitæ modus. Quotquot in ſimplicem ſpũs ſui puritatem per Amorem & Reuerẽtiam erga DEVM eleuati ſunt, ij reuelata ſiue detecta facie in Dei prę ſentia coràm aſſiſtunt: atq; ex Patris vultu ſimplex quædam lux in nudæ ac imaginibus vacuę mentis, ſupra ſenſus, ſupra imagines, ſupra rationem & abſq; ratione in eleuatam ſpũs puritatem erectæ, faciem irradiat. Atqui lux iſta non eſt DEVS, ſed medium quoddã inter adſpicientẽ mentem atq; DEVM: diciturq; fulgor Dei, ſiue Patris adſpiratio. Et in hac luce DEVS ſeſe ſimplici quodam modo oſtendit, non quidem ſecũdum diſtinctionem, neq; modum perſonarum, ſed in naturæ ac ſubſtantiæ ſuæ ſimplicitate: in eodemq; lumine ſpiritus Patris in eleuata, nuda, ac imaginum experte mente ita loquitur: Reſpice me, vt ipſe te reſpicio: moxque per infuſam ſimplicem Patris lucem ſimplices pateſcunt mentis oculi, & Patris faciem, id eſt, ſubſtantiam ſiue naturam Dei ſimplici adſpectu, ſeu intuitu ſupra rationem citraq; conſiderationem inſpiciunt. Lux autem iſta & hæc DEI manifeſtatio veram contemplanti ſpiritui præſtat notitiam, videre ſe DEVM, quatenùs eum in hac mortalis vitæ conditione cernere licet. Quod vt rectiùs capiat, ſimplicem huius ſimilitudinem interſerere placet. Si quis in radiãti Solis ſplendore poſitus ſit, & oculos ſuos ab omni colore, ab omni conſideratione, ab omni diſcrimine ſiue diſtinctione, & à cunctis denique rebus Solis luce perfuſis auertat, atque deindè adſpectu ſuo lumen & radios ex Sole procedentes ſimpliciter ſequat, in ipſum vtique Solem ducit. Sic etiam ſi quis micantes radios ex Dei vultu in ſimplicẽ adſpectum ſuum emiſſos atque lucentes inſequatur, in creatæ eſſentię ſuę originem ipſum deducent, vbi nihil niſi ſolum DEVM reperiet.

2. Cor. 3.

Quilꝰ quõ hic Deũ cernere contingat.

Cõparatio alia.

¶ De tertio verę contemplationis modo. Cap. XII.

TERTIVS deindè eſt vitæ cõtemplatiuæ modus, qui Speculatio dicit, quaſi quędam in ſpeculo intuitio. Eſt enim hominis contemplantis intellectûs viuũ quoddam ſpeculum, cui Pater & Filius ſuũ infundunt ſpiritũ veritatis, vti ratio illuſtretur, omnemq; cognoſcat veritatem, quę qdem poſſit intelligi in imaginibus, in modis, in formis, atq; ſimilitudinibus. Ad illũ autem modum, quo Dei vultus ſupra rationem & abſq; ratione in nuda intelligentia & mente imaginum expertè conſpicit, neque conſideratio, neq; ratio pertingere poteſt. Vt enim Aquila pręclara auis in Solis claritudinẽ immota oculorum acie ob viſũs ſui firmitatem intendit: ita veſpertilionis oculi, cùm ſint debiles & infirmi, in Solis claritate deficiũt, eiq; cedere cõpellũtur. Porrò ſimplex animę oculus, ſupra rationẽ & ſine ratiõe in nudũ ac ſimplicem adſpectũ ſiue viſionem eleuatus, ſemper Patris contẽplat faciem, idq; quodammodò vt Angeli qui nobis miniſtrant. Non enim aliud ſimplici huic Animæ oculo propoſitum eſt, niſi imago ea quę DEVS ipſe eſt: ibiq; ſimplici intuitu DEVM cernit & omnia, quatenùs vnũ ſunt cũ Deo, idq; illi ſufficit. Et hoc contemplatio dicit, qua DEVM ſimplici quodam modo conſpicimus ſiue contemplamur. Atq; hac ratione vis Animæ Intellectiua ſiue Intellectus, viuidum quoddam ſpeculum eſt, in quo

Speculatio.

Aquilę viſus quis.

quis veſpertilionis.

Intellectus quale ſit ſpeculum.

DEVS cum ſua gratia commoraẽ, deditq; ille ſuum veritatis ſpiritũ, cuius lumine oculus rationalis illuſtratus eſt, ita vt in formis, imaginibus ac ſimilitudinibus DEVM & creaturas omnes poſſit cognoſcere, quatenùs qdem DEO manifeſtare vel exhibere placet. Imperat autem Spũs DEI rationi à ſe illuminatæ, vt vitam ſenſitiuam iuxta diuinæ legis præſcriptum & præcepta Eccleſiæ, in charitate & vera diſcretione regat, moderet & ordinet. Deindè ſecundò homo eiuſcemodi intellectualis, qui à DEO ſpiritũ veritatis accepit, coram diuino vultu debet ambulare: & internam vitam ſuam cunctis virtutibus pro gratiſſima DEI voluntate ornare, ordinare, componere: atque ita aptus & idoneus erit ſuauiſſimam Patris audire vocem, in ipſius ſpiritu loquentis: Adſpice me, cognoſce me, vt à me cognoſceris. Attentè & diligenter me conſidera, quidnam & quiſnam ſim ego. Ad hanc autem inuitationem & exactionem exhilareſcit Anima, & omnes vires hominis interiores, apertisq; & illuminatis oculis concupiſcit Anima cernere id quod exigit, quoq; inuitat à DEO: qui tum oſtendit ſeſe Animæ in viuido intelligentiæ ipſius ſpeculo, non quidem vt eſt in natura ſua, ſed in imaginibus ac ſimilitudinibus, prout ratio illuminata capere ac intelligere poteſt. Iſtiuſmodi ſapiens ratio, diuinitùs illuſtrata, perſpicuè, dilucidè & abſque errore ſub formis ſiue imaginibus intellectualibus conſpicit, quæcunq; vnquàm audiuit de DEO, de fide, & de omni quam noſſe cupit, veritate. Illud autem obiectũ ſiue imaginem illam, quę DEVS ipſe eſt, tametſi ei propoſita eſt, capere tamẽ neutiquàm ſufficit: ſed intellectuales oculi eius luci illi incompræhenſibili cedere cogunt. Sed quia ſapiens eſt & veritatis illuſtrata ſpiritu, Deũ ſub intellectualibus ſimulacris ſeu imaginib' adſpectat, nẽpe vt ſit potẽtia, ſapiẽtia, veritas, iuſtitia, bonitas, benignitas, miſericordia, opulentia, pietas, viua fidelitas, conſolatio & dulcedo. Intuet etiam diſtinctionem perſonarũ, & ſingulam quanq; verum DEVM, & æquè omnipotentes virtute, naturæ quoq; vnitatem in perſonarum Trinitate, & Trinitatem in vnitate, itemq; naturæ fœcunditatem, & eſſentiæ ſimplex ocium, atq; vnamquamlibet perſonam DEVM, & in communi ſua ſubſtantia diuinitatem. Ratio nanq; veritatis illuſtrata ſpiritu, in ſuo ſpeculo DEVM tot contemplatur modis, formis & imaginibus, quot ipſa comminiſci vel excogitare poteſt, aut quacunque eum ratione cernere appetit. Cęterùm vis intellectiua nedum propenſa eſt, ſed etiam inuitata & exacta à DEO, ad cernendum quidnam & quiſnam ſit DEVS. Eamobrem Anima contemplans ita dicit DEO: Oſtende nobis Domine faciem tuam ſupra imagines & ſimilitudines, nudam ac apertam, minimeq; velatam, & ſic ſalui erimus, & ſufficiet nobis. Ad quod Spiritus Domini rationi illuminatæ hunc in modũ reſpondet: Reſpice me, quiſnam & quid ſim ego. Tum verò oculus intellectualis ſeſe aperit, vt videat id quod appetit, & ad quod cernendũ inuitatus & exactus eſt, à Deo. Simplex qdem oculus ſimplici viſione vel intuitu in diuino lumine quicqd DEVS eſt ſimpliciter adſpicit: eumq; inſequitur oculus intellectualis, ſcire volens ac explorare & experiri in eodem lumine, quidnam & quis ſit DEVS. Sed in conſpectu DEI ratio & conſideratio omnis cũ diſcretione coniuncta, ſuccũbit ac deficit: viſq; intellectiua in quiddam modineſcium ſubleuat, eiusq; viſio vel adſpectus modi expers eſt, id eſt, nec hoc vel illo ſe habens modo, & neq; huc neq; illuc proſpiciens. Totam em vim intellectiuã id quod modi expers eſt, circũplexũ eſt, eiusq; viſio vltra ipſam eleuata & dilatata eſt, ita vt nec ipſa vbinã ſit, compertũ habet. Quod em cõſpicit, aſſequi vel apphẽdere nõ poteſt, qñquidẽ viſio ſeu adſpectus eius modo caret, diffluitque ab ea & euagat abſque vllo fine & ſine reuerſione. Quod vtcũq; capit ſiue comprehẽdit, nõ poteſt ex toto comphendere neq; totũ obtinere: ſiqdem eius captus modineſcius eſt, ideoq; multo ſublimiùs à DEO ipſa comphendit quàm poſſit ipſa comphendere. Iſte nimirũ modineſcius modus hoc pacto exercitatus, mediũ eſt inter contemplationẽ eam quę fit in intellectualibus imaginibus ac ſimilitudinibus, & nudam illam contemplationem, quę ſupra imagines omnes in diuino fit lumine.

Aſa q qñ & qui exhilareſcat.

Psal. 79.

Ioan. 14.

Quo oculo qui Deũ adſpiciatur.

Modineſciũ modũ qs q̃le inter q̃ medium ſit.

¶De quarto verę contemplationis modo. Cap. XIII.

SEQVITVR iam quartus modus, veram contemplatiuam vitam modis omnibus, quatenùs ad contemplationem pertinet, perficiens & conſummans, appellaturq; eleuata ac illuminata in Amore exercitatio pro DEI gratiſſima voluntate. Hic modus vnà cum hac exercitatione ex DEO natus eſt. Dicit ipſe Dominus in Euangelio: Niſi quis renatus fuerit ex Spiritu ſancto, non poteſt videre nec introire regnum DEI. Enimuerò Spirituſſanctus fons viuus eſt, in quo amantes ſpiritus baptizati ſunt, & in quo viuunt & manent ſiue habitant: & ipſe ſpiritui noſtro viuam gratiæ ſuæ infundit aquam, in qua nos à peccatis noſtris omnibus repurgati ac emundati ſumus. Idemq; ipſe manet & habitat in nobis per gratiam ſuam, & nos in illo per virtutes vitæq; ſanctimoniam. Ita nimirùm viuit habitatq; & manet in nobis ſpiritus Domini, quem nos viuo comparamus fonti, & in quo ſupra creatam eſſentiã noſtram viuimus, vbi vitales gratiæ eius aquæ ſcaturiunt, & flumina multiplicium donorũ manant in ſpiritum noſtrum, idemq; ſpiritus noſtrum tangit ſpiritũ digito, id eſt, ſeipſo, ſicq; nobis intùs loquitur: Amate me, vt ipſe vos amo, & ex omi æternitate amaui. Quæ quidem vox & interna poſtulatio vel exactio, tam eſt auditu horribilis, vt cuncta Amoris impetu ac tempeſtate concutiantur: omnesque Animæ vires reſpondent, atque inter ſeſe colloquuntur: Amamúsne Amorem inexhauſtum ab omni æternitate nos amantem? Cor deſiderio expanditur, ſeſeq; aperit, & cunctæ vires ſenſitiuæ cum ſenſibili erga DEVM Amore ſubſequuntur: Anima viuens ſupra ſeipſam recta cum intentione & interna gratiarum actione obliuioneq; & contemptu eorum omnium, quæ diuino Amori impedimentum aut nocumentum adferre queant, progreditur. Intellectus illuminatus & libera voluntas, cũ laude & gratiarum actione, cum reuerentia ac veneratione, in æternæ charitatis conſpectu procedunt. Sanè quod ex DEO natum eſt, DEVS eſt & Spiritus: DEVS eſt, inquam, cum DEO, vna charitas, vna vita in æterno ſuo exemplari: eſt etiam ſpiritus & ſimile DEO per gratiã & amoroſam ad DEVM adhæſionem. Eſt præterea ſanctum, robuſtum, liberum, & in Amoris exercitatione vincens omia. Porrò inter vnum eſſe cum DEO per amorẽ, & ſimilem eſſe DEO per gratiam, Amor modis omibus exercetur: ſiquidem DEVS noſtrum tangit ſpiritum, exigitq; nos Amorem, quemadmodùm ipſe nos amat. Amor autem eius immenſus eſt, quippe qui ipſemet eſt: ſed noſter amor certam menſurã habet, ſicque fit vt quod illius poſtulat amor, nos exequi ac præſtare nequeamus, vndè defectũ incurrimus ſiue deficimus, amorque noſter in conſpectu charitatis eius fit modi expers. Amor nec frigidus eſt nec calidus, nec clarus, nec obſcurus, neque cibus, neque potus: denique nihil eſt in Mundo, quod Amori propriè poſſit comparari. Amor autem Dei erga nos, ſpiritalis quidam attactus eſt, vbi ſuam ipſe gratiam donaque ſua diſtribuit ſingulatim, ita vt cuique vtile eſt, vt ſecundum ea vitam agamus virtutum ſtudioſam.

Ioan. 3.

quõ ſpũſſanctũ in nobis, & nos ſi ipſo.

Quæ vox quõ interiora noſtra afficiãt.

Nati ex Deo quales.

Amor quid aut q̃lis nõ ſit.

Amor Dei erga nos, qd.

¶De quatuor modis amoris, in quibus omnis ſanctimonia ſita eſt. Caput XIIII.

SVNT verò quatuor amoris modi, in quibus ſanctitas omnis conſiſtit. Primus modus in præcepto eſt, & ad amicos pertinet. Secundus in conſilio eſt, qui eleuatorum eſt ſpirituum, ſecundum Dei conſilia viuentium. Tertius neque in præcepto, neq; in conſilio eſt, qui eſt filiorũ Dei, & Dei actionẽ in nudo amore patientiũ. Quartus eſt vnum eſſe cum DEO per Amorem ſiue in Amore. Attentus, obſecro, ſit Lector. Primus amoris modus eſt, DEVM timere & amare ſupra omnia, & tum ei, tum ſanctæ Eccleſiæ obtemperare in fide catholica, in virtutibus, & in omnigenis actibus bonis. Iſti ſunt amici DEI, qui placent DEO infimo modo, quo quis poſſit viuere DEO. Eſt deindè alter amoris modus, quo viuitur DEO in ſpiritu & veritate: Id eſt, cùm bonus quiſpiam magis intùs exercet intentionem & amorem erga DEVM, quàm foris bona opera propter DEVM, tum à Domini ſpiritu tangitur, maioremq; ſemper amorem exigitur. Quanto autem plùs amat, tanto plùs tangitur, atque ita in felix quoddam & beatũ ac modi expers pertingit experimentum, id eſt, modineſcium amorem: atque per hoc & ſecundum hunc modum purus ſpiritus eſt, & amore modineſcio DEO cohæret: totumque ſe horis omibus agendo exhaurit, donec ad ocium pertingat, tumque rurſum nouum ſentit attactum, iterumq; ſeſe operando exhaurit: quandoquidem omnes vires eius in Amore modi experte deficiunt. Atque hoc eſt amare DEVM, & amari à DEO. Amor quidem quid in ſeipſo ſit, intelligi non poteſt, ſed actiones eius

Primũ amoris modus.

II.

Actiões amoris q̃ ſint, intelligi, amo-

rẽ ipsum nõ intelligi.

eius istiusmodi sunt: Amor plùs largitur quàm capi possit, & plùs exigit quàm vt quis possit esse soluendo: Amoris exactio interdum in corde sentitur ceu affectiuus & ardens ignis in Anima, & in corpore velut æstus quidam ac impatientia, & in spiritu tanquàm famelica & cuncta consumens auiditas. Siquidem Amoris inhians auiditas actiones spiritûs consumit, & ad simplex quoddam ocium redigit. Ibì iam intellectualis incipit contemplatio, & amorosa in beatam ac suauem quandam auram inclinatio: vbi Amor modinescius perfectus siue consummatus est. Intellectualis enim contemplatio & Amorosa inclinatio cælestes fistulæ sunt, quæ sonum edunt absque Tonis & sine notis: semperque sine respectione atque reuersione in æternam progrediuntur vitam, seruantque tenorem & concordiam, atque consonantiam cum vniuersa sancta ECCLESIA. Ipse enim Spiritussanctus flatu suo sonum quem reddunt, efficit, mediumque obtinent locum inter Amorem modinescium,

III. & Amorem nudum ac ociosum. Tertius deindè modus sequitur, qui est Amor eleuatus, ac diuino illustratus lumine. In hoc Amoris modo spiritus ociosi ac nudi sunt, & supra omnem actionem in nudum quoddam intelligere, nudumque Amorem erecti ac subleuati sunt: vbi iam non agunt, sed aguntur à Spiritu DEI, & quantùm ad ipsorum sentire vel experiri attinet, ipsimet quodam modo gratia & amor sunt, vocanturque filij DEI. Nimirùm quicunque sibijpsis emortui sunt in DEO, & omnem proprietatem abnegârunt, ac renunciârunt in gratissimam DEI voluntatem, eorum vita abscondita est cum CHRI-

Colos. 3. STO in DEO, & ipsi continenter sine intermissione renascuntur denuò ex Spiritusancto electi filij charitatis DEI, & supra gratiam, & supra omnes actiones suas apti sunt, ac habiles ad redeundum, vt ita dicam, in nihilum, siue ad amittendum sese & colliquescendum in Amore. Siquidem deiformes sunt, & transformantur à Domini Spiritu, perindè vt

Paradigma perspicuũ. ferrum candens in ignem transfertur atque transformatur, & igni vnitur: Vbi sanè quatenùs ferrum sese extendit, eatenùs & ignis conspicitur: & quatenùs ignis videtur, & ferrum est: nec tamen ferrum efficitur ignis, nec ignis ferrum, sed vnumquodque suam retinet naturam suamque materiam. Ita etiam spiritus hominis neutiquàm fit DEVS: sed est deiformis, sentitque sese latitudinem, longitudinem, sublimitatem, & profundum, & quo-

IIII. usque DEVS DEVS est, eatenùs spiritus amans illi per amorem vnitus est. Atque hoc pacto quartus Amoris modus, status est ociosus, DEO in nudo Amore, & in diuino lumine vnitus, supra actionem ab omni Amoris exercitatione, vacans & expeditus, & simplicem patiens amorem spiritum hominis consumentem & quasi in nihilum redactum in sese transformantem, ita vt sui ipsius obliuiscatur, nec quicquam iam nouerit, neque Deum, neque seipsum, neque vllam creaturam, præter solum Amorem, quem gustat, sentit ac experitur, & in simplici possidet ocio. Sentit autem seipsum latitudinem cum Amore, qui immensus est, & complectitur omnia, nec vnquàm potest comprehendi. Cernit etiam æternæ se vnitum veritati, quæ nec principium habet, neque finem, & semper immota est, & creaturas omnes antecedit & sequitur. Intelligit prætereà eleuatum sese in vnam sublimitatem cũ DEO, regnante ac dominante in cęlo, terra, & creaturis omnibus. Conspicit etiam se profunditatem, & in superessentiam suam, quæ DEI essentia est, & se eleuatum, ibidemque cum DEO & sanctis omnibus vnam se inuenit beatitudinem interminatam, quæ

Ociosũ fundamẽtũ qd. DEO quidem essentialis, nobis verò superessentialis est, & eademipsa supra ac infra omnia est, & ociosum fundamentum est, id est, sustentatio fundo carens, tam DEI quàm eorum omniũ, quæ sunt condita à DEO: nec vnquã nisi seipsa cognoscitur: & DEO quidẽ ociosa ac essentialis notio vel scientia est, nobis verò incomprehensibilis nescientia. Et nos vbi cognoscimus & scimus, ibì beati sumus & vniti Deo per amorem: vbi verò nescimus, ibì vnà sumus cum Deo ociosa beatitudo supra creatam essentiam nostram, vbi omnes spiritu destituti sumus, & extra spiritum nostrum in superessentiali beatitudine nostra cum Deo supra creatã essentiam nostrã in inexhausta quadã sumus abysso, quæ Dei essentia est, quæ nunquàm neq; à DEO, neq; ab vlla creatura mouetur. Ita nimirùm secundũ rationem nostram inter DEVM & diuinitatem, inter actionẽ & ocium discrimen ac differentiam intelligimus. In fœcunda quidem personarũ natura & Trinitas in vnitate est, & vnitas in Trinitate, quæ cũ viua quadã personarũ discretione perpetuò operatur. Atqui simplex essentia Dei, quatenùs

nùs simplex essentia est, perpetuum quoddam DEI & creaturarum omnium ocium est, vbi nos omnes secũdũ superessentiã nostram, simplex & infinita absq; discrimine beatitudo sumus, quæ soli DEO essentialis, nobis autem superessentialis est, vbi creata essentia nostra superiores & sine spiritu atque extra spiritũ nostrũ sumus in superessentiali beatitudine nostra, quæ fundũ & finem nullũ habet, nec vnquã nisi seipsa cognoscitur. Et licèt cuncti secundum superessentiã nostram supra creatã essentiam nostrã vna simus cum Deo essentialis vnitas, perpetuò vacans & absque opere, sumus tamen etiam cum Deo fœcunda personarum Trinitas, viuens & operans supra res creatas omnes. Intelligimus enim nos vnam eandemque vitam æternã cum cælesti Patre nostro, qui est origo nostra, à quo conditi sumus. Inuenimus etiam nos in filio eius viuam veritatem, quæ exemplar nostrũ est, in qua omnes viuimus supra nosipsos, discriminatìm ac distinctè creati, ordinati, & cogniti in ipsius ęterna sapientia. Sentimus denique nos in Spiritusancto, quòd is ex omni æternitate nos amârit, volueritq; cunctis nos ornari virtutibus, & secùm vnũ esse per amorem. Et ipse foràs nos mittit plenos gratia & donis suis ad exequẽdam perficiendamque cunctis in virtutibus & actibus bonis voluntatẽ suã, & vt secundũ gratissimã voluntatẽ suã viuam', Christumq; sequamur ac imitemur modis omnibus, quibus & intelligimus & valemus. Et quemadmodùm Pater suum misit Filium Dominũ nostrum IESVM Christum, vt nobis seruiret & vi-

De nra superessentia siue idea, q̃ qcqd factũ est, in Deo vita est.

Qualis cum Deo vnitas ac Trinitas simus.

Scopus vitę Christianę.

ueret, ac nostra causa mortem oppeteret, ita etiam nobis mittit Filiũ suum Christum IESVM, & dat nobis Spiritũ suum, vt inuicèm viuamus in charitate, in virtutibus, & in cunctis actionibus & operibus bonis. Et cùm ita agimus, cùm eius seruamus legem & præcepta, & mutuo nos Amore prosequimur, & alij alijs inuicèm fideles sumus, iam eius discipuli sumus, poterimusque in gratia, in virtutibus, in vitæ CHRISTI similitudine crescere ac proficere & augeri: atque hoc ipso in dies magìs magisque diuina gratia, & virtutis ac veritatis fames sitisque in nobis increscet, vtì iam superiùs in sanctæ vitæ exordio declarasse me memini.

¶Vt Spiritus Domini operetur in nobis. Caput XV.

PORRÒ sicut Spiritus Domini foràs nos mittit, vt virtutibus cunctisque bonis actionibus operam demus ac intenti simus: ita rursum intrò nos trahit ad exercitationes internas, exigitque ac imperat nobis, vt DEO laudes gratesque agamus, DEVM perpetìm amemus ac honoremus, sicut itidèm in superioribus dictum est: Quantoque plùs cognitionis & amoris adepti sumus, eo magìs nobis cognoscere & amare libet, sicq; sensus nostros excedimus. Itaque Spiritus Domini intrò nos trahit, ostenditque nobis amoris faciem, expeditque & absoluit nos à nobisipsis, ab aduersis & secundis rebus, itemque creaturis omnibus, infunditque nobis gratiæ suæ plenitudinem, & perfecti amoris exercitia nos docet, putà mutuam inter DEVM & nos contemplationem, mutuum gustum, mutuam cognitionem, mutuum Amorem & complacentiam, atque in amore colliquescere ac diffluere. Largitur enim seipsum nobis DEVS, sed nos eum capere aut comprehendere non valemus: & ex ipso manant in nos multiplicia dona illius, videlicet in Animam, corpus, cor, sensus, & omnes vires nostras. Itaque amoris eius sentimus & gustamus consolationem ac suauitatem, editque & bibit ipse nobiscùm, & nos cum illo. Et hoc quidem supra captum sensuum agitur: quantoque plùs edimus, eo maiorem sentimus appetentiam: & quo plùs bibimus, eo acrior in nobis sitis excrescit: sed amor impensas omnes soluit. Ipsa DEI dona & consumunt & nutriunt: siquidem ipsamet cibus & potus sunt: & licèt redundent, cunctaque nostra compleant vasa, at tamen occulta quædam in nobis fames & sitis perseuerat. Inhiamus nanque ingenti auiditate immenso illi bono, quod amor ipse est, dona omnia in infinitum excedenti. Hac videlicet ratione Spiritus Domini sese nobis tribuit, modò nos ipsum capere possemus. Idem verò etiã introrsus nos trahens, vt vnus secùm amor simus, exigit à nobis. Sanè quæcunque Dominus IESVS loquutus est, ea vt fiant, nihil est impossibile: & tamen ipse desiderauit, precatusque est cælestem Patrem suũ, vt vnũ secũ simus & cũ eodem Patre suo, sicut ipse secundũ humanitatẽ suam vnũ est in amore cũ Deo, non quidẽ ex natura, sed ex gratia. Voluit etiã & petijt, vt vbi est ipse, & nos si-

Spũs Dñi nõ biscũ intũs quid agat.

Quale bonũ sit amor.

Ioan. 17.

mus, vt videamus claritatem ſuam, quam dedit ei Pater. Quibus in verbis ſex quędam nobis diſtinctè conſiderãda veniunt, in qbus ſuprema inter Deũ & nos cognitio conſiſtit.

¶De ſex quibuſdam, in quibus pręcipua ſiue ſuprema inter Deum & nos cognitio conſiſtit. Caput XVI.

ſex quò requirãtur.

PRIMVM eſt, quemadmodùm vnũ ſimus cum Deo in Amore & in Spiritu ſancto. Alterum, vt aliud ſimus à Deo in gratia & virtutibus. Tertium, vt cum Deo ſupra noſipſos vniamur. Quartũ, vtì in nobiſipſis maneamus, nec ſupra nos pertingere queamus. Quintum, vt in nobis famelici ac ſitibundi ſimus, & Deum comprehendere non poſſimus. Sextum, quemadmodùm ſupra noſipſos in ęterna charitate ſaturi ac beati ſimus, & abundemus. Horum explicationem iam aggredimur. Lector ſe attentum prębeat, &

I. ſingula diſcriminatìm animaduertat. Omnes quidem nos vna in Deo æterno exemplari noſtro ſupra creatam eſſentiam noſtram vita ſumus: vna itidèm humanitas ſumus, quam Deus creauit, & vna humana natura, cui idem Trinitatis ſuæ imaginem impreſſit, quãq; ex amore

Quid oĩbus hoĩbus commune.

aſſumpſit, ita vt nobiſcùm ſit DEVS & homo. Et iſtud omnibus commune eſt hominibus malis æquè ac bonis: quandoquidem hęc noſtrę naturę celſitudo & nobilitas eſt: & hinc neq; ſancti neq; beati ſumus. Verùm quãdo gratia & virtutes in nudã ac ocioſam ſpiritũs noſtri vacuitatem, in qua Deus regnat, nos ſubuehunt atque ſuſtollunt, ibì nos vnum inuenimus cum Deo & ſanctis omnibus, ibiq, omnes conſummati ſumus in vnum amorem, qui Deus

II. ipſe eſt, principiũ & fons vitę noſtrę ſempiternę. Deindè etiã aliud ſumus à Deo, nec vnquã poſſumus cũ illo vnũ effici, ſed aliud ac diuerſum ab eo ęternũ maneamus neceſſe eſt: vbi videlicet in nobiſipſis ſubſiſtimus, ſinguli in ſua perſona, vbi DEVS nos ſuĩ fecit ſimiles, etiam

Quanã Dei ſimilitudo nos faciat, aut nõ faciat beatos.

in mera ſeu nuda natura, ſecundũ vires noſtras ſuperiores. Sed hęc ſimilitudo, quã æqualiter omnibus nobis ex natura DEVS indidit, neutiquã nos vel ſanctos vel beatos efficit, ſed gratia & dona DEI, quę deſurſùm in nos veniunt, quę virtuoſam nobis conferunt vitã, per quã DEVS viuit in nobis, & nos in illo: atq; ita DEO ſimiles ſumus ſupra naturam noſtram, ſicq;

III. ei ſimiles manemus in gratia & in gloria. Tertiò vnũ ſumus cum DEO ſupra noſipſos, & eidem in nobiſipſis perpetuò ſimiles manemus. Id quidem quomodò ſe habeat, DEI inſtinctus ſiue attactus nos docet, rationem noſtram illuminans, foraſque nos mittens, & vitam à nobis exigens virtutum ſtudioſam, itemque intrò nos trahens, & exigens à nobis vnio-

Quõ iuxta Dei volũtatẽ viuamus.

nem cum DEO. Quibus duobus dum ex æquo obedimus, ſecundum gratiſſimam DEI viuimus voluntatem: atque hic inſtinctus vel attactus, perpetuum quoddam ac vitale inter DEVM & nos medium eſt, quatenùs perpetuò ſimiles manemus in nobiſipſis, & ſupra ſi-

IIII. militudinem vnũ cũ Deo. Quartò, ipſo Sanctiſpiritũs inſtinctu vel attactu omninò intùs mouemur, & quoddã in nobis exiſtit ſiue exoriẽ deſideriũ inſedatũ, ac implacabile & auida appetẽtia, quæ nec ratio, nec vlla creatura compeſcere, ſopire, ac ſedare poteſt. Dei nanque Spiritus à noſtro id exigit ſpiritu, vt ex toto extra noſipſos nos transfundamus in DEVM, & DEVM ipſum totũ intra nos circũplectamur & capiamus: quod vtrunq; nobis impoſſibile eſt. Non enim poſſumus extra noſipſos tranſire in Deũ, amiſſa eſſentia noſtra: ex quo neceſſe eſt, vt in omnem æternitatem aliud à DEO, & conditæ creaturæ maneamus: quandoquidem neque creatura vlla poteſt Deus fieri, nec Deus verti in creaturam. Sed neque

Capere qui Deũ nequeamus.

DEVM intra nos compræhendere ſiue capere valemus, cùm ſit magnitudo prorſus immenſa: neque eum aſſequi & appræhendere poſſumus, cùm ſit longitudo infinita, profunditas interminata, ſublimitas, creata omnia nimìs excedens. Verùm quod nobis impoſſibile, id ei vtique poſſibile non negamus. Vbi enim ſpiritus noſter cunctæque vires noſtræ in ſua actione deficiunt, ibì Spiritus Domini ſupra vires & actiones noſtras operatur, atque illic ab eodem agimur ſpiritu, & eius operationem ſupra cunctas actiones noſtras patimur: atque ita patiendo, ipſum quodammodò compræhendimus, & ab ipſo compræhendimur. In noſtris quidem actionibus ſemper deficimus & ſuccumbimus, nec eum compræhendere valemus: ſed ſupra actiones noſtras, vbi ipſe agit & nos patimur, ibì ipſum compræhendimus: idque, vt dixi, patiendo ſupra omnes actiones noſtras. Et hoc eſt modo quodam incompræhenſibili Deum compræhendere, patiendo videlicet, & ſimul compræhendendo.

Quintò,

Quintò, ſupra omnes actiones noſtras à Domini ſpiritu agimur, ibiq; à nobiſipſis & rebus V.
omnibus abſoluti & expediti, Deoq; in Amore vniti ſumus. Et hoc, vt antè iam dixi, in perpetuæ charitatis exercitatione omninò nos perficit. Atquì inter DEVM & nos ſemper iſthæc

Quid à nobis dñi ſpũs exigat.

vnio & abſque intermiſſione renouatur. Siquidem Domini ſpiritus emanat & intrò trahit, tangitq; ſpiritum noſtrum, & exigit à nobis, vt ſecundum DEI gratiſſimam viuamus voluntatem: neq; id ſolùm, ſed etiam, vt DEVM pro illius dignitate amemus. Hunc contactùm, qui inter DEVM & nos medius intercedit, nequaquàm penetrare valemus: quidq; idem ſit contactus in fundo ſuo, & quid itidèm ſit charitas in ſeipſa, ſcire non poſſumus. Vbi autem noſipſos agendo exhaurimus, ibì rurſus incipimus: quandoquidem dona DEI non ſinunt nos eſſe ocioſos. Ipſa quidem Sanctiſpiritũs promanatio nos reddit locupletes, cunctaq; hiantia vaſa noſtra diuinis donis, cibo æterno & ſpiritali potione adimplet: at nihilominùs fames ſitisq; nobis manet, & perpetua quædam appetentia & deſiderium illum ipſum aſſequendi & obtinendi, qui nullum neque modum neque menſuram habet. Sed id nobis impoſſibile eſt. Itaque neceſſe eſt, vt ſemper quidem auidè inhiemus, & tamen perpetuò in noſtra actione famelici ac ſitibundi permaneamus. Et quanuis noctes atque dies de DEO, vt ſic dicam, edamus & bibamus, itemque inhiemus & auidè appetamus, non tamen eum vel compræhendere, vel abſorbere, vel conſumere valemus: ſed perpetuò neceſſe eſt vt inhiemus incompræhenſibili: non em poteſt perpetua fames, ſitis & appetentia conquieſcere. Cæterùm quemadmodùm DEVS cum omnibus donis ſuis foràs nos mittit, vt pro ſua gratiſſima viuamus voluntate: ita ſpiritus eius intrò nos trahit, vt ipſum pro ſua dignitate

Quãt' à nobis exigatur amor.

amemus. Dignitas autem eius à ſpiritu noſtro Amorem poſcit immenſum, cùm DEVS ipſe immenſus ſit, ametque nos ſeipſo, quantus. & qualis ipſe eſt. Atquì Amor eius nimìs eſt terribilis, trahitque vehemẽtiſſimè intrò, & conſumit quicquid attingit. Hoc dum nos ſentimus, id quidem ſupra rationem eſt: ibiq; Amor noſter modi expers eſt: neque enim vel poſſumus, vel ſcimus illius reſpondere Amori, vtpotè tam auido, tamq; voraci, vt in ſeipſum cuncta ſibi propinquantia abſorbeat & conſumat. Itaque huic charitati noſter amor cedere compellitur: non enim poſſumus nos defendere: ſiquidem hìc amor noſter planè nudus, ocioſus & actionis expers fit. Dei autẽ charitas, ignis conſumens eſt, extra noſipſos nos conſumens, abſorbensq; cum DEO in vnitatem. Ibì iam ſaturi ſumus & abundamus, & cũ DEO ſupra noſipſos ęterna plenitudo ſumus: at nihilominùs ſemper famelici manemus in nobiſipſis, vbi aliud à DEO ſumus, & virtutũ prącepta amamus. Sẽper ergo ſupra noſipſos quidem cum DEO in vnitate ſaturi, at in nobiſipſis, vbi iuſtitiam amamus & viuendo colimus, famelici ſumus: Ita videlicet & ſaturi ſumus & eſurimus, agimus & fruimur, & vitam agimus ſynceram atq; veracem. Sextum denique, quod his ſuperius eſt, fruitio eſt in ſeipſa. VI
Dei quidem fruitio, & noſtrũm omniũ, qui cum illo in amore vnum ſumus, ſupereſſentialis fruitio, ocioſa quædã & glorioſa ac eſſentialis vnitas eſt ſupra perſonarũ diſtinctionem,

Dei & eius amore ardẽtiũ fruitio quid.

vbi DEVS nec emanet, nec intrò trahit, ſed perſonæ ocioſæ ſunt & vnum in amore fruitiuo, qui ocioſa glorioſaq; perſonarũ vnio eſt. Ibì quies, fruitio & gaudiũ prorſus infinita ſunt, & abſque vllo fundo, ibidemq; cuncti amantes ſpiritus ſecundũ ſupereſſentiam ſuam vna ac indiſcreta cum DEO fruitio ſunt. Dei autem fruitio, vnitas eſt perſonarum, nudũ ocium, affluentiſſimum gaudium, interminata ac inexhauſta beatitudo, æternaq; perfecti amoris corona & præmiũ. Porrò vbi cum Deo per eius gratiam & noſtra bona opera in amore vniti ſumus, ibì ſingulus quiſq; ſingularẽ accipit & gratiã & gloriã, eãq; vel maiorẽ, vel minorem, prout dignus eſt, & in ſtatu gratiæ diuino fretus adiutorio meritus eſt. Ibì, in quã, omẽs diſtincti ac diſcreti ſumus, & vnuſquilibet ſpeciatìm percipit gratiã, merita, gloriã, ordinẽ, & præmium pro æquitate & iuſtitia, & ſapientiſſima DEI, qui noſtra ſupereſſentia eſt, ordinatione. Atquì vbi ſine medio ſupra omnem diuerſitatem vnum ſumus cum DEO, ibì DEVS & noſtra & ſua ipſius in æterna ac inexhauſta beatitudine fruitio eſt. Obitèr hìc ſciendum eſt, tametſi in noſtra viſione multa Deo tribuimus nomina, eius tamen naturã non

Multa vnĩ Dei naturæ tribui noĩa.

niſi vnam eſſe in tribus diſcretis perſonis, quæ ſunt Pater, Filius & Spiritusſanctus: vnam videlicet naturam fœcundam in perſonarum Trinitate. Ita nimirùm nos intelligere, ſentire ac viuere debemus, atq; huc Deus omipotens creauit & vocauit quotquot ex Adamo tra-

xere orignem. Sed Pagani, Iudæi & infideles omnes DEI vocationem contemnunt, atque ea re maledicti sunt, & æterna damnatione plectuntur. Mali itèm ac improbi Christiani, qui in mortiferis viuunt peccatis, & hypocritæ ac ficti homines, qui bonos se esse simulant, talesq; perseuerant, atq; ex hac luce decedunt, isti omnes itidèm à DEO reprobantur & condemnantur. Et quanuìs Christiani omnes, in Christi precioso baptizati sanguine, ad æterna DEI gaudia vocati sint atque etiam inuitati: at tamen si accepti esse velimus, & electi ad illa ipsa gaudia sempiterna, necesse est, vt Domini nostri IESV Christi vita vestiti, eidemq; intra nos per eius gratiã & nostros actus bonos vniti simus. Ita náq; & ipse in nobis viuit, & nos in illo, idque pro mensura suæ gratiæ & nostræ sanctæ vitæ. Necesse est etiam, vt supra nosipsos vnum simus cum DEO in Amore & fruitione: sicque vnus cum eo amor vnaque fruitio sumus, æterna beatitudine inundati. Atque inter eam quæ in nobis est Dei similitudinem, & in DEO vnitatem, viuida animæ nostræ scintilla media intercedit, quæ lux quædam est & ignis Spiritussancti. Et lux quidem indicat ostenditque nobis vnum nos esse cum DEO in amore ac fruitione, itemque similes DEO per eius gratiam & virtutes nostras. Ignis autem omnem in nobis exurit consumitque dissimilitudinem, & in stabili continuaq; nos cognitione & amore conseruat, consolationemque nobis præstat, & quandam gloriæ Dei prægustationem, & de æterna beatitudine certos securosque nos efficit. Ista qui intelligunt, sentiunt, & viuendo experiuntur, ij singulariter electi bonique sunt homines. Quod nobis omnibus præstet Pater & Filius & Spiritussanctus, vnus verus Deus in personarum Trinitate, qui nostra corona est & præmium sempiternum. Amen.

maledicti, damnationeq; plectendi, q.

Saluãdis qd factu necessarium.

Electi, salutisq; suę certi, qui.

¶ Qui sint boni Christiani, quinam condemnentur: & breuis descriptio triplicis vitæ, putà actuosæ, contemplatiuæ, & communis. Caput XVII.

AETERNA DEI sapientia Dominus noster IESVS Christus, DEVS & homo, in Euangelio secundum Matthæum nos instituens, ita ait: Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. At verò boni Christiani omnes in vna fide, in lege Euangelij & mandatorum DEI, in vna voluntate, vno Amore, in gratia, in virtutibus, in DEI honore, & in vera denique DEI ac Domini nostri IESV CHRISTI vita congregati sunt. Quotquot autem in aliquo articulo infideles siue increduli sunt, aut dubitant, aut sanctæ ECCLESIAE fidei catholicæ contrarias sectantur ac tuentur opiniones, ij omnes condemnantur, & cum eis pariter, quicunque in mortiferis viuunt peccatis, & tum Prælatis suis, tum sanctæ ECCLESIAE in bonis consuetudinibus & exercitijs ac institutis non obediunt. Isti omnes diuisi ac separati sunt per multimoda peccata, & improbitatem atque malitiam: reprobatique sunt & abiecti atque contempti nedum à DEO, sed etiam sanctis eius omnibus. Et si in his permaneant & extremum claudant diem suum, diabolus eorum dominus est, & flammis ipsi Tartareis adiudicantur ac immerguntur. Agè iam probè me capiat Lector, & quæ dicturus, perquàm studiosè ac seriò animaduertat, certus id sibi esse necessarium, si quidem DEO in veritate absque spirituali errore viuere velit. Boni omnes, quicunque diuina sunt illustrati gratia, in sui introuersione supra rationem in propria essentia sua DEI regnum intra se reperiunt, & DEVM in regno suo. Et hæc vita dicitur contemplatiua, quam Domini spiritus exigit, & consulit nobis. In nostrî autem extrouersione sensus nostros in virtutibus & in bonis actionibus secundum rectæ rationis moderationem siue discretionem, & in minimè ficta charitate exercemus. Et hæc vita vocatur actuosa, quæ est in præcepto, & est necessaria omnibus seruari volentibus. Porrò actio & contemplatio si sit simul in eodem homine benè ordinata, ea sanè beata & sancta vita est.

Mat. 18.

Dãnãdi qui.

Qui quõ regnũ Dei intra se reperiant.

¶ De quibusdam pestiferis hæreticis, & eorum errore quadruplici. Caput XVIII.

Benè

BENE obsecro percipiat me lector, siquidem id admodùm necessariũ est. Homines quosdã peruersos ac toto errantes cælo, hoc nostro periculoso tẽpore inuenire licet, qui cùm neq; contẽplatiuam, neq; actiuã sint adepti vitã, nihilo minùs totius orbis sapientissimos atq; sanctissimos se arbitrentur. Ij sunt homines ociosi & rerũ omnium imaginibus denudati, qui in mera nudaq; natura absq; DEI gratia & sine virtutibus supra rationẽ in propriã suã essentiã intrò se recipiunt, ibidẽq; ociũ, quietẽ & imaginibus vacuã inueniunt ac experiuntur nuditatem. Et hoc naturæ supremũ est, quò absq; gratia & virtutibus pertingi queat. Sed quia in spiritu Domini & vera charitate minimè sunt baptizati, DEVM, DEIq; gloriosum regnũ in sua essentia neque inuenire neq; cernere possunt: sed propriã suã essentiã, tranquillũ quoddã & imaginũ expers ociũ reperiũt: atq; inibì æterna se gaudere beatitudine psuasum habent. Hinc verò quatuor errorũ ac hæresum, atque etiã malitię omis, quæ in isto possit mundo exerceri, genera emergunt ac pficiscuntur. Primũ genus aduersus spiritũ sanctum, eiusq; gratiã & benignitatem repugnat. Alterũ cælesti patri nostro, eiusq; potentiæ contrarium est. Tertium Domino nostro IESV Christo eiusq; dignissimæ humanitati aduersum est. Quartum & Deo & vniuersæ sanctæ Ecclesiæ catholicæ aduersatur.

Malè ociosorũ depictio.

Quatuor errorũ aut hæresum gẽa.

¶ De primo errore, qui Deum Spiritum sanctum impugnat. Caput XIX.

ITaq; ne quis aliquo implicetur ac seducatur errore, diligenter falsos hosce prophetas, me eos depingẽte, animaduertat. Qui primi generis sunt, Dei essentiam se esse aiunt supra diuinitatis psonas, adeoq; se esse ociosos, ac si non essent: quandoquidẽ Dei essentia non agit, sed spiritussanctus operatur. Putant ergo se ipso sancto spiritu esse superiores, & se neq; ipso, neque eius gratia habere opus: dicunt em non modò nullam creaturam, sed nec ipsum qdem DEVM quicquam eis vel conferre vel auferre posse. quidam etiam eius sunt sententiæ, vt animas suas ex DEI substantia creatas affirment, cumq; mortui fuerint, rursùm se futuros esse id quod anteà fuerint: perindè vt scyphus aquæ hausta ex fonte, si in ipsum fontem refundatur, idem est quod fuit priùs. Aiunt præterea, si quis per cælum omne peruagetur, nullum eum neque angelorum, neque animarum, neque ordinum, neque gloriæ, neque pręmiorum discrimen distinctionemque reperturum: siquidem nihil illic, nisi simplicem quandam beatamq; essentiam, omni actione vacantem, esse arbitrantur: Addunt his, post extremum iudicij diem omnes omninò homines, malos æquè ac bonos, & simul DEVM ipsum, non nisi vnam eandemq; DEI essentiam, quæ in omnem æternitatem absq; vlla actione semper ocio vacatura sit, esse futuros. Atq; eam ob rem nihil neque scire, neque cognoscere, neq; velle, nec amare, nec cogitare, non gratias agere, non laudare, sed nec desiderare, nec habere volunt. Nam supra DEVM & sine DEO esse, nec in vlla re DEVM quærere nec inuenire, atq; demùm ab omnibus prorsus immunes esse volunt. Et hoc ipsi perfectam appellant spiritûs paupertatem. Verùm eiuscemodi pauptas in cælo minimè inuenit neq; in DEO, neq; in angelis, neque in sanctis, sed nec in hominibus bonis toto orbe terrarum. Itaque non nisi diabolica & tartarea pauptas est. Enimuerò apud inferos nec cognitio, nec amor, neque laus, neque gratiarumactio, non virtus, non veritas, non sapientia, non iustitia est, sed dedecus & ignominia, & cruciatus, ignisq; Tartareus, & sempiterna miseria ac infelicitas. Qui verò ex Spiritusancto nati sunt, eiq; viuunt, & virtutibus cunctis nauant operam, ij vtique cognoscunt, amant, quærunt, inueniunt, gustant & possident gratiam & gloriam, & gaudia ęterna ac immensa quę DEVS ipse est. Tales enim veri sunt pauperes spiritu, mortui sibijpsis in amore, viuentes in spiritusancto, & ęterna perfruentes beatitudine. Cæterùm qui per seipsos absque Domini spiritu sine eius gratia scandere moliuntur, etiamsi in suo fundo ocium reperiunt, sed supra suam essentiam & naturam non inueunt id in quo æterna consistit beatitudo. Peccant enim in spiritum sanctum, qui omnis gratiæ, cunctorum charismatum, omnis gloriæ atque omnigenę beatitudinis dator & collator est. Hoc ergo primum est perfidiæ seu heresis genus, in quo nostri temporis aliqui homines stolidi ac cæci aberrant, & in damnationis profunda præcipites abeunt.

I. gẽis q sint

Falso dicta spũs pauptas, quæ.

Eccẽs 9.

Quinã veri paupes spũ.

¶ De altero errore vel hæresi aduersus Deum patrem. Caput XX.

II. EST deindè alterum perfidiæ genus, cælesti patri eiusq; æternæ potentiæ repugnans. Qui huius generis sunt, ex natura DEVM se esse putant. Nã singuli ex his execrandis hominibus ita aiunt: Quando stabam in fundo meo, in ęterna essentia mea, non habebam DEVM: sed quod eram, id volebam: & quod volebam, id eram, atq; ex libera volũtate mea factus & egressus sum. Si voluissem, nõ essem vtiq; factus nec vlla creatura. DEVS enim neq; scit, neq; vult, neq; potest quicquam sine me: siquidem vnà cum DEO meipsum & omnia creaui: & ex mea manu cęlum, terra & res creatę omnes dependẽt: omnisq; honor impẽsus DEO, etiam mihi impẽdit, vtpotè qui in essentia mea DEVS sum ex natura. Itaq; nõ spero, nõ amo, nõ cõfido, nõ credo in DEVM: & neq; orare, neq; adorare DEVM possum, nõ em vllum prę me vel supra me DEO vel honorẽ tribuo vel prerogatiuam. Nulla nãq; in DEO psonarum distinctio est, nõ pater, nõ filius, nõ Spiritussanctus. Nõ est nisi vnus DEVS, & cum illo ipse vnum sum, idẽ omnino vnum quod est ipse: & cum eo creaui omnia, & sine me nihil est. quęso te Lector, quàm fœda ac detestãda est isthęc pfidia & hęresis. Sanè quicũq; ita sentiũt atque psuasum habẽt, indociles sunt, ineptiq; ac inhabiles ad synceram catholicę fidei pcipiẽdam atq; intelligẽdam veritatẽ. Tãta eorum tamq; indigna & amẽs spiritalis supbia est. Nec mouẽtur quicquàm, etiam si Missarum sacra & cõciones ecclesiasticas auscultent, & audiant ea quę sunt Christianę fidei, ab ipsis Apostolis verbo & scriptis diuulgata ac docta, vt quòd DEVS pater cælestis cælum & terram cunctaq; creârit ex nihilo, & quòd Moses ait, In principio creasse DEVM cælum & terram, Solem & Lunam, cunctaq; elemẽta & creaturas omnes, & supra hæc omnia fecisse eum angelos in cælo, & primum hominẽ ex limo terræ, & inspirasse in eum spiraculum vitæ, atq; ex ipso nos omnes deinceps ppagatos esse. Quemadmodùm autem DEVS animam creet, nos illius scientiæ & veritati committimus. Et deniq; quòd Propheta dicit: Ipse DEVS fecit nos, & nõ ipsi nos. Quæ nimirùm catholica fides nostra est iam indè ab origine mundi, creasse videlicet DEVM angelos & cæteras res omnes, nõ autem à nobisipsis factos nos esse. Vndè etiam Lucifer ille, quem DEVS supra omnia extulerat atq; ornârat, quãdo ad DEI adspirauit similitudinem, mox in Tartari ima plapsus est. Et isti ergo infelices, qui nedũ similes esse DEO, sed etiam ipse DEVS esse volũt, ipso Lucifero, omniq; eius familia peiores sunt, & grauiùs (vt vereor) condemnantur.

Blasphemiæ quorundam inauditæ.

Gene. 1.

Psal. 99.

Esaiæ 14.

¶ De tertio errore, filium Dei & eius humanitatem infectante. Caput XXI.

III. TERTIVM impiæ psuasionis genus, CHRISTO DEI filio & eius dignissimæ humanitati aduersatur. Huius assertores veritatem quidẽ partìm dicũt, sed erroribꝰ ac hæresi pmixtam. Veritas quidem & catholica fides nõ nisi vnum esse Christum in cælo & in terra, ab æterno ex patre genitum secundum diuinitatem, & in tẽpore secundum humanitatem natum ex matre virgine, atq; eam ob rem DEVM simul & hominem in psonæ vnitate testatur. Atq; idẽ ipse, ait hæreticus, etiam ego sum, idq; p omnia, sine vlla exceptiõe. Siquidẽ vnà cum ipso vita æterna & sapiẽtia æterna sum, natus ex DEO patre secundum diuinitatẽ, & totum sum quicquid ipse est: itẽq; cum eo natus sum in tẽpore secundum humanitatẽ & quicquid ipse est. Atq; ita vnum cum ipso sum, DEVS & homo, & quidẽ modis omnibus, nullo excepto. Quicquid enim illi datum est à DEO, id etiam mihi pariter datum est, nec minùs sanè quàm illi. Et quãuis natus ipse sit ex virgine, id nihilipẽdo, qppe quod accidẽs tãtùm est, in quo nulla neq; sanctitas, neq; beatitudo cõsistit: quod ad me attinet, pindè mihi esset si ex scorto natus esset. Missus aũt fuit in vitam actuosam, vt mihi seruiret, & ppter me viueret ac moreretur: atqui ego in vitam missus sum contemplatiuam, actiua illa multo sublimiorem: vbi dum me intrò recipio, ociosum & à formis ac imaginibus atq; ab omni discretione absolutũ, eandem ipsam quæ ipse est in diuinitate sua, æternam me DEI sapientiam inuenio. Et si quidem diutiùs ei viuere licuisset, ad eam, quam ego adeptus

Catholica de vno Christo assertio.

Blasphemiæ aliæ.

adeptus sum, vitam contemplatiuam anima eius pertigisset. Omnis ergo honor, quo ipse affi citur, etiam mihi habetur, & illis omnibus qui ad hanc sublimem peruenêre vitam. Vnũ nanque cum illo sumus tam in diuina quàm humana natura: atq; eam ob rem, vt dixi, quicunq; ei exhibetur honor, itidẽ & mihi impenditur. In ipso sacramento dum corpus eius eleuatur in altari, etiam ego pariter eleuor: & cùm aliquò deportatur, ego vnà deferor: quippe qui cum ipso caro & sanguis, & vna eadẽq; inseparabilis persona sum. Plures sunt hodiè huius hæresis nefandæ opiniones, quas equidẽ necdum audiui. Sed his omnibus scripta diuina & fides catholica, atq; ipse Dominus noster IESVS CHRISTVS, & singulus quisq; pius ac bonus ita respondet: Agè nunc ausculta & animaduerte excæcate ac amentissime hæretice: mirum pfectò est, vsqueadeò stolidum & iudicij ac mentis inopẽ te esse, vt te DEI filium ex natura esse arbitreris. Ipse Pater cælestis filium suum ab ęterno ex se gignit alteram in diuinitate psonam: & p eundem filium, qui eius æterna sapientia est, cælum, terram & res omnes fecit ex nihilo, idq; cùm faceret, non te adhibuit in consiliũ, quippe qui tum necdum eras: & etiamsi fuisses, non ipse tua indigebat opa vel consilio. Et cùm primũ crearet hominẽ, te quoque benè cognouit, sed tu id neutiquàm meministi. Extremum etiam diẽm, quo iudicaturus est Mundum, ipse pbè nouit, tu verò minimè. Ipse cælum & terram & creata omnia cõseruat, regit, moderatur & ordinat, nihil in his tuo vtens consilio. Ipse quæcunq; sunt, & quæ facere posset, optimè nouit: tu nec teipsum nosti. Et licèt in DEI sapientia æternò vixeris secundum ideam absq; teipso, non tamẽ es ipsa Dei sapiẽtia. Sic etiam tametsi DEVS viuit in creaturis omnibus, & creaturæ omnes in DEO, non tamen vel creaturæ DEVS sunt, vel DEVS creaturæ. Quod enim creatum est, & quod increatum, semp duo manẽt, & à se inuicèm absq; mensura longissimè distant. Et quãuis DEVS homo factus sit, & homo DEVS, nõ tamen diuinitas est humanitas, nec humanitas diuinitas, sed in omnem æternitatẽ duo quædam manent, creatum & increatum, DEVS & homo. Verbum quidem Patris æternum carnem nostram & sanguinem, vitalẽq; animam suscepit, ita vt CHRISTVS ex duabus naturis DEVS sit & homo. Siquidem ab æterno ex Patris substantia genitus est, verus DEI filius & DEVS verus: & in tẽpore ex matris intemeratæ beatissimæ Marię virginis substantia in nostra natura natus est verus homo: atq; ita & DEI & virginis matris filius est, & vtrunq; ex natura. Secundum humanitatem enim sacratissimę semperq; virginis Marię filius est, eiusque corpus ex pręclarissimis purissimisq; illius sanguinibus Spiritussancti operatiõe formatum est: ficque in natura nostra verus ac proprius eiusdem virginis filius est, nec quisquam alius omninò, nisi ipse solus: Itemq; sempiternus DEI filius est ex diuina Patris natura generatus, nec alius quisquam prẽter ipsum. Atq; hoc pacto idem ipse CHRISTVS IESVS & DEI & beatissimę Marię virginis filius est, DEVS & homo, ex duabus quidem naturis constans, sed non nisi vna diuina psona, quę est ipse DEI filius: eiusq; humanitas, id est, corpus & anima, in cęlo & terra supra omnia quę vel condiderit, vel vnquàm conditurus est DEVS, honore ac dignitate est exaltata. Ex his nimirùm cęce ac amẽs hęretice, id liquidò potes animaduertere, non te esse CHRISTVM DEI filium, DEVM & hominẽ ex naturis duabus, sed in omnibus planè falsum ac euersum te esse. Iam quod porrò ais, quicquid DEVS CHRISTI humanitati dederit, id tibi similiter dedisse, neq; quicquam minùs, & sine vlla exceptione, tam est immane ac impudens mendacium, vt etiam oculis cerni ac manibus palpari queat. DEVS nanq; CHRISTI IESV humanitati omnem dedit potestatem in cælo & in terra supra creaturas omnes: atq; eam ob rem peccatoribus ipsum petentibus & desiderantibus peccata remittebat, atq; insupèr gratiam suam conferebat: mortuos restituebat vitæ, animabus quidem ab inferis, corporibus verò ex sepulchris reuocatis: quotquot vel ipse tetigisset, aut cũ fide ei propinquassent, à morbis omnibus sanabantur: quicquid volebat, poterat, & credentibus in eum quicquid petijssent, præstabat in animabus & in corporibus, prout ex ipsorum vsu & salute esse nouerat. Talem sanè potestatem homo miser ac amentissime tibi DEVS non contulit. Ad hæc Christi anima ex DEI donis tam erat sapiens, vt & DEVM cognosceret creatorem suum, & res creatas omnes in cælo & in terra, itemq; verba, actus & cogitatiões mortalium omnium, & cuncta deniq; discriminatìm, quæcunq; nosse voluisset. Sciebat etiam præterita, præsentia & futura omnia ab ipso vsq; mũdi exordio ad extremum vsq; diem: nec

Cõtra blasphemias supradictas.

Mat. 28.

nec quicquam eius latebat animam neq; in cælo, neq; in terra. Vndè etiam prædixit passio-
Mat.20. nem, mortem & cruciatus suos, & quidem distinctè, ita vt passurus erat, atq; itidèm resurrectionem suam tertia die, & gloriosam in cælos ascensionem, & sanctispiritûs missionem in eos omnes, qui ad eius susceptionem sese præpararent, atq; demùm aduentum suum ad iudicium extremo mundi die, quo bonos & malos est iudicaturus. Et tamen audes dicere homo vilissime ac miserrime, CHRISTVM IESVM in actiuam missum vitam, vt tibi ministraret, & tua cæterorumq; mortalium causa moreretur: si verò longius ei potuisset obtingere viuendi spatium, ad contemplatiuam eum fuisse peruenturum vitam, actiua sublimiorem præclarioremq;, eam videlicet ad quam tu pertigisti. Sed id certum habeas homo perditissime & omi talpa cæcior, CHRISTI auimam ex DEI sapientia magis fuisse illuminatam, sublimiusq; & perspicaciùs contemplatam, quàm mortales omnes qui vnquàm fuerint aut futuri sint. Tu verò neq; cõtemplatiua, neq; actiua vita, neq; vlla omino virtute, quæ DEO placeat, aut te beatum & saluum possit efficere, præditus es. Sed quàm beatus est canis dormiens, qui se somniat frustum carnis tenére dentibus, dum autem euigilat, nihil habere se sentit: ita planè & tibi euenit. Fallax enim & vanum te decipit ocium, adeò vt te putes esse DEI contemplatorem, cùm tamen de DEO parùm aut nihil comperti habeas. Siquidem in ipsa tui ab imaginibus vacua introuersione supra rationem, & sine consideratione, & supra cunctas animę tuę vires nudam animę tuę essentiã inuenis ex ipsa natura liberã & ociosam, quemadmodùm à DEO creata est: & hãc putas esse DEVM, & quòd ipse sis Deus, &
1.Cor.1. ipsa DEI sapientia CHRISTVS IESVS, DEVS & homo. Sed toto erras cęlo. Persuasum nãq; habes esse te CHRISTVM, aut vnum omninò cum ipso, & omnem ei præstitum honorem, etiam tibi non minùs, atq; illi, impendi. Verùm hæc persuasio hæretica est, & ab omni veritate aliena. CHRISTVM enim nos adoramus, in eumq; credimus & speramus, quippe qui DEVS noster est. Idem verò si tibi præstaremus, planè perfidi ac hæretici & execrabiles ac maledicti essemus, vt ipse es. Asseris præterea hominum improbissime CHRISTI corpus tu um esse corpus. Putas enim illius te carnem & sacrosanctum esse sanguinem, atque vnum omninò cum ipso, & vbi sanctissimum eius consecratur, eleuatur, ac defertur corpus in sacramento, idipsum te esse: atq; ea re nullo ipsius venerandi corporis tenéris desiderio, nec illi habes honorem ac reuerentiam, nec appetis præstantissimum conspicere sacramentum, non magis quàm canis qui cum DOMINA sua ad sacras venit ædes: & perindè est tibi, vtrùm parietem respicias, vel ipsum sanctissimum sacramẽtum, dum sacerdotis manibus eleuatur. Sed animum aduertas asine rudis ac plumbee: equidem te ipsissimam edocebo veritatem. In cœna vltima, quando DOMINUS IESVS sacratissimum corpus & preciosum sanguinem suum
Ex canone Missæ. consecrauit, panem accepit in sanctas ac venerabiles manus suas, & eleuatis in cælum oculis ad DEVM PATREM suum omnipotentem, gratias agens, benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes: HOC EST ENIM CORPVS MEVM. Et quia idem ipse CHRISTVS IESVS æterna veritas est, mentiri vtique & nos fallere non potest. Deindè simili modo accipiens & calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, itèm gratias agens PATRI suo cælesti, benedixit, dedit discipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo oẽs: HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS MEI &c. QVI PRO VOBIS ET PRO MVLTIS EFFVNDETVR IN REMISSIONEM PECCATORVM. Hoc quotienscunq; feceritis sacrificium, in meî, id est, meæ charitatis, passionis & mortis, memoriam facietis. Ita nimirùm sacrificium istud Christus ipse ab initio suo sanctissimo corpore & precioso sanguine fundauit: id quod sancti omnes
Mat.26. Mar.14. Luc.22. Ioan.13. Euangelistæ testantur, & Ecclesię sanctæ cultus ac exercitia iam indè ab eo tempore, quo DOMINUS IESVS sanctum misit spiritum in Apostolos & credẽtes omnes, qui se ad illũ suscipiendum pręparârant. Nec tamen vllus vnquàm quanlibèt sanctus, ea fuit audacia præditus, vt Christi corpus & sanguinem, suum esse corpus & sanguinem vel posset vel auderet affirmare. Immò nec ipsa quidẽ beatissima semperq; virgo Maria genitrix DEI, dicere possit filij sui corpus, suũ esse corpus, qñquidem illius corpus non nisi ipsius vnius est, DEI ac hominis, nec cuiusquã omninò pręterea. Atque hac de causa corpus eius in venerabili sacramento honoramus & adoramus, idemq; ex amore excruciatum ac tortum, DEO omnipotenti pro peccatis nostris & omni sanctę Ecclesię vtilitate & salute offerimus. Et tu tamen nul-

nullam ei neq; honoris, neq; laudis tribuis prærogatiuam, & tametsi ex virgine natus est, id ei vis esse accidens, nec id alicuius pensi habes: & pro eodem duceres, si ex vili prostibulo natus esset. Verùm hic planè blasphemus es tum in DEVM, tum in ipsam purissimam virginem DEI genitricem, dum eam proh nefas, scorto æquiparas, quæ ab omni æternitate præ creaturis omnibus in DEI matrem electa est. Et si nihil præterea fecisses mali, ob hoc solùm dignus es qui mergaris in Tartara, & etiam hic viuus flammis exuraris, tanquàm hæreticus execrabilis ac maledictus & despectus à DEO & sanctis omnibus, totaq; sancta Ecclesia catholica. At tamen clementia, gratia & benignitas DEI prorsus immensa est, & ipse Christum IESVM filium suum donis omibus, cunctisq; gratiæ & virtutum diuitijs repleuit abundè, deditq; ei potestatem in cælo & in terra supra creaturas omnes: & CHRISTVS ipse ex amore mortem perpessus est. Miserere ergo tuijpsius, ac plurimùm erubesce, & superbum ac putentissimum cor tuum deprime & humilia valdè, neque in desperationem consentias, sed quæras implores q; gratiam & veniam, & pedibus DOMINI IESV ac dignissimæ & reuerendissimæ matris eius prouoluaris, & sic absq; vlla ambiguitate peccatorum omnium veniam impetrabis. Qui facilè veniam impetres, modò ex aío qras.

¶ De quarto errore vel hæresi, tum Deum, tum scripta diuina & totam Ecclesiam impugnante.

Caput XXII.

QVartum deniq; hæresis ac perfidiæ genus, quod cætera in se genera cõplectitur, DEO & scripturis sacris, totiq; Ecclesiæ catholicæ contrarium est. huius farinæ hæretici & modum, & id quod modi expers est, itemq; actionem, contemplationem, desideria, cognitionem, amorem, scire & habere, sanctæ Ecclesiæ exercitia ac instituta, cuncta sacramenta & præcepta & cõsilia, sacrosancta Euangelia, vitã Christi & eius institutiones, sacras virtutes, passionem & mortem, diuinas personas, & quæcunque vnquàm DEVS opera vel fecit vel facturus est, contemnunt. Eam quoque vitam æternam, quam in Dei sapientia habemus, de qua sanctus Ioannes Euangelista ait, quod factum Ioan.1. est, in ipso vita erat, similiter contemptui habent: transcenduntque & seipsos & creata oĩa, ipsum DEVM & DIUINITATEM, affirmantque neque DEVM neque seipsos, non beatum aliquem aut damnatum, non actionem, non ocium, non creaturam vllam, & neminem deniq; neque malum neque bonum esse. Atque hoc pacto suam sibi videntur creatam perdidisse essentiam, & nihil se esse effectos, quemadmodùm pro ipsorum iudicio DEVS nihil est. Et cùm certum sit, cælum & terram, & quicquid à DEO conditum est, suam habere essentiam siue esse suum, isti tamen hæretici neque DEVM, neque se esse aiunt. Ipsa æterna Dei sapientia dicit, Ego sum alpha & ω, principium & finis creaturarum omnium. Et DOMINUS DEVS ad Mosen ait: Sic dices filijs Israel: Qui est, misit me ad vos. Itemque, EGO SUM DEVS Abraham, DEVS Isaac, & DEVS Iacob. Et DIUUS Bernardus: Non est, inquit, pars aliqua DEVS, sed totum. Verùm quod Propheta ait, Dixit insipiens in corde suo, Non est DEVS, id tibi hæretice accidit, dum affirmas DEVM esse nihil, & in hoc nihilo inuenire te omnia. Quod reuerà manifestum ac impudens mendacium est. Si enim nihil es, nihil etiam quæris, & nihil inuenis. Et si ipse nihil es, & DEVS nihil est, ergo & creaturæ omnes nihil sunt, siquidem DEVS viuens conseruatio est eorum omnium quæ fecit, ipseque viuit in nobis, & nos in ipso, estque viuens & perpetuus operator. Et gratiam quidem suam dat nobis, exigitque à nobis perennes vitales actiones, putà vt ipsum cognoscamus, confiteamur, amemus, ipsi laudes gratesque agamus, quę sunt sempiternę ac vitales actiones, quas ipse in nobis & vnà nobiscum efficit. In ipso nanque initium accipiunt, & per ipsum in ipso consummant ac perficiuntur: supra has autem actiones nihil est aliud, nisi ipso vnà cum ipso in æterna beatitudine perfrui. Etenim ipse vita nostra est, & quicquid tum in temporaria, tum ęterna vita rectè appetimus, nobisque est necessarium. Denique ipse quoddam viuentis ac sempiternum ens est, quod rebus omnibus ab ipso creatis, aut quas pręterea creare possit, & sublimius, & profundius, & lõgius & latius est. Agè iam Lector pie animum aduerte. Quicquid est, aut DEVS est, aut creatura. At nunc homines quidam emotę mentis, asseuerare non dubitant se nihil

Apo.1. & 22. Exod.3. Psal.13. Quid Deus à nobis exigat. Quale quid Deus sit.

esse, & DEVM itidèm nihil esse. Sed id est impossibile. Esse nanque & non esse siue nihil esse, contraria sunt. Et tamen ipsis ita accidit. DEVS enim omnia fecit ex nihilo. Id autem nihilum, quod ipsi sunt, DEO mansit reliquum, nec illud facere potuit. Id enim peccatum est, & fallax ocium ac inobedientia, quod nihilum ipsi fecerunt. Quæcunque DEVS fecit, ea aliquid sunt: sed sine ipso (vt sanctus Ioannes ait) factum est nihil, id est, peccatum. Primum quidem peccati nihilum factum est in cælo. Nam quando DEVS hierarchias & ordines angelorum condidit, hoc eis præcepti dedit, vt agerent, ipsiq́ue obtemperarent, ipsum amarent & laudarent, ipsiq́ue gratias agerent. Et qui ita egêrunt, in suis actionibus confirmati sunt, & æterna beatitudine in DEI gloria perfruuntur. Qui verò se immorigeros præbuerunt, DEIque præceptum & actionem ex superbia contempserunt, è cælo in obscurum peccati nihilum & in falsum ocium collapsi sunt, ita vt nunquàm DEVM cognoscere, laudare, amare, nunquàm ei gratias agere, nec aliquem virtutis actum efficere queant. Peccati nanque nihilum & falsum ocium, inter DEVM & ipsos medium se interponit, vt vniri & coniungi non possint. Facilè autem animaduerti potest, nihilum in seipso nec bonum, nec malum: nec beatum, nec miserum: nec diues, nec pauper: nec DEVM, nec creaturam esse. Et tamen audent dicere amentes quidam, animę essentiam nihil esse, & DEI similiter, atque ociosarum animarum essentiam nihil esse. Atqui id planè commentitium & hæreticum est. DEVS enim est omnia in omnibus, & æternum, omnipotens, immensum ac increatum ens, rerum omnium conditor: idq́ue oculis intellectualibus testantur & confitentur cuncta quæ varijs fecit modis. Enimuerò viuit ipse per gratiam suam in viribus animæ nostræ, exigitq́ue à nobis, vt sempiternos ac benedictos actus operemur. Siquidem ipsemet perpetua quædam actio est: & per æternas bonas actiones illi similes sumus, manemusq́ue semper cum illo, maioris abundantiorisq́ue gratiæ augmenta ac incrementa capientes. Viuit etiam in nuda essentia animæ nostræ per seipsum supra gratiam suam & nostras bonas actiones, illicq́ue cum ipso vniti, & in sanctam beatamq́ue vitam eleuati sumus. Inter eam autem, quæ supra nos est, cum DEO vnionem, & quæ in nobis est, eius similitudinem, medias interponamus necesse est benedictas actiones, quæ ei multùm placent, quasq́ue ipse & præcepit, & consuluit: alioquì nec ei vniri, nec sancti aut beati esse valemus.

Ioan. 1. Vbinam primò peccatũ.

1. Cor. 15.

Quid Deo sit, & quô ei similes fiamus.

¶De amoris quadruplici ratione. Caput XXIII.

Opa nos beatificantia, quot fiant modis.

Amoris modos 4. nobis præceptos.

Porrò benedictæ actiones istæ siue benedicta opera, quæ nos sanctos & beatos efficiunt, quatuor actitantur & perficiuntur modis, qui quidem in DEO accipiunt originem, eosq́ue illius freti ope nos perficimus, ijdemq́ue semper renouantur ac incipiunt, & sine fine in omnem perseuerant æternitatem. Sunt autem quatuor amoris modi, quos nobis & præcepit & consuluit DEVS, qui nobis colendi ac exercitandi sunt, quod est dare & accipere, quæ amorem efficiunt firmum ac stabilem. Amor autem DEO nos similes reddit, itemq́ue vnum cum ipso in amore efficit: non quòd nos DEVS possimus fieri, aut illi pares & æquales potentia, sapientia, cognitione, amore, & alijs omnibus, quæ ipsi ex natura insunt. Immò verò nec ipsa CHRISTI anima id possit: & quæcunque creata sunt, infra DEVM ac DEO minora semper manent. Præcepit autem nobis DEVS, nosq́ue instituit, vt amorem quadruplici ratione exerceamus, vbi ait: Audi Israel, dominus DEVS tuus, DEVS vnus est. Et diliges dominum DEVM tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Hisce verbis quatuor ęterni amoris exprimuntur modi, quibus nobis agnoscere licet, quid nobis prestet ac largiatur DEVS, & quid nos illi vicissim summo iure debeamus, si salui esse velimus.

Deut. 6. Mar. 12.

¶De prima Deum amandi ratione, & vt verum exercere amorem, deoq́; vicem aliquam rependere debeamus. Caput XXIIII.

Primus

Primus amoris modus, q. s.

PRimus ex his amoris modus is est, diliges dominum DEVM tuum ex toto corde tuo. Vbi quęso attendat vnusquilibet & discat seriò, quemadmodùm verum exercitare ac exhibere amorem, & DEO pro illius charitate vicem rependere debeat. Ipse planè ex omni ęternitate liberrima voluntate nos dilexit, naturamq́ue nostram & primum hominem in natura nostra pręclarum, nobilem ac liberum condidit, vt diligeret, & liberos exerceret actus, atque ita libertatem adipisceretur, in qua ęternò confirmaretur. Sed id primus homo contemnens, ex paradiso extrusus est in hoc exilium, quod nos quotidiè sentimus ac experimur. At verò pater noster cęlestis tum ingentem necessitudinem nostram, tum inexhaustam contemplatus gratiam, benignitatem & clementiam suam, ex amore inæstimabili suum nobis misit vnigenitum filium nostra indutum natura, qui tantoperè nos dilexit, vt sese abiecerit ac humiliârit, naturamq́; nostram exaltârit, secumq́; vltra Seraphicorum spirituum ordinem euexerit. Idemq́ue ipse omninò totus vult noster esse. Siquidem nobis ministrauit, nobis vixit, nos edocuit, & demùm propter nos ex charitate mortem perpessus est: Ad hæc reliquit ac dedit nobis carnem & sanguinẽ suũ, & quicquid ipse est & potest, DEVM & hominem, expectatq́; nos, & æternam nobis præparauit vitam & gloriam. Præcipit autem nobis, vt se vicissim diligamus ex toto corde nostro. Itaq; deserenda nobis peccata sunt, & contemnendum quicquid eius in amore ac seruitio nobis impedimento vel nocumento esse queat: cuiusmodi sunt inordinatus timor & amor, dolor & gaudium ob res caducas & temporarias, itemq́; cordis solicitudo & curæ & cuncta denique extranea ac aliena, quæ nos premere queant: liberisq́; animis ex syncera ac minimè ficta charitate & cordiali amore ipsi seruiemus, eiusq́ue dicta & præcepta seruabimus. Atque ita CHRISTVM in nobis viuentem reperiemus per gratiam suam, nosq́; in ipso viuentes per virtutes nostras & minimè fictum ac cordialem erga ipsum amorem: poterimusq́; tum dicere cum Apostolo ex sententia: Viuo autem iam non ego, secundum carnis desideria & obstamenta: viuit verò in me Christus. Qui enim amat DEVM, is & amatur à DEO, manetq́ue & habitat in DEO, & DEVS in ipso. Pręterea quæremus ac inueniemus, & amabimus Christum supra nos in cælis, vbi sedet ad patris dexteram in DEI gloria, ibidemq́; nos commorabimur atq; conuersabimur cum sanctis omnibus in diuinę præsentia maiestatis: sursumq́; nos liberis animis vltra cælos omnes intẽtione simplici, deuotis precibus, ardenti deuotiõe, & cordiali ac effluenti charitate in gloriosam domini nostri IESV Christi faciem erigemus, illicq́; oculis intellectualibus & ratione illuminata patrẽ in filio, & filium in patre conspiciemus: simul etiam filium secundum humanitatem in paterna consedentem dextera, supra omnia potentissimum in cælo & in terra. Ibì tum amãs cor nostrum lætabitur, & cum DEO manebit eleuatum: licebitq́; nobis dicere cum Apostolo, Nostra autem conuersatio in cælis est, cum affectu & delectatione cordialiq́; amore: non autem in terris, mœrore ac exilio & miserijs depressa. Ad hæc quæremus Christum intra nosipsos & in venerabili Sacramento, vbi caro eius dilectis & charis illius cibus æternus, & sanguis præclara potio est: eaq́; nos ingenti quæremus desiderio, vera fide inueniemus, & vera appetẽtia comedemus ac gustabimus, sicq́; vitijs erimus superiores, & cũctis in virtutibus crescemus & augmentabimur. Hîc em & appetimus, & appetimur: edimus DEVM, sed ipse nos in se consumit, optamusq́; & desideramus, vt ipse nos in se trãsmutet, ita vt possimus cum ipso in patris eius conspectu vnus viuensq́; effici Christus, vbi tum Christi nostrumq́; desiderium vnum fiet. Etenim cordiali amore in ipsum trãsformabimur, & vnà cum ipso à nobisipsis in sempiterna DEI gaudia profluemus, vbi amor ille, quem DEVS præcipit ex omni corde nostro præstari, perfectus & consummatus est.

Christi erga nos bẽficia.

Gen. 3.

Gala. 2.

Col. 3.

Phil. 3.

¶De altera DEVM amandi ratione. Caput XXV.

SEcundus amoris modus est, vt DEVM ex tota anima diligamus. Enimuerò pater vnà cum filio Sanctum nobis dedit Spiritum, qui est charitas vtriusq́;. Et ipse Spiritus sanctus sese nobis largitur, & cuncta dona sua. Idemq́; Sanctus spiritus, qui (vt diximus) DEI charitas est, nihil nisi amorẽ à nobis exigit. Sed emanãtia dona illius, intùs virtu-

Quis II.

tes, & foris bona à nobis exigunt opera pro gratissima DEI voluntate. Eã ob rem æternę charitati illius obedire nos oportet, perpetim ac ęternò redamãdo: liberę autem voluntati ac liberis donis eius, spontè ac libera voluntate foris & intùs per virtutes & bonas actiones obtemperãdum nobis est, ita vt liberè agere ac opari queam⁹ quicquid iusserit, & absq; animi calcitratione perpeti, quæcũq; nobis accidere permiserit. Sicq; firmi erimus, vbi nihil aliud velle poterim⁹, nisi quod velit DEVS: itemq; DOMINO nostro IESV Christo similes erimus, qui PATRIS voluntatem ad mortem vsq; fecit ac pertulit. Vndè etiã anima & nomen eius gloriosum est præ creaturis omibus, eo quòd in gratissima PATRIS voluntate vixerit ac obierit, amoriq; ex tota anima sua fecerit satis. Porrò vt dicere cœperam, præceptum nobis est, vt ex tota anima diligamus. Itaq; vitalem animam nostram supra omnem vitã sensitiuam, eò vsq; eleuabimus, vbi anima spiritus dicitur, illicq; nosipsos & quicquid inordinatum est abnegabimus. Et tunc animam nostram in manibus nostris & potestate nostra habebimus, poterimusq; intrò nos recipere, & per amorẽ cohærere DEO, atq; ex tota anima nostra cum amore in æternum illum, vndè nati sumus, amorem profluere, inibiq; cum amore in amore manebimus siue commorabimur. DEVS enim charitas est: & qui manet in charitate, in DEO manet, & DEVS in eo, vt sanctus ait Euangelista Ioannes: animaq; nostra continenter ac sine intermissione cum amore in æternam emanabit charitatem, semperq; deficiet ac renouabitur redamando: quæ nimirùm est vita æterna: sicq; cum DEO viuens efficitur charitas, & in amoris simplicitate nullum nouit discrimen inter amare & amari. Vbi em̃ in charitate manet ac habitat, à seipsa & cunctis actionibus suis vacat: siquidem in DEO charitas est supra seipsam & supra omnes actiones suas. Ita ergo amandus est DEVS ex anima tota.

Phil. 2.

Aĩa q̃ quoque nobis subleuanda.

1. Ioan. 4.

¶ De tertia DEVM amandi ratione. Caput XXVI.

III. TErtius amoris modus est, vt DEVM ex omnibus nostris viribus amemus. Sanè DEVS vnus est in natura sua, quæ fœcunda est in personarum TRINITATE, æternò emanans, viuens, operans cum personarum distinctione, cognoscens itèm & amans, creans & faciens cælum & terram & creaturas omnes. Itidemque DEVS æternò sine cessatione intrò manat, ociosus & sine opere in essentia sua cum æterna charitate in Sanctispiritûs vnitate, vbi nos supra nosipsos cum ipso vna charitas, vnaque fruitio sumus. Vbi cum gratia emanat, nos sibi reddit similes: Dum autem introrsus manat, nos secùm trahit in amoris sui vnitatem. Ibì tum Spiritussanctus, qui est æterna DEI charitas, nobis præcipit, vt ex cunctis amemus viribus nostris, quo vnum cum DEO in amore efficiamur. Colligimus igitur intra nosipsos cor, sensus animam, vires omnes spiritales & corporeas, & totum id quod sumus, erigimusque nos atque sustollimus in supremum illud quod præstare valemus. Ibì verò cunctorum amantium spirituum inuenimus vnitatem in diuinæ fonte gratiæ, quæ donorum omnium plenitudo, & æternæ DEI charitati proxima est. Hîc nimirùm omnes amantes spiritus, spiritalis quædam vnitas sunt, in qua DEVS cum sua gratia viuit: & vnicuilibet amanti pro ipsius dignitate gratiam largitur. Hanc vnitatem nemini neque inuenire, neque sentire licet, nisi illis duntaxat, qui cunctas virium suarum actiones excedunt, in tranquillum vsque amorem, qui Seraphicorum spirituum quandam habet similitudinem, eo quòd cunctos amoris ordines & exercitia superet, & totius sit plenitudo gratiæ, in qua omnia virtutum exercitia incipiunt ac desinunt. Iste tranquillus amor omnia excedit, non nisi seipsum exercet, & est perfectus virtutum omnium decor ac ornamentum, atque in suprema suã parte velut ignitorum carbonum congeries, materiam omnem & quicquid sibi dissimile est, in sese consumens, feruet & ardet, idemque ipse supremum amoris gradum obtinet. Neque est vel viuit in ipso venire & abscedere, nec etiam amoris virtutumque estus: sed est instar olei, quod posteaquàm bullitum omnem concremauit absumpsitque dissimilitudinem, deindè conquiescit & est tranquillum, purum, feruentissimum, & plùs quàm calidum. Ad hęc amor tranquillus viuit in DEO, & DEVS in illo, nec quicquam aliud in ipsum potest pertingere: cibatq;

Amãtiũ spũum qualis inter se vnitas.

Supremus amoris gradus quis.

Olei feruidi & amoris collatio.

batq; & alit virtutes omes, excedit q; omia, nec nisi in DEO suũ ipse alimentum capit. & aptè sanè Soli comparari possit, suum quidem emittenti calorem, & totum fœcundanti orbem terrarũ, nec tamẽ seipsum tribuẽti. Et quemadmodùm fons suos emittit riuos, & ipse nihilominùs in vitali fundo suo plenus manet: ita ex p̃clara spirituũ amãtium vnitate, in qua Deus cũ sua viuit gratia, & nos cũ illo in tranquilla charitate, dona nobis omia, omisq; sanctitas, in qua viuimus, ꝓmanat, & ipsa supra omia prorsus immota manet. Cumq; nosipsos & vires nostras omes amãdo exhaurimus, tum hãc cunctorũ spirituum amantium vnitatem, & DEVM nobis in trãquillo amore vnitũ inuenimus. Supra hãc aũt vnitatẽ nihil est aliud, quàm vnitas Spũssancti, in qua nostrũ omniũ vnitas & trãquillus amor ceu in vitali fundo suo radicata sunt. Ita videlicet dum nosipsos omesq; vires nostras in spiritûs nostri vnitate amando exhaurimus: ibì tum Amor noster sedatus & trãquillus est, illicq; DEVM & nos cum DEO, cunctosq; amantes spiritus ipsi vnitos, vno intuitu simpliciter adspectamus: atque hoc pacto DEVS à nobis ex cunctis animæ nostræ viribus amatur.

Soli quis Amor aptè cõparetur.

¶ De quarta Deum amandi ratione. Cap. XXVII.

QVARTVS deniq; Amoris modus est, vt DEVM ex tota mẽte diligamus. Nimirũ anima nostra rationalis tribus est p̃dita viribus distinctis, q̃bus vitã colimus ac exercitamus internã, atq; etiã virtutes oẽs: cumq; has vires in spũs nostri vnitate amãdo exhaurimus, inibì trãquillũ ac sedatũ amorẽ nostrũ, nosq; DEO per amorẽ in amore vnitos inuenim⁹. Siquidẽ supra nudã mentẽ nostrã nõ nisi ęterna charitas est, quę DEVS ipse est. Necesse est igit̃, vt mentẽ ac spiritũ nostrũ amãdo exhauriam⁹, si nos cũ DEO in charitatis vnitate inuenire velimus. Verũ tametsi supra nosipsos vnitatẽ siue vnũ in Amore nos sentimus cũ DEO, at tm̃ in spũ & mente nostra semp ac æternũ à DEO aliud manem⁹. Inter ipsam aũt cũ DEO vnitatẽ, & eã quę nos sumus, diuersitatẽ siue alteritatẽ, perpetua nostra viuit in amãdo exinanitio siue (vt sic dicã) exhaustio, in qua beatitudo nostra cõsistit. Dei nãq; spũs à nostro exigit spũ, vt amãdo, nos in ipsum exhauriamus & deficiamus, atq; spũs noster seipsum vult deserere, & vna effici charitas cũ DEO: Sed amãdo se exhaurire, & ea q̃ inter DEVM & nos est diuersitas, sempiternę actiões sunt, quas nos repellere nõ valemus: itaq; necesse est, vt in omnẽ æternitatẽ in nobisipsis à DEO cõditæ creaturæ permaneamus. Cæterùm amãdo nos exhaurire debemus in Spiritũsanctũ, qui nos æternò dilexit: atq; extra nosipsos in cælestẽ Patrẽ nostrũ, qui nos in primo ortûs nostri initio creauit, trãsfundere, atq; demũ viuendo nos excedere in ipsam æternã Dei sapientiã, in qua sine principio æternas habemus ideas. Atq; per hęc tria extra nosipsos ꝓfluimus, atq; in DEVM manamus, & in nosipsos refluimus. Et istæ actiones perpetim ac sine intermissione renouanẽ, & tm̃ semper aliud à DEO secundũ creatã nostram essentiã manemus. Em̃uerò nuda mens nostra, creata quædã DEI imago est: atq; in nostra introuersiõe semper inter DEVM & nos discrimẽ atq; diuersitatem inuenimus, ꝓterquã vbi in amore siue amãdo deficimus atq; excessimus spũ, vbi inter DEI ac nostrũ amorẽ distinctionẽ ac discrimẽ amittimus, nec nisi solũ DEI sentimus amorẽ. In actione aũt dũ nos amãdo exhaurimus in DEO, inter DEI nostrãq; charitatẽ differentiã diuersitatemq; sentim⁹ ac intelligim⁹. Quod nisi ita esset, omis inter DEVM & nos amoris actio & exercitatio periret, sicq; nos neq; sancti neq; beati essem⁹. Fecit aũt nos DEVS ad imaginẽ & similitudinẽ suã, & qm̃ vitijs morimur, & nobisipsis ac ꝓprietati nostrę in DEI volũtatẽ renũciamus, iã DEO similes sum⁹, aptiq; & habiles crescere ac ꝓficere in maiori similitudine: atq; inter DEVM & nos nullũ aliud mediũ est, nisi eius gratia, & bona opera nostra: sicq; & DEVS nobis placet, & nos illi vicissim placem⁹. Mutua aũt inter DEVM & nos cõplacẽtia, vera est amoris exercitatio: & cũ ipso virtutes oẽs & cũcta bona opera nostra actitamus: Sine ipso aũt nihil boni possumus. Neq; etiã inuiti ac nolẽtes & sine nostra cooperatiõe DEO possum⁹ effici similes, nec ipse nos vel sanctos, vel beatos reddere potest. Libẽter igit̃ operã dare debemus, vt illi in virtutib⁹ & minimè ficta charitate similes simus. Ita em̃ ipse viuit in nobis, & nos in illo, & anima nostra rationalis cũ vniuersis viribus suis gratia & cũctis donis spiritalibus impleti: sicq; semper virtutibus manemus locupletes, Deoq; similes in ęterna eius cõplacentia, atq; supra similitudinẽ ipsi vniti in amore absq; vlla defatigatione vel inertia.

IIII.

1. Ioan. 4.

Dei spũs à nõ o qd exigat spiritu.

Gene. 1.

Qm̃ & quõ reddamur DEO similes.

¶De omnipotentis Dei ſecundum naturam vnitate, & perſonarum Trinitate.
Caput XXVIII.

ATnunc agè celsissimam Dei omnipotentis naturam in perſonarum Trinitate conſideremus. Ipſa nimirùm omne bonum, cunctasq; virtutes in ſingulis quibuſque hominibus, id deſiderantibus atque indigentibus perpetuò operatur. Creauitq; DEVS animam rationalem cum tribus viribus, quę dum gratia repletę ſunt, homo Deo ſimilis eſt, itemque habilis, aptus, ſapiens, potens cuncta ſuperare peccata, & virtutes omnes perficere ac exequi, atque ſeipſum foris & intùs in quibuſlibet bonis inſtitutis ſiue modis, cunctisq; virtutib⁹ iuxta gratiſſimam Dei voluntatem moderari, regere ac ordinare. Sicq; Deo ſimilis eſt per illius gratiam & virtuoſam vitam ſuam. Porrò ſupra hanc gratiæ & virtutum ſimilitudinẽ fecit hominem DEVS etiam ad imaginem ſuam. DEVS quidem ſuijpſius & creaturarum omnium imago eſt, cognoſcitque ſeipſum per ſeipſum in ſeipſo, & res omnes. Et ipſe entium omniũ ſupereſſentialis eſſentia eſt: eiusq; diuinitas abyſſus eſt inexhauſta ac impenetrabilis, in quã quiſquis pertingit, ſeipſum feliciter aberrando amittit. Eſt autem idem ipſe vnus in natura, & trinus in perſonis. Trinitas quidem æternò intùs manet in naturę vnitate, & vnitas naturę in perſonarum Trinitate: atque hoc pacto natura vitalis eſt ac fœcunda in omnem ęternitatẽ. Eſſentia Dei, quatenùs eſſentia dicitur, ocioſa eſt, atq; etiam æternum principium, & finis atq; vitalis conſeruatio eorum omniũ quæ ſunt condita à Deo: eademq; eſſentia natura eſt perſonarum: quarum tres ſunt proprietates, videlicet Paternitas, filiatio, & * voluntaria ſpiratio. Atquì non poteſt natura eſſe ſine perſonis abſq; ſubſtantia ſua: qppe quæ viuẽs perſonarũ cõſeruatio eſt. Ita ergo natura in ſeipſa vna eſt, & fœcunda in perſonarum Trinitate, & Trinitas in vnitate, & vnitas in Trinitate viuit. Trinitasq; in ſua natura fœcunda eſt, nec ibì eſt diſtincta re ipſa, ſed ratione. Trinitas enim vnitas naturæ eſt: Continet autem perſonas tres diſtinctas re & ratione, quæ ſunt Pater, Filius & Spirituſſanctus: qui quidem tres ſunt diſtinctæ perſonæ, atq; vna indiſcreta nec vllo modo ſeparabilis diuinitas. Ita videlicet vnum credimus DEVM in perſonarum Trinitate: atque hæ tres perſonæ licèt perſonaliter diſtinctę ſint, ſunt tamẽ vna eſſentia, vna natura, vnus idẽq; nullo modo ſeparabilis aut diuiſibilis DEVS. Et vnaquælibet perſona DEVS eſt, quãdoquidem totam in ſe diuinitatis naturam continet. Nec tamen dicere fas habemus tres Deos, quemadmodùm tres perſonas credimus: ſiquidem perſonæ tres in natura inſeparabilis & quæ diuidi non poſſit, vnitas ſunt. Pater quidem in perſonis æternum principium eſt, idq; principium eſſentiale ac perſonale eſt. Aliæ duæ perſonæ vnà cum Patre æternum principiũ ſunt, abſq; priùs & poſteriùs, & neque magis neq; minùs, ſed per omnia ſimul tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales in eſſentia, in vita, in actione. Pater tamen ſecundum rationem, ordinem, naturam, & etiã iuxta ſcripturæ loquendi modum, in diuinitate prima perſona eſt: & ipſe æternam gignit ſapientiam ſuam, id eſt, filium ſuum, conſimilẽ & ęqualem & conſubſtantialem ſibi: cognoſcitq; vnigenitum filium ſuum æternò in ſe ingenitum, & ſine ceſſatione perpetuò ex ſe naſcentem, ſemperq; genitum perſonam alteram, itemque ſemper vnum eundemq; ſecùm DEVM in natura. Filius autem, qui Patris ſapientia eſt, ſuum viciſſim principiũ, id eſt, Patrem ſuum intuetur, cognoſcitq; eum, & ſe in eodem ſecundum naturam quidem ingenitum, ſecundum perſonã autem ex Patris ſubſtantia promanantem, & alteram perſonam à Patre diſtinctam, atque etiam perpetuò in natura cum Patre intùs manẽtem contuetur. Ex hac autem mutua Patris ac Filij intuitione, ſempiterna emanat complacentia, quæ eſt Spirituſſanctus tertia in diuinis perſona, ex Patre filioque promanans: quippe qui amborum voluntas & amor eſt, & ex ipſis ambobus æternò emanat, refluitque intrò in diuinitatis naturã. Ita nimirũ celsiſſima Dei natura in diſtinctarum perſonarum Trinitate, & naturæ vnitate ſimplici ac indiſcreta conſiſtit. Atque hac ratione firmiter tenendum & credendum eſt, Filium cum Patre in Sanctiſpiritũs vnitate tres eſſe perſonas, vnam naturam, verumq; DEVM, & omniũ creaturarum originem, viuentem & regnantem in cælo & in terra ſupra creaturas omnes in tempore ac ęternitate.

Qui Deo & vno & trino ſit.

* in his latens

Perſonæ tres qualis ſint vnitas.

Spũſſanctus quid, & quõ ex patre filioq; proceſſerit.

¶Vt

¶Vt Deus nos ſecundum corpus & animam creârit, & de vita triplici, nempe contemplatiua, interna & actuoſa.
Caput XXIX.

CREDIMVS porrò & confitemur DEVM omnipotentem, cæleſtem Patrem noſtrum in natura ſua ſempiternam eſſe eſſentiam & vitam, cognoſcentem & volentem, atq; liberrima volũtate ſua per æternã ſapientiã ſuam cuncta creaſſe ex nihilo, idq; iuxta exemplar quod ipſe eſt. Idẽ aũt ipſe ſecundũ corpus quidẽ vitam nobis dedit mortalem, inſtar cæterorũ animantiũ, corpusq; ipſum ex elemẽtis cõpoſitũ atq; cõpactum: Secundũ animã verò, vitam nobis æternã dedit, ſicut & angelicis ſpiritibus ſupra firmamentum. Fecit igit DEVS hominem atq; compegit ex duabus naturis, planè diſſimilibus, atq; inter ſeſe cõtrarijs, putà corpore & anima, carne & ſpũ, beſtiali ac rationali, ipſumq; viuentem ac morientẽ, in terris quidem morientẽ, viuentẽ autẽ in cælis, DEO inferiorem, ſed ſimilem, imaginem deniq; & figuram Dei. Deus autem ipſe æternus & increatus eſt, ſuaipſius & electorũ omniũ beatitudo, atq; etiã omnis eſſentiæ ſupereſſentialis eſſentia, & beatitas omnium beatorũ, primumq; obiectũ mentiũ in nuditatẽ eleuatarũ. Et ipſa nuda ſupereſſentialis beatitudo perſonas diuinas, & per exceſſum ſupra ſeſe raptos ſpiritus, ſecundũ ſupereſſentiam ſuã indiſcriminatìm in ſimplici ocio in ſeipſa complectitur, vbi nec tempus, nec locus eſt, non prius aut poſterius, nec via, nec ſemita, non habere, nec appetere, nec dare, nec accipere, neq; virtus, neq; vitium, non amoris exercitatio, non graue, nec leue, non lux, neq; tenebræ, neq; nox, neq; dies, nec qcquã demũ, quod verbis poſſit exprimi. Ibì nobiſipſis mortui ſumus in DEO, & vita noſtra abſcõdita eſt cũ Chriſto in DEO, nec eſt ibì principiũ, neq; finis, nec qſquã illic nos inuenire poteſt. Etẽ nusq̃ eſt habitatio noſtra: ſiquidẽ ſupra omẽ quod creatũ eſt, cũ DEO ſpiritu exceſſimus in ſupereſſentialẽ eſſentiã noſtrã in ſimplicẽ beatitudinẽ, quę nunquã niſi ſeipſa cognoſcit. Ociũ nãq; in ſupereſſentiali eſſentia nemo neq; inuenire, neq; poſſidere poteſt, niſi homines illuſtrati & amãtes in diuino lumine, qui DEO vniti ſunt in amore, & cum ipſo per mẽtis exceſſum in ſupereſſentialẽ ocioſam beatitudinẽ, quę DEVS ipſe eſt, rapti ſunt. Deus em̃ ſecũdum eſſentiã ſuam ſempiternũ quoddam ocium eſt. Cognoſcere aũt & amare & velle eius, ęternę actiones ſunt, quæ ipſemet eſt. Nihil enim in eo vel pręteritum eſt vel futurum, ſed omnia ei nuda & aperta atque pręſentia ſunt. Ergo, vt dixi, ſecundũ eſſentiam DEVS ocioſus eſt, naturaq; eius agit & operat̃ omnia ſecundum fœcunditatem, ſiue quatenùs fœcunda eſt. Atq; ad hãc dignitatem idem ipſe angelos & homines condidit: & à mundi exordio ſuum nobis regnũ dedit, ſi ipſi viuamus. Regnũ autem eius ipſemet eſt. Et ipſe nobis proprius eſt, ſi ipſi ſoli ſeruiamus. Cælum verò & terram & quicquid eſt in creaturis, noſtra cauſa fecit: deditq; nobis ſupra rationem libertatem ſpiritũs & imaginum expertem mentis nuditatem: & ſi propenſo ac inclinato ſpiritu liberè ipſi cohęreamus, iam noſipſos excedimus, & vnus cum eo ſpiritus efficimur, eiq; in ęterna charitate, quæ ipſe eſt, vnimur. Et hæc contemplatiua dicitur vita, quæ parata eſt omnibus, qui ſe ab imaginibus nudare nõrunt, Deoque ſoli in ſpiritu liberè ſeruiunt, Deumque amant. Ita enim ipſe manet in nobis, & nos in illo. Dedit etiam nobis animam rationalem ſiue intellectualem, & liberam voluntatem: & ſi quidem peccata deſeramus ac aſpernemur, ratio noſtra deſupèr illuſtratur, ſicque vitam agimus gratioſam, DEO benè placentem, viuitque ipſe in nobis per gratiam ſuam, & nos in illo per virtutes noſtras. Atque ita in his creſcendo ac proficiendo ſemper magis magisque illi placere, cunctasque vires noſtras nouis virtutibus intùs ornare, illuſtrare, ac locupletes efficere valemus: Et hæc eſt interna, virtutumque ſtudioſa ſiue virtuoſa vita, quæ quidem neceſſaria eſt omnibus ſaluari volentibus. Denique fecit nos ſenſitiuos mortalesq; homines in carne & ſanguine, & vitalem animam noſtrã mortali induit corpore, nato ex viro & fœmina, vt ipſi in abſtinentia, in pœnitentia, in bonis ac honeſtis moribus, in ſanctis actionibus & operibus foris ſeruiamus, ſicut ipſe nobis ſeruiuit DEVS & homo, viuens ac moriens, ad ipſum vſque crucis ſupplicium. Et quẽadmodùm ipſe cæleſti obediuit Patri ſuo, ita nos eum ſectari ac imitari debemus, ſi quidem eius eſſe diſcipuli velimus, noſtrãq; ferre crucem, & modis omnibus abnegare noſipſos.

Col. 3.

Ex qbus cõtrarijs homo compoſitus.

Quale Deũ ſit ocium.

Propri⁹ qui nobis ſit Deus.

cõtẽplatiua vita q̃, & qbus parata.

Interna vita quibus neceſſaria.

Sicq;

Sicq; liberè per Christum in Christum, & cum Christo ad PATREM illius atq; nostrum ire poterimus, eiq; seruire ac obsequi & obtemperare ad mortem vsque: nec ei tm̃, sed etiã rationi nostræ, Deiq; præceptis, sacris Euangelijs, diuinis scripturis, fidei ac legi Christianæ, bonis omnibus institutis, consuetudinibus ac moribus, quos boni homines Christiani communiter colunt & obseruant, humiliter subditi & obedientes esse debemus. Atq; hæc vita est actiua, necessaria nobis omnibus, si Christum sequi, & cum ipso in regno eius sempiterno regnare velimus. Porrò quando tres isti exercitationũ modi simul in eodem homine concurrunt, is Christo similis, Christique discipulus est, sequiturq; eum vsque in vitam æternam. Id quod iam & ex natura, & ratione, & sacris literis, & exemplis, & creaturis omnibus, & veritate quæ Deus ipse est, atque omnibus ab eo iam indè à mundi exordio conditis rebus probare atque confirmare decreui.

Vita actiua qb⁹ fit opus.

¶Quam ob causam Deus cũcta creârit, & de cælo empyreo, ac primo MOBILI: quædam etiam de Dei vnitate ac personarum Trinitate. Cap. XXX.

Gene. I.

IN ipso mundi principio, quemadmodùm Moses propheta in diuinæ scripturæ exordio nos docet, fecit Deus cælum & terram, vt nobis essent in ministerium, quo nos ipsi vicissim seruiremus, hîc quidem in terris in virtutibus & operibus bonis, & honestis moribus externis, in cælis autem in virtutibus spiritalibus, in sancta vita, DEO in fruitione & amore vniti. Hac de causa cuncta creata sunt: idq; natura, exempla, figuræ, sacræ literæ & æterna veritas, quæ DEVS ipse est, testantur. DEVS enim secundum figuram suam supremum cælum simplicem ac igneam fecit claritatem, ex natura & essentia perpetuò tranquillam ac immobilem, in simplici essentia perpetuò immotam, perspicuam, lucidã & claram, cuncta magnitudine, sublimitate & amplitudine excedentem, incorruptibilem, sphærã sempiternã, ambientẽ omia quæ in materia condita sunt à DEO. Et hoc supremũ cælum empyreum est, quod diuinę maiestatis habitatio, palatium, & THRONUS est, in quo DEVS cũ omni sua familia viuit & regnat. Atqui ipsemet occultum spiritale cælum est in naturæ suę vnitate ac Trinitate: sicq; est supra cælos omnes, cunctasq; creaturas & quicquid ipse condidit: nosq; eum supra creatam essentiam nostram sequuti sumus cum perpetua charitate in fruitionem & superessentialem beatitudinem nostram, quæ ipsemet est. Et quanuis ipse sit supra cælos omnes & cũcta quæ fecit tam spiritalia quàm corporalia, est tamen etiam in cælis omnibus, & in toto mundo creaturisq; omnibus, quas pro sua regit, moderatur & ordinat voluntate. Singulariter verò supra omnia in supremo cęlo est, quod iuxta suum exemplum, suamq; figuram cõdidit, ornauitq; seipso & gloria sua. Nuda siquidẽ supremi cæli essentia immobilis est, & sine actione, quieta, tranquilla, ociosa ac immota supra omia quæ DEVS in cælo & terra ex materia fecit. Primũ autem mobile cũcta mouet, quæ quidem in materialibus creaturis moueri possunt, idemq; perspicuum est. Sed cælum empyreum tanta est, eaq; sensibili ac lucidissima claritate perfusum, vt non nisi beatorum oculis gloriosis possit conspici. Et ipsum est regnum cælorum, in quo DEVS cum sanctis suis viuit & regnat: siqdem DEO in tribus simile est, vtpotè in essentia perpetuò ociosum, in natura semper agens, & influens, & hæc duo simplici habens claritate repleta atq; perspicua. Ita etiam intelligendum considerãdumq; est, sublimissimam adorandæ Trinitatis essentiam in seipsa perpetuò ociosam & sine opere, prorsusq; immotam esse. Sed personarum natura fœcunda est, perpetuoq; agens secundum ipsarum modum personarum, siue secundum personas ipsas. Pater enim suum gignit Filium ex natura sua, eumq; à se personam alteram. Filius tanquàm ęterna DEI sapientia generatur à PATRE, alter quidem in persona, sed vnum cum PATRE in substantia siue natura. Ex PATRE autem & Filio sanctus emanat Spiritus, idem ipse vnũ cum eis in natura. Est itaq; illic naturæ vnitas, sed diuersitas ac distinctio personarum. Enimuerò in personarum relationibus inter PATREM ac FILIUM mutua cognitio, mutuaq; fluxio & refluxio est, & amor mutuus per Spiritum sanctum vtriusq; charitatem. Vnitas autẽ in qua personæ viuunt & regnant, in emanatione actiuè & fœcundè agit & operatur omnia secundum liberrimam personarum scientiam, sapientiam, potentiam ac nobilitatem. Atqui in refluxu perso-

Cur à Deo cõditi sim⁹.

EMPYREũ cęlũ Deo qd.

Qui DEⁿ & supra oia & in omnibus.

Vndè & qui cunct amoueantur.

Vnitas ac diuersitas in Deo qui sit.

personarum, fruitiuè personas easdem supra distinctionem intrò trahit ac retinet in immensæ ac infinitæ charitatis, quæ DEVS ipse est in essentia & natura, fruitione. Atque hoc pacto DEⁿ in seipso cũ seipso viuit, seipsum supra creaturas oẽs cognoscẽs, possidẽs & amãs, ac seipso fruens felicissimè. Et hic summus est vitæ modus, qui possit de DEO verbis exprimi. Sicq; ipse viuit in supremo cælo, & iuxta modum nostrum propiùs atq; ꝑclariùs in supremo creatæ essentiæ nostræ. Vocauit autem nos & elegit, & si illum quærere velimus, inueniemus eum & intra nosipsos & supra nosipsos, vbi seipso fruitur in gloria suà cum electis suis, contemplans, cognoscens, amans & fruens, ac permanans per omnia cum beatitudine sempiterna. Et hîc missam facimus vitam illam contemplatiuam, quæ DEVS ipse est, quamq; præstat & donat illis, qui sese abnegârunt, eiusq; secuti sunt spiritum, vbi ipse seipso fruitur cum electis omnibus, in gloria sempiterna. Sanè si quis intellectu suo à terra in supremũ velit cęlũ scandere, necesse est, vt elementa ac cælos omnes intermedios transcendat, sicq; fide sua DEVM in illius regno reperiet. Sic itidèm si supra fidem in supremum creatę essentię suę, id est, in cælum quoddam occultum ascendere velit, cunctis operibus bonis forinsecùs, & virtutibus ac sanctis exercitijs intrinsecùs sit ornatus oportet. Deindè sensus suos & phantasiam siue imaginationẽ, & cunctas tum corporeas, tum spiritales imagines, rationes, formas, considerationemq; transcendet, sicq; in nudam atq; ab imaginibus absolutam visionem siue adspectum in diuino lumine eleuatus erit, ibiq; DEI regnũ intra se, & DEVM in suo regno contemplari poterit. Id verò, ꝓpriè in ea quæ sequitur figura licebit animaduertere.

Inuenire q̃ Deum quæramus.

Intellectuiũ cælũ scãdẽti necessaria q̃.

¶De cælo stellato, de Stellis fixis & errantibus, earumq; efficientia. Caput XXXI.

Gene. I.

DOCET enim nos Moses fecisse DEVM firmamentum, id est, cælum stellatum: quod quidem est supra elementa, siquidem inter elementorum atq; cælorum naturam medium intercedit, eaq; diuidit ac disiungit: itemq; aquas has inferiores sub cælo, & illas quæ supra cælos sunt, quod est cælum crystallinũ, ita dictum à similitudine aquarum in glaciem induratarum siue congelatarum. Hoc cælum, inter illud quod empyreum dicitur, & firmamentum, medium est, manatq; secundum quosdam claritate & cælesti subtilitate ceu vastũ PELAGUS, estq; claritudine perspicuũ velut firmamentum, in quo stellæ fixæ sitę sunt. Planetæ autem nõ sunt perspicui, sed lucẽt ac resplendẽt ex Solis & cælorum claritate. Stellæ verò, quę in firmamento fixę sunt, vnà cùm ipso firmamento singulę in suo loco & ordine, quo à DEO collocatę & ordinatę sunt, sursùm ac deorsùm circumaguntur. Sed Planetæ septem eiusdem numeri sphæras obtinent, quę à primo mobili aguntur, non quidem eo modo quo firmamentum mouetur ac voluitur, sed singulę pro diuinę sapientiæ, creaturas omnes pro nostro vsu ac indigentia optimè disponentis ac moderantis, ordinatione. Quo fit, vt Planetę dissimiles sint ac inuicem contrarij in natura, actione, forma & specie: idque ita necessarium erat, vt elementa & creaturarũ omnium inferiorum naturam moderarentur. At tamen Planetę & stellę in seipsis nec frigidę sunt, nec calidæ, nec siccę, nec humidę, sed virtutem & efficaciã suam in cuncta hęc inferiora influunt, aguntq; & efficiunt in eis, quicquid secundum cæli cursum & proprietates creaturarum inferiorum, agitur efficiturque. Ideoque prout homines ex suę naturę habitudine vel complexione siue ad bonum, siue ad malum plúsve minúsve propensi sunt, ita etiam cælestis natura supernè operatur, vt id pro suę naturę propensione exequantur. Atqui libero arbitrio seu liberę voluntati nostrę neque natura cælestis, neque vlla omninò creatura, nec quicquam nisi DEVS dominatur. DEVS aũt semper nos ad bonum omne instigat & adhortatur, retrahitque & seruat ab omni malo, si modò ipsum sequi velimus, quemadmodùm per seipsum & creaturas suas nos docet.

Crystallinũ cælũ quod, & inter quę mediet.

Planetæ quales.

Stellæ q̃ circumagãtur.

Planetę cur sibi inuicem contrarij.

Quid quõ in quæ agant planetæ.

Nũ arbitrio libero qcq̃ dominetur.

¶Vt creaturæ omnes, quomodò viuere debeamus, nos instituant: & de vita spiritali ac interna: : itemque de mala ac bona voluntate. Caput XXXII.

Ipsis à creaturis quid quó discamus.

AGE iam attendat vnusquilibet & capiat seriò quæ dicturi sumus. Creaturæ oẽs dirigunt, instruunt, manuducunt ac instituunt nos, qua ratione vitam nostram transigere debeamus. Ipsa cælorum natura, & qui eis diuinitùs inditus ordo est, noctis exemplar sunt & vera figura, qua doceamur, vtì DEO supra elementa in cęlis viuẽdum nobis sit, idq; per internam, occultam, spiritalem vitã, quã nemo nouit, neq; sentit, nisi qui eam viuit, colit & exercet. Hęc autem vita interna sic incipit: Pater noster cælestis in intimis nostris internum efficit firmamentum, si quidem naturalem animæ nostræ sequamur propensionẽ, siue synderesim nobis omnibus à Deo insitam ac inditam, & semper ex ipsa natura boni appetentem. Ipsa enim est prima, vt sic dicam, materia, creata à DEO in animabus nostris, & semper, vt diximus, ex suapte natura bonum appetens. At tamen sæpiùs vitiorum crassitie obnubilatur & obscuratur. Et quanuìs natura à DEO condita bona sit, placeatq; DEO etiam in seipsa nuda, diuinæ tamen gratię adiutorio habet opus, si supra sese scandere debeat. Vbi igitur à grauibus crassisq; vitijs & peccatis nostris cessamus ac abstinemus, & Dei quærimus & desideramus gratiam, id summum ac pręcipuũ est, quod ex natura possimus. Verùm quandiu voluntas mala est, & vult malum, tam diu homo tum DEO, tum donis illius omnibus contrarius est, & neq; virtutes, neq; sapientiam, neq; veritatem viuendo colere aut intelligere potest, & est cõtemptus à Deo, nec particeps est bonorum illorum omnium, quę in cælis ac terris peragunt. Voluntas mala fundamentum est & initium omnis mali: & in ea quisquis perseuerat & morit, nusquàm nisi apud inferos inter damnatos spũs locum inuenit. Ediuersò autem bona voluntas, in qua Deus cum cunctis donis viuit & regnat, opportunè satìs firmamento cæli comparat, quippe quę semper desupèr mouet à Spiritusancto, qui omis sanctimonię prima causa, siue primus motor est. Atq; hoc firmamentum tum ex Dei inhabitatione, tum ex Sapientiæ in ipso viuentis Sole, perspicuum, clarum ac lucidum est. Idemq; ipsum spiritale mediũ est, aquas cælestes & inferiores, id est, virtutes actusq; virtutum, tempus ac æternitatẽ, externam, actuosam & internam spiritalem vitam, gratiam & naturam, signa & veritatem, sensitiua deniq; siue sensualia opera, quæ finem habent, & spiritalia, quę æternò manent, si in gratia facta sint, discernens ac distinguens.

Quæ vita q incipiat.

Synderesis aut synedesis.

Voluptatis momentum quantum.

¶Triplicis cæli ac stellarum descriptio. cap. XXXIII.

PORRÒ cælorum natura ex pcipuis siue principalibus consistit cælis, quorum primũ dicit firmamẽtum, alterũ cælum crystallinũ, tertiũ empyreum, quę omnia pellucida sunt atq; perspicua: & in tertio empyreo cælo DEVS habitat, viuit & regnat cum omibus sanctis suis. Hoc cælũ, quod omniũ altissimũ est atq; supremũ, & Dei habitatio, vitam designat contemplatiuam, quemadmodùm antè de ea locuti sumus. Reliqui duo cæli inferiores, vitam occultam, internam spiritalemq; significant, in qua nos conuersamur cum DEO, & DEVS nobiscùm per gratiam, vel per gloriam suam. Primum ex his cælum in quo stellę fixæ sunt, ęternam cælestis PATRIS nostri potentiam designat, introtrahentẽ nos atq; euehentem ac eleuãtem supra actiones omes sensitiuas in internum quoddam spiritale experimentum, siue sentire, in quo virtutes omes viuunt ac exercitantur: vbi nos cæli stellis similes sumus, quę quidem superiùs in conspectu Dei ingentes sunt, sed hìc inferiùs perexiguæ videntur oculis hominum, non nisi virtutum signa & indicia, quæ forinsecùs in bonis actibus vel vident vel audiunt, cognoscentium. Stellæ autem non sunt pellucidæ, sicut cæli, & sunt figuræ sphæricæ, circumagunturque vnà cum firmamento, cui inhærent, singulæ in locis suis, aliæ sublimiores, aliæ humiliores, maiores item atque minores, natura, specie, virtute siue efficacia & claritate dissimiles tam hìc infernè, quàm illic supernè, prout à DEO tum ornatæ, tum ordinatæ & collocatæ sunt. Nec lucent proprio suo lumine, sed lumẽ suũ à Sole mutuant, splendentq; ac micãt & resplendent perindè vt vasa aurea Solis claritati exposita: illustrantq; noctem, & nautis optatos indicant portus: sed interdiu Solis splendori cedunt, & virtutem suam influunt in elementa, & ea omnia quæ in terris, in vndis, in aere viuunt & crescunt. At nunc videamus, vt cæli cum stellis internam ac cælestem nos doceant vitam.

Cæli q quã vitã signẽt.

Stellæ in se & oculis hominũ ẋles.

Stellæ qui luceant.

¶Quem-

¶Quemadmodùm cæli ac stellæ vitam internam cælestemq; nos edoceant. Caput XXXIIII.

CAELI quidem claritate pellucidi sunt, & vita nostra interna, spiritali claritudine ex gratia & inhabitatione Dei, cui vniti sumus, pellucida est. Atquì vires animæ nõ sunt pellucidę, siquidẽ ceu vasa aurea, aut vitra speculorũ cõtra æternę sapiẽtiæ Dei solem eleuatę ac suspẽsę sunt: ibiq; claritatẽ & calorem discriminatim accipiunt, prout ipsæ dispositæ sunt, & iuxta virtutum, quas offerunt Deo, præstantiã ac dignitatẽ. Et sicut stellæ fixę simul cum firmamento cui inhęrent, circumagunt: ita interne bonarum vires animarũ, Dei potentiã & sapientiam, in quibus viuunt, virtutibus ac bonis actionibus perpetuò sequunt ac obsequunt. Stellæ omnes sphæricæ figuræ sunt, cuius nullum neq, initium, neq; terminus conspici potest: itidemq; præclaræ ac nobilis animæ vires in suis sese habent actionibus. Etenim virtutes omnes ex Deo & ad Deum operant, sicq; viuunt in Deo, qui nec principium, nec finem habet. Omnis autem interna vita, quæ rotunda nõ est, cornua & angulos habet alienæ intentionis & amoris alieni, ideoq; falsa fictaq; est, nec potest placere Deo. Stellarũ quędam pallidæ, quędam claræ, quędam igneę sunt. Et nos cùm in memoria nostra vitia, culpas ac errata nostra coram potentissima Dei iustitia reputamus, corde trepidamus, pallescimus ac terremur, nobiscùm pensitantes, quomodò seuerũ Dei iudicium tum in morte nostra, tum in extremo die ferre poterimus: atque hactenùs pallentibus stellis similes sumus. Quãdo autem intellectum nostrum imaginibus nudatum, ad æternam Dei sapientiam erigimus, veritas quę DEVS est, animę nostræ faciem irradiat: sicq; inter DEVM & nos splendoris emissio ac reflexio agitur, perindè ac si Sol radios mitteret suos in crystallum inter duos aureos montes positam: illicq; tanquam stellæ cæli innocentes, puri, clari ac lucidi efficimur. Porrò cùm voluntatẽ seu vim amatiuã, cum affectu & desiderio ad Dei bonitatẽ subleuamus, spiritus noster ignescit, redditq; æstuantis ac impatientis amoris scintillas, quas tãdiu ardere oportet, donec spũs ipse p amore deficiat, & hoc ipso eiusce-modi amantes spiritus, igneis ac micantibus cæli stellis assimiles sunt.

Stellis q vires quã in re similes.

virtutes oẽs vñ & quò.

Stellarum diuisio.

Pallidis qui stellis cur similes.

Qui stellis claris.

Qui igneis.

¶De septem planetis: & primò de Saturno, eiusq; mystica explanatio. Caput XXXV.

FECIT prætereà DEVS infrà ambitum firmamenti Sphæras siue circulos septem totidem planetarum, qui cælum ac TERRAM exornant, & hęc inferiora regunt & fœcũda efficiunt, ita vt à diuina sapiẽtia constitutũ est atq; ordinatum. Summũ autem ex his locum obtinet Saturnus, qui sua effectione frigidus & siccus est, colore pallidus, idemq; Vafer, crudelis, ferus ac immitis, grãdinem ac niues, inundationes aquarũ, tempestates, multasq; calamitates, miserias & clades in his inferioribus excitat creaturis. Dominatur em media hyeme, Sole Capricornum & Aquarium obtinente, quod est in Decembri & Ianuario. Quæ vt ad spiritalem sensum accõmodemus, sciendum est, Saturnũ hodiè toto terrarum orbe tam ęstate quàm hyeme dominari: quandoquidem charitas plùs satìs iam refrixit, cuius euidens argumentũ est, quòd homines aridi ac sicci sunt & steriles absq; operibus bonis, pallidi, incompositi, deformes, & nullo bonorum morum calore præditi, auari, tenaces, odio ac inuidia pleni, superbi, callidi, astuti, & subtiles ad imponendum alijs, atque inuicèm sese decipiendos. Qui em vitijs & naturæ duntaxat viuunt, ijs Sol perpetuò in Capricorno decurrit. Cùm enim Caper vel Hircus ex natura malè oleat, non absurdè peccatoris tenet speciem, qui & DEO & sanctis omnibus fœtet: cornuq; virtutis seu potentiæ & decoris eius aridum est, nec nisi sempiternis aptũ ignib⁹. Fructus eius, hœdi sunt, qui in iudicij die ad sinistram collocabuntur, cunctique æternis inferorum flammis adiudicabuntur. Sol etiam hyeme per Aquariũ decurrit, per quẽ significant hoies propẽsis naturæ suæ appetitionibus & desiderijs ac oblectamentis obsequentes & addicti, in Dei seruitio desides ac plumbei, gulosi, intẽperantes, in cibo ac potu inordinati, corporis voluptatibus cunctisq; eius desiderijs indulgentes. Homines ętate iuuenes ac incolumi corpore, qui in carne & san

Quõ hęc inferiora planetę regãt.

Saturn⁹ qs aut qualis.

Saturn⁹ q assiduè & vbique hodiè dominetur.

Hirc⁹ cuius sit typus.

Hœdi.

Aquarius quos notet.

guine viuunt absque gratia, sine conscientiæ formidine ac religione, & sine timore DEI, naturæq; affectibus & propensis appetitionibus morem gerunt ac obsequuntur, ij Aquarij similes sunt, quandoquidem omnis eorum vita in vitijs, & peruersæ ac improbę voluntatis eorum oblectamentis & voluptatibus manat, idque contra voluntatem ac institutiones Dei ac Domini nostri IESV CHRISTI, cuius nomen benedictum sit, & laudetur in secula.

¶De præclarissimo nomine IESV: de præcipuis quibusdam D. IESV solennitatibus: de creatione & ruina angelorum & hominum &c. Cap. XXXVI.

ET quia hîc sese offert opportunitas, dicamus aliquid de hoc salutifero nomine IESV. Quod quidem nomen pręclarissimum exaltatum ac honoratum est, idemq; cuncti verentur supra omne nomen in cælo & in terra, atque etiam supra creaturas omnes, & vltra omnem modum per infinita ac interminata secula seculorum. Ipse Pater noster cælestis, & terrestris mater nostra gloriosa virgo MARIA, suum nobis dedêre filium vnà cum hoc salutifero eius nomine IESVS. Pater qdem noster æternus filiũ suum cum eius nomine, Gabriele archangelo annunciante, ad intemeratam misit virginem MARIAM, quæ eum vnà cũ eius nomine in sacratissimo cõcepit vtero suo, idq; corde humili, & ingẽti cũ reuerẽtia. IESVS em cũ suo nomine nostra laus, honor, titulus, atq; omis dignitatis principium & finis est. Hæc autem Domini IESV intra virgineæ Matris beatissima viscera conceptio verno contigit tempore, & primo Anni Mense, vt apud Iudæos olim Annus inchoabatur. Quo tempore lõgè antè Dns DEVS cælum, Terram, & Tempus, cursumque cælorum, stellas ac Planetas & cuncta, vt sibi placuit, creârat. Voluit igitur etiam eodẽ tẽpore restaurare ac reparare, & in statũ sublimiorẽ euehere ac exaltare omia, ideoq; suum misit filium in Matris virginis vterum, nouo illi indito nomine, quale nunquàm antè auditum erat. Virgo autem præclarissima eundem filium suum, eiusque nomen dulcissimum mensibus nouem intra purissimi ac dignissimi corporis sui viscera verno tẽpore & tota estate in hyemẽ vsq; occultauit. Cũq; eũ ex mundissimo suo ederet corpore absq; vllo dolore & macula, Angelici spũs in inferiori aere concinebãt: Gloria in excelsis Deo, & totus terrarũ orbis pace gaudebat. Pòst elapsis diebus octo & qñ circuncidẽdus erat puer iuxta legẽ Mosis, virgo sacratissima filiũ suũ obtulit, simul reuelans nomen eius, quod à Deo per Gabrielem angelum didicerat, acceperatq;. Itaq; circuncisus est puer, fuso sanguine suo pro peccatis nostris, & vocatum est nomen eius IESVS, sicut ex omni eternitate à DEO fuerat pręordinatũ. Prima igitur solennitas, eaque præcipua, quæ nunquàm antè in IESV nomine celebrata fuit, in Tempus vernum incidit, quando cælestis Pater noster Filium suum cum ipsius nomine in beatissimæ virginis MARIAE vterum misit: in eaque celebritate non nisi tres adfuere, putà IESVS & MARIA, & angelus Gabriel, qui DEI nuncium agens, hoc festum annunciauit. Et licèt ingens esset hæc solennitas, & totius salutis nostræ exordiũ, occulta tamen fuit & incognita toto orbe terrarum. Proxima huic festiuitas hyeme occurrit, quando virgo intemerata in Bethleem Ciuitate Dauid suum peperit filium. Cui solennitati interfuere IESVS, MARIA, & IOSEPH, & Angeli DEO laudem & gloriam, & cunctis in Terra bonæ voluntatis hominibus pacem concinentes, & Pastores infantem eiusque Matrem inuisentes, ac honorificè venerantes & adorantes. Huius festi celeberrima atque iucundissima octaua est, siue dies octauus, qui nunquàm antè sub veteri lege in figuris ita cultus erat. Virgo nanque beatissima suum produxit filium vt circuncideretur, eiusque nomen, quod à DEO & ab Angelo acceperat, & ad illum vsque diem suo in pectore seruârat abditum, toti orbi innotesceret, ac vbique diuulgaretur. Huic solennitati interfuere IESVS, MARIA, & Ioseph, & Iudæi, ac virginis matris cognati, qui puerũ circunciderunt, vt erat lege præceptum, & apud eos ab Abrahami temporibus vsitatum. Vocatum est autẽ pueri nomen IESVS: quod est reuerà tam pclarum ac ingens nomẽ, vt cælum ac totũ mundum nouo nec vnquã interituro gaudio cõpleuerit.

Phil.2. Luc.1. Luc.2. Luc.2. Annũciatio. Luc.1. Natiuitas. Circũcisio.

Hunc

Hunc filium suum DEVS Pater, vt antè diximus, in Vere ad nos misit, & sicut eodem tempore cælum, terram & cuncta creârat, ita tum & renouare ac reparare volebat omnia. Id temporis Sol versatur in Ariete: Aries autem ouium parens est: Vndè significare potest, Dominum IESVM suarum ouium parentem atque pastorem esse. Ipse enim nos genuit, seruatq; nos & pascit cibo cælesti, atque ad gloriæ suæ caulas nos adducit. Quando verò natus & circuncisus est Dominus IESVS, hyems fuit, & Sol ad Aquarium properabat. Siquidem idem ipse Dominus IESVS fons viuus est, cælum terramq; gratiæ suæ aquis perfluens ac inundãs. Itaque eo tempore quo ipse circuncisus est, eiusque nomen toti mundo cœpit innotescere, cuncta instaurabantur, reformabantur, ac innouabantur. Vt enim quando primum DEVS hominem fecit, cuncta in suo initio noua & recẽtia erant, nempe Cælum, Terra, Sol & Luna, Tempus, Anni, Menses, Dies, motus cęlorum, stellarum tam fixarum quàm errantium: ita quando DEVS ipse in Nazareth, in candidissimo lilij flore, virgine sacratissima homo fieri dignatus est, totus Mundus, qui iam in peccatis consenuerat ac inueterârat, restitutus ac restauratus est. Indè in eius natiuitate noua apparuit stella in Oriente, quæ Magos adduxit in Bethleem, Vbi præclara ac preciosa obtulere munera, adorârunt que puerum, & honorem non vulgarem habuere tum illi, tum eius genitrici ac virgini Mariæ. Circuncisus autem puer, nomen IESV sibi impositum æternò reseruauit: qua in re tantoperè sancta exultat Ecclesia catholica, vt illo die nouum annum, nouos menses, nouos dies auspicetur: quod anteà in lege non fuit consuetum. Facilè igitur id potest animaduerti, Dominum IESVM in sua natiuitate, suaq; circuncisione sanctam exhilarare Ecclesiam: siquidem seipsum nobis, nomenq; suum donat. Porrò nomen eius oleum effusum est, quod per totum manauit orbem, signis, miraculis, & sanitatũ conferendis bñficijs, cũctis ipsum inuocãtibus, ac desiderãtib⁹. Vbi verò dns Iesus secundũ humanitatẽ tricesimũ egit ætatis annũ, baptizatus est à S. Ioãne in Iordanis flumine, dicẽte eodẽ S. Ioãne, Eccè agnus Dei, eccè qui tollit pctã mũdi, & Patris voce in aẽre personante, Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi: atq; ipso Spiritu sancto in columbæ specie in eum descendente, ac veritati perhibente testimonium. Ibi tum Dominus IESVS sub manibus erat baptistæ sui, sanctificans seipso vndas, & sub ea figura honorans baptismum nostrum aqua & sanguine suo. Deinde euoluto anno sub idem tempus, vt habet Diuus Ioannes Euangelista, in nuptijs aquam mutauit in vinum, quo viso, lætati sunt discipuli eius, & crediderunt in eum. Rursus alio anno, eodem tempore quinque hominum millia quinque panibus hordeacis & duobus piscibus refecit. Verùm primus ille dies, quo DEVS homo factus est, inter omnes totius anni solennitates facilè primatum obtinet: quippe qui totius salutis nostræ initium & finis est, id quod ita poterit animaduerti: In ipso mundi exordio, quando DEVS creauit omnia, grandem instituit celebritatem, eamq; voluit esse sempiternam. Ad hanc peragendam constituit ac ordinauit reges, principes & eximios dominos, nempe angelos in cælo, & homines in terra: quorum eam voluit esse functionem ac ministerium, vt grates ac laudes agerent DEO, DEVM amarent & reuerenter honorarent ac venerarentur: quod si fecissent, cum ipso in æterna regnarent beatitudine, & creaturæ omnes irrationales ex ęternæ sapientiæ DEI constitutione eis obsequerentur, inseruirent, & essent subditę. Interìm in eodem mundi initio numerosa extitit angelorũ caterua, qui sese eleuarent & contra DEI honorem regnandi ius & authoritatem sibi vsurpare molirent: moxq; è cęli sedibus in exteriores sunt detrusi tenebras, id est, peccata sempiterna, quæ nulla comitetur pœnitentia, atque ea re nunquàm impetrent veniam. Sed & Adam primus inter homines similiter obedire contemnens, DEO seruire recusauit, vndè & ipse eiectus è paradiso, in hoc exilium est relegatus, ceu nunquàm Domini DEI faciem contemplaturus, nisi peccatum eius tum pro sua magnitudine, tum pro DEI iustitia in ipso atq; eius posteritate vindicaret. Ita tum nos omnes cum eodem protoparẽte nostro in culpam originis lapsi, diuinæque vltioni obnoxij facti sumus. Atqui tametsi peccatum illud in omnes per successiones propagaretur, non tamẽ ęternò hærebat illis qui doluissent, & à DEO implorassent veniam & misericordiam. Ab illius nanque perpetratione peccati quinq; annorum millia & eo ampliùs elapsa sunt, antequàm DEVS humanam in se naturam susciperet: & tamen interìm plurimi fuere homines sancti, qui placerent DEO, & benè

Aries. Gene.1. Mat.2. Luc.2. Cant. Mat.3. Ioan.1. Mar.1. Luc.3. Ioan.2. Ioan.6. Gen.3. Rom.5.

ac honestè viuerent, cuiusmodi erant Patriarchæ & Prophetæ, putà Abraham, Isaac, Iacob, Moses, Dauid, pluresq; alij eximij Prophetæ & sancti homines, qui ab ipso mundi exordio ad nouissimum vsque diem de præteritis ac futuris rebus vaticinati sunt: prædixeruntq; aduentum Domini IESV, vitam, actus, passionem, mortem sanctissimam, & cuncta quæ perpessus est, distinctè ac dilucidè, denique & resurrectionem eius, atque ascensionem, Sancti quoque spiritûs aduentum, & quod extremo die futurum est iudicium DEI. Cuncta verò sanctæ Ecclesiæ instituta siue exercitia ijdem sub figuris quibusdam ac similitudinibus colebant. Decimas & primitias frugum suarum dabant ad honorem DEI. Abraham eiusq; posteri in nostri baptismatis typo circuncisi fuere. Moses extruxit tabernaculum in honorem DEI, initiauit sacerdotes pro voluntate DEI, instituit siue ordinauit sacrificia, modumque ac rationem DEO in illius tabernaculo ministrandi ex præcepto DEI præscripsit ac tradidit, idq; in figura sanctæ Ecclesiæ catholicæ, in qua hodiè DEO seruitur. Dauid & Salomon templum Hierosolymitanum exædificârunt, in quo diuinus exerceretur cultus, itidem in sanctę Christianæ Ecclesiæ typo. Atqui vt figuras quæ tum præcesserunt, ad veritatem & rem ipsam quæ nunc est, accommodemus, & in vnam Christianæ religionis legem copulemus atque compingamus: animaduertendum est, filios Israel, qui semen Abrahæ fuere, in terra Aegypti vehementer oppressos & contemptui habitos fuisse. Aduentante autem tempore, quo eos Dominus ex illa seruitute in libertatem vindicare constituerat, misit Mosen in Aegyptum, qui verbis Domini præcepit omni populo Israel, vt singulæ domus cum sua familia agnum anniculum masculum occiderent, eumque assum igni ederent stantes, baculos tenentes manibus, accinctique & parati ad iter quo Mosen in desertum sequerentur. Hoc primum omnium Pascha fuit, cuiusmodi nullum antè vsquàm gentium celebratum erat, typumque nostri gessit paschatis. Eadem nocte angelus Domini illius iussu cuncta Aegypti primogenita hominum æquè ac iumentorum & pecorum interfecit: & Moses populum suum per mare rubrum siccis vestigijs vsque in solitudinem perduxit, quem insecutus Pharao cum omni populo, fluctibus rubri maris obrutus & extinctus est. Deinde quinquagesimo die decalogum Moses accepit à Domino in monte Sinai, scriptum digito DEI in tabulis duabus. Vixerunt autem filij Israel annis quadraginta in deserto manna, diuinitùs eis præstito: quibus exactis, cunctos hostes suos pugnando superârunt, possederuntque terram, quam Dominus Abrahæ pollicitus fuerat, lacte & melle manantem. Deindè sicut Apostolus commemorat, vbi venit plenitudo temporis, ex omni æternitate à DEO præuisa ac præstituta, misit DEVS Pater cælestis filium suum, factum ex semine Dauid & Abrahæ secundum carnem: isq; eduxit populum suum ex Aegypto, id est, cunctis hostium & vitiorum tenebris, introduxitq; in solitudinem, vbi manna cęli viuimus. Nam quando trigesimumtertium excessit ætatis annum, ab ipso incarnationis tempore, sicuti eius anni in literis, annalibus, & contractibus annotari solent, conuocatis Apostolis suis in montem Sion, inibi cum eis primò agnum Paschalem, sicut erat lege definitum, comedit, ac deindè seipsum dedit in sacramento viuum agnum Paschalem, benè assum amoris igni, ac sequēti die excruciatum, tortum, occisum & assum in cruce propter peccata nostra, vt nobis benè saperet. Atque ita deduxit nos per mare rubrum acerbissimæ passionis & mortis & sacrosancti sanguinis sui, vbi peccata nostra omnia cūctiq; hostes nostri submersi & extincti sunt in mari rubro, id est, morte ipsius, & effusiōe preciosi sanguinis eius, & si eum sequamur in desertum gratiæ suę, mānā cęli, id est, sacratissimo corpore, & pręclara sanguinis sui potiōe nos reficiet & alet. Mortuus est igitur ex amore purissimo propter peccata nostra, & resurrexit in gloriam suam. Et nos si peccatis moriamur, ei in virtutibus viuere, cum ipsoque mori & resurgere gloriosi in anima & corpore poterimus. Die autem quadragesimo ascēdit in cęlum, cūctis seruis suis glorię suę locum pręparaturus. Indè decimo die sanctum suum Spiritum misit in discipulos, & etiā hodiè in nos omnes qui ei viuimus: isq; manebit nobiscùm, quādoquidē vita, institutio, & charitatis lex nobis est: emanatq; nobis mel & lac, id est, dulcedinem ac puritatem: & quibuscūq; indigemus & habemus opus vsque ad extremū illum diem, quo Dominus IESVS veniet iudicare viuos & mortuos, id est, bonos ac malos. Quo die Saturnus ferus ac terribilis Planeta dominabitur, quando Dominus IESVS cum angelis & sanctis

Dispensatio Christi in carne, quō prænūciata.

Gen.17.
Exod. 25.26. 27.&c.
1.Para.22.
2.Para.2.
Exo.2.
Exo.3.
Exo.12.
Ibidem.
Exo.14.
Exo.19. &c.
Gala.4.
Mat.26.
Mar.14.
Luc.22.
Mat.27.
Mar.15.
Luc.23.
Ioan.19.
Rom.4.
Mar.16.
Actu.2.
Mat.25.

sanctis suis secundum iustitiam & sine misericordia iudicabit omnes qui ipsi non vixere, & in mortiferis peccatis excesserunt è viuis. Tum enim cæli mouebuntur, terra contremiscet, & creaturæ omnes horrore concutientur ad aduētum iustitiæ DEI. Peccatores quiq; dicēt montibus, cadite super nos, abscondentq; se in speluncis & in petris mōtium, & cauernis saxorum à terribili facie Domini. Interìm nunc tempus est acceptabile, quo mortales omnes iure meritoq; extremum debēt vereri diem, & relictis vitijs, veniam & gratiam quærere ac desiderare, dum eam inuenire ac obtinere licet. Iam Dominus IESVS Christus cum sua gratia paratus est singulis quibusq; à peccatis sese abstinentibus, & ad virtutes ac veritatem se cōuertētibus, occurrere. Atque eam ob rem nemo plùs satìs debet esse meticulosus. Immoderatus em̄ ac inordinatus timor, ad desperationem & diffidentiam adducit: quod est grāde peccatum mortiferum, & ex improbo ac amaro fundo nascitur, qui est cōtrarius spirituisancto. Quod quidem etiam cælorum natura & errātium siderum motus nos docet. Quæcunque em̄ DEVS tum in natura, tum gratia fecit, ea omnia benè sunt ordinata. Itaque supremus planeta Saturnus, qui hyeme dominatur, vafer, improbus, crudelis, immitis, frigidus, siccus ac sterilis est, excitatq; superbiam, iram, odium, inuidentiam in omnibus illis, qui sine DEI gratia in mera ac sola natura viuunt.

Mat.24.
Osee 10.
Apo.8.
Metus qs q̄ sit periculosus.

¶De planeta Ioue, & quid is mysticè significet: de angelis & hominibus: de quatuor generibus malorum hominum, itēq; de filijs Dei & Naturæ. Caput XXXVII.

PRoximus deinde Planeta, conditus à DEO, Iupiter est, qui verno tempore regnat, estq; clarus & instar lactis candidus, calidus & humidus, creaturas omnes fœcundans, gratus & amabilis, vt qui prosit omnibus, noceat nulli. Ex quibus perspici licet, duos hos planetas Saturnū & Iouem, inter se esse natura & in cunctis suis effectionibus cōtrarios: & tamen vterque vtilis ac necessarius est tempore suo. Creaturæ enim omnes perfectæ sunt, & agunt ac operātur quemadmodùm à DEO ipsis constitutum est. In principio quidem mundi cōditi, duas omnipotens DEVS naturas fecit in sui laudem, primam in cælis, alteram in terris: & quotquot ex vtrauis harum cōstabant, nobiles, præclari, liberi ac perfecti secūdum naturam erant, placebantq; DEO, nouerantq; bonum & malum, dataq; eis à DEO liberi arbitrij facultas est, qua eligerēt & agerēt id quod maluissent. Iam qui ex eis placebant sibi, ac sese inordinatè amabant, DEO se immorigeros præstiterunt, ipsoq; & eius gratia & volūtate cōtempta, seruire illi omninò recusârūt: quam ob rem è cęlo tanquàm fulgur ceciderūt, & peccatum eorum factum est sempiternum, vt quod nulla vnquàm sequitur pœnitētia, & æternis tartari flammis exurūtur. Qui verò libera volūtate honorabant, amabant, adorabant DEVM, ij gratiam & gloriam sunt cōsecuti, in eaq; æternò cōfirmati sunt ac stabiliti in cōspectu DEI, singuli in ordine suo, alij alijs sublimiores pro naturæ excellentia, ministerij ac officij dignitate, & actionum præstantia ac magnitudine. Primus etiam homo DEO fuit inobediēs, illo ipso ac eius volūtate & præcepto cōtemptis: quare & ipse eiectus quidem ex paradiso est, sed peccatum eius nō fuit æternum, siquidem gratiam obtinuit & veniam, & nos omnes cum illo, si modò cum bona volūtate & cordis cōtritione peccatorum nostrorum veniam quęramus. Sunt autem quatuor peccatorum genera, quæ hodiè in mūdo vbiq; dominantur, in quibus quicūq; viuunt & moriuntur, æterna dānatione plectūtur. Primi generis sunt Pagani & Iudæi, & improbi Christiani, qui à fide catholica in aliquo articulo dissentiūt. Alterius generis sunt, qui spontè sciētesq; in peccatis viuunt mortiferis cōtra præcepta DEI & sanctę Ecclesię cōstitutiones. Tertij sunt hypocritę homines ficti ac simulatores, qui cùm virtutibus intùs vacui sint, tamen forinsecùs virtutis speciem pręse ferūt ac simulāt, idq; nō causa DEI, sed ob res caducas & temporarias. Quarti sunt, qui DEO quidem seruiūt, at nō ex charitate, sed solùm propter seipsos, & propter priuatum suum lucrum ac commodum. Tales vocantur mercenarij. Quisquis autem DEO seruit aliquam ob causam, quæ DEVS non sit, is non amat DEVM. Qui semper lucrari & habere vult, dare nunquàm, is neçdum bonus est. Qui autem DEVM amat, ipso contētus est,

Iupiter qua lis.
Quæ duæ natura quorsum à Deo factæ.
Suī amor quos perdīderit.
4. pctorum gna hodiè dominātiū:
I.
II.
III.
IIII.
Mercenarij.

1.Cor.13. est, nec quicquam pręterea appetit. Deo seruire, DEVM amare est. Qui verò DEO lucri & commodi sui causa seruit, vtique non diligit DEVM. Vera em̃ charitas nõ quærit quæ sua sunt.
1.Cor.15. Et qui seipsum aut quanlibet creaturam amat supra DEVM, is DEVM non amat. Semper
Ioan.13. seipsum in om̃ibus quærere, spectare ac pro scopo habere, id natura est, & occulta superbia, etiamsi id ipse homo nesciat. Quod natum est ex carne, caro est. Caro autem & sanguis DEVM & regnum DEI cernere, inuenire, possidere non potest. Spiritus autem qui ex DEO natus est, naturam, carnem & om̃ia superat, videtq; DEVM, & inuenit regnum DEI latens & abditum intra se. Ex quibus perspicuum fit, filios naturæ vel carnis, ex DEO natis filijs esse aduersos atque contrarios. Natura em̃ absque gratia, spuria est. Qui autem ex DEO natis filijs sunt filij, ijdem legitimi sunt hæredes regni DEI. Dicam breuibus verbis, quinam naturæ,
Naturæ filij qui. qui DEI filij sint. Naturæ filij sunt quotquot elementis subiacẽt, & cæli ac planetarum motui seruiũt ac obsequuntur. DEI autem filij, naturæ cæliq; ac planetarum cursui dominan-
Qui Dei. tur, & cuncta eis subdita sunt.

¶ Vt natura hominum in septem habitudines distincta sit, & de filijs Saturni. Caput XXXVIII.

Hoim natura in quot cõplexiones diuisa. POrrò hominum natura in septem habitudinum vel complexionum modos distributa est, quas nascentes ex planetis contrahimus, vtpotè quos secũdum natiuitatem ac habitudinem corpoream imitamur. Dominãtur em̃ & agunt in nostra corpora: sed nihil habent iuris in spiritum, vt qui supra naturam p gratiam ex DEO
Saturni filij. natus est. Supremi planetæ, id est, Saturni filij, eidem secundum naturam similes sunt. Frigidi nãq; sunt, quod ad amoris affectum vel experimentum attinet, & sicci ac steriles absque virtutum fructibus: maleuoli quoq; & versipelles, torui, immites, crudeles, pallidi, deformes, ppriæ voluntati dediti, morosi, pugnaces, & magni ac elati animi. Et cùm spiritales fieri volunt, inordinato damnationis metu, cura & anxietate laborant, eo quòd seipsos non
Gehẽnę metus qualis. nisi ppter seipsos secũdum naturæ consuetudinem spectant & amant. Sicq; fit, vt interdum frigidi ac sicci sint absq; bona volũtate & spiritali expimento vel affectu: nonnunquàm frigidi ac humidi, id est, sine gustu & consolatione diuina, vt plurimùm natura inquieti ac p-
Saturnus. turbati, & nunquàm non diffidentia ac timore inordinato nimiùm abundantes. Viuunt enim in hyeme, quando Saturnus dominatur, qui quidem in initio frigidus & siccus est,
Aquarius. tanquàm capricornus: in exitu autem frigidus & humidus, cùm versatur in Aquarij signo, quod pluuias, niuem, aquarum inundationes & clades multimodas secùm adducit. Istiusmodi ergo homines naturalem suam, in qua nati sunt, habitudinem siue complexionem odire & contemnere debent, & ꝓprietati renunciare volũtatis suæ, proprium abijcere iudicium ac sensum, & inordinatam diuinæ iustitiæ formidinem, oculosque suos claudere & cohibere à nimia consideratione iusti iudicij DEI, & nequaquàm habere contemptui aut diffidere vel despare de spũsancto eiusq; gratia & pietate. Id em̃ peccatum tartareum est, quo nullum magis est inuisum DEO. Credere etiam debent scripturis sanctis, quæ cælesti consolatione abũdant: & quòd CHRISTVS ꝓ cũctis peccatoribus, nemine excluso, mortuus sit. Deniq; submittere se debent bonis hominibus, eisque potiùs quàm sibimet credere: atque ita cor omnesque vires suas apire & expandere cum desiderio diuinam suscipiendi gratiam.

¶ De Ioue eiusq; filijs. Caput XXXIX.

Iupiter. SEquitur hinc alter planeta, id est, Iupiter, qui Saturno contrarius est. Calidus em̃ & humidus, clarus & instar lactis candidus, suauis & mitis est, regnatque in Februario, Sole piscium signum ꝓcurrente, atq; ad sublimiora conscendente, quo tempore incalescũt dies, vndæ fluitãt, pisces, quos rigida hyemis frigora in vnum collegerãt, cum ingenti voluptate vltrò citroq; natant in aqs. Planeta iste amabilis & gratus ac placidus est, gratificatq; ac benefacit creaturis omnib' hic inferiùs degentibus. Et q sub ipso nascunt, illius secũdum naturam similes sunt, putà calidi ac feruentes bonis desiderijs, & humidi ac ꝓfluentes bonis actionibus, formosi & candidi corpore, gratiosi, humiles, mãsueti, pij, libe-

rales,

rales, benigni, hilares, sociales, amabiles, cõuersatione ac moribus ciuiles & compositi, atq; ex natura facilè alios sibi attrahunt, & alijs ipsi afficiuntur. Quę quidem naturalis habitudo, tametsi præclara, nobilis & bona est, non est tamen nisi caro & sanguis, nec est perpetuò sapiens ac prudens. Cõtemnit enim sæpè DEVM & regnum eius ac bona æterna, quæritq; & amplectitur, eligit ac amat huius mundi res fragiles & caducas, & quas velit nolit, breui amissura est. Sed qui ex his sese abnegant, & mundo ac vitijs moriuntur, renunciantq; ac valefaciunt omnibus, ij denuò nascunt ex DEO, gratiosi, locupletes, & beati, & cum sanctis & angelis cohæredes glorię sempiternæ. Habitudo q̃ qualis.

¶ De Marte & qui sub illo nascuntur. Caput XL.

TErtius planeta, si à superioribus descendas, Mars est, qui calidus & siccus, malitiosus, inuidus & truculẽtus est, atq; in multis cõuenit cum Saturno. Qui sub ipso nascuntur homines, natura sicci, feruẽtes, vitiosi, inuidi, insociabiles, nemini amici, nec gratificantes aut benefacientes cuiquam, nisi qui ipsis amici videantur, ac benè faciant. Complexione vel habitudine calidi & feri sunt, animo citò concitãtur ac mouentur, facilè pulsantur ac perturbantur, citò ira inflammantur, sed diu fixum alto pectore retinent si quid acceperint iniuriæ, nec facilè condonant, libenter vlciscuntur, leui ex causa contristantur, sermone versipelles & callidi, semperq; rectiùs alijs sentire se arbitrantur. Latet enim in eis occulta superbia. Isti dum spiritalem instituunt vitam agere, externam quandam assumunt sanctitatis speciem, tantùm vt in ea humanam captent gratiam & placeant hominibus, putà grandia quædam ac alijs bonis hominibus inusitata pœnitentiæ opera, vt vel diuturnum silentium, vel de sublimibus rebus loqui. Et si natura ac ingenio sint acuti ac subtiles, quoslibet alios homines bonos, qui ipsorum instituta non magnifaciũt, temerè iudicant & condemnant. Itaq; superbi sunt & hypocritæ, nec apti ac idonei qui DEI gratiam consequantur. At tamen quæ homini possibilia non sunt, DEO omnipotenti non Mat.19. Mar.10.
sunt impossibilia. Mars. Quales sint martiales.

¶ De Sole, & sub ipso genitis. Caput XLI.

QVartus planeta Sol est, medius planetarum, & communis omnibus, candidus est & luminosus, coloris aurei, siccus & calidus, maximè cùm in Leonis versatur signo æstate media. solus per se lucet, illuminat tres superiores, totidemq; inferiores planetas, atq; etiam cuncta superiora & inferiora, fructus ad maturitatem adducit, vitam & incrementum subministrat, mundi oculus & lux est, & velut fons viuus omnis luminis & caloris: absq; illo nulli fructus crescere, neque gratum obtinere saporem, nec maturescere queunt. diem & noctem, æstatem ac hyemem efficit. octiès maior terra dicitur, stellas omnes illustrat, quas tamen interdiu suo splendore reddit inuisibiles, ægris oculis odiosus ac molestus, sanis iucundus & amabilis. Qui sub ipso nascũtur, facie splendidi, candidi ac amabiles sunt, in cibo ac potu omniq; actione sua sobrij, ac benè ordinati, itẽq; sicci, & omni inordinatæ appetentiæ ac delectationi reluctant, feruent sanguine, magno & audenti animo sunt instar Leonis, q ferarum rex & princeps est: sicut & Sol eorum omnium quæ in natura viuũt & crescũt, rex & princeps dicitur. Parati etiam sunt Solis filij om̃ibus ipsorum indigis, maximè quos ipsi dignos iudicant. Quicquid enim cum virtute coniunctum & bonum ac benè ordinatum est, appetunt: suntq; ex ipsa naturali habitudine mites ac humiles, amant virtutis & veritatis diem, oderũtq; vitiorum ac improbitatis noctem. Spũ hilares, corde pij, & conuersatione suaues, amabiles, benigni sunt: sicq; sæpè fit, vt magnorũ principum gratia flagrent, & ad magnas dignitates & honores euehant. Deniq; ingenio capaces ac dociles, acuti, perspicaces & sapientes sunt ad cognoscendas virtutes & veritatem, & ex natura apti ac habiles ad DEI gratiam percipiendam. Sol. Solis efficaciæ seu virtutes. Leo. Solis filij quales.

¶ De Venere, & qui sub ipso nascuntur. Caput XLII.

Veneris descriptio.

QVintus planeta, Sole inferior, Veneris habet vocabulum, estq; candidus & lucidus, coloreq; candenti ac resplendenti, & natura calidus ac humidus est. Dicitur autem Lucifer, quãdo solem antecedens sese humanis obtutib⁹ lucidum micantemq; visendum exhibet. Hesperus autem appellat, cùm serò solem insequitur. Inter stellas lucidissimus est, effectione benignus, beneuolus, ac mitis est, Martis malitiam temperat: dominatur autem Sole taurum & Libram percurrente, videlicet in Septembri. Cum dominium obtinet, odium ac inuidiã imminuit, amoremq; & fidem cunctis in hominibus vi naturæ suæ corroborat atq; confirmat. Qui sub ipso in hanc eduntur lucem, Iouis filijs in multis consimiles sunt. Vultu candidi, lucidi, gratiosi, venusti, iucundi sunt, sociabiles, moribus ciuiles, compositi ac liberales, natura calidi & humidi, id est, luxuriosi, gulosi, & ad omnes inordinatas ac illicitas voluptates & oblectamenta, & quæcunq; corpus appetit, procliues. Fugiunt odium & inuidiam, pacemq;, amicitiam & concordiam inter mortales omnes pro viribus conciliant. Verùm tametsi natura bona præclara ac generosa sunt, & pro mundi honestate ac consuetudine in oculis hominum sic satis compositi ac benè ordinati, non possunt tamen placere DEO absq; diuina gratia. Nati quidem sunt in aurora, & Luciferi ingenium acceperũt. Corporeis enim apertis oculis, lucem solis ac cæli excepere, viuuntq; iuxta solis oblectamenta, siquidem calidi & humidi sunt, eoque mundi & omnium quæ mundi ambitu continentur, amore tenentur: quo fit vt spiritu cæci sint, & intellectilis seu intellectualis eorum oculus diuinæ gratiæ lucem suscipere non valeat. Lucifer solis lumen, id est, mundi diem adducit. Eius filij sunt, qui ætate iuuenes & incolumes ac valentes viribus, sine metu & absq; conscientiæ religione mundo huic militant & obsequuntur, cuiusmodi hilari sunt corde, vacantq; suis oblectamẽtis, cantant, saltant, nec magnoperè curant, qua ratione diem exigant perducantq; ad vesperam. Hesperus Solem occidentem sequitur, & post illum etiam ipse occumbit. Huius filij malè succumbunt, quotquot in mortiferis decedunt vitijs ex hac vita, qui omnes æternæ damnationis constringuntur nexibus, nec vnquàm lætus eis dies oritur, sed portio eorum est, semper esse damnatos. Iam agè vnusquilibet sibi consulat, sese benè consideret & attendat, dum licet, sicq; prudens erit. Intùs enim prouidum esse ac circunspectum, ad omnia vtilissimum est.

Quales Veneris filij.

Luciferi filij.

Hesperiani.

¶ Vt natura incitet ad vitia, & quibus rebus vitia profligentur, & gratia obtineatur. Caput XLIII.

NAtura quidem corrupta instigat ad vitia: Lex autem vetus, pro peccatis sanguinem fundere iubere consueuit. Atqui preces internæ ac deuotæ, verus dolor & contritio, & multa in DEVM fidutia & amor peccata propulsant, gratiam impetrant & assequuntur, præstantque vt homo semper DEO possit esse vnitus: idque tum natura, tum quæ apud Iudæos præcessere figuræ, tum potissimùm omnis scriptura diuina nos docet. Vti autem natura incitet ad vitia, facilè tum potest animaduerti, quando Sol cum Venere Tauri signum ingreditur. (Taurus animal immundum & natura audax est.) Dum enim hæc tria iunguntur ac dominant, quod est in Aprili, anni tempus calidum & humidum est, & creaturę omnes ad propinquum æstatis aduentum hilarescunt, terra virentia producit gramina & herbas multigenas, arbores, flores ac folia germinant, pisces maximis cum delicijs natant in vndis, aues per aëra sursùm deorsùm canentes volitant, & natura omnis aduentante æstate lætatur: homines bona prædíti corporis habitudine vel complexione, qui calidi ac humidi sunt ex natura, facilè mouẽtur ac procliues sunt in vitia. Eam ob rem præcipit DEVS Iudæis, vt pro peccatis occiderent, concremẽt ac immolarent Deo tauros siue boues, hircos & arietes, quæ sunt fœtida animalia. Et sancta Ecclesia, DEI loco præcipit nobis, vt certo anni tempore pœnitentiam agamus, ieiunemus, vigilemus, precemur, dies quadraginta pro peccatis nostris præteritis, præsentibus, & quæ in posterum nobis accidere possint. Nimirùm Moses olim in monte Sinai dies ieiunauit quadraginta, nihil alimenti sumens, quo dignus redderetur qui DEI legem acciperet. Helias itidèm propheta totidem ieiunauit dies, qui postmodùm in curru igneo

Taurus.

quæ animalia cur sibi offerri Deus iusserit.

3 Reg. 17.
4. Reg. 1.

igneo raptus & perductus est in terrestrem paradisum. Denique ipse dominus noster IESVS CHRISTVS in eremo quadraginta diebus & noctibus ieiunus permansit propter peccata nostra, ac deindè discipulos suos elegit, & tum exemplo suo, tum etiam verbo docuit, ieiunijs, orationibus, vigilijs dare operam, & paupertati, sobrietati, castitati studere. Atque ita post eius ascensum in cælos, illius viuebant ac docebant discipuli, & Ecclesia primitiua, itemque omnes monastici ordines ac religiones in suo initio. At nunc gratiæ dies nimiùm refrixit, quando etiam omnium monasticorum ordinum siue religionum professores optimis quibusque maximeque caris & gustui plausibilibus escis ac potionibus libentiùs vtuntur: vestesque gerunt eiusdem cum secularium hominum vestib⁹ lanæ & coloris, si quidem obtinere possint: & quanuis monasticæ vitę speciem quãdam præ se ferãt, tamen Apostolorum regulã pauci sectãtur. Itaque si Apostolos in ęternę beatitudinis gloriã sint subsecuturi, id sanè lex Euãgelica minimè testatur. Docet præterea nos natura cęlorum, Veneris stellã vnà cum Sole in Librę signo versari in Septembri. Atque eo anni tempore mundus opulentus est & plenus frumento, vino, omnigenis frugibus ac fructibus naturæ nostræ sustentandæ necessarijs. Cuius causa est amor Dei, qui præponderat omnia, & ministris suis abundantes præstat opes.

Mat. 4.
Luc. 4.

Fervor oĩs hodiè q̃ tepuerit.

¶ De quadruplici libra charitatis Dei, et speciatìm de prima. Caput XLIIII.

IPSA nimirùm charitatis DEI libra præclara, in quatuor est distributa modos, quos DEVS omnipotens ad sui laudem, & nostram æternam salutem ordinauit, benedixit, sanctificauit atque discreuit. Primus modus vel prima libra amoris, qui quidem vnquàm exercitatus atq; exhibitus sit, docet nos, quemadmodùm DEVS creãrit nos ex nihilo, & tum seipsum, tum cuncta quæ fecerat, nobis largitus sit. Ista charitas, quæ DEVS ipse est, nobis omnibus communis est, & singulatìm tota vniuscuiuslibet amantis: & ipsa vna est supra omnem numerum & absque numero, & æterna supra tempus & sine tempore, supra mensuram & absque mensura: & spiritus purissimus absque loco. Hanc præclarissimam charitatis libram, & simul quicquid potest, dedit nobis DEVS. Quamobrem cuncta vt deseramus ac relinquamus oportet, si huic summi amoris libræ vacare velimus. Charitas nanque profluens fluuius est, cunctis virtutibus præstantior, eiusque actio est flagrans incendium, cuncta sibi obuia comburens. Eius natura est, semper dare & accipere: sed ipsa in seipsa ociosa essentia est. Dare & accipere, in amoris exercitatiõe siue exhibitione perpetuò distincta sunt: atque hæc est suprema amoris libra, quam nemo extraneus vel cognoscere, vel sentire, vel excogitare potest.

Libra q̃ in quot modos distributa.

I.

1. Ioan. 4.

Charitatis actio & natura quæ.

¶ De altera charitatis libra. Caput XLV.

ALtera charitatis libra ęquabiliter ponderat omnia, & tribuit singulis, quod illorum est. Tribuit autem nobis charitas DEI, gratiam, virtutes & tempus, & horum singula in duas ex æquo partes distributa. Quod quemadmodùm se habeat, auscultare lectorem velim. Charitas DEI seipsam nobis dat & gratiam suam, vicissimq; exigit à nobis nosipsos, veritatem, & virtutes recta cum intentione & charitate coniunctas. Cumq; hoc pacto illi nos respondemus, fit quoddam libræ ęquamentum. Charitas enim in sua lance seipsam & gratiam collocat suam, & nos in nostra lance nosipsos virtutesque nostras recta cum intentione & amore coniunctas ponimus: sicque fit quoddam ęquilibrium. Vt autem virtutes & charitas nostra crescunt in lance nostra, quam nos DEO offerimus: ita & gratia & charitas DEI quam nobis reddit, in illius lance augescunt. Atque hac ratione æquabiles lances nostræ manent, semperque nos vnum cum DEO in charitate, & in virtutibus ac gratia similes manemus. Tempus quoque diuina charitas nobis ęqualiter bipertita est. Sol etenim media hyeme ascendit, semperque magìs ac magìs fertur in sublime vsque ad ęstatis medium, quę est anni pars dimidia, qua dies producuntur & crescunt, & noctes semper decrescunt: rursumq; Sol reuertitur descendendo vsq; ad mediam hyemem in idem signum, vbi cœpit ascendere, & tunc anni totius circulus euolutus est.

Libra II. qualis.

Dei charitas qd nobis det, qdve à nobis exigat.

Solis ascensus ac descẽsus q & qñ fiat, qdve sibi velit.

Eodem modo homo peccator ſemp in media viuit hyeme, vtpotè maleuolus, frigidus, ſiccus, & abſq; vllo virtutũ fructu. Quãdo verò ſeſe cognoſcit, & dolet, ſubmittitq; & humiliat ſeſe, creditq; & ſperat, & quærit ac expetit gratiam & veniam, iam gratię Sol eius in corde exoritur & aſſcendit. Et hic primus eſt in tempore gratię dies. Quòd ſi cum Sole gratię aſſcenderit, eumq; virtutibus ac ſanctis exercitijs ſequutus erit, veniet quandoq; ad æſtatis medium, id eſt, vbi DEO per amorem adhęreat abſque timore, & ſit à ſeipſo & creaturis omnibus liber ac abſolut', quę quidem in diuinę gratię aſſcenſu ſuprema virtus eſt: Vbi tum cum gratię Sole in humili ſuijpſi' reſignatione ad omnem deſcendit perpeſſionem, & quicquid DEVS vel ipſo vel creaturis omnibus facere velit, id perindè eſt ipſi: eſt enim paratus & reſignat' ad omnia: ſicque humilitatis & mãſuetudinis in ſe reperit fundum, quod nulla quę in præſenti poſſit vita accidere, perpeſſio vel afflictio poteſt opprimere vel prægrauare. Eſt igitur hic quędã ętatis ac hyemis ęquabilitas: atque homo iſtiuſmodi, cordis & conſcientiæ pace & quiete gaudet in omnib': habitatque & quieſcit in eo Spirituſſanctus in ipſo humilis reſignationis eius fundo, & ipſe viciſſim per amoroſam adhæſionem libera cum veneratione ac reuerentia in Sancto ſpiritu quieſcit & commoratur: atq; hoc modo inter DEVM & ipſum quoddam eſt amoris æquilibrium.

dies primus.

¶De tertia charitatis libra: & de immenſo Dei erga nos amore. Caput XLVI.

TErtia deindè amoris libra ſequitur, quæ cuncta tripartitò diſtribuit ac ordinat, putà in Tempus, Vitam & Subſtantiam, vndè in tempore viuimus. Vbi diſcretè eſt animaduertendum, DEVM nobis per ſeipſum in tempore ſeruijſſe, nosque amaſſe ac honoraſſe tripliciter, ſeu triplici ratione. In temporis exordio fecit hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Quod quidem magnum fuit miniſterium, ſed honor maior erat, eiusque charitas abſque vlla menſura multò maxima eſt. In temporis medio in natura noſtra deſcendit ipſemet è cælis, ſeruiuitque & vixit nobis, nosque inſtituit & amauit ad ipſam vſque crucis mortem: obijtq; propter nos ex amore, & noſtrã peccati mortem ſua morte peremit, reſurrexitq; in gloriam ſuam, & aſſcendit ad Patrem ſuum, miſitq; Sanctum ſpiritum ſuum, qui in nobis viuit & manet: in quo reformati ac renouati ſumus in tempore gratiæ, dedit etiam ac reliquit nobis carnem & ſanguinem ſuum in cibum ac potum: & ſi quidem illi ſeruimus, illum honoramus & amamus, guſtare eum poterimus. Promiſit deniq; nobis vera fide, rediturũ ſe extremo die in fine ſeculorũ cum angelis ſuis in multa maieſtate, excitaturumque corpora noſtra, ſimul cum anima perenni gloria fruitura, & ſecùm nos ducturum ad Patrem ſuum, atque inibì cum Patre & Filio in Sancti ſpiritûs vnitate gauiſuros ac regnaturos nos in æuum ſempiternũ. Iſta nimirùm charitatis libra eſt, quam nos accepimus à DEO, quamque illi viciſſim pro noſtrarum facultate virium debemus. Dedit ipſe nobis id quod ſumus, quod habemus, quod poſſumus, itemq; quod ipſe eſt, habet & poteſt, ſeruiuitq; nobis, nosque honorauit, & æternò nos amore proſequitur: & hæc charitatis eius libra eſt, quam nobis donauit: exigitque viciſſim à nobis libræ æquamentum, ſi modò vita noſtra illi placere debeat. Quamobrem anni temp', quod nobis ea, vndè ſenſitiua ſuſtentatur vita noſtra, producit, in tres diſtinxit partes: itidemque gratiam ſuam qua nos potentes reddit, docetq; ac dirigit & informat, vt ipſi in virtutibus viuere debeamus, trib' elargiſt modis: atq; ipſa virtuoſa vita noſtra tribus conſtat modis, in virtutib' & charitate nos perficientibus, & ad æternam ac beatam nos vitam perducentibus.

Deũ tripliciter nobis ſeruijſſe.

I. II. III.

¶Vt etiam poſt peccata liceat cum DEO redire in gratiam, & de vita interna ac contemplatiua. Caput XLVII.

QVAE quidem quemadmodùm ſe habeant, iam manifeſtis declarabimus indicijs. Media hyeme, ſole ad ſupiora ſe reflectẽte, tẽpus frigidũ, ſiccũ, ſterile ac infrugiferũ eſt. Ita etiã hõ peccator frigid', aridus, & abſq; vllo virtutũ fructu viuit. Quòd ſi hac tã frigida pctõrũ hyeme ſine gratia diẽ clauſerit extremũ, ęternis punieẽt damna-

Hyeme frigida mori, quid.

dãnatorũ ſupplicijs. Peccatis inſeruire, nõ niſi tẽpus perdere eſt, & vita repudiata, mortẽ amplecti. Libẽter igit aduerſum vitia decertare, & diuino freti adiutorio, gelidã peccati hyemẽ ſuperare debem': ſicq; in calida diuinæ gratiæ æſtate ęternę vitę fructus, pferre ac efficere & opari poterim'. Quod ipſum quoq; ſolis curſus & diſcreta anni tẽpora nos inſtituũt. Cũ em Dei gratiã in baptiſmo nobis collatã peccãdo amittimus, iã mẽdaces ac DEO infideles ſumus. At nec ſic quidem ille nos penitùs deſerit, ſi veniam & gratiam quæramus & expetamus. Media enim peccatorum noſtrorum hyeme tempus gratiæ rurſus oriri incipit, ſicuti media hyeme Sol ad ſuperna reuertitur: atq; indè quatuor eluctatur menſibus in Aprilem vſq;, antequàm totum hyemis frigus omninò poſſit ſuperare & abigere: ex quo id nobis diſcere licet, nos quoque cum diuinę gratię auxilio aduerſum peccata & peccandi occaſiones, prauasq; conſuetudines, & omnem amorem inordinatum, carnem quoq; & ſanguinem & improbos ſpiritus, eorumq; tentationes ac impugnatiões, dimicare atq; luctari debere. Omne enim quod natum eſt ex DEO, vt ſanctus Ioannes ait, vincit mundum: neq; mundum duntaxat, ſed quicquid is in ſe complectit, putà, proſpera & aduerſa, & quęcunq; internum, affectuoſum, liberum aſſcenſum in DEVM impedire, vel eidem officere, aut imagines adſpergere poſſent. Eleuatus nanq; ad DEVM & virtutes omnes affectus, commodè ſatis Solis in Aprili aſſcenſui comparatur. Vt enim tum Sol virere ac florere facit omnia, totumq; exhilarat mundum, præparando creaturas omnes inferiores, vt ſingulæ pro natura ſua æſtate calida ſubſequente fructus producant: ita etiam ſi liber ac eleuatus & à creaturis omnibus expeditus ac abſolutus ſit affectus, clauſusq; mundo, & patens DEO ac donis illius, vbi Sol gratię iſtiuſmodi patenti ac eleuato cordi DEVM & virtutes omnes ſuſpiranti ac deſideranti illabit, tum cunctæ hilareſcunt animę vires ad nouũ diuinę gratię experimentũ. Oſtendit enim ſeſe DEVS animę eleuatę, ita vt eſt in natura ſua, hoc eſt, nudum, formę ac modi expertem, & ſine vlla vel menſura, vel fundo, ſicq; eſt obiectũ affectũs eleuati & Animę ocioſę, ſiue ab omnibus expeditę. Et quanuis cuncta excedat nomina, ſitq; ſine nomine atq; innominabilis ſecũdum naturam ſuam: at tamen eiuſcemodi cor amans multimodis eum appellat nominibus ſecundũ effectiões ſiue actiões illius. Eſt em aię DEVS quicqd appetit: immò verò multo amplius, quàm vel poſſit appetere: quandoqdem ſingulis quibuſq; eſt omne quo indigent, & quicqd poſſint appetere. Deniq; bonis omnibus affluentiſſimũ ſe prębet cunctis ipſum deſiderantibus. Cor autem deuotũ ac internũ, eleuatumq; ad DEVM, & auarũ eſt & liberale: Semper enim quippiam dare & accipere illi libet. Dando qdem, ipſum attingit DEVM: accipiendo autem, attingit à DEO: atq; hęc duo ſemper increſcere & augeri neceſſe eſt: ſiqdem vita ſunt interna, virtutũ ſtudioſa, ſiue prędita virtute. Iſthic mutuus attactus, ſiue ita viciſſim tangere & tangi, Iubilũ efficit. Iubilũ autem in corde dona DEI percipiente verſat. Atq; hoc pacto dum affectus liber ac liberalis cuncta refundit in DEVM, ea planè delicata ac delicioſa vita eſt, quiſqs eam in ſe ſentit ac experit, probeq; intelligit. Hęc duo, putà inter DEVM & nos viciſſim dare & accipere, ſimul in ęternã excreſcũt vitã. Qui verò DEO in ſola natura, priuati dũtaxat commodi ac emolumenti ſui cauſa ſeruiũt, nihil de DEO neq; ſcire, neq; guſtare poſſunt: quippe q auari ac tenaces ſunt, ſemperq; à DEO optata accipere & conſequi volunt, ſed viciſſim dare ac retribuere DEO non nouerunt. Et tamen videmus Solem hunc corporeum calorem ac lumen prębere, terramq; vitam & fructus reddere. Atq; in his duobus tota conſiſtit vita naturalis. Sic DEVS ſuam nobis largit gratiã: nos illi viciſſim quicqd poſſumus honoris, venerationis, virtutũ atq; omnigenũ bonarum actionũ reddimus. Et in his omnis noſtra conſiſtit vita ſpiritalis. Atqui iſthęc non eſt ſuprema vel altiſſima vita noſtra. Vt enim quod aduerti facilè poteſt, quandiu Sol tendit in ſublime, donec in cancri ſignũ perueniat, omnes terræ fruges creſcunt ac proficiũt: nec tamen etiamdũ maturę ſunt, aut ita perfectę, vt ſint aptę vſibus hominũ: dum verò Sol ad inferiores incipit remeare circulos, atq; leonẽ ingredit, multo eſt flagrantior, & fruges oẽs permatureſcũt, perficiũturq; pro neceſſitate & vſu creaturarũ omniũ. Eodem modo dum quiſpiam eſt à rebus creatis omnibus liber ac abſolutus, ac libero affectu q̃ poteſt altiſſimè ſeſe erigit ad DEVM, inibì gratię Sol ſplẽdorẽ ac radios ſuos in ipſum liberũ ac eleuatũ mittit affectũ, cunctęq; Animę vires tactu quodam cient ac inſtigant, vt gratię Dei, quã ſentit affectus, faciãt ſatis. Indè tum quædã

quid ex q̃ rẽporis mutatione diſcendum.

I. Ioan. 5.

Animæ cũ quõ ſe Deus oſtendat.

cor deuotũ quale.

Iubilũ quid faciat.

Quib' in duobus vita q̃ qui cõſiſtat.

Soli deſcendere incipiẽti quid quõ cõferendũ.

quædam oriť affectûs impacata ac insedata impatientia, ita vt quicquid vel det, vel accipiat à Deo, nimis parũ illi sit, eo ꝙ inter se & DEVM mediũ quoddam ac diuersitatem sentiat, nempe ipsam Dei gratiam, quam superare non valet. Amat em̃ seipsum & DEVM, atq; eamobrem quodam Amoris æstu ac impatientia laborat: siquidem deficit illi tum dando tum accipiendo, id quod concupiscit. Dicit igiť cum Apostolo: Cupio dissolui & esse cum Christo. Iam enim peruenit in cancrum, id est, supremum illud, quò cum diuinæ gratiæ Sole in hoc gradu potest pertingere. Et quia inter se & DEVM quandam inuenit diuersitatem, amat autem ac appetit vnitatem siue vnionem, iam quidem rectè habet, dignusq; est honore sublimi, & gratia DEI, qua præditus est: non tamen id quod in Amore summum ac præcipuum est, sentit, eo quòd etiamnum nonnihil propriæ voluntatis in ipso viuat. Cùm igiť per gratiam sublimiùs ascendere non possit, descendit, dicitq; cum Christo: Domine, non mea, sed tua voluntas fiat, & hoc supremum est vitæ illius: indè iam redit in sese, atq, cum Dei gratia suis vacat exercitijs, ita vt antè solebat. Si autem exercitia sua sinat frigescere, gratiã DEI, & quicquid per gratiam & virtutes erat adeptus, amittet. Cæterũ si summũ illud, quod Amor potest, sentire velimus, per gratiam & affectum cum vniuersis viribus nostris quàm possumus altissimè nos erigamus oportet, id est, in cancrũ vsque, vbi cunctę vires nostræ præ Amoris æstu ac impatientia deficiunt, atque ibi penitùs nos resignemus & abnegemus necesse est, si summus charitatis spiritus in nobis proficere debeat: dicemusq; cum Christo cælesti Patri nostro: Domine, in manus tuas commendo spiritum meum: tumq; totos nos diuinæ permittemus potestati, cui nihil est impossibile: atq; ita in Leonem peruenietmus, qui rex est & princeps feratum omnium, cuius tam acuti sunt dentes, vt ossa simul cum carnibus deuoret: atque eo ipso non incongruè diuino comparať Amori, absorbenti, consumenti, & concremanti, quæcunq; in ipsum pertigerint. Porrò dum libero spiritu nostro vltra creata omnia in DEVM eleuati sumus, Sanctusspiritus perpetuum suum emittit splendorem, qui & lux & ignis est: spiritus autem noster instar vitalis ac ebullientis olei est, in diuinę charitatis igni vi uentis ac ebullientis. Oleum verò quãdiu spumam mittit, crepitatq; ac bullit, tandiu quædam illic dissimilitudo est: Atquì vbi ignis omnem concoxit & concremauit dissimilitudinem, tum oleum purũ est & plùs quàm calidum, trãquillumq; ac immotũ velut ignis. Idem etiam nostro in spiritu quem oleo similem dicimꝰ, sentire ac experiri licet. Vbi qdem supra affectûs impatientiam & virtutũ exercitationem in spiritûs nostri puritatem seu purũ spiritum nostrum eleuati sumus, inibì ab actione vacamus, & Sanctusspiritus perpetuum suum nostro puro in spiritu prębet splendorem, illicq; agimur ac patimur: siquidem Spiritussanctus ignis consumens est, absorbens atq; consumens in se omnia, quæcunq; est amplexus siue aspræhenderit: Ibì iam reuerà calidũ est, vbi noster ardet spiritus, patiturq; Dei charitatem: & plùs quàm calidũ, vbi conflagrat, & Dei transformationem patiť: Vbi verò iam conflagrauit, & vnus cum Deo spiritus est, ibì ipsemet suo quodam modo ociosa ac essentialis charitas est: & hæc summa ac celsissima Amoris libra est, quam equidem in præsentiarum intelligam.

Phil. 1.

Peruenire in cancrum.

Matt. 26.

Quo frigore q̃ facilè perdantur.

vires nostre vbi quõ deficiant.

Psal. 30. Luc. 23.

Quis amor cur leoni cõferatur.

Crepitatio olei quid sibi velit.

Heb. 15.

Amoris libra sũma q̃.

¶De bonis temporarijs nobis collatis à Deo, & vt illis vti debeamus. Caput XLVIII.

PRætereà seruiuit nobis DEVS, atq; honorauit nos externis rebus ac bonis temporarijs, quę nobis ipse tribuit, vndè nos viuimus: eaq; ferè in tria partitus est genera, nẽpe fruges, fructus & terrę animãtia, multigenas pisciũ varietates in vndis, & vari as auiũ species in aere. Atq; his oĩbus nos vicissim ei seruire, eumq; honorare tripli ci ratione debemus. Primò qdem in eius altari decimas, primitias & pclarissima quæq; facultatum nostrarũ offeremus: eaq; reuerenter & ingenti gaudio conferemus in vsus sacrarum ædiũ, ac ornamentorũ, vasorumq; sacrorũ, qbus diuinus agiť cultus, itemq; sacerdotũ sanctorumq; hominũ, qui nostra ferunt peccata, & inter nos atque DEVM sancta vita & deuotis precibus suis medij intercedũt. Istud iam indè à mundi exordio est vsitatum. Ex altera aũt portione substantiæ, siue facultatũ nostrarũ nosipsi magno cum timore victitabimus, vbiq; obseruata temperantia, moderatione, ac sobrietate in cibo, potu, vestibus, cũctisq; alijs rebus

Qui Deꝰ tripliciãrãhonorandus.

I.

II.

bus corpori necessarijs. Tertiam deniq; bonorum nostrorum partem, cùm ea sit pauperum, libenter eisdem & hilari ac liberali animo secundũ rectæ rationis moderationẽ siue discretionem impertiemur. Sunt enim mẽbra Christi: isq; in extremo die illos qui pauperibus ministrârint, his affabitur verbis: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Quod enim vni de his fratribus meis minimis [in meo nomine] fecistis, mihi fecistis.

III.

Mat. 25.

¶De quarta charitatis libra: & vt Deus gratiam suam quatuor largiatur modis, & nos illi famulatum nostrum totidem virtutum modis reddamus: & quibus præditus esse debeat peccator, si cum Deo in gratiam redire velit. Cap. XLIX.

SEQVITVR iam quarta charitatis libra, quæ est libra præceptorum Dei, quam nos nunquàm non habere necesse est, si salui esse velimus: eamq; Deus quatuor distinxit modis, qui simul vitam efficiunt virtuosam & placentem DEO. Natura quidem cælorum anni tempus quo viuimus, quatuor in partes distributum subministrat, quæ sunt, Aestas & Hyems, Ver, & Autumnus: quę ab ipso vsq; mundi initio ad extremum diem accedunt & recedunt. Deus itidèm gratiam suam supra tempus & naturã quatuor largiť modis, quibus illi viuimus & seruimus vsq; in diem ęternitatis nostrę. Nos deniq; illi nostrum reddimus famulatum quatuor virtutũ modis, nunquã interituris. Sed hunc famulatum nemo illi præstare potest, nisi q humilis ac morigerus sit. Superbi em̃ ac immorigeri vel inobedientes, ex cælo, ex paradiso, & ex sancta Ecclesia extrusi sunt. Cæterũ si superbus ac inobediens redire cum DEO in gratiam, illius q; gratiã obtinere velit, quatuor his præditus sit oportet. Primũ est naturalis timor iustitiæ Dei. Secundum est contemptio peccati, & virtutis desiderium: atq; vt peccata sua veritati ipsi, quę DEVS est, & sacerdoti loco Dei aperiat, iuxta sanctæ Ecclesiæ instituta. Tertium est, humili corde coram æterna Dei bonitate veniam & gratiam quęrere ac desiderare. Quartum est, absq; hæsitatione & diffidentia, sine timore seruili & nimia solicitudine inexhaustæ ac opulentissimæ DEI benignissimi pietati confidere. Hæc si sentire poterit, iam peccati abscessit hyems, & gratiæ tempus pręstitũ est, licebitq; illi primum virtutis exercere & actitare modum. Is autẽ est, DEVM amare supra omnia, & seipsum propter Deum, putà vt illi seruiat, illi viuat, & proximum sicut seipsum, nempe ad seruiendũ Deo, idq; modis oĩbus veraciter & absq; vlla simulatione. Hoc primũ præceptum est, & primus obedientiæ modus, quem debemus DEO: prima etiã Amoris libra, quæ nos beatos possit efficere. Siqdem in hoc præcepto tota lex pendet & Prophetæ. Quãobrem prima hæc Anni pars est, idq; in natura, in gratia, & in virtutibus. Hic nanque Sol altiores incipit circulos petere media hyeme, nosque hîc diuinæ gratiæ Solem suscipimus, illuminantem nos, atque vt cunctis in virtutibus progrediamur, opem nobis ferentem. Sol quidem nunquàm potest quiescere, sed abscedente hyeme, mox alteram Anni aduehit partem, quę est vernum tempus, quo elementa omnia fœcunda reddũtur, quod est reuerà tempus omnium amœnissimum ac iucundissimum, calidum pariter ac humidum & benignum, quo cantant Aues singulæ pro modo suo. Diuina quoque gratia præclara ac speciosa est, eique DEVS nos vult obtemperare ac morem gerere, præcipuè hoc verno tempore, quo (Benedictus sit DEVS) CHRISTVS IESVS Dominus noster propter peccata nostra mortem perpessus est, vt nos à peccatis mundi redderemur. Mercatus est enim nos sacratissimo sanguine suo, & in sua nos vult habere protectione. Atque eamobrem à cunctis nos purgare vitijs debemus ad illius honorem, ac deinceps vitam pœnitentiæ deditam agere, ieiunijs, vigilijs, eleemosynarum largitionibus operam dare, cõfiteri & accusare peccata nostra: & iuxta sacerdotis consilium nos gerere, semperque in virtutibus & bonis Actionibus sanctæ Ecclesiæ obedire, atque ita licebit nobis venerabile Sacramentum percipere, & in sancta vita progredi. Tertia porrò Anni pars, Aestas appellať. Nimirùm quando Sol quantùm maximè potuit ascendit, quod est Aestate media, & Anni parte dimidia: tum tempus serenũ, lucidum, calidum & siccũ est, fruges crescunt & ad maturitatem properant.

Anni partes quot.

Qui vñ quõ excluſi.

Quę qbꝰ q̃tuor p̃ditũ oporteat.

I. II.

III.

IIII.

Primꝰ virtutis modꝰ qs.

Matt. 22.

Altera & iucundissima pars anni q̃.

Quæ pars anni tertia.

Aestas

Aestatis hebdomadæ quot.

Aestas duodecim constat hebdomadibus, quarum parte dimidia Sol tendit in altũ, reliqua parte ad inferiora demigrat. Et eo ꝗdem ascendente, fruges ematurescunt & perficiunt in oriente: descendẽte verò, in occiduis mundi partibus, quas nos incolimus, iustam assequuntur maturitatem. Quę quid nobis figuratè significent, agè animaduertamus. In tertio gratię & spiritalis vitę modo docet nos DEVS, vt rationi & conściẽtiæ nostræ obediamus. Vbi igit per gratiam & virtuosam vitam nostrã, quãtùm altissimè possunt vires nostrę, in laudando, gratias agendo, amando, reuerentiã ac venerationem præstando eleuati sumus, ibi iam cunctæ vires ascendendo & progrediendo deficiunt. Memoria nanq; in nuditatem formarum ac imaginum expertem eleuata est, Intellectus in diuinã euectus est veritatem, volũtas seu vis amatiua nudo ac essentiali Amore sese inclinat atq; procumbit in DEVM: Nuditate ꝗdem imaginum experte Thronis, qui vicerunt omnia, claritate Cherubim, qui lucidam Dei irradiationem suscepere, Essentiali ac procumbente siue inclinante charitate Seraphim similes sumus, qui nudo Amore DEO coniuncti ac vniti sunt. Et hic diuinę gratiæ ac sanctę vitæ in exercitijs sursùm tẽdentibus modus est: hîcq; omnes virtutum fructus maturi ac perfecti sunt in oriẽte, id est, ascendente erga DEVM reuerentia ac veneratione. Enimuerò gratię Sol ac illuminata ratio nostra præcipiunt Spiritui nostro, vt instar Solis cum vniuersis viribus ac omni facultate nostra ad æternã Dei dignitatem, sursùm tendamus, ita vt singulis quibusq; horis præ anhelo desiderio, quo vnum effici in Amore cum DEO suspiremus, deficiamus. Eademq; gratia & nostra ratio exigunt, iubentq; nos Solis in morem in nosipsos descendere, & liberrimæ Dei voluntati nos permittere ac resignare, æquanimiter & citra optionem vel electionem ferendo, vt veniat & abscedat, det vel auferat, faciatq; nobiscùm in tempore ac æternitate, quicquid ipsi visum erit. In Amoris nanq; ascensu potest quippiam hærere in natura, pprietatis: sed in descensu abnegamus ac resignamus nos in liberrimã voluntatẽ Dei, atq; illic exercitationis Amoris fructus omnis perfectus est atq; maturus: libraque inter nos & DEVM æquam habet vtranque lancem, nosq; per eiuscemodi vera in charitate ascensum & descensum pacẽ inuenimus in DEO, & DEVS in nobis. Sequit indè quarta anni pars, nempe Autumnus, qui medius est inter æstatem ac hyemem: Estq; sic satis temperatę naturę, moderatè calidus ac frigidus, humidus & siccus: abundatq; omnigenis frugibus, & est erga creaturas omnes, putà homines, aues, animantia terræ, liberalis, communis, benignus: & vt ipsi præstitum est à DEO, & Planetis & Sole ac Luna, ita ipse porrò distribuit ac elargitur in commune diuitibus & pauperibus, & singulis quibusq; indigis. Sed diuites auari, de bonis communibus plùs iusto sibi vsurpant. Vt autem rerum temporalium facultates vel substantia in tres sit distribuenda partes, paulò superiùs in tertia Amoris libra dictum est. Hinc reliqua virtutum instituta prosequamur.

Quibꝰ angelis ꝗnã re similes redda mur.

Quid inter amoris ascẽsũ ac descẽsum intersit.

Pars anni quarta.

¶Optimæ quædam institutiones. Caput L.

1. Pet. 2.

SERVA præcepta Dei, & esto subditus omni humanæ creaturæ propter DEVM, vt D. Petrus Apostolus ait: sicut & DEVS obediuit nobis seipso & cũ creaturis suis, idq; modis omnibus, quibuscunq; indigemus. Omnes ꝗdem creaturæ irrationales obediunt seruiuntq; DEO, & nobis: itẽq; cũctæ creaturæ rationales, Angeli & beati, & quotquot in Dei gratia viuũt, DEO & nobis obtẽperãt, nosq; illis: sicq; oẽs nos vna inuicèm familia, vnus famulatus, ac vna erga DEVM reuerẽtiæ ac veneratiõis exhibitio sumus. Peccatores aũt, q contẽpto DEO DEIq; famulatu, vitijs seruiũt, DEVS interìm sinit ac permittit, vt hoĩes bonos contemnãt, premãt, occidãt, & ad magna perducãt pmia: Atq; hoc ipso etiãipsi, tũ DEO, tum bonis hoĩbus, quos psequunt, licèt nesciẽtes, seruiũt. Malũ em̃ velle siue intẽdere, & malè agere, vita dæmonum est. Pati aũt & propter DEVM tolerare, vita Christi est. Cuius quisqs vult esse discipulus, ei se conformet oportet, & sit innocens ac magnanimus, nulli cedens vsque ad peccati consensum. Abneget etiã sese, sibiq; renunciet, si Christi spiritus in ipso proficere debeat: Peccatorem hominem amet, sed eius peccata odio prosequat: sicq; Christi seruabit regulam. Diligat Christũ, & sese odio habeat, Christumq; in omnibus pro suo arbitratu sinat agere. Cũctos amet homines, neminem odiat. Si enim inimicos oderit, perditus est, siquidem extra charitatem viuit. Neminem spernat, premat, iudicet, condemnet, in quibus homi-

Malè agere, quale quid.

Pati.

homines ficti & hypocritæ sæpè labunt. Contemnat, iudicet, damnet sese, non tamen penitùs condemnet. Deus enim propè ipsi adest, paratus conciliari & in gratiam ipsum recipere: tantùm sese reum semper agnoscat, & confiteat: oretq; DEVM spe & fide subnixus, vt sibi propicius sit. Si pauper, inops & miser sit, habet nimirùm vndè gaudeat: Sic enim Christus ipse vixit. Et tamẽ si premat inopia ac rerũ penuria, non petat subsidiũ à diuitibus auaris: ijs enim dare molestum est: sed oret diuites liberales, nec quicquã vereat. Tales nanque lætant, dùm benefaciunt ac gratificant miseris. Amet semper & appetat humilem submissionem siue abiectionem, sicque citra laborem in suo viuet spiritu. Non calcitret, nec obmurmuret, & ita vis eius irascibilis conquiescet ac silebit. Sufficiat sibi quod patitur vel agit: atque hoc ipso in seipso simplex, sapiens & prudens erit. Non appetat dominari alijs, iudicare ac moderari alios. Occultæ enim laborant superbiæ vitio, quos aliorum curam gerere delectat. Si autem absque suo desiderio & voluntate alijs præficiat, ac honoretur, sit obediens & taceat: & si quidem poterit permanere humilis, apud subditos gratiam inueniet, & quicquid volet, apud eos efficere poterit. Humilis nanq; apud bonos charus & in precio habetur. Superbia autem occulta & indomita, omnium vitiorum materia ac seminarium est. Et quisquis vel minimum ac infimum quenque absque conscientiæ scrupulo & sine deuitatione contẽnere audet, idemipse vel maximũ quenque etiam citiùs haberet contemptui, modò ei adesset facultas. Qui in afflictione ac perpessione murmurãt & conquerunt, ij non possunt in humilitatis crescere ac proficere libra. Qui alios curiosè obseruant, & seuerè reprehendunt, nihil differunt ab hypocritis, qui cùm sint versipelles foris & intus, superbiam vincere ac profligare nequeũt. Qui præ alio honorari appetit, nullo dignus honore est. Eos qui tibi inuident, premunt, obtrectant & rodunt, libenter feras propter DEVM: tales enim gratiæ dies tibi aduehunt. Caueas semper obtrectationes & detractiones: Eæ nanque alios exasperant & offendunt. Et si ita egeris, sapiens & prudens eris, atque in virtutibus prosperos habebis successus. Feras omnia, nec te vlciscaris, quicquid etiam tibi irrogatum fuerit vel acciderit: indè enim humiliter sentire ac sapere disces. Si alios animo mansueto obiurgãris, instruxeris, informaueris, si beneuoli sint, prudentiores eos atque cautiores efficies. Quòd si indè tibijpsi placere incipias, perniciosa eiusmodi tentatio est. Itaq; si superbis propterea cogitationibus animo tuo incidentibus mouearis, obstrue os tuũ & penitùs conticescas. Si superbiam depellere non potes, erubesce, discasque viuere & silere. Qui humilitate contra superbiam decertant, ij sacræ Theologiæ Baccalaurei sunt. Qui si ex certamine palmam referre volent, & Doctores effici, superbiam pessùm premere & proculcare debebunt. Superbia reuerà perniciosus serpens est, discipulos suos ac sectatores mittẽs in Tartara. Quisquis suo in spiritu humilitatem inuenit, is vitam agit tranquillam & suauem: Vera nanque humilitas, est supra vel vltra omnem virtutum exercitationem ocium & vacatio: & supra omnem perpessionem innocens patientia, & vltra omnem afflictionem pax spiritùs, & omnium mitis ac mansueta perpessio ac tolerantia. Qui in puro spiritu humilitatem inueniunt, ij vitam sine labore transigunt, habentque totius sanctimoniæ radicem ac fundamentum. Submissam certè nos quærimus & desideramus humilitatem, quæ est immota simplicitas, viuens in puro spiritu nostro, nec nisi per seipsam vel seipsa reperitur. Ipsa nimirùm sanctorum omnium simplicitas est, & cunctorum hominum bonorum constantia & stabilitas, & in omni afflictione patientia, & virtutum omnium primum initium. Ipsa in quolibet oblato honore nescit efferri animo. Ipsa pax est infinita, & omnis sanctæ vitæ vitalitas, in qua virtutes omnes in suprema nostra innocentia sumunt initiũ. Hanc vitam tametsi in puro spiritu nostro inuenire, obtinere ac possidere valemus, non tamen possumus sensuum nostrorum pellere instabilitatem. Sentiamus necesse est famem, sitim, & perplures appetitiones inordinatas. Edendum nobis est atque bibendum, & somno vacãdum, atque interìm sæpè obliuiscimur DEI nostri. Tacendum est & loquendum, sicq; in multas incidimus culpas & vitia. Et hęc est vita nostra sensitiua, in qua quotidiè offendimus in multis, tametsi spiritus noster mortuus est, in quo sine curis & solicitudine viuimus, profundissimè & absque fundo absconditi in Deo.

Quibus vis gaudẽdum.

Alienarũ rerum curiosi, quo vitio laborent.

Materia vitiorũ omnium quæ.

Ambitiosos nullo honore dignos.

Baccalaurei mysticè qui.

Humilitas vera quę.

Iaco. 3.

¶De duplici exercitationis modo ſpiritûs noſtri. Caput LI.

Altiſſim⁹ hîc obtinēd⁹ viuēdi mod⁹, quis.

PORRÒ ſi altiſſimum ac celſiſſimum viuēdi modum, qui poſſit in hac vita obtineri, ſentire ac viuendo exercere velimus, ſpiritus noſter ab ANIMA diuidatur oportet, ſeſeque ſupra RATIONEM, ſupra imagines, ſupra virtutum exercitationem erigat nudo adſpectu in diuino lumine, intusque ſurſùm reſpiciat, ac nudo AMORE cohæreat DEO. Et in hac quidem actione inter nos & DEVM diſcrimen diuerſitatemque ſentimus: vbi verò ſpiritu in DEVM, eiusque infinitam exceſſimus celſitudinem, ibi cum DEO in eſſentiali illius vnitate quieſcimus & habitamus, ſemper cum DEO immoti, & abſque actione perpetuò ocioſi permanentes, atque hoc pacto perenniter & quieſcemus, & operabimur, quod eſt viuere ſine labore. Et hic ſupremus modus eſt, quo quidē in nobis deiformem poſſimus ſentire vitam, æterna veritate illuſtratam. Idemque ipſe primus noſtri ſpiritûs modus eſt, quo is nuda charitate in infinitam ac interminatam DEI celſitudinem ſurſùm liberè aſcendit. Alter noſtri ſpiritûs exercitandi modus, eſt humilis noſtrî ipſorum contemptio & abiectio infra mortales omnes, cunctosque humiles modos, qui RATIONEM noſtram tranquillare non poſſint, quòd ſatis humiles, nobisque in humili reſignatione ſiue optione vel delectione ſatis emortui ſimus, nosque ſatis abnegauerimus, ita vt introſpiciamus, ac ſubmerſi ſimus, & perpetim demergamur in inexhauſtam DEI profunditatem, infra quam nihil eſt, vbi nos in reſignata noſtra humilitate, regnum DEI ſumus, in quo DEVS viuit & regnat, & nos cum illo infra creata omnia. Atque hic alter eſt noſtri ſpiritûs exercendi modus, nempe deſcenſus ac noſtrî abnegatio in interminatam ac infinitam DEI profunditatem. In hiſce duobus modis ſupra animam ſpiritus eleuatus eſt: at nihilominùs ſpiritus & anima vna vita ſunt: ſed anima in gratia, ordine, ac multimoda virtutum exercitatione viuit: ſpiritus ſupra RATIONEM & virtutum exercitationem DEO vnitus, & in nudo ac imaginum neſcio amore viuit.

Prim⁹ ac ſuprem⁹ exercēdi ſpūs noſtri modus. II.

¶De anima rationali iniqua. Caput LII.

ANIMA quidem rationalis, diuina repleta gratia, conuenienter ſatis diuino illo PARADIſI fonti, quatuor RIUIS dimananti, comparatur. Porrò anima rationalis in ſola natura conſtituta, infra ſeſe habet corpus mortale cum quinque ſenſibus, qui ſunt, Viſus, Auditus, Guſtus, Odoratus & Tactus: & ipſamet ſpiritalis, rationalis ac immortalis eſt. Habet etiam in ſe tres vires, putà Memoriam, Intellectum & Voluntatem, vt etiam naturaliter poſſit eligere, vtrum mâlit, ſiue bonum, ſiue malum. Denique ſupra ſe DEVM Deique gratiam habet. Iam ſi eligat & amplectatur maleuolentiam & peccatum, iniqua, mendax, corrupta & iniuſta eſt, nec quicquam ordine & iuſtè adminiſtrat ac regit. Non enim in maleuolam animam introibit ſapientia, neque veritas: ſed quecunque eiuſmodi eſt, dum è ſuo emigrat corpore, iuſtitiam DEI experiatur neceſſe eſt. Corpus autem peccatis obnoxium, vermibus manet. Anima enim, quæ ſe vitiorum mancipium fecit, igneis eſt adſtricta catenis, quæ ſunt peccata illius ſemper manſura, eamque dæmones in ſua habent poteſtate. Et ſpiritus diuini expers AMORIS, abijcitur, reprobatur, & contemnitur à DEO, mittiturque in tenebras exteriores, in omnem duraturas æternitatem.

quinq; ſenſus qui.
Tres aīę vires quæ.
Sap. I.
Corp⁹ quib⁹ eſca futurū.
Aīæ peccatis obnoxiæ merces quę.

¶De anima rationali gratiæ fonte repleta: & de quatuor gratiæ RIUIS, & ſpeciatim de primo, eiusque triplici exercendi modo. Caput LIII.

Riui 4. myſticè qd aut qui.
Triū exercē di modorū primus qs.

ATQVÌ anima rationalis, quam DEVS fonte ſuę repleuit gratiæ, quatuor gratiæ dimanat riuis, qui ſunt quatuor virtutum modi. Primus gratiæ riuus docet nos, vt erga DEVM tribus nos modis exercere debeamus. Primus modus ſenſitiuus eſt, Alter ſpiritalis, Tertius diuinus. Primus idemq; ſenſitiuus modus, bonis malisque com

communis eſt, docetq; nos vt in cultu ac famulatu ſenſitiuo, qui per ſenſus exhibet, ſecundum ſanctæ Eccleſiæ conſtitutiones & ordinem rationabiliter ac ordinatè nos ad DEVM verſus orientem exerceamus. Id quod ſpeciatim ſpectat ad ſacerdotes, quippe qui in MISSAE ſacrificio, dum orationes dicūt, aperta facie ſtant verſi ad orientem, tanquàm qui DOMINI IESV ab oriente redituri ad iudiciū, aduentum ſuſpirent ac præſtolent. Vndè & nos etiā & viuentes & defuncti verſis vultibus ſpectamus orientem, expectantes ADVENTVM DOMINI, qui nos liberet, ſecumq; abducat in vitam. Hîc tamen ignorādum non eſt, exercitationes, quæ per ſenſus corporis fiunt, quālibet grandes ac honeſtæ ſint, neq; ſanctos, neq; beatos nos efficere, cùm malis æquè ac bonis communes ſint. Sed ſi cū recta intentione & charitate coniunctæ ſint, ita vt fiāt ad honorē Dei, iam vtique ſanctæ ac beatæ ſunt. Adſtricti ſunt autē & tenent cuncti tam idiotæ quàm literati, idq; ſpeciatim ſub Miſſæ ſacrificio, corde, recta intentione & AMORE eſſe erecti ad DEVM. In Miſſa enim offert PATRI cæleſti in remiſſionem peccatorum noſtrorū PASSIO & MORS humilima, & ſacroſancti effuſio ſanguinis vnigeniti filij eius. Et iſte quidem ſenſitiuus eſt exercēdi modus, quem debemus Chriſto, vtpotè qui nos morte ſua ab æterna peccati morte liberauit. Docet præterea nos idem gratiæ riuus aliuī quendam virtutis modum, quem cuncti DEO PATRI noſtro cæleſti debemus. Is enim exigit ab ANIMA noſtra rationali ſublimiorem quendam virtutis modum, iam indè à mundi exordio cultum & exercitatum ab omnibus q vnquā placuere DEO, tum Angelis, tum ſanctis hominibus ab ipſo vſque primo homine ad extremum. Modus iſte æternus eſt ac beatus, docetq; nos, ANIMĀ noſtrā rationalem in cælū ad PATREM noſtrum cæleſtem ſupra cuncta ſenſuū exercitia, & omnes bonas actiones externas eleuatam eſſe debere. Quod idem ſanè etiam ratio, & natura, & ſcriptura, & lex tam ETHNICORUM quàm Iudæorum, & ipſa denique ſacroſancta EVANGELIA nos docent. Immò etiā creaturæ omnes ſeipſis nos inſtruunt, inſtituunt ac informant, creatorem noſtrum ſupra noſipſos in cælis nobis & inquirendū & reperiendum eſſe. Et Chriſtus DOMINUS, cùm nobis omnibus dicit, PATER noſter qui es in cælis, ſanctificet nomen tuum. Eamobrem ANIMA rationalis per DEI gratiā vltra res omnes in cælum in Dei conſpectum ſeſe debet ſuſtollere, credereque & confidere, ſperare, deſiderare, timere, diligere, grates ac laudes agere, honore proſequi, confiteri, benedicere, orare & adorare nomen Dei. Ibi tum gratiæ RIUI fluitant, exigentes ab ANIMA, vt cunctas vires ſuas amando velut exhauriat: Ita enim poterit victoriam adipiſci. Loquit ibi ANIMÆ PATER cæleſtis, & ipſa reſpondet, neſciens quo pacto reſpondeat. Inter hanc autem PATRIS allocutionem & ANIMÆ reſponſionem, viribus ANIMA deſtituit, patiturq; defectum. Itaq; ſilere compellit & PATRI genu flectere, ſicque ab illo agit: cuius irradiatio & attactus diem AMORIS illuſtrat: dumque ipſe loquit, & ANIMA deficit, AMORIS cenſus ſoluit. Sed ea præterlapſa hora, ANIMA rurſum deſcendit, colitque & exercet virtutes, vt antè ſolebat. Sequit hinc tertius primi gratiæ RIUI modus, ducens nos ad DEVM, illique coniungens. Quanquàm modus iſte, rectiùs modi neſcientia quàm modus dici poſſit. Incipit enim, vbi ANIMA RATIONALIS omnes vires, totamq; facultatem ſuam amando exhauſit. Ibi, inquam, modi expers incipit AMOR ſupra amorem ordinatum: & nuda formarumque neſcia intelligentia, ſupra intellectum rationalem: ſupra virtutes habitus virtutum: ſupra exercitationes virtutum, vacatio & ocium: ſupra modum, modi neſcientia: ſupra internas rationales exercitationes, vita contemplatiua. In ipſa nanque DEI manifeſtatione, dum is ſeſe oſtendit, ratio ANIMÆ ceu oculus eſt veſpertilionis, quem ad Solis claritudinem conſtat cæcutire. Spiritus autem AMORE flagrans, & ANIMÆ viuacitas abſque intermiſſione per AMOREM cohærens DEO, hîc incipit: meritoque ſpiritus præclaræ aſſimilet AQUILÆ, immota acie in Solis radios intendenti. Ita enim & ſimplex amātis ſpiritûs oculus, diuinæ claritatis irradiationem ſupra RATIONEM & ſine medio ſuſcipit: ibique PATER cæleſtis eidem amanti ſpiritui ſic dicit: Aperi ſimplicem oculum tuum, & me reſpice, quiſnam ſim, nempe eſſentia, vita, ſapientia, veritas, æterna beatitudo, charitas ſine vllo initio. Equidem te liberum reddo, maneto mecùm, amittas te in me, & ita inuenies te in me, & me in te, cunctosque amantes ſpiritus tecùm eleuatos & in me vnitos. Eſto liber in te, & in me libertas: beatus in te, in me beatitudo. En ſimplicem ac perſpicuam tibi in te meî cognitionem præbeo, atque impenetrabilem & inexhauſtam ac incompræhenſibilem

Orientē verſus orare, qd pręſe ferat.
Exercitia q̄ per ſenſus fiunt, qualia.
Ad qd omnes ſub Miſſa obligati.
Quid nos creaturę omnes docent.
Matt. 6.
Aīa q̄ qd DEO debeat.
Quali cum Deo colloquiōe quid aīa patiat.
Terti⁹ primi gratiæ riui modus.
Vbinā ratio aīę cęcutiat.
Quem ſpm quō pt cęleſtis affetur.

meĩ ignorationem. Exinanias te, moriarisque à teipso in teipso, & esto simplex mecùm beatitudo. Et hic tertius est primi gratię Riui modus, simpliciter nos vniens Deo.

¶De altero diuinæ gratiæ riuo.
Caput LIIII.

Riui secundi tres eē viuēdi modos.

ALTER diuinæ gratiæ Riuus, ab Oriente manat in Occidentem, id est, ex Spiritu sancto per Animam rationalem in nostram vsque vitam sensitiuam. Habetque hic Riuus tres viuendi modos, quorum primus repurgat nos à vitijs, alter ornat gratia, tertius vnit Deo in Amore. Sanè quęcunq; DEVS in rerum natura fecit, bona sunt, eaq; ipse adspectat, & benè ei placent. Fecit enim cælum & terrã: & creaturę irrationales ipsi & nobis seruiunt, singulæ suo loco & ordine, ita vt ęterna Dei sapientia constituit ac ordinauit. Fecit autē duas creaturas rationis participes, putà Angelos & homines, ex quibus Angeli in cęlo alij ab alijs dissenserunt: & licèt omnes in natura optimè placerent DEO, tamen qui nudo adspectu ac libera voluntate ex Amore ad DEVM sese conuerterunt, eorum vnitæ sunt actiones, & ipsi beati atque confirmati sunt in gloria Dei: qui verò sibi suo
Esa.14. in decore diuinitùs eis collato placuere, ij contempto DEO regnare, & DEO Opt. Max. celsitudine ac dignitate & honore pares esse volebant. Ibì tum prima quæ vnquàm fuerit, lis & concertatio inter bonos & malos orta est. Boni eē Angeli nitebant malos inuitare, trahere, informare ac instituere, vt DEVM amarent, DEO seruirent, & laudes gratesq; agerent: Mali contrà bonos moliebant abstrahere & disiungere à DEO, vt secùm DEVM contemnerent, eique seruire, sicut & ipsi, penitùs detrectarent. Sed non diu eiuscemodi po
Apo.12. tuit durare certamen. Michael enim Archangelus cum suis Angelis diuina fretus virtute, terrimum ac inuidum draconem Luciferum & quotquot eius sectabant partes, ex cælo eiectos, in obscurum Aerem, & in terram, atque in Tartara detrusit. Hierusalem autem ciuitas DEI & Angelorum atque sanctorum omnium, in pace & in gloria sine fine manet in æuum
Dãnati contra quos odio laborēt. sempiternum. Odium autem & ira ac inuidia erga Deũ benignissimum & cunctos illi seruientes, eumq; amantes, dãnatos obtinet. Atque hoc pacto Angeli disiuncti ac diuisi sunt, partìm adhærentes DEO, partìm ab eo dissentientes, partìm boni, partìm mali, felices alij, alij infelices: idque in omnem durabit æternitatem. Hominum autem naturam DEVS in dua-
Hoim natura q cõdita. bus condidit personis, viro & fœmina, Adam & Eua, eosq; rationis fecit participes, secundum corpus mortales, atque etiam innocentes, nobiles, ac liberos, & ad imaginem ac similitudinem suam. Deditq; eis potestatem multam & sapientiam, placebantq; ei haud vulgari-
Gene.2. ter, & collocauit eos in paradiso, præcepitque eis vt sibi obtemperarent, addens quacunq; hora id nõ fecissent, suũq; mandatũ violassent, morte morituros esse, morte vtiq; peccati. Interìm improbus quidam spiritus, ex illis qui è cæli sedibus deiecti erant, in serpentis ef-
Gene.3. figie accedens, DEI sermonibus contradixit, & mendacijs fallacibusq; promissis suis euertit illos, adeò vt fructum, cuius esu interdictum eis erat, sumerent ac ederent: eiusque cansa inobedientiæ, eiecti sunt è paradiso, & contempti à DEO: nec ipsi modò, verumetiam quotquot ex eis naturali conditione nascerentur. Mansit tamen eis naturæ, quam acceperant à DEO, libertas, nec peccata eorum æterna fuêre, sed egêrunt pœnitẽtiam, veniamq; & gratiam quæsierunt ac expetierunt, & iam beatitudine perfruuntur. Et licèt Paradisi ac
Volũtatis libertas. cæli aditus præclusus eis fuerit, & gloriosus DEI vultus tum eis, tum eorum posteris absconditus: voluntatis tamen suæ libertatem ac præstantiam retinuerunt, noueruntque vitam & mortẽ, bonum & malum, & bonum quidẽ diligebant, malum verò habebant odio: sicq; ad DEVM c6uersi, veniã & gratiã sunt consecuti, & quotquot ex eis prognati in DEVM crediderunt, Deumq; honorârunt & Amore prosecuti sunt, ij omnes placuêre DEO, & gratiam ac indulgentiam impetrârunt. Id quod perspicuè cernere licet in Abel ex eis pro-
Gene.4. genito, qui bonus & iustus fuit, habuitque honorem DEO, eumque amauit, & eius vita & sacrificium grata fuêre DEO. Cain autem frater eius auarus & tenax, inuidus & iracundus erat, & tam ipsum quàm eius munera ceu indigna contempsit DEVS. Vndè ille permotus, fratrem occidit suum, innocentem & iustum, & omnium primum martyrem, qui vnquàm prò DEI honore, pro virtute & iustitia perempti sint.

¶Vt

¶Vt mali & boni regnum Dei partiti sint: de hominibus & angelis: itemq; de bonis ac malis Prælatis.
Caput LV.

NImirùm boni & mali regnum DEI partiti sunt. Quæcunq; enim creauit DEVS, regnum illius sunt. Mali & improbi, spreto DEO eiusq; cultu ac famulatu, caduca & labentia quæque eligunt ac amplectuntur, putà diuitias & honores mundi, corporis voluptates, & vitam diuturnam, modò eis possit obtingere: atque hoc ipso iusto DEI iudicio se reddunt obnoxios, & sempiterna damnatione plectunt. Boni ediuersò contemptis vitijs, contempto Mundo, & omnib' quæ ipsos possint abstrahere & abiungere à DEO, eligunt DEVM, eiusq; honorem, amorem, & cultum ac seruitium: & in DEI gratiam eleuant. Ita quotquot à primis conditi orbis initijs in DEVM crediderunt, DEVM honorârunt, & amore psequuti sunt; & eius se cultui ac seruitio manci- Beati.
pârunt, atq; in his in finem vsq; pseuerârunt, seruati sunt. Qui autem in vitia quidem fuêre plapsi, sed reuersi egêrunt pœnitentiam, & veniam ac gratiam exquisierunt, sicq; diem clau Qui pctores quõ tandem seruati.
sêre suũ, & ipsi itidèm per suam pœnitentiam, & DEI gratiam seruati sunt. Porrò quotquot increduli fuere, & vitijs ac malis spiritib' seruiêrunt, talesq; ex hac migrârunt vita, ij omnes æternò damnati sunt & contempti à iustitia DEI. Quæ quidem æquissima constitutio, nor Dammati.
ma siue regula & lex est sapientiæ DEI, qui cuncta benè ac sapienter ordinauit, & in omnibus creatis reb' viuit, & quicquid est in rerum natura, distinctè ac discretè regit & moderat, & singulas quasq; creaturas in honorem suum, & cũctorum hominum ministerium, vsum ac vtilitatem, optimè & sapientissimè ordinauit. Et quicunq; in humana nascunt natura, ijs omnib' parem hãc DEVS præstãtiam, nobilitatem ac libertatem tribuit, vt libera voluntate seu libero arbitrio vel ad DEVM sese conuertere, vel ab eo se auertere possint. Coacta Qualis coacta seruit'.
enim seruitus non nisi seruorum est, eaq; DEO placere non potest, nec illius obtinere ac possidere regnum, quemadmodùm filij. Verùm tametsi mortales omnes, editi in humana natura, nobiles ac liberi sunt, nihilo minùs iam indè à mundi exordio permultis diuinitùs magna est collata dignitas, dominãdi authoritas, & honor præ cæteris mortalibus, eorum contemporaneis. Sic etiam licèt angeli omnes præclari ac puri spirit' sint ex natura, magna Quãta hoim inter se, itẽq; angelorum differentia:
tamen etiam inter ipsos differentia est principatũs, ordinis, primatũs, potestatis ac dominationis. Quidam ex eis imperãt, alij obsequuntur. Nonnulli ardent, amãt, & dilucida cognitione DEVM intentissimè contemplãtur. Quidam nobis hîc ministrãt. In quibusdam DEVS æterna pace residet. Nonnulli ciuitates, alij prouincias ac regiones ab hostib' & ab omni malo seruãt ac tuentur. Summa autem inter omnes & singulos mutua concordia est. Et licèt DEI gloria communis sit omnib', singuli tamen pro sua mensura hauriunt. Ibì planè gaudium est ingens atq; immensum, vita æterna mortem nesciens: & eorum omnium abundãtissima ac immensa merces DEVS est, & singuli nihilo minùs pro suis meritis definita ac determinata in seipsis habent præmia. Ibì viget cognitio, gustus, experimentum, & amor sempiternus, tepescere aut frigescere nesciens. Quo enim illi amore DEVM prosequunt, is intellectum ac sensum superat. Ibì, inquã, cognitio, amor, possessio & fruitio DEI præsto est: à quibus peccatores omnes perpetuò manent exclusi. Ibì denique colliquescunt ac Obtineri aliqua posse, exprimi nori posse.
diffluunt in inexhaustã diuinitatis abyssum: quod etsi obtineri potest, verbis tamen exprimi non potest: quãdoquidem sermonem omnem vincit: qui verò supra conatum ac nisum tacitus quiescit ac silet, is quid id sit, benè compertum habet. Atqui vnum esse in amore cum DEO, id quiescere ac silere est: & supra omnes virtutum actiones viuere ac emori in DEO, & resurgere, id meo iudicio excellentissimum DEI donum est. Illic enim peccata iam profligata sunt, & interna veritas percepta diuinitùs est, viuiturq; æternæ charitati absque vlla inconstãtia ac fluctuatione: quod nobis omnibus præstet DEVS. Hæc de angelorum natura dicta sunt satis. Altera à DEO condita natura hominum est, qui omnes ijsdem parentibus, nempe Adamo & Eua, orti sunt, & est ma omnium parq; dignitas, nobilitas & libertas naturalis. At verò æterna DEI sapiẽtia, vt paulo superiùs attigi, quosdam elegit ꝓfecitq; hominũ communitati, idq; in hac duntaxat, non etiam futura vita, vtì in hoc ipso

Cur inter hoies natura pares alij ſ̃it aut præſtet. Sapien. 6.

merita ſibi conquirant, in charitate ſecundum gratiſſimam DEI voluntatem vitã tranſigentes. Præſunt autem quidam alijs ex generis dignitate, vt ſunt Reges, Duces, comites, Principes ſeculares, multimoda authoritate ac poteſtate pollentes. Qui ſi benè viuãt, & populum DEI ſuæ ditioni ſubditum, rectè adminiſtrent ac moderentur, maiora quoque quàm homines vulgares conſequentur præmia, beatioresq; erunt. Sin verò vitam agãt ſceleratam ac flagitioſam, maleque ſubditos gubernent, & dæmonum ſeruitio dediti ſint, ſæuiora quoque

Præſides qui quõ creẽtur aut fiant.

apud inferos, quàm alij, tormenta patientur. Quidam ab ipſo eliguntur DEO, idq; à mundi initio vſque in hęc noſtra tempora, & ij plerunq; boni ac ſancti ſunt. Alij DEO tolerãte ac permittente eliguntur ab hominibus, ſicut ſummi pontifices, Epiſcopi, Abbates, Imperatores, Principes ac prælati: & horum quidam DEO & virtutibus ſeruiunt, populumq; ſibi commiſſum ſecundum virtutes & iuſtitiam moderantur: & ij vtique placent DEO & gratiam ac vitam merentur æternam. Quidam autem DEO non obediunt, ſed ſunt iniqui

Veri ꝓlati q.

& iniuſti, dæmonisq; & mundi ac ſuæ carnis mancipia, ij quocunq; in ſtatu degant, omnes ad tartara relegantur. Qui ad dignitates ſpiritales electi ſunt & vocati tanquàm Aaron, ij veri ſunt prælati, placentq; DEO: Qui autem ipſi ſeſe eligunt ac ingerunt, & ſupra alios ſe efferunt, ijsq; præeſſe nituntur, eos planè reijcit reprobatq; DEVS. Dominus noſter IESVS CHRISTVS DEI filius, ſummus Eccleſię pręſes eſt: perpluresq; homines boni ac pij, ob

Vndè tanta Eccleſiæ dominia ac tiẽ.

honorem mortis eius pro ſuis peccatis obtulere ei principat', dignitates, diuitias, dominia ac hæreditates, quę omnia idem ipſe ſacroſancta morte ſua meritus eſt: eaq; illis vult conferri, qui ſuo ſpiritu pręditi ſint, quiq; innocentes, ſapientes, eruditi, & apti ac idonei ſint populum ſuum regere, & verbis, factis, vitaq; ſancta inſtituere, vt ęternã poſſint vitã adipiſci.

Pſimonij Eccleſiaſtici emptores aut vẽditores qui.

Quicunq; autem CHRISTI patrimonium ſeu hæreditatem emunt aut vendunt, Simonis Magi ſectatores ſunt: ſiquidem quod DEI eſt, vendunt ac emunt: quod tamen oportebat gratis dari illis, qui eſſent apti ac habiles ad ſeruiendum DEO, non autem ſuperbis, aut inuidis, aut auaris, aut tenacibus, aut guloſis, aut impudicis, aut qui in manifeſtis viuunt peccatis mortiferis, quãdo illi omnes indigni ſunt, qui CHRISTI hæreditatem poſſideãt &

Ioan. 10.

conſumãt. Nec intrãt per oſtium vitę domini noſtri IESV CHRISTI: perfringunt enim parietem legis Euãgelicę, & legis vitę CHRISTI IESV: ſed aliundè aſcendunt in ouile, putà vi & potentia, vel armatis precibus, vel donis ac muneribus, vel ſimulata ſanctimonia

Ibidèm.

& hypocriſi: qui reuerà neque oues, neque paſtores ſunt, ſed lupi rapaces, & fures ac latrones. Occidunt enim & furantur, rapiuntq; & perdunt ſubditos ſibi, pluribusq; ac multimodis peccatis occaſionem præſtant ac ſeminarium, licèt id ipſi ignorent. Omnis ſanè ordi-

Rom. 13. Iaco. 1.

nata poteſtas deſurſùm eſt à Patre luminum: qui omnium noſtrũm præcipuum prælatum Dominum IESVM ex omni æternitate elegit, deditq; illi poteſtatem ſupra creata omnia in

Mat. 28.

cælo & in terra, commiſitq; ei populum ſuum per peccata ſeparatum ac diſperſum, ab ipſo vſq; primo homine ad extremum, vt eos omnes colligat, ſecumq; adducat in gloriam ſuam. Atq; in hoc ipſum contulit ei omnis gratię plenitudinem, præfixitq; ordinem & legẽ, quẽadmodùm pro ſalute plebis ſuæ atq; adeò totius orbis mortem perpeti deberet. Quæ omnia

Phil. 2.

Dominus IESVS pro gratiſſima Patris voluntate executus eſt: quam ob cauſam datum eſt illi nomen, quod eſt ſupra omne nomen: ſiquidem communiter ac indiſcriminatìm, quantùm in ipſo eſt, pro omnibus, nullo penitùs excluſo, mortuus eſt: cunctisque diſcipulis ſuis in virtutibus ipſi ſe conformantibus, ipſumq; imitantibus, morte ſua vitam mercatus eſt æternam: & eadem ſacratiſſima morte ſua ſanctam fundauit & collegit Eccleſiam, largiturq; gratiam & gloriam omnibus illis, qui ipſi in ſancta fide catholica famulantur. Ob eiuſdem autem mortis ſuæ honorem, reuerentiam ac dignitatem, permultos homines pios ac bonos ad ſuum honorem & pro peccatis ſuis ingentes permiſit largiri opes, dominia, hæreditates, ac dignitates illis, quos Dominus DEVS ad ſuũ cultum & famulatum elegiſſet. Iam in ipſis ſanctæ Eccleſiæ primis initijs ex toto orbe CHRISTVS duodecim elegit

Mat. 10. Luc. 10.

Apoſtolos, & plures alios diſcipulos, quibus etiam ſuum dedit ſpiritum, & poteſtatem, ſupra plebem ſuam per totum mundum. Nec dubium, quin ille eius ſpiritus & poteſtas, diſcipulorum eius ſucceſſoribus in ſancta Eccleſia catholica maneat vſq; in extremum diem.

Iudas inter

Neque tamen quos tunc ipſe elegit, diſcipuli omnes boni aç ſancti fuêre. Iudas enim, qui ex Apoſto-

Apoſtolis vnus fuit, fur & latro erat, & ſimilis diabolo. Nam tametſi ipſe electus erat, non tamen viciſſim elegit: ſed victus auaritia, magiſtrum ſuum Dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM ſpreuit, ꝑdiditq; impijs ac furentibus Iudæis morte afficiendum. Et quanuis externa ſpecie cęteris Apoſtolis eſſet conſimilis, intùs tamen mali dæmonis diſcipulus, fallaxque ac infidelis fuit. Itidèm verò etiam hodiè Eccleſia in duas eſt diſtributa partes, id eſt, bonos ac malos: ſed multò plures diabolus q̃ Chriſtus diſcipulos habere videtur.

xij, qualis.

Mat. 26.

Patriũ eccleſiæ duarum maior quæ.

¶Collatio prælatorum Eccleſiæ iſtorum temporum cum illis, qui primitiuæ Eccleſiæ præfuerunt.

Caput LVI.

NImirùm quæ à CHRISTO eiusq; diſcipulis ab initio fundata & conſtituta religio eſt, eam Satanas & eius diſcipuli deſtruunt ac euertunt. CHRISTVS quidem & illius Apoſtoli, rerum ac bonorum temporalium erant inopes, ſed cæleſtibus virtutibus locupletes. Qui verò hodiè Eccleſiam regunt prælati ac ſacerdotes, rebus terrenis diuites ſunt, ſed virtutib' plerunq; paupes ac vacui: quod tamen pace bonorum omnium prælatorum, ſanctorumq; ſacerdotum dixerim, quos vtique perplures ſupeſſe non dubito. Verùm animaduerti poteſt in illo duodecim Apoſtolorum collegio non niſi vnum fuiſſe hypocritam ac improbum, qui ſe forinſecùs ſanctum fingere ac ſimulare nouerit, intùs autem puerſus fuerit: At nunc inter centum prælatos ac ſacerdotes, qui ſanctam Eccleſiã moderantur, & de CRHRISTI viuunt patrimonio eius ſanguine comparato, vix vnum repias, qui CHRISTVM foris & intùs, quemadmodùm Apoſtoli, ſectetur ac imitetur. CHRISTVS enim eiusq; diſcipuli in ſanctæ Eccleſiæ initio vitam ſanctam veramq; religionem fundârunt ac inſtituerunt: erant nanq; pleni gratia, & contemptis rebus caducis ac temporarijs, æterna inueniebãt. Pars verò maxima eorum, ꝑ quos hodiè CHRISTI Eccleſia gubernatur, Iudæ potiùs diſcipuli eſſe videntur. Sunt enim gratia & virtutibus vacui: ſiquidem fluxa & labentia aucupantur, & contemnunt ęterna. Id quod re ipſa factisq; ſuis toti orbi ſatis declarãt. Plures enim publicanos, id eſt, quorum manifeſtè improba ſit vita, quàm phariſęos hodiè cernere licet. CHRISTVS ſine meritis noſtris ſeſe nobis in venerabili ſacramento dedit & reliquit: dedit etiam nobis perpeſſionem, mortem, & gratiam ſuam, dona & ſacramenta ſua, & quicquid ipſe poteſt DEVS & homo. Præcepit autem diſcipulis ſuis, vt ſingulis quibuſq; hominibus ex vera charitate abſq; vlla muneris vel retributionis contemplatione, ſacramenta & bona cuncta ſpiritalia, quæ diuinitùs erant conſecuti, miniſtrarent atque diſpenſarent. Quod quidem in initio fecere Apoſtoli, & ſancti ſacerdotes: hodieq; faciunt qui CHRISTVM eiusq; diſcipulos imitantur, qui ad eam vitæ normam, quam CHRISTVS docuit, quæq; ſacrorum Euangeliorum, ac Chriſtianæ religionis lege præſcribitur, ſeſe accommodant atque componunt. Porrò Iudæ ſectatores, qui hodiè Eccleſiam moderantur & Dominium obtinent, auari, inuidi, tenaces ſunt, atque apud eos quæuis bona ſpiritalia proſtant: & ſi quidem poſſibile foret, nec eis deeſſet facultas, CHRISTVM eiusq; gratiam & vitam æternam peccatoribus, nummis ab eis acceptis, diuenderent. Non enim admodùm diſſimiles ſunt magiſtro ſuo, qui CHRISTI vitam impijs Iudæis accepta pecunia vendidit, & paulopòſt vitam ſuſpendio finiuit, merſus in æternas inferorum flammas ac ſupplicia. Quod idem hodieq; euenit omnibus illis, qui ob lucrum temporale CHRISTVM deſerunt, eiusq; vitam & gratiam nihilipendunt, atq; in ſeſe perimunt ac extinguunt: nanque & ipſi contemnuntur ac abijciuntur à DEO, & in æterna inferorum morte ſuſpenduntur. Et quanuis peccatoribus ſacram abſolutionem, & excommunicationis ſententiam, & quæ temporaria ſunt vendant, ea tamen quæ æterna ſunt, vendere non poſſunt, nempe Dei gratiam, ac dona multiuaria in ſacramentis latentia, quæ nec emi nec vendi poſſunt, ſed à CHRISTO dignis conferunt. Inueniunt ſanè etiam hodiè intra ſanctam Eccleſiam veri paſtores, electi à CHRISTO ac miſſi, omniq; eius populo, id eſt, bonis ac malis præfecti: & his ipſe ſuum ſpiritum, ſuam poteſtatem, ſuamq; dat ſapientiam, quę ſunt claues cęli, quas is dedit Petro & alijs Apoſtolis atq; eorum ſucceſſoribus, per quos Eçcleſia ad vltimum vſque diem adminiſtratur & regitur: Hi manibus CHRISTI &

An quales Apoſtoli, tales & eorum ſucceſſores.

Quotus hodie inter Chriſti ſectatores Chriſtum verè ſectetur.

Quãta eccleſiaſticorum pars Iudam ſequatur.

Publicani cur hodiè plures phariſæis.

Mat. 26. & 27.

Simoniaci qd ſolũ, q̃uis illicitè, vendant ſeu emant.

Mat. 16.

in ipsius nomine innocentibus cęlum aperiunt, idemq; etiam peccatoribus cum fide & vera contritione absque simulatione peccata sua confitentibus, & à diuina misericordia veniam & gratiam quærẽtibus ac petentibus, referant. Tales enim ita pœnitentes, falli non possunt. Et quia CHRISTVS summus sacerdos est, potens in cælo & in terra, clauditq; & aperit, nec sine illo quicquam vllus sacerdos potest: eam ob rem etiam si sacerdotes ipsi mortiferis sint obstricti vitijs, pœnisq; tartareis obnoxij & obligati, non tamen possunt contaminare sacramenta, sed in CHRISTI persona ex DEI virtute ac potestate soluendi ac ligandi eis manet authoritas, licèt ipsi indigni sint: CHRISTVSq; quantùm ad sacramentorum administrationem attinet, potestatem suam perindè malis atque bonis desupèr ordinatis, & populo Domini ipsis credito præfectis, impertitur. Non enim potest errare sancta Ecclesia catholica, nec innocentes ob sacerdotum malitiam & improbitatem falli ac decipi. Verùm vtì quis animam suam meliùs possit seruare in vitam ęternam, animaduertenda illi differentia est pastorum quos CHRISTVS elegit, suoq; præposuit populo, ab alijs illis non pastoribus, sed mercenarijs, qui intra sanctam Ecclesiam non nisi seipsos spectant, opesque & in DEI plebem dominãdi ius appetunt & aucupantur. Non tamen vt istos damnet, sed in malis non imitetur.

An sacerdotũ pctis clauiũ potestas impediatur.

Quib' an & quó inter pastores discernendum.

¶ Descriptio verorum falsorumq; pastorum ac Sacerdotum. Caput LVII.

VIdeamus igitur, quinam sint veri pastores, qui Christi gradiantur vestigijs, eiusq; populum ꝓ ipsius gratissima volũtate gubernent. Ij nimirùm sunt, qui Mundum & quicquid possit à DEO abstrahere, contemnunt ac deserunt, atque reuerà DEVM supra omnia spectant & amant: seipsos autem & mortales omnes ꝓpter DEVM diligunt, vt videlicet vitijs moriantur, & DEO ac veritati viuant, sicq; ad æternæ beatitudinis ꝓtingant gloriam. Tales prętereà sobrij, casti, mites, & humiles corde, clementes, benigni, pacifici, pij, liberales, patientes, obedientes, resignatæ voluntatis, simplices, sapientes, prudentes, in virtutibus stabiles, moribus maturi, scientes & boni consultores, hilares spiritu, corde eleuati, & virtutibus locupletes sunt. Ore seruant veritatem, in verbis moderationem siue discretionem, in voce ꝓfluentem suauitatem. Cor & viscera semp̃ apta gerũt, plenaq; misericordia erga necessitudines omnium. Cibo ac potu facilè contenti sunt, nec magnoperè curant, si habitum gerant ex panno rudi confectum. Solis necessarijs contenti, quod supest, paupibus dilargiuntur. Ita videlicet se habet bonorum vita sacerdotum. Quicquid enim rerum temporalium, quas ex DEI beneficentia habent, vltra necessarios vsus supest, id iure paupibus debetur. Cæterùm auari sacerdotes, qui semp̃ terrenis accumulandis bonis inhiant, vacui ac inanes manent: qui si misereri vellent, & in paupum vsus liberaliter sua distribuere, pace vtique potirentur. Detis obsecro omnia ꝓpter DEVM, eiusq; præceptis obedite, & securi viuitis: si veraces estis, beati planè estis & benedicti in æternùm. Omne quod natum est ex DEI spiritu, carnem & sanguinem vincit, & viuit DEO: Et ij sunt filij DEI, & discipuli Domini IESV, veri sacerdotes & prelati, CHRISTO se conformantes, eũq; imitantes, & eius populum ꝓ illius gratissima moderantes voluntate. Quicquid autem ex sola carne natum est, caro est, viuitq; carni & mundo, estq; aduersum DEO, dissimile Christo & discipulis eius, bonisq; pastoribus & sacerdotibus, de quibus suprà diximus. Tales enim non nisi mercenarij sunt, gubernantque subditos & seruiunt solius lucri temporalis gratia: quos CHRISTVS fures & latrones vocat, quippe qui prædentur, occidant, & perdant populum Domini improba vita, ꝓnicialibus exemplis, & omnigenis peccatis, quibus haud secùs quàm homines mundani impliciti ac dediti sunt. Certè Dominus noster IESVS CHRISTVS sanctæ Ecclesiæ suum reliquit patrimonium suosque reditus, id est, externa bona temporaria, & veneranda sacramenta diuinæ gratię plena. Et hæc ille sacratissima acquisuit morte sua. Et bona quidem externa corpori sunt necessaria, modò incolume seruari debeat: Sacramenta autem plena gratia, animę sunt necessaria, si in virtutibus spiritaliter viuere velimus. Atque hęc bona CHRISTVS dominus prelatorum ac sacerdotum manibus tradidit & reliquit, estq; hęc eius voluntas, vt sine vlla vel emptione vel venditione &

Veri pastores aut sacerdotes, q̃les.

Luc.11.

1.Ioan.5.

Mercenarij.

Scãdala quorũ hodiè quanta.

Bona quæ cui necessaria.

& execrabili Simonię vitio suis discipulis ipsi seruientibus, & qui digni sint, eadem ipsa dispensentur ac distribuantur. Etenim bona eius libera sunt, & ipse ex charitate tribuit liberè ac liberaliter: nec eis quisquam dignus est, præterquàm qui ob illius æternum honorem ex charitate liberè illi seruit. Vnusquilibet sanè operarius, qui tamen DEO seruiat, & DEVM amet, dignus est mercede sua, & necessaria sustentatione: sed qui in manifestis degunt flagitijs & peccatis exitialibus siue mortiferis, quique diabolo, mundo & suæ carni obsequuntur, indigni planè sunt, qui CHRISTI absumant patrimonium, quod CHRISTVS morte sua mercatus est. Quod quicunque emunt aut vendunt, aut ex illo malè quæsito victitant, non nisi virus exitiale & mortem æternam hauriunt. Licitum quidem ꝓmissumq; est in Ecclesia, vt inopes sacerdotes vel clerici, qui in sacris ædibus cantant aut lectitant, & ministrandis sacramentis hominibus inseruiunt, opam suam locent alijs, atque indè vitam sustentent suam: sed gratia & res sacra, quæ in ipsis latent sacramentis, quasque CHRISTVS dignis impertitur, nec vendi nec emi possunt: quandoquidem solius diuinæ sunt potestatis & operis, supra omnem potestatem hominum, quanlibèt alioquì sanctorum, aut quouis in statu degentium. Ipsa autem corporis necessaria, ea ratione sumenda sunt, vt DEO eiusque populo seruire queamus. DEO nanque seruire multo præclarius est, quàm sit vita sensitiua. Itaque cibum potumque cape debemus, vt possimus seruire DEO: non autem ea mente famulari DEO, vt cibum ac potum, vel quiduis tẽporarium consequamur, sed ꝓpter ipsum DEVM & illius æternum honorem. Huiusmodi enim ordo placet DEO, nosque sanctos & beatos efficit, quanuis prohdolor nimis hodiè incognitus sit, minusque seruetur: vt nõ immeritò, quicunque DEI esse, DEOque seruire appetunt, clamare possint ad DEVM: Mane nobiscum Domine, quoniam aduespascit. Gratiæ nanque & virtutum ac veritatis dies incognita est ac penè pessum abijt, clerus magna ex parte occæcatus est, & à recto veritatis itinere ꝓcul aberrauit. Nec tamen quenquam nostris in cordibus iudicare, contemnere, vitupare nobis licet, cùm id solius DEI sit: maximè verò id illicitum est de illis qui nobis p̃sunt, ac DEI vice in sancta Ecclesia nos moderantur & regunt. Atquì vitia ipsa damnare & vitupare, virtutesque laudibus vehere omninò licet. Ita enim fecit CHRISTVS Dominus, & prisci sancti illius. Itaque videre licet, vt CHRISTVS IESVS Ecclesiæ ꝓceribus & prælatis potestatem, hæreditatem, ac patrimonium reliquerit & commiserit suum, quod suo sanguine, suaque morte sacratissima meritus est, vt indè viuant, & vitæ capiant necessaria eo quo decet ordine, tempantia ac sobrietate. Si qua illis supsunt, ea iure paupibus ex rectæ rationis moderamine vel discretione imptienda sunt. Et quicunque eiusmodi sunt, vt alijs præsint, & CHRISTI loco populum DEI administrent, eos planè decebat humiles, misericordes, benignos, clementes, iustos esse, & singulis quibusque velut CHRISTI seruos assistere, opitulari, ac fidos sese præbere. Atque hinc facilè potest ꝓspici, quinam DEO seruiant, eiusque plebem iuxta Euangelicæ legis & Christianæ religionis decreta gubernent. Nam qui CHRISTI bona hæreditaria, vltrà quàm necessitas exigat, & supfluè ad fastum, ad opes cumulandas, ad dominandi pompam, ad explendas suã corporis delicias & oblectamenta possident, suique sigilli oppressionem, & ceram ac literas suas tam carè locant & vendunt, vt paupes innocẽtes vix possint esse soluẽdo, ac nihilo seciùs, quicquid exigit̃, dare cogantur, si modò necessarium referre subsidium, aut id quod quærunt & petunt, impetrare velint, ij sanè auaritiæ potiùs quàm charitati militare videntur: quod vtique quandoque etiam ipsis in illo extremo mortis articulo obijcietur, quando CHRISTVM sibi dicentem audient: Redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Interìm patitur CHRISTVS improbos quosdam Prælatos ac Pastores semetipsos eligere, ingerere, ac supra alios eleuare, & aliquam præfecturam vel dominium Ecclesiasticum in suum populum mercari ac obtinere. Et tales CHRISTVM & eius vitam, institutiones, præcepta floccipendunt: DEIque populo non vt pastores, sed vt tyranni, dominantur & regunt. Versipelles em̃ inuidi, auari ac tenaces sunt. Animas miseras sibi commissas non vita, non verbis, non factis, non bonis exemplis, nec paupum corpora rebus terrenis quas habent & malè seruant, aut supra necessitatem consumunt in vitijs, reficiunt, cibant & alunt. Cognatos quidem & consanguineos bonis paupum locupletant: atque omne vitiorum genus haud grauatè tolerant,

Mat.10.

Vtẽdo Chri ꝓmonio indigni qui.

Quib' clericis operã q̃ suã locare liceat.

Luc.24.

Iudicare quos quibus illicitum.

Bona q̃ quorum sint.

Qui vel deo, vel suo vẽtri seruiant.

Luc.16.

Eleemosynę q̃ qui malè digeran tur.

lerant, modò indè aliquod lucrum consequi liceat. Fœnerator ad altare offerre nihil ꝓhibetur, si tantùm benè sit nummatus, & multùm largiri velit. Si mori eum contingat, defuncti corpus, modò ipse petierit, etiam ante ipsum altare sepelietur. Nummus magis cordi est, quàm vt magna pro admissis peccatis pœnitentia agenda imponatur. Cuilibet iam permittitur scortum alere & flagitiosam agere vitam ab anno in annum, idq; pro cuiusq; censu, vt quisque locuples est. Si verò peccato relicto ad Ecclesiæ morem & consuetudinem transfer re se velit, non nisi pecunia potest obtinere. Iam inde à primo mundi exordio totum hominum genus in classes duas distributum est, quarum altera bonorum, altera malorum est. Boni iustitiam colunt, & DEI honorem appetunt: DEVMque vera cum simplicitate spectant ac intentione prosequuntur. Totum id quod sunt & habent, cum syncera ac minimè ficta veneratione & reuerentia DEO sacrificant & offerunt. Hoc pacto quicunque viuunt, & ab ipso orbis conditi initio vixerunt, CHRISTI IESV discipuli sunt, & cum illo benedicti in æuum sempiternum. Qui verò his contrariam agunt vitam, & ad vltimum vsq; spiritum Christum contemnunt, in pice ac sulfure tartareo sepeliuntur.

Hom gñalis diuisio quæ.

¶ De primitiua Ecclesia, & de vita Christi & discipulorum eius aliorumque credentium.

Caput LVIII.

DOminus noster IESVS CHRISTVS & eius Apostoli sanctam Ecclesiam in fide Christiana fundârunt, communemque viuendi normam siue canonem, secundum quem vitam transigamus nostram, post se reliquerunt, quem etiam ipsi viuendo obseruârunt, verbis & scriptis docuerunt, ac sua morte consignârunt. Fundamentum huius canonis fides catholica est, quę mutua fidelitate & charitate, ipso DOMINO IESV teste, fundatur. Latitudo autem est, bona sua omnia communicare pauperibus vsq; ad mortem. Sublimitas deniq; est, amare ac colere DEVM ꝑpetùm atq; stabiliter ad mortem vsq;. Hunc viuendi canonem CHRISTVS ipse docuit, tradidit, præscripsit ijs, qui cum ipso in Patris eius sinum venire appetunt. Et quotquot hunc recepêre canonem, & fidem Christianam ꝓfessi sunt, in eius morte baptizabantur, & à peccatis expurgabâtur, sanctoq; spiritu replebantur. Conuentus ille vel cœtus non grandis admodùm erat, & in eo tamẽ nemo quicquam habebat ꝓprium, sed sua omnia in commune conferebant, nec quisquam egens erat inter illos, sed omnibus æqualiter ꝓ cuiusq; necessitate distribuebatur, & ex communibus viuebant bonis. Pauci, vt dixi, numero erant, & fideles: sed hostes habebant innumeros, tum Ethnicos tum Iudæos, atq; adeò mundum vniuersum. Iudæi Christum & eius fidem aspnabâtur, & fidem suam ac Mosis legem ꝓferebant. Ethnici solẽ & lunam, ligna & lapides & simulacra varia ipsorum manibus confecta, colebant ac adorabant. Postquàm verò Christus ascendit in cælum ad cælestem Patrem suum, spiritum suum misit discipulis suis, cunctisq; in ipsum credentibus: ijq; magnam cepe fidutiã, libertatem, audaciã, magnanimitatẽ: nullo eũ habebant opus: docebantq; populos & baptizabant vbiq; terrarũ in Christi nomine: & quotquot dictis ipsorum fidem accõmodassent, eos omnes suscipiebant, baptizabant, & ea quæ sunt Christianæ religionis, instituebant. Quod vbi Ethnici pariter & Iudæi cœpe animaduertere, Christi videlicet nomen intantùm vbiq; ꝓpagari, florere ac euehi, vsq; adeò inuidentia, ira, cõtemptione ac dedignatione accensi sunt, vt Christicolas omẽs neci dare constituerent, ita demùm fore sperantes, vt sua instituta, leges ac deos retinerent, & de christianis cõmune statuerent trophęũ, ac Christi nomen penitùs extinguerẽt ac abolerent. Ibì tum manus iniecêre in omẽs christianæ fidei ꝓfessores, summos Põtifices, Episcopos, senes & iuuenes, mares ac fœminas, virgines & adolescẽtes. Nõ tamen ꝓmisit Dominus IESVS, vt virginibus castimoniæ eripent integritatem. Sæuiebãt autem in christianos omnes haud secùs, quàm lupi rapaces in agnos innoxios. Cædebãt, verberabãt, crucifigebãt, & pimebãt eos, atq; innumeros martyrio coronatos, miserũt in gloriã. Adeoq; Dominus IESVS ex ipsorum ꝓsequẽtium numero multos sua fide illustrãs, suorum fidelium gregi adiunxit: sicq; factum est, vt pars Domini & in cælis & in terra magis magisq; augmentaret. Lætabanẽ aũt Christiani de triumphis martyrũ in cęlos migrãtium, & nouorũ subindè incremẽtis cõfesso-

Canonis ꝓscripti nobis à Chro, fundamentũ quod.

Actu. 4.

Quõ & cur Iudæi cum Ethnicis aduersus Chriãnos cõspirârint.

Qui Chriãna fides ex ꝓsecutionibꝰ profecerit.

fessorum, christianæ fidei sese adiungẽtium. Et q̃uis fidelium tormẽta diuturna interim & immania ac sæua forẽt, constãtes nihilo minùs, & patientes ad mortẽ vsq; ꝓseuerabant: atq; ita tum hostes suos, tùm omnes angustias ac necessitates suas supabant. Hæc generalis Christianorum ꝓsecutio & vexatio vltra ducentos perstitit annos, priusq̃ fides Christiana toto vbiq; terrarum orbe inualesceret, ac purè, dilucidè, & publicè prẽdicaretur ac doceretur. At tamen ab ipso Christi assçensu multi erant homines boni, quos Apostoli conuerterunt, & vt in virtutibus & Christiana religione viuerent, instituerunt. Ast vbi Impatores & Reges fidem Christi suscepêre, & salutaribus sese tingi vndis permisêre, sanctæ Ecclesiæ priuilegia donârunt, potestatemq; fecerũt toto vbiq; terrarum orbe sacras ædes & cœnobia, aliaque loca sacra, in quibus DEO seruiretur, fundandi & exædificandi: Atq; in eorum qui Deo in spiritali statu famularentur, vsum & adminiculum decimas, ꝓsimitias, hæreditates, diuitias contulerunt, Prælatosq; Ecclesiasticos præ seipsis cunctisq; sæcularibus principibus efferre ac honorare studuerunt. Per id temporis multi homines boni diuinitùs exigebantur, mundo relicto, eremũ petere, vtì illic Deo ꝓ illius gratissima voluntate soli, puri, ac citra impedimentum deseruirent. Fecerunt id plurimi, multis annis in cauernis, in petris, in frutetis latitantes, aut cellulas & casas, in quibus commorarentur, extruentes. Ex ijs quidam herbis, radicibus, dactylis, carycis, pomis, atque alijs syluestrium arborum in desertis locis nascentium fructibus vitam ducebant. Alij manna ab angelis apportato sustentabantur. Plerique grandi numero simul degebant, & ij sacerdotes habebant, qui rem diuinam apud eos facerent, eisque diuina sacramenta præberent. Texebant autem sportulas, & eius generis alia quædam, quæ in vrbibus vendi curabant, atque ex precio indè confecto sustentandæ vitæ necessaria sumebant, vtì in Vitispatrum habetur. Ea tempestate CHRISTVS spiritum suum toto orbe donabat, multique pij incitabantur ac intùs permouebantur adeò, vt secundum Apostolorum canonem, & vltra DEI præcepta, & communem sanctæ Ecclesiæ consuetudinem ac leges, conuenienter Euangelicis Christi consilijs viuere peroptarent.

Gñalis ꝓsecutio ĩ chriãnos q̃diu durârit.

Quæ q̃bus ꝑ quos sensim magis ac magis dari cœpta.

Eremitarũ origo.

¶ De Euangelicis CHRISTI consilijs, & tribus monasticis votis, & primò de Paupertate.

Caput LIX.

IPSE nimirùm Dominus noster IESVS CHRISTVS quendam instituit atque composuit viuendi canonem, quem ipse sectatus est, & suos docuit discipulos, & quotquot ipsum imitari volent. Atque in hunc vsque diem plures inuenias licet, qui in huius canonis verba iurent, sed pauci eum reipsa obseruant. Non est autem Canon iste in præcepto, sed à sancto consultus spiritu: non necessitatis, sed liberæ voluntatis. Ait igitur CHRISTVS: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidiè, & sequatur me. Et rursus: Si vis perfectus esse, vade & vende omia quæ habes, & cum amore possides, & da pauperibus, & veni, sequere me, & ob DEI honorem etiam ipse voluntarius paup efficiaris. Hoc qui facit, ei de communibus spontaneorum pauperum bonis viuere licet, qui nihil vsquàm toto orbe ꝓprij habent aut possidẽt, sed sunt ciues cæli, viuũtq; cum Christo abbate & rege suo in vita æterna. Sanè Christus ipse in hunc venit mundũ ceu ꝓprium regnum suum, quod illius erat ex natura, iure & gratia. Siquidem DEVS erat & homo, rex regum, rerum omnium conditor, mortalium omnium princeps ac præfectus, cuius ditioni ac potestati nihil non subditum esset: Et tamen reliquit mundum, & quicquid is ipsi præstare potuisset, elegitq; & amplexus est pauptatem, atq; vltrò infra mortales omnes cunctorum seruus pauper & inops esse voluit. Ipsius verba sunt hęc: Regnum meum non est de hoc mundo. Quicquid autem erat, habebat, poterat, id totum suis dedit discipulis, & quotquot vsq; in extremum diem voluntariam sectarentur paupertatem. Ipse & discipuli eius de communibus victitabant bonis, nemo quicquam priuatim possidebat, sed cuilibet ꝓ cuiusq; necessitate rationabiliter ac discretè ex vera charitate distribuebat. Atq; hic primus est canonis illius articulus, quem CHRISTVS & viuendo coluit, & verbo suos docuit discipulos, atque omnes ipsum sectari volentes, & qui ad id idonei ac habiles sint.

Qualis sit de pauptate voluntaria Cãnon.

Luc. 9.

Mat. 19.

1. Tim. 6.

Ioan. 18.

Act. 4.

¶ De Castitatis consilio & voto: et quemadmodùm castitatem tu-

eri debeant homines, præsertim ætate iuuenes, atq; etiam alij.

Caput LX.

Vota cuiquo sua seruãda.

ALter verò eiusdem canonis articulus, est castitas animæ & corporis. Quisquis vel lege, vel quouis religiosæ vitæ statu deuinctus & adstrictus est, seruet vinculum & vota sua, & sit fidelis. Id enim iustitia exigit, & omnipotentis DEI præceptum est. Dominus noster IESVS CHRISTVS, DEI & intemeratæ virginis Mariæ filius, Deus & homo, vtranq; & DEI & hominis naturã habens, tametsi omni lege & quocunq; religiosæ vitæ statu ac genere longè esset supior, castissimus tamẽ ac innocentissimus vixit foris & intùs: neq; vllum vel veniale, vel mortiferum potuit peccatum in se admittere, qppe qui liber & nullis irretitus nexibus, sanctispiritûs opatione conceptus ac natus erat. Ipsam animã & corpus suum, atq; totum id quod ex matre virgine nostræ naturæ suscepat, excruciauit atq; afflixit: ambulansq; spũ, vitam sensitiuam, ac naturæ ppensiones etiam nihil peccati habentes pculcauit. Vndè etiam dixit: Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, ille meus frater, & soror, & mater est. Atq; alibi: Vulpes, inquit, foueas habẽt, & volucres cæli nidos: filius aũt hominis non habet vbi caput suum reclinet. Deniq; famem, sitim, æstus, frigora ppessus est, omniaq; placidè, leniter ac humiliter velut agnus ob nostra peccata & DEI patris honorẽ ptulit. Sanè qcunq; in ætate adhuc iuuenili siue in vita monastica, siue extra eam DEO castimoniam vouent, ijs necessarium fuerit, vt cum hominibus castis cõuersentur, & ieiunijs, vigilijs, precibus dent opam, corporis necessaria parcè accipiant, libenter audiant & legant verbum DEI, nunq̃ non soli libenter degant, & neq; in DEO, neq; in creaturis vllam aut voluptatẽ aut oblectationem venenẽ & appetant, sed IESV crucifixi, excruciati, & ex amore p peccatoribus quibuscunq; ipsi famulantibus, ipsum amãtibus, ipsius gratiam appetentibus mortui imaginem suo gerant in pectore. In his q pseuerauerint, carnem & sanguinẽ, tetros spũs, mundũ, & cũcta animæ & corporis tentamẽta supabũt. Quod qdẽ in seipso Christus nos docere dignatus est. Cũ em canonẽ suũ cõponere ac instituere meditaret, ad S. Ioannẽ Baptistam accessit, ab eo baptisma suscipiẽs, ac deindè ductus est à spũ suo in desertũ extra cunctorũ hoim frequentiã, atq; inibi ieiunijs, vigilijs, orationibus vacãs, ab improbo spũ de gula, spiritali supbia & auaritia tẽtari voluit: pfligauit hostẽ tartareũ virtute ppria, Dei verbo, scriptisq; diuinis ad honorẽ patris. Quibus ita gestis, accesserũt angeli, & ministrârũt ei: qñquidẽ ipse soli deo, & cũctis mortalib' ob honorẽ dei inseruiebat. Deindè ambulãs iuxta mare Galilææ, quosdã sibi assciuit discipulos ex omni populo Israel, ijq; voci illi' morẽ gerẽtes, relictis oĩbus, sequebanẽ eũ in pauptate & castimonia. At tñ in spũ, illius spũ immorigeri, dissimiles & cõtrarij, atq; in charitate impfecti erãt. Ipse nãq; ob mũdi pctã ppeti ac mori cõstituerat, atq; ita scãdere cælos & intrare in gloriã suã: illi verò mortẽ phorrescentes, cũ delectatiõe & intimo cordis amore ipsi cohærere, atq; in hoc mũdo cũ ipso pmanere, si id fuisset possibile, ad vltimũ vsq; diẽ maluissent. Ipse è cælis demigrãs, sumpta serui forma, seipsum exinaniuit, factus obediẽs vsq; ad mortẽ crucis p patris honore ac nõstra salute: aitq; discipulis suis, filiũ hoĩs tradendũ principibus sacerdotũ & seniorib' & scribis, & ab eis morte cõdemnandũ, tradendũq; gẽtibus, atq; ab eis illudendũ, flagellandũ, cõspuendũ, & crucifigendũ, ac deinde tertia die resurrecturũ. Sed hęc discipuli nulla ratiõe æquanimiter ferre poterant, adeò vt ipse quoq; d. Petrus diceret: Absit à te dñe, nõ erit tibi hoc. Cui dñs: Vade, inqt, post me Satana. scandalũ es mihi. non em sapis quę dei sunt. Quod etiã posteà satis reipsa declaratũ est. Qua em nocte dñs IESVS ab impijs capt' est, discipuli oẽs relicto eo fugerũt, & d. Petrus cæteris fidẽtior, q paulò añ dixerat paratũ se esse & in carcerẽ & in mortẽ cũ illo ire, vsq; adeò vnius fœminę voce pterritus est, vt ipsum abnegaret, etiã iuramẽto cõfirmans se nõ nosse hoĩem. Quod pctm tãetsi ingẽs erat, veniã tñ mereri poterat, qñquidẽ nõ malitia, sed infirmitate peccauit Petrus, sicut & cæteri Apostoli. Timor em & horror mortis corda eorũ frigore quodã pstrinxit, adeoq; cõpleuit atq; eis sese ipressit, vt amoris oĩs erga Christũ obliuiscerenẽ. Atqui Christus eorũ neutiq̃ oblitus est: sed in illa sua acerba ppessione, cũ esset ab oĩbus desolatus, cõuertit sese & ineffabili pietate ac misericordia respexit Petrũ, & eũ Petr' vicissim cũ ingẽti cordis amaritudine: ex eoq; mutuo respectu maior

Castis pmanere volentibus qui viuẽdum.

Mat.3. & 4.

Mat.4.

Luc.24.

Phil.2.

Mat.16.20.

Mat.16.

Mat.26.

Mat.26.

maior quàm antè fuerat, inter eos amor renouatus est. Gratia nãq; & charitas, dolor & pœnitẽtia interna, grãdis fidutia, pudor, verecundia, & confusio vsqueadeò cor & cuncta interiora Petri complebãt, vt anima eius ceu nix ad Solis splendorem, & vt cera ad ardentem ignem colliquesceret, ex ipsaq; dulces simul & amaræ profluerent lachrymæ, amarę qdem ob admissa peccata, dulces verò & iucundæ ob fidelitatẽ, quã in Christo experiebat: atq; ita doloris simul & gaudij plenus erat. Quod quemadmodùm fieri possit, non nisi expertus nouit. Itidemq; cęteri Apostoli, quãdiu in Christi canone nouitij erãt, donec sanctũ acciperẽt spiritũ, semper & metu tenebanẽ Iudæorũ, atq; spem & fidutiã gerebãt erga Dei gratiã & benignitatem. Nondum em tum perfecti erãt in spũ suo in summa illa ac præcipua charitate, quæ omnẽ temporarium ac extraneũ depellit timorẽ. Vndè etiã mortis formidine in vnum collecti, intra cõclaue clausis demorabanẽ ostijs. Omnia tempus habent, ait Sapiens. DEVS cælum & terrã & creaturas omẽs, opportuno & ex omni æternitate ab ipso constituto ac definito fecit tẽpore. Et in temporis plenitudine factus est homo: cumq; venisset hora eius, & tempus statutum, pro totius mundi peccatis mortem obire voluit. Eo tempore multùm tristatus fuit, & omnes discipuli eius cũ ipso: atq; in eius morte cælũ, terra ac elementa haud obscurè mœstitiæ signa dederũt, Iudæi aũt necis eius authores lætabanẽ. Sic hodiè in mundo agit: Homines peccatis dediti, suis sceleribus crucifigunt dñm, sicut olim Iudæi & pagani manibus. Pij aũt & DEVM amãtes, suaipsorũ & totius mundi peccata lugent, pro eisq; deprecanẽ DEVM. Et quicunq; à DEO gratiã & veniam quærunt & expetunt, ij semper exaudiunẽ. Ipse dñs ait: Beati qui lugent ac dolent, quoniã ipsi consolabunẽ, vbi id quod desiderant, adepti erunt. Id reuerà Apostolis ita contigit. Ingens enim eos obtinuerat mœror & luctus, sed magna consolatione & gaudio perfusi sunt, qñ tertia die Christus & Angelos suos misit, qui ipsum resurrexisse, & à vulneribus omninò curatũ nunciarent: & ipsemet Petro ac alijs Apostolis euidenter apparens, familiariter cum eis colloquebat, mansitque apud eos dies quadraginta, abiens ac reuertens noua semper cum consolatiõe, & multis eis argumentis sese perspiciendum præbens: abiens scilicet ac reuertens secundũ humanitatẽ, semperautẽ in eis intùs manẽs ac inhabitãs secundũ diuinitatẽ. Doluerãt horis quadraginta mortem illius: & quadraginta diebus ex eius resurrectiõe consolationẽ & gaudiũ percepẽre. Interim tñ semper in eis timor qdã & horror mortis inerat: necdũ em seipsos perfectè ex Amore abnegârant: magisq; etiãdum carni viuebãt quàm spiritui, plusq; diligebãt Christũ natũ in tempore ex virgine matre, quàm ab omni æternitate genitũ ex DEO patre. Intellect' eorũ necdum diuino erat illustratus lumine, voluntas seu vis amatiua sapiẽtiæ dono necdũ repleta fuit: & spiritũ deniq; nõdum perpetuus pfectæ charitatis Dei gustus penetrârat. Itaq; vita & amor eorum, temporalia potiùs quàm ęterna fuẽre. Optabãt em Christũ manere secũ, nec ad patrem ascendere. Quod ille eis exprobrans, ait: Si diligeretis me, gauderetis vtiq; qa vado ad patrem: qa pater maior me est. Itemque: Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, paraclẽtus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos, spiritum veritatis, isque docebit vos omnem veritatem. Et cùm iam dies ageretur quadragesimus, quo erat ascensurus in cęlum, apparuit recũbẽtibus discipulis, & exprobrauit eis incredulitatem illorum, & duritiam cordis, qua veritatem capere non poterant. Duxitque eos foràs in montem Olieti, præcipiens, vt in mundum irent vniuersum, & prædicarent Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit, inquit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Eleuatis autem sacratissimis manibus suis, benedixit eis, & nubes lucida excepit eum, leuatusque propria virtute, sub adspectu beatissimæ matris suæ & discipulorum suorum, & quotquot illic aderant, conscendit in cælum, maxima Angelorum & Animarum, quæ à mundi initio ei seruierant, frequentia stipatus: Sedetque à dextris virtutis DEI. Vt autem ascendit, ita & reuertetur in extremo die, ad iudicandos viuos & mortuos, bonos & malos. Id enim duo illi cælestes spiritus Apostolis, & qui cum eis erant, testabantur. Indè Apostoli secundum Christi præceptum regressi Hierosolymam, noctes atque dies seriò admodùm ieiunijs, vigilijs & precibus insistebant, expectantes Sanctum spiritum, à Domino IESV & eius cælesti patre mittendum. Vbi decimus aduenit dies, iam tempus aderat, quo Christus discipulos suos in suo ordine & canone professionem facere voluit.

Qui post lapsum Petri, amor eiꝰ erga Christũ auctus.

Eccles 36

Ioan.13.

Mat.26.

Mat.27.

Quinam & hodiè Christus crucifigatur.

Mat.5.

Mat.28.

Marc. 16.

Luc.24.

Ioan.20. & 21.

Acto.1.

Ioan.14.

Ioan.16.

Luc.24.

Marc. 16.

Luc.24.

Acto.1.

Acto.1.

Nam ad id vſque temporis nouitij fuerant & imperfecti in charitate. Siquidem etiamnum mortem formidabant, ac præ Iudæorum metu in clauſis morabant ædibus. Circa tertiã autem eius diei horam factus eſt repentè de cælo ſonus tanquã aduenientis ſpiritûs vehementis, & repleuit totam domum vbi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguę tanquàm ignis, ſeditq; ſupra ſingulos eorum: & intùs quidem repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & ſupra rationẽ in ſpiritûs ſui puritatem adducti & rapti, inibi docebant à Deo, & igneas accepere linguas feruentiſſimi Amoris, ad laudandũ amãdumq; Deũ, & mortales omnes ex vera dilectione veritatem docendos. Forinſecùs autem nullum eis certum veſtiũ tribuit habitũ, ſed qualem ipſe ſemper ſectatus erat, putà vitæ innocẽtiam ac humilitatem, honeſtos, ſuaues, benignos ac pios mores, mundi contemptũ, laboris ac doloris perpeſſionem, amorem & fidem ſeu fidelitatem erga cunctos homines, ſeruire omnibus, mori, docere ac viuẽdo exempla pręferre virtutis, omnibus eſſe communẽ, obedire Patri cęleſti & nobis omnibus ad mortem vſq;. Iſte externus Dñi IESV habitus fuit, quo ſuos induit Apoſtolos ac diſcipulos. Verùm qui hodiè monaſticum ferunt habitum, & his iam dictis virtutibus contrariam agũt vitam, ijs probro & dedecori ſit ipſe habitus ſanctus, idq; nõ modò in hac temporaria, ſed etiam futura vita. Dedit præterea Chriſtus diſcipulis ſuis etiam internum habitũ ſuum, quo ſupra creaturas omnes veſtitus ac ornatus eſt, quem eius humanitas à Patre cæleſti acceperat, nempe liberam ſupra res creatas omnes in cælo & in terra poteſtatem, baptizandi, docendi, in ipſius nomine peccata remittendi, homines impios ac Tartareos conuertẽdi, & cælum deniq; per fidem Chriſtianã aperiẽdi authoritatem. Ad hęc dedit eis ſpiritum ſuum, & internã vitã ſuã, ac ſpũs paupertatẽ, ita vt hilari animo diuitias, honores, mundi cõmoda, & quicquid deniq; mundus prẽſtare poſſet, floccipenderent: abſtulitq; ab eis curam omnem, & anxietatem ac formidinem dæmonum, hominum malorum, & quarunlibet rerum creatarum, quæ eos premere, affligere, contriſtare, perimere, aut perterrere potuiſſent. Deniq; animum eis tribuit ſtabiliter atq; perſeueranter ſubditum gratiſſimæ Dei voluntati, paratum ſufferre ac perpeti, quicquid ipſis Deus vel in tẽpore vel æternitate accidere voluiſſet. Hęc prima veſtis eſt, quã Chriſtus IESVS ſuis prębet diſcipulis, mundũ cõtẽnentibus, ipſiusq; conſilia & vitã in monaſtica vel religioſa vita imitãtibus. Aliam quoq; veſtem idemipſe diſcipulis largit ſuis, ſeipſos contemnentibus, ac naturã ſuam ſenſitiuã prementibus, atq; Chriſti conſilia & vocationem ſiue exactionem in interna ſpiritali vita ſectãtibus. Iſta veſtis trilix eſt, ſiue ex triplicis coloris contexta licijs, quę ſunt, caſtitas corporis, munditia cordis, & puritas ſpũs. Ipſa autẽ veſtis, mentis & corporis caſtitas dicit. Quiſqs vltra pcepta Dei Euangelica ſectari conſilia appetit, is carnem & ſanguinem ſuum ſpernat neceſſe eſt. Et ſi mundum ac immunem à peccato ſeruare ſe velit, peccandi occaſiones fugiat ac vitet oportet. Quòd ſi Chriſti imitari innocentiam non recuſet, eius gratia fretus, caſtitatis veſtem poterit obtinere. Vt autem diuinæ gratiæ fultus præſidio, carnem & ſanguinem vincere poſſit, ſpiritu decertet neceſſe eſt aduerſum ſenſuum oblectamenta & voluptates: Ametq; & odio habeat, quæ Deus amat & odit, modò charitatem ſeruare velit, & inter ſpiritum & carnem partes efficiat. Ita enim caſtitatem tueri poterit. Neminẽ ſingulari complectat Amore, ſed communiter & æqualiter amet omnes ad laudem & honorẽ Dei. Neminem iudicet, contemnat neminem: execret ac odio proſequat vitia, ſed amet hominem qui peccata ipſa admiſit. Nõ em compertũ habet quem elegerit, quémve reiecerit Deus. Nulli ob quiduis caducum placere appetat, neminẽ illiciat aut ſibi adiungat & attrahat, nec ſe ab vllo vel conuerſatione, vel ſanctitatis ſpecie patiat illici aut attrahi ex Amore inordinato, facturus alioquì pudicitiæ iacturam. Amet eos qui corporis & animæ caſtimonia prædititi ſunt, & Dei honorem in ipſo & cunctis hominibus quærunt, venant & appetunt. Fugiat autem & vitet conuerſationem cum animi propenſo affectu coniunctam, quãlibèt ea ſancta videat. Audiat & loquatur libenter de Deo breuibus verbis ea quæ ipſi ac alijs conducibilia ac ſalutifera ſint. Semper ſilere mãlit, quàm multa dicere abſque vtilitate ac neceſſitate. Oculos & aures abſtineat ab attenta & curioſa conſideratione, ne affectu & delectatione in res illicitas propẽſus reddatur. In cibo ac potu, quatenùs natura ferre poterit, ſobrietatem ac temperantiam amplectat: Gulæ nanq; vitiũ & veſtiũ cultus ac ornatus, pleriſq; multorũ vitiorum occaſio ſunt.

Acto. 2.

Qualẽ ſuis habitũ Chriſtus tradiderit.

An habitus ſacer malis qequa ꝓſit.

Quo habitũ Chriſt⁹ diſcipulique eius int⁹ ornati.

Ioan. 20.

Veſtis prima diſcipulis à Chriſto data, quæ.

II.

Trilix veſtis quid.

Odiẽdũ peccatũ, nõ ipſe peccator.

Loquẽdũ de Deo qd aut quomodò.

Edẽdũ ac bibendũ q ſit.

Ore pudicus & caſtus ſit, & à verbis ocioſis, inutilibus ac infrugiferis linguam refrenet ſuam. Iocis enim & ſcommatibus vacare, tempus perdere eſt, & haud vulgaris in bonis hominibus culpa. Mentiri autem, & ex inuidentia detrahere, falſa teſtimonia dicere, iurare, malè precari ſiue maledicere, nomen ſanctum DEI blaſphemare, ea planè Tartarea ac execrãda vitia ſunt, quæ vitare ſummoperè debet, quiſquis caſtitatem ſeruare cupit. Idemq; libenter ſit ſolus, & ſeſe intrò recipiat, Deiq́ue gratiam & miſericordiam haud ficta intentione quærat. Vigilijs, ieiunijs, obſecrationibus nauet operam: ſit ſtabilis, conſtans & fidelis, & omnem ſui conſolationem in DEO conſtituat: ita nimirùm corporis caſtimoniam ex DEI gratia & adipiſci poterit, & partam conſeruare. Porrò ad corporis caſtitatem ſpiritalis quidam ſtatus pertinet, nempe cordis munditia, per DEI gratiam cum affectu & delectatione ad CHRISTVM eiusque cæleſtem Patrem eleuati. Cordis hæc munditia, lucernæ ardentis olei plenę comparatur. Vt enim eiuſcemodi lucerna flammas ſuas ſurſùm mittit ad cælum, ita facit & cor mundum, infernè clauſum mundo, ſupernè autem ad diuinam ſuſcipiendam gratiam patulum. DEI autem gratia huic cordi bonam voluntatem ac bona opera inſtillat, quæ ſunt huius lucernæ oleum. Et CHRISTVS ignem ſui Amoris bonorum operum oleo adiungit, quo lucerna perpetìm ardere queat. Atque hoc pacto lucerna iſtiuſmodi diuina gratia, deſiderio & bonis actionibus inter DEVM & nos magis magisque in dies fouetur. Affectus autem ſiue deſiderium in bonis actionibus minimè exercitatum, virtutis guſtum & delectationem, cordisque munditiam plùs plusque in dies infrigidat ac extinguit. Cordis enim munditia & vitæ caſtitas tribus modis aut contaminatur, aut omninò depellitur, videlicet ab hoſte Tartareo, à mundo, & à naturæ corporeæ deſidia ac torpore. Hoſtis Tartareus hominem caſtum inutilibus ac infrugiferis cogitationibus, impudicis imaginibus, extraneis phantaſmatibus, ac multimodis ſtolidis ac futilibus in animum immiſſis ſeu incidentibus cogitationibus, per quas DEI obliuiſcitur, ac tempus ſuum amittit, impugnat. Mundus eundem lætis ac triſtibus, & erga cognatos & amicos, curis & ſolicitudinibus, multiuarijs quoque rerum terrenarum occupationibus, cor multis modis onerantibus, depingentibus atque inſpirantibus, tentat. Naturæ corporeæ torpor, cibi potusque lautitiam, ſomnum, commoda carnis, creaturarum ſolatia, & quicquid pro eius iudicio recta ratio abſque peccato admittere poteſt, expetit. Iſta ſcilicet cordis munditiam aut commaculant, aut penitùs profligant & corrumpunt. Neceſſe eſt igitur, vt aduerſum omnes hoſtes noſtros viriliter decertemus, ſi palmam referre velimus. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpũs eſt. Et hæc duo ſibi inuicèm aduerſantur. Si ſecundum carnem viuimus, morimur in vitijs. Sin autem ex DEO ſecundum ſpiritum nati ſumus cum gratia, fide, & fidutia in DEVM, poſſumus vtique naturam corpoream ſiue corpus ipſum rectæ Rationi, & præceptis ac legi & voluntati diuinæ ſubdere ac refrenare: quanquàm donec hîc erimus, natura ipſa ſemper natura manebit. Atque eamobrem communiamus nos neceſſe eſt armis Domini IESV, quibus is nos à cunctis hoſtibus noſtris & ab æterna morte redemit. In quibus etiam iure meritoque omnes exultare debemus, eiusque nomen & vitam cum amore & delectatione, noſtra in memoria noſtrisq; pectoribus circunferre, itidemque æternam eius ex DEO Patre, & temporariam ex ſacratiſſima Virgine Matre natiuitatem, ſanctiſſimam illius, hominis atque DEI vitam, & inſtitutiones, humilimum ad mortem vſque famulatum, Paſſionem, ſanguinis effuſionem, mortẽ, glorioſam Reſurrectionem, admirabilem vltra cęlos omnes Aſcenſionem, quò etiam ipſum nos ſubſequi, atque interioris hominis noſtri genua ipſi ac cæleſti Patri eius cum perenni Reuerentia ſubmittere debemus. Atque his rationibus peregrina phantaſmata, inutiles cogitationes & impudicas imagines ſuperabimus. Et reuerà ſi ſic Chriſtum Deum & hominem noſtris in cordibus crucifixum, excruciatum, viuentem ac morientem ex Amore pro nobis geſtauerimus, ipſe viuet in nobis, & nos in illo, ſicq; carnem & ſanguinem, mundũ, diabolũ, eiusq; omnes tentationes vincemus. Porrò vltra hoc exercitiũ, omnesq; ſenſibiles de Chriſto conceptas imagines, ſpiritûs puritate eleuati ſimus oportet in internã ſpiritalẽ vitã & imagines intellectuales, vti veritatẽ, ſapientiam, &

Iocari.

Mentiri.

Quõ caſtitatẽ obtineat & cõſeruet.

Quale cor lucernæ q̃lẽ ſimile.

Lucerna q̃ q nobis fouenda.

Munditia q̃ quot modis cõtaminet.

Satanas.

Mundus.

Caro.

Ioan. 3.

Galat. 5.

Rom. 8.

Quid in cordib⁹ nr̃is aſſiduè circunferendum.

Tentatiões oẽs q facilè vincantur.

&virtutes omnes ſpiritum exornantes atque illuſtrãtes in conſpectu Dei cognoſcamus. Sed & ſupra hæc omnia nudum ac imaginibus vacuũ in diuino lumine adſpectum, ad æternam veritatem, quæ Chriſtus ipſe eſt, habere debebimus, atque illic munditia cordis & ſpiritûs puritas conſummata eſt. Ibi tum DEVM conſpiciemus, & Chriſtus veſte puritatis, quæ ipſe eſt, nos induet. Deniq; vitæ caſtimonia angelicam æmulans puritatem, Dei conſilium eſt, & alterum religionis monaſticæ votum ac præceptum. Eam quiſquis promittit DEO & benè ſeruat, ſiue extra vitam monaſticam, ſiue intra, Chriſtum haud dubiè induit: Chriſtiq; vita, eius interior habitus eſt: et ſi foris & intùs ad mortem vſque caſtus perſeuerauerit, beatitudine ſempiterna ac interminata perfruetur.

Ioan.14.

¶ De voluntariæ obedientiæ conſilio & voto. Caput LXI.

Regulę Chri articulus 3.

TERTIVS denique canonis Chriſti Articulus, eſt ornamentum atque perfectio virtutum omnium, quã Chriſtus aduexit è cælis, qua ipſe in vita temporaria indutus fuit, in qua vixit, obijt, reſurrexit, & aſſcendit in cælum: qua etiã Angelicos & hominum beatos ſpiritus omnes, ſanctamq; Eccleſiã, maximè qui eum imitãtur, & eius conſilijs conuenienter viuunt, induit ac veſtiuit. Ea autem veſtis eſt ſubmiſſa ac humilis obedientia, & vltronea in gratiſſimã Dei voluntatẽ ſui reſignatio, ex Dei charitate nõ ficta proficiens. Hoc videlicet pallium eſt, quo virtutes omnes exornant ac operiunt, & gratioſę reddunt apud DEVM: quo quiſquis indutus eſt, ei cælorum patet regnum, & glorię Dei notitiã habet. Hac nuptiali veſte quicũq; intra ſanctam Eccleſiã deſtitutus eſt, is nudus planè eſt: & ſi ſic ex hac migrãrit vita, pedes ac manus eius in mortem ſempiternam cõſtringentur. Vera igit & minimè fallax vita ſancta, eſt ex Amore obedire DEO, ſanctæ Eccleſiæ, ſuperioribus, & cunctis hominibus diſcretè ac rationabiliter. Hęc communis & quidem neceſſaria veſtis eſt omnibus ſeruari volentibus. Iam verò perplures inueniri licet in monaſtica ac religioſa vita, qui eiuſcemodi vitã & Dei conſilia etiã polliciti ſint exequi, & tamen nedum conſilijs, ſed ne pręceptis quidem morem gerãt. Polliciti enim ſunt paupertatem, nec quicquàm ſe habituros proprij, itemq; caſtimoniam & obedientiam erga DEVM & ſuos ſuperiores ad mortẽ vſq;. Et hic Chriſti IESV internus fuit habitus, quo ipſe indutus fuit, quemq; etiam in præcepto ſuis reliquit diſcipulis & eorum ſectatoribus ac ſucceſſoribus, qui ex ipſius reditibus, quos ſua parauerat morte, victuri eſſent. Sed reditus libentibus accipiunt animis, at habitus internus admodùm contemptui habet, ac pedibus conculcat. Ipſe etiam externus habitus, quantùm maximè fieri poteſt, ad hominum mundanorum conſuetudinem format, nec quicquam fermè ab eorum habitu diſtat colore & effigie, atq; ijs omnibus, quæ poſſint hominum ſecularium arridere obtutibus. Internus autem virtutum habitus plùs ſatis peſſùm abijt. Cacodæmon mundum ſuę ſubdidit ditioni ac voluntati, idemq;, putà diabolus, maximè armatus eſt in clerum, & eos omnes, qui in flagitijs & vitijs ſuis de bonis victitant ſpiritalibus ſeu Eccleſiaſticis. Familiã ſuam ſuæ obſequẽtem voluntati Tartareo ſuo induit veſtimento, id eſt, crudelitate, impudicitia, & inobedientia: qbus omnis religionis ſtatus profligatus eſt. Et licèt oculis præditi ſint, non tamen vident: licèt aures habeant, non audiunt: & pedes, non ambulant: ac manus, non tamen operant: adeoq; omnis ſyncera & vera vita faſtidio eis eſt. Toti enim in externa & terrena hæc effuſi ſunt, intrò verò aut parùm aut nihil ſeſe recipiũt. Sanè in religionis monaſticæ exordio eius profeſſores charitate pleni, deuoti, concordes, humiles, eiuſdem in DEI ſeruitio voluntatis, minimè ficti, DEVM Amore ac intentione proſequentes, inuicèm fideles, miſericordes, clementes, benigni, ſapientes, prudentes, & in virtutibus cunctisque actionibus bonis benè conſtituti atque compoſiti erant. Nunc verò charitas erga DEVM & proximos multùm refrixit. Id temporis erãt eis communia omnia, & dabat ſingulis ex bonis communibus quod cuique fuiſſet opus, & omnes ſat habebant. At nunc multi proprios habent reditus, quoſcunque obtinere poſſint. In pleriſq; cœnobijs & cõgregatiõibus diuites ac inopes haud ſecùs quàm in mundo viſunt: & diuites quidẽ qcqd libet, edunt ac bibunt: cultis tegunt veſtibus, opes ſibi accumulant, & pauperibus parùm aut nihil impertiunt. Et quanuis ij, qui ipſis aſſident, famẽ, ſitim, ma-

Obedientię laus.

Verè ſancta vita quæ.

Habitꝰ monaſticꝰ hodiè qualis.

Hodierna ſatanę ditio quanta.

Suã qui ſatanas veſtiat familiam.

Qualia fuerint monaſtices initia.

Eiuſdẽ quales hodiè ꝓceſſus.

magnam penuriam patiant, nihil id eorum intereſt. Quidam etiam Præfecti ſeu Prælati religioſorum, ſubditis ſuis de communibus bonis ſubtrahunt, vndè ſuum exerceant dominatum, haud ſecùs quàm ſi ipſorum propria ſint, aut hæreditario iure ad ipſos ſint deuoluta. Tales vtique veri Paſtores non ſunt, ſed lupi rapaces, non parcentes cuiquam, ſed communia Dei bona malè conſumentes. Quicunque enim carni & Mundo obſequuntur, Dei famulatu contempto, ij haud dubiò quocunque in ſtatu vel ordine degant, vel quemcunq; gerant habitum, DEO placere non poſſunt. Dignitas quidem Eccleſiaſtica, Religio, Sacerdotium & Ordo neminem per ſeſe neque ſanctum, neque beatum efficiunt: quandoquidem boni ac mali æquè hæc percipiunt: ſed qui ea aſſumunt, nec tamen ijs conuenienter viuunt, maiori quandoque damnatione plectentur. Denique qui habitum oculis hominum placentem, mundiq́ue honorem & ornatum appetunt, ij vel in Tartara relegantur, vel pœnitentes ad immanes Purgatorij cruciatus.

Faſtũ ac tyrãnidẽ inter ſe & religioſos exercere.

Habitꝰ vani ſeu curioſi pœna.

¶ De tribus peccatis, toto vbique orbe dominatum obtinentibus. Caput LXII.

TRIA in Mundo, in clero, & in omni Religionis ſtatu, qui de ſanctæ Eccleſiæ bonis victitant, idq́ue à ſummo ad infimum vſque hominem, paucis exceptis, peccata regnant, & obtinent principatum, nempe Acedia vel torpor, Gula & Luxuria, quibus omnis vera ſanctitas eſt propulſata. Acedia tædium eſt & nauſea erga DEVM & eius cultum, incuria inſtitutionũ, gratiæ & gloriæ illius, abſq; timore iuſtitię, & ſine ſpe miſericordię DEI: vitijs non eſſe mortuum, in Dominica Paſſione non eſſe exercitatum: legere, pſallere, orare, Miſſam celebrare vel auſcultare abſque vlla ſtrenuitate, deuotione, interna attentione, & ſine guſtu DEI, aut interno gratiæ eius experimento: cor habere inſtabile ac multiuagum, rerum terrenarum ſimulacris refertum, ocioſum ſine bonorum operum externa actitatione, corporis commoda & fomenta ſectari & aucupari ac appetere in omnibus, cuiuſmodi ſunt, mollis habitus, molle ſtratũ, ſomnus prolixus, quibus qui dediti ſunt, vitam Domini IESV guſtare non ſunt idonei. Ex hoc autem perniciali Acediæ morbo alterum proficiſcitur vitium, id eſt, Gula, quæ Adamum protoparentem noſtrum ex Paradiſi ſedibus exulem fecit, quando ſumpto pomo vetito, Dei præceptum violare non pertimuit: cuius rei gratia & ille tunc in hoc relegatus eſt exilium, & nos omnes pariter cum illo. Hoc vitiũ hodiè vix agnoſcit, & ab omnibus paruipendit, maximeq; in vſu eſt: totoq; vbique terrarum orbe dominatum ſibi vendicat, etiam in cœnobijs, in incluſorijs, in ordinibus, atq; omnigeno Religionis ſtatu: id eſt, apud omnes illos, qui ſuæ Gulæ ſuæque edacitati ſeruiunt, & ex inordinata appetitione in cibo ac Potu voluptatem captant & expetunt, temperantia illa ac ſobrietate contempta, quam Dominus noſter IESVS nedum verbo, ſed etiam exemplo nos docuit. Is enim poſteaquàm quadraginta dies & noctes ab omni alimento abſtinuerat, paſſus eſt humanam naturam ſuam fame affici: & quanuis eſuries & hoſtis Tartareus eum impugnarent, noluit tamen cibum ſumere. Itidemque cùm fatigatus ex itinere & æſtu, ſuper fontem Iacob in Sichar, magna laborans ſiti, ſederet, non tamen potum accepit. Cæterùm quando morti proximus acerrima tenebatur ſiti, eſcam & potum ex aceto felle mixto admittere non recuſauit. Atque hunc in modum ſemper ad mortem vſque in ſobrietate nobis ſeruiuit. Ita etiam Patres antiqui in eremis vitam tranſigebant ſuam, certa menſura potum, ac certo pondere cibum ſumentes. Proponitur huic rei ſatis accommodum exemplum ab ipſo Domino in Euangelio, videlicet diuitis illius Epulonis, qui induebatur purpura & byſſo, & iucundos ducebat dies, viuens in delicijs, & quicquid libuiſſet ſuo gutturi voluptatis indulgens. Atque ediuerſò pauperis ac mendici Lazari, qui ad fores domũs eius iacens vlceribus plenus, cupiebat ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis: ſed quia diues auarus, guloſus & miſericordiæ expers erat, nemo illi quicquam dabat. Accidit deindè vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt autem & diues, & à diabolo ſepultus eſt in inferno: vbi cùm æſtuanti linguæ ſuæ guttulam aquæ inſtillari poſceret, non obtinuit, ſed nec obtinebit vnquàm.

Que tria vitia dominentur hodiè.

Acedia.

Gula.

Gene.3.

Gulæ dñatio quanta.

Mat.4.

Ioan.4.

Ioan.19.

Luc.16.

Eligat nunc vnusquilibet sepulturam suam vel apud diuitem vel mendicum Lazarum. Secundum actus suos vnusquisque recipiet. Quotquot suæ gulæ oblectamentis & voracitati morem gerunt, DEVM Deiqúe gratiam gustare nequeunt. Comitatur enim eos ebriositas, intemperantia, vita inordinata, hebetudo mentis ac intelligentia, maledicentia, execrationes, iuramenta, pugnæ, concertationes, & vita impudica: quæ sunt carnis opera, nec regnum Dei possidere queunt. Et tamen huiuscemodi vitia etiam in quibusdam ex ijs qui monasticen & religiosam profitentur vitam, haud secùs quàm in mundanis reperiuntur hominibus. Est & aliud quoddam in multigeno religionis monasticæ statu inuenire vitium planè diabolicum, putà quòd corde, anima, & rebus terrenis communes non sunt, siue eas res inter sese non communicant. Enimuerò ex bonis communibus alij inopes, alij locupletes, alij domini, alij serui sunt. Domini ac Prælati benè multo indulgent somno, & sua fruuntur quiete suisque commodis: cum sua familia resident in conclaui: multa eis ministrantur fercula, & vinum quod haberi possit præstantissimum. Qui verò chorum visitant, & ad commune accedunt refectorium, pane & oleribus ac duobus ouis coguntur esse contenti. Id em̃ Prælati sufficere putant. Quicqd interim de inæquabilitate mutmurent monachi, id Prælati susque deque ferunt. Qui multum habent peculij, aut de rebus communibus, ijs liberiores facere sumptus, aut plura sibi coaceruare ac reponere licet. Diuites quidem mundani, fidos & benignos ac misericordes se præbent erga inopes & valetudinarios: sed qui in cœnobijs rebus locupletes sunt, qui tamen iure nihil possint habere peculij, etiam confratres & consorores suas apud se fame, siti, aduersa valetudine præ inopia confici ac perire sinunt. Cœnobia eiusmodi superbia, infidelitate, auaritia, dedignatione, ira, odio, laborant: neque ea tantùm, in quibus de communibus viuitur bonis, sed etiam ordinis Mendicantium, de Eleemosynis ostiatim quotidiè conquisitis ac emendicatis vitã sustentãt suã. Christus hodiè à multis nescitur: vita, institutiones & actus illius cũctis illis inuisa sunt, qui vitijs seruiunt, & propriæ sunt dediti voluntati.

Que sequãt gulã pedissequæ.

Quãta in cœnobijs hodiè inæqualitas aut ꝓprietas.

Cœnobia q̃ bus morbis laborent.

¶De quadam veste D. IESV, qua is discipulos & sectatores suos induit. Caput LXIII.

SED idemipse discipulos suos veste sua induit, qua ipse modò in vita æterna vestitus est, atque etiam in hac vita indutus fuit pro quodam vitæ perennis typo seu figura. Cùm enim tempus adesset, quo mortem pro nobis oppetere constituerat, à Iudæis captus, Præsidi Pilato, vt ab eo neci daretur, traditus est. Eius iussu flagellis cæsus est, adeò vt toto corpore preciosi sanguinis eius riuuli manarent. Indè purpureo eum induerũt vestimento, tincto piscis cuiusdã ex concharum genere succo vel sanguine, itéq; subductum fuisse videtur coccino coloris ignei, ex vermibus nascente, vt aiunt quidam: sicq; indutum irridiculè adorabant, submissis humi genibus, vt regem Iudæorum. Sed hoc totum figura quædam fuit, vitæ æternæ nobis veritatem significans. Eo tempore Christus iuuenili vigebat ętate ac incolumitate, totius mundi nobilissimus, optimus, ac elegantissimus homo, & ipsemet totius gratiæ, donorumq; & virtutum omnium plenitudo erat, multumque eum amabãt & cognati & amici, & pauperes & diuites, & maximè Pater cælestis. Natura corporea totus erat florentissimus & incolumis, vt pisces in vndis. Corpus autem eius, vestis solennitatis eius erat. Magno enim illo festiuitatis die, quo Iudæi piscem hũc pręclarissimum neci dedêre, corporis eius pallium, vsquequaq; roseo ipsius perfusum sanguine, velut purpureo ac cocineo tinctũ colore est. Atq; hac ille veste indutus est, & nos cum illo ad eius honorem, si tamen nostram gestemus crucem, eiusque in fide catholica discipuli ac imitatores simus. Hoc autem pallium extrinsecùs purpureum, intrinsecùs coccineum fuit, vermiculorum sanguine tinctum: quo interna illa exprimitur vnitas siue vnio animæ rationalis Christi cum Deo in Amore ac voluntate: quæ illius pallium fuit, quo ipse vestitus erat, omnesq; eius discipuli, qui vnius cum ipso sunt voluntatis & Amoris. Ista quidem cum Deo Amoris vnitas seu vnio, à spiritu nostro non nisi nudum, imaginibus vacuum, perpetuumque amorem exigit, ita vt nihil neque foris, neque intùs, ne nosipsos quidem inordinato cum amore possideamus, sed tum à nobisipsis, tum rebus omnibus simus absoluti ac expediti, vniformes siue conformes DEO, & in Amorem essentialem transformati. Atq; hoc omnium præclarissimum ac celsissimum est, quod quidem hac in vita possidere, gustare aut experiri queamus: & hoc ipso spiritus noster in Amore essentiali DEO vnitus est.

Mat. 27. Ioan. 19.

Chri corp̃ quale fuerit eius indumẽtum.

¶Vt vnitas Amoris cum Deo in spiritu obtineatur. Caput LXIIII.

HVIVS AVTEM vitæ obtinendæ verum modum agè nunc explicemus. Quisquis suo in spiritu Amoris cum DEO vnionem seu vnitatem inuenire ac possidere cupit, eius Anima rationalis & vires omnes cum DEI voluntate intùs vnitæ vt sint oportet, ita vt ad legis & præceptorum eius præscriptum omninò viuere statuat. Christus enim omnibus nobis dicit: Si p̃cepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei p̃cepta seruaui, & maneo in ei⁹ dilectiõe. Vita nãq; sublimis & excellens, nõ nisi humili virtutũ obediẽtia consistere potest. Vndè Apostolus omnes nos his compellat verbis: Hoc sentite in vobis, quod & in Christo IESV: qui cùm in forma DEI esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem DEO, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & DEVS exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ita vt in nomine IESV omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum. Et Pater ipse per Prophetã dicit: Filius meus es tu, ego hodiè (id est, in æternitate) genui te. Idemque alibi de Filio suo dicit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipsum audite. Itemque ad eundem filium suum: Sede, inquit, à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Omnes Reges terræ confitebunt̃ ei, & adorabunt eũ omnes Angeli DEI. Et tamen hic talis Filius, de seipso per Prophetã loquit: Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. DEVS quidem humanã naturam nostram in Christo supra creaturas omnes in cælo & in Terra extulit, exaltauit ac nobilitauit: Christus verò seipsum in eadem natura nostra infra creaturas omnes abiecit ac humiliauit, comparans sese vermi ex Terræ imo nascenti ac victitanti, & secundum humanitatem abnegauit seipsum, voluntatemque suam in Patris voluntatem mortificauit, atque ita vnius cum DEO voluntatis est seu vna voluntas. Creatum quoque spiritum suum in Amore velut in nihilum redegit, mortificauit & concremauit, sicque cum DEI spiritu vnus spiritus est. Iste videlicet præclarus noster vermis est, natus ex Terra purissimæ ac intemeratæ virginis MARIAE. Denique idemipse creatam voluntatem suam in Amore velut peremit ac exinaniuit, sicque libertatem in DEO assequutus est: adeoque cum Dei voluntate & Amore vnum est. Et hoc illius pallium, est purpureum simul atque coccineum, quò & ipse & quotquot ei sunt vniti, vestiuntur.

Ioan. 15. Phil. 2. Psal. 2. Matth. 3. & 17. Psal. 109. Psal. 137. & 96. Psal. 21.

¶De tunica Domini IESV inconsutili, quid ea mysticè significet. Caput LXV.

HABET tamen & aliam Dominus IESVS, qua indutus simul & ornatus est, tunicam inconsutilem, ex toto incontextam, quæ nobis diuinitatis humanitatisque eius naturam significat. Et ipsa quidem vestis, illi soli ex natura competit, tum à Patre, tum à Matre: nobis verò ex gratia, si tamen discipuli eius simus, ei fide & charitate coniuncti ac vniti, talesque ad vltimum vsque spiritum perseueremus. Ita enim omnes cum illo vestimur. Non enim potest præclarissima hæc tunica scindi aut in partes distrahi, quando quidem nos omnes vitalia eius membra sumus, & ipse caput nostrum est, eiusque tunica nobis, hoc est, sanctæ ECCLESIAE sorte obuenit, sicque omnes vna veste, id est, CHRISTO IESV induti sumus. Tum verò hilari spiritu cernere, cognoscere, amare, sentire, gustare licet æternam illam charitatem, & præclarissimam exercitationem, quæ inter DEVM & præstantissimam CHRISTI animam agitur: quæ quidem tunicæ nostræ, qua perenni in honore cum DEO vestiti sumus, decor & ornamentum est. Et hoc est incomprãhensibile illud gaudium & exultatio, quam Apostolus commemorat, vbi ait: Quis nos separabit à charitate DEI, quæ est in CHRISTO IESV?

Ioan. 19. Rom. 8.

Vbi apertis affirmat verbis, creaturas omnes & quicquid infra DEVM est, non posse nos separare à charitate, quæ inter DEVM exercetur & CHRISTVM IESVM amantissimum Dominum nostrum, qui sempiterna vita nostra est, si cum ipso in perpetuo Amore stabiles & constantes perseueremus.

¶ De quatuor riuis, ex Sanctispiritûs fonte dimanantibus. Caput LXVI.

Sanctispûs riui quot. I.

IAM antè in superioribus dicere cœperam, Sanctispiritûs fontem quatuor exundare Riuis. Primus gratiæ & virtutum riuus manat ad Orientem, id est, in vitæ nostræ originem, attingitq; voluntatem seu vim nostram amatiuam, exigitque à spiritu nostro, vt CHRISTVM sequamur in DEVM, cum eoque Amoris possideamus vnitatem. Ita enim DEVS viuit in nobis, & nos in DEO, atque inibi liberrimam possidemus libertatem Spiritûs, eamque immotam, nihil impeditam, & vltra creaturas omnes eleuatam.

II. Alter gratiæ Riuus è supernis deorsùm fluit in Occidentem, id est, vitam nostram sensitiuam, illustratque rationem & tangit Affectum siue desiderium nostrum, exigens à nobis, vt carnem & sanguinem domemus ac in seruitutem redigamus, & tum DEO, tum sanctæ Ecclesiæ obtemperemus: vtque omnes sensus & externas actiones nostras ex vera discretione pro gratissima DEI voluntate moderemur, dirigamus ac ordinemus. Hoc pacto natura nostra sua semper pace gaudet, manetque curis & angoribus vacua, simplex, tranquilla, ac

III. planè sedata. Tertius gratię Riuus ad vitæ nostræ partes Aquilonares fluitans, cor & Animum nostrum contingit, poscitque ac imperat nobis, vt patientes, mansueti ac humiles corde, resignati ac mortui sub creaturis omnibus simus, adeò vt quicquid DEO permittente vel ab Tartareo spiritu, vel improbis hominibus nobis acciderit, ferre ac perpeti magno Animo queamus. Hac ratione filij DEI sumus, animamque & vitam nostram internam in quadam requie, patientia & pace omnis calcitrationis ac contentionis experte possidemus.

IIII. Quartus idemque postremus diuinæ gratiæ Riuus ex Spiritusancto manans, calidus & perspicuus est, profluitq; ad Austrum vitæ nostræ spiritalis, id est, in intima nostra, in Animam cunctasque vires nostras, tangitque & implet nos gratia, efflagitatque à nobis synceram ac minimè fictam charitatem erga Deum & mortales omnes, maximè Christianos nobiscùm in Christi morte baptizatos, & in fide Christi eiusipsius nomine insignitos. Ijs em̃ ex amore debemus quicquid possumus, seruato iusto ac recto ordine ad DEVM. Qui ex DEO nati sunt, ijdem etiam viuunt ex DEO, ad DEVM, & in DEO, & DEVS in eis: amantque & pro scopo habent ac spectant & possidẽt DEVM supra seipsos & res omnes à DEO creatas. Conuersant̃ cũ DEO in cælis, & actionum ipsorum fructus perpetui sunt: Voluntatis autem suæ proprietatem ex carne natam, atque omnem inordinatam oblectationem, & Amorem à DEO abstrahentem, odio ac contemptui habent. Itemque fugiunt & deuitant, quicquid corde ipsorum vel Amore vel odio depingere, & nudam suî ad veritatem, quæ DEVS est, introuersionem præpedire aut illi officere queat. Pro cunctis peccatoribus ad DEVM accedentes, ingenti cum desiderio, humili corde, intimis ac intentis precibus vt illis parcat, & erratis eorum det veniam, seruetque eos omnes quos vocauit & elegit ad suum æternum honorem, obsecrantur. DEVS quidem omnipotens omninò totus vult noster esse, sicque vicissim ab intimis nostris exigit, vt sibi reddamus vicem, simusque toti sui cum omni essentia ac facultate nostra, ita vt sibi soli seruiamus, & creaturis omnibus sua causa. Et iure sanè cũ nobisipsis & creaturis omnibus Deo viuere sumus adstricti, ita vt illi fideles simus, ei perpetuò ac stabiliter famulemur: sicque creaturæ omnes, tam malæ quàm bonæ, æternæ saluti nostræ inseruiunt, siue nobis ad æternam salutem nostram famulantur. Atq; etiam nobis inuicèm alij alijs seruire debemus, idque in Actionibus bonis & cunctis virtutibus. Hæc est enim iustitia DEI. Ipsi certè beatissimi spiritus Angelici, & DEO & nobis seruiunt, & in hoc eorum beatitudo sempiterna consistit. CHRISTVS IESVS DEI filius ea causa missus est in terras, vt nobis vera cum humilitate ac submissione ministraret, & certè tum Patri suo, tum nobis quoque ad mortem vsque, obedientissimè seruiuit, atque ea re da-

Ioan. 14.

Christus in terras cur missus.

re datum est illi nomen quod est supra omne nomen, præ cunctis nominibus in omnem æternitatem dignius ac honoratius. Et ipse sua nos morte redemit ac mercatus est, vt ipsi æterna in libertate viuamus. Itaque nos illi viuimus, & ipse nobis: nos in illo, & ipse in nobis viuit: ipse nos amat, & nos eum vicissim amamus: ipse in nobis amore vnum est, & nos cum illo cunctisq; amicis eius in gratia & gloria vnum sumus. Atque hoc pacto in vnam sanctam Ecclesiam colligimur & adunamur in gratia & amore, idque nedum in terris, verumetiam in cælis. Et CHRISTVS Dominus in suo spiritu cum sanctis & angelis omnibus nos elegit & amauit, atque vnà secùm tanquàm dilectam familiam suam in cælestis Patris sui conspectum nos eleuauit: ibique & ipsi & omnibus ad ipsum pertinentibus, in vno amoris spiritu coniuncti ac vniti adstamus, laudes gratesque agentes, & reuerentiam, amorem, honoremque perennem exhibentes DEO. Hæc enim tum ipsius CHRISTI, tum omnium amicorum ac electorum eius in DEI conspectu exercitatio est. Et inibi quandam cum DEO in amore vnitatem in sanctospiritu sentimus ac experimur. Hæc autem amoris seu in amore vnitas, donorum & virtutum omnium, totius sanctitatis, cunctarumq; bonarum actionum fons & origo est: perpetuoq; cum gratia promanat, & quidem in singulos quosque speciatìm pro cuiusque officio, dignitate & ratione seu modo seruiendi DEO: itemq; introrsus in amoris vnitatem attrahit, quoscunque gratia & virtutibus discriminatìm munerata est. Et ipsa denique amoris vnitas semper intùs manet immota, ac abyssus inexhausta in fruitione & beatitudine. Denique hæc ꝓxima est, quam equidem in præsentiarum capiam, in virtutibus & veritate viuendi via.

Quõ cũ sanctis & angelis oĩbus vna quasi familia simus.

Fons & origo virtutum donorumq; oĩm, qs aut quæ.

¶ De duobus regnis iam indè à mundi initio venalibus: & de prudentibus ac imprudentibus mercatoribus: itemque de hostibus nostris. Caput LXVII.

DVo quædam regna prostant iam indè ab origine mundi, quorum primum est Regnum cælorum cum omni gloria sua, & DEVS ipse in illo habitans, quod CHRISTVS IESVS sua morte mercatus est omnibus in ipsum credentibus, ipsiq; ad mortem vsque famulantibus. Alterum regnum Mundus iste est, quod DEVS omnipotens cum omnibus quæ natura in se complectitur, bonis malisque, sapientibus & insipientibus, in commune largitus est. Et ij omnes mercatores sunt, creati à DEO. Sapientes autem negociatores sunt, qui mundi opibus, naturæ inordinata oblectatione ac voluptate, & omnibus quæ in mundo cum amore possidere queant, spretis ac posthabitis, hoc ipso regnum cælorum, gratiam & gloriam, vitam æternam, & CHRISTVM in suum Dominũ sibi mercant̃ & acquirunt. CHRISTVS enim preciosa illa margarita est, quam qui quærit & inuenit, vadit & vendit omnia quæ habet, & emit eam, gemmam vtique præclarissimam, quam res creatæ omnes non possint suo pondere æquiparare. Idem ipse locuples thesaurus ille est, qui in vitæ spiritalis agro mundo huic absconditus est: sed sapiẽs mercator, eo inuento, præ gaudio vendit omnia quæ habet aut possidere possit in hac vita temporaria, & emit agrum vitæ spiritalis, in quo diuitiarum DEI thesaurus latet absconditus, ipsi in suo spiritu ostensus. Porrò stolidi negociatores sapientibus in omnibus planè contrarij sunt. Cùm enim quasi campsores vel argentarij sint, & ꝑmutatione immensas opes & vitam æternam sibi possint lucrifacere, etiam seipsos miserè ꝑdunt. Quæcunque autem habere videnť, in ijs planè fallunť: Nam quascunq; sibi comparârunt opes & res temporarias, eæ omnes hîc manent, ipsiq; nihil secùm auferunt, nihil habent, nihilq; inueniunt, nisi pœnas Tartareas & ignem sempiternum. Quis istos amentes ac stolidos dubitet campsores dicere, quando CHRISTVM & DEVM, itemq; gratiam, gloriam, & vitam æternam floccipendunt, & contra DEI voluntatem ac honorem id potiùs amplectunť & eligunt, quemadmodùm Mundo, peccatis, & diabolo ceu patri & Domino suo, seruire ac placere queant? Sed quandoq; ab eodem improbo spũ idem recipient præmium, quod is, ꝑ suis sceleribus iam adeptus est, nempe pœnas inferorum, omnis consolationis ac melioris spei expertes, & esse contemptos à DEO ac obliuioni traditos, & in sempiternum exilium perennesq; miserias relegatos. Quod quidem ita se habere diuina testatur iustitia. Virtutes enim omnes suum

Quæ duo regna qbus vñ concessa.

Negociatores sapiẽtes qui.

Mat. 13.

Ibidẽm.

Qui stolidi.

Campsores amentes.

suũ quoſq; p̃miũ aut pœnã manere.

habebunt premium, & peccata omnia vindicabunt. Hoc ratio naturalis, hoc exempla & ſcripturę iam indè à primis conditi orbis initijs, hoc CHRISTVS ipſe & eius vita, hoc Euangelium, hoc Apoſtoli, & eorum vita ac ſymbolum fidei quod nobis reliquerunt, abundè nos inſtituunt, nempe iuſtos in vitam ęternam, & impios in ſupplicium ęquè ęternum abituros. Iam olim inter bonos ac malos angelos in cęlis orta concertatio eſt: ſed boni qui DEVM amabant, DEOq; ſeruiebant, ex certamine palmam retulerunt, & diuino freti adiutorio, victores euaſerunt, malis ac improbis ſpiritibus debellatis, & in pœnas nunquàm finiendas atque in ima tartari detruſis atque damnatis. Domini ſpiritus diſcipulos ſuos ſibi ſeruientes, ſeptem muneratur donis ſuis cunctisq; virtutibus: & cacodęmon ſuos diſcipulos ſeptem dæmonijs & omnigenis poſſidet & occupat vitijs: ex quo mutua quædam inter bonos ac malos in hac vita temporaria orit decertatio. Qui autem in virtutib̃ pſeuerant, ij victores ex certamine redeunt, ſequuntq; DEI conſilia, atque ita à DEO benedicunt. Porrò eſt nobis etiam alius quidam hoſtis, & quidem domeſticus, nobisq; coniunctiſſimus, quem cibo potuq; reficere, ac veſtib̃ tegere compellimur, quippe qui cum ſpiritu noſtro vnus eſt homo: & ipſe eſt corp̃ noſtrum ſeu vita ſenſitiua, quæ ꝓpetuò vitæ noſtræ ſpiritali aduerſatur: Nata eſt enim infernè ex carne, ſicut ſpũs ſupnè traxit originem ex DEO. Atque eam ob rem ſpiritu & diuina gratia ſemper nobis decertandum eſt aduerſus ꝓpriam carnem & naturam illĩ corpoream, ita vt eam habeamus odio, & premamus ac contemnamus, non tamen occidamus, ſed vtamur ea ad ſeruiendum DEO. Et hac ratione victoriam reportabimus, ſemperq; ad honorem DEI in gratia & virtutibus viuere, creſcere & augmentari valebimus. Si verò ſecundum carnem eiusq; deſideria & oblectamenta & corporis ꝓpenſiones viuamus, hauddubiò moriemur in vitijs & æterna damnatione puniemur. Sic itidèm ſapientia Mundi, & diuinitùs infuſa ſapientia, inter ſeſe contrariæ ſunt, atque inter eas mutua concertatio eſt: ſicut & inter naturam & gratiam, virtutes & vitia, bonos & malos, prudentes ac ſtolidos, qui omnes negociatores ſunt. Et illi quidem, qui Mundo caducisque rebus omnibus contemptis ac ꝓculcatis, DEVM potiùs eligunt, eiq; ſeruiunt, eumq; amore ꝓſequuntur, ſapientes vtique mercatores ſunt, & omnia verè beata ac æterna reperiunt & lucrantur bona. Qui verò ſpreto DEO & illius regno ac æterna vita & beatitudine, Mundũ & honores ac diuitias mundanas eligunt & amplectuntur, fatui ꝓrſus negociatores ſunt, imitanturq; Dominum ſuum Luciferum, qui natura quidem ſpecioſus, locuples & præclarus fuit, ſed ſuperbia intumuit, atque vſqueadeò placebat ipſe ſibi, vt DEVM, DEIque honorem & debitum famulatum omninò reſpueret ac aſpernaretur. Michael contrà & eius angeli, DEI virtute & ſapientia erant præditi: amabant enim DEVM, eiq; famulabantur. Vndè inter eos bellum ortum eſt, malis aduerſum bonos dimicantibus: ſed boni expugnârunt malos, & Lucifer cum ſuis aſſeclis è cælo in pœnas tartareas in interminatam nec vnquàm finem habituram miſeriam proiectus eſt. Ex quibus id poteſt animaduerti, naturam certando ſuperari. Adam quidem ꝓtoparens noſter, ſine certamine victus eſt à diabolo. Et licèt præ cunctis mortalibus præclarus, locuples, pulcher, ſapiens, & fortis eſſet, ſtolidus tamen mercator fuit: quandoquidem pro vnico pomi morſello, DEVM eique debitam fidem itemque vitam æternam & terreſtrem paradiſum dedit. Atqui CHRISTVS IESVS DEI & intemeratæ virginis filĩ, ſapientiſſimus negociator & robuſtiſſimus pugnator fuit, quippe qui omnes noſtros deuicit hoſtes, idque adeò, vt nemo nobis inuitis & abſque conſenſu noſtro nobis poſſit officere. Vicit enim Mundum, vicit diabolum potentiſſimum mundi principem, fregit portas inferorum, confregit vectes ferreos, & electos amicos ſuos ex diaboli carcere eduxit, vicit famem & ſitim, æſtum & frigora, docuitq; nos ſobrietatẽ, vtì non ſecundum ſenſuum appetitiones & oblectamenta viuamus. Vicit denique ſenſibilem voluntatem, & ſenſitiuam vitam ſuam, atque obedientiſſimè ſeſe paternis manib̃, & hoſtium ſuorum volũtati ad ipſam vſq; acerbiſſimam crucis mortem, tradidit atq; ꝓmiſit. Ita videlicet docuit nos, vt ſub creaturis omnib̃ nos reſignemus & abnegemus, ac citra optionem liberrimæ DEI voluntati nos dedamus ac offeramus. Quod ſi faceremus, CHRISTVM in nobis viuẽtem, ac pacem illĩ ſemper nobis manſuram inueniremus. CHRISTVS, inquam, ſapiẽs mercator fuit. Mercatus eſt enim nobis vitam æternam morte ſua temporali: deditq; cha-

Apo. ra.

Internus hoſtis noſter quis.

Carni obſeq, quod tãdẽ ferat ꝓmiũ.

Fatui negociatores qui.

Adã vñ facilè victus.

Chrs qualis mercator, &

chara ꝓ charioribus, & perpeſſionem temporariam pro æternis gaudijs: ſeruiuitq; nobis ex amore, vt nos cum ipſo Domini ſimus: pauper ac inops fuit, vt nos diuites ſimus: dedit nobis carnẽ & ſanguinẽ ſuũ in cibũ ac potũ, vt ipſe in nobis, & nos in ipſo maneam̃ ac habitemus, quo certamen omne ſuperat. Sanè planetæ in ſuis effectionib̃ inter ſeſe pugnãt & contrarij ſunt. Quidam enim verſuti, crudeles, inclementes ſunt: alij mites ac pij, benigniq; ac liberales in omnib̃. Nõnulli compeſcũt malos, & confirmãt bonos, efficiũtq; pacem & cõcordiam. Ita ſeſe planetarum natura habet, & eorum quilibet naturã diuinitùs ſibi inditã ſeruat. Quod idem ferè accidit hominib̃ pro ſolo naturæ ductu viuẽtib̃, quorum ſinguli planetã, ſub quo nati ſunt, quiq; in ipſis ſecũdum naturã dominatur, imitãtur. Habẽt em̃ dominium quoddã planetę in vitã ſenſitiuam tam hominũ quàm animãtium cæterorum, ſed rationi dominari nõ poſſunt: ſiquidem ratio naturalis quicquid in natura ſenſuale ac inordinatum eſt, freno quodam cohibere ac continere poteſt. Ipſa etiam elementa inter ſeſe contraria ſunt, non pugnant tamen, ſingulis ſuum ſeruantibus locum ſuamq; naturam, quam à DEO ſunt conſecuta. Hominum verò ac animalium rationis expertium corpora, ex quatuor elementis compoſita ſunt, vitamq; ſuam naturalem à DEO & planetis habent: ideoq; neceſſe eſt hæc ipſa eorum vita naturalis vt decertet, & quandoque etiam moriatur ſecundum naturam. Conſtat enim ex quatuor illis elementorum qualitatibus, putà calido, humido, frigido & ſicco, ex quibus noſtra æquè vt brutorum animantium vita mortalis compoſita eſt, quamq; partim ex cælorum ac planetarum motu & agitatione accepimus, vndè etiam gubernatur. Quando autem elementa in nobis cum planetis benè conſentiunt, iam corpore rectè valemus: quando verò diſſentiunt, & vel calor nimius, vel nimium frigus, immodicaq; vel ſiccitas vel humiditas exuberat, iam morbo corripi nos neceſſe eſt. Vbi autem aliquod horum quatuor à cæteris omninò ſuperatur ac deficit in corpore, iam certa mors imminet. Cæterùm in vitali anima noſtra vitam aliam rationalem habemus, diuinitùs collatam nobis, æternam ac immortalem, nunquàm vel in bono, vel malo interituram, qua angelorum quandam obtinemus ſimilitudinem. Priorem illam mortalem vitam, partim ex cælorum (vt dixi) & planetarum in naturam noſtram virtute DEI diuinitùs eis indita agentium, motu & agitatione habemus. Et omnes quidem ſecundum mortale corpus ſiue mortalem naturam, ~~filij~~ planetarum ſumus: ſed ſecundum naturam ſpiritalem, quæ nunquàm interire poterit, DEI filij omnes ſumus. Et hæc duo inter ſe contraria ſunt, putà tempus & æternitas, mors & vita ſempiterna.

quid nobis mercatus.

Planetæ q̃ inter ſe diſſẽtant.

Corpora q̃ ex quibus cõſtent.

In corpore q̃ & qui bñ valeamus.

Secundũ qd planetarum aut Dei filij ſimus.

¶Proſequutio eorum, quæ ſuperiùs de planetis dicere inſtituerat. Caput LXVIII.

PORRÒ omnes nos ex natura mercatores ſumus, quotquot ſub planetis naſcimur, emimusq; & vendimus, hoc eſt, cambimus & permutamus, datis minùs charis pro charioribus. Mercurius autem, qui inter planetas ſextum obtinet locum, ſecundum naturam mercatoribus dominatur: idemq; cum planetis omnibus concordat, eſtq; cum noxijs noxius, cum ſalutaribus ſalutaris. Semper cum ſole graditur ac circumagitur, ob cuius claritudinem ac vicinitatem candidus ac lucidus eſt, ita vt ægrè poſſit conſpici, ſolis ſplendore id præpediente. Dominatur autem ſemper ſub Maij & Auguſti exitum, quæ ſunt anni tempora iucundiſſima & vberrima: ſiquidem vere creſcunt omnia, autumno maturaſcunt. Mercurius natura calidus & humidus eſt: itidemq; filij eius ſub eius dominio nati, calidæ & humidæ ſunt naturæ, id eſt, ſanguinei, ac bonæ habitudinis ſiue complexionis, benigni, hilares, & ſimiles fermè illis qui ſub ſolis dominatione naſcuntur. Iſti nanque planetæ duo ſocij ſunt, & qui ſub eis generantur, in multis aſſimiles ſunt. Ad hæc qui ſub Mercurij imperio in hanc eduntur lucẽ, ſapientes & natura callidi ſunt ac aſtuti, noueruntq; cõmodè viuere & conuerſari cũ bonis ac malis, cũ diuitibus ac pauperibus, itẽq; ſapienter ac diſertè dicere, inſtar rhetorũ, pacẽ inter diſcordes conciliare, emere ac vendere, mutuò exercere mercimonia, mentiri quoque ac fallere, prout alijs fauent, aut eò inuitantur. Verbis, actibus, inſtitutis, & viuendi modo ac moribus & omnibus quibus ſeſe applicare aut admiſcere velint, ſapientes, habiles, idonei, induſtrij ac artificioſi ſunt: quo fit, vt

Mercurius planetarum quot̃ qbus dominetur.

Mercurĩ natura qualis.

Mercuriales.

vt sæpiùs apud principes & dominos ac potentes viros magnã obtineãt gratiã, notitiã, honores, dignitatẽ, diuitias, & alia id genus mundi commoda. Verùm tãetsi bonis his naturæ præditi sint, non tamen absque diuina gratia regnũ DEI inuenire, cernere, possidere queunt. Natura em̃ supra seipsam agere non potest. Sic nimirùm singuli planetæ sub ipsorum dominatu nascentibus, eã quam ipsi à DEO accepêre naturã, influere ac impertiri feruntur. Atque eam ob rem dissimilis homines naturæ sunt ac habitudinis siue complexionis, morũq; ac institutorũ dissimilium, & tñ omẽs in humana natura vnum sunt. Sed in corporea generatiõe singuli suos ferè sub quib⁹ nascũtur, planetas secũdum naturã imitari solẽt. Quicquid ex Adami semine sub cæli, siderum ac planetarum motu natum est, caro & sanguis, sensitiuum ac mortale est ex natura. In planetis quidem nec volũtas, nec sciẽtia, nec vita, nec vlla ex seipsis potestas inest, sed ex virtute DEI in ipsis existente creaturis omnibus sublunaribus in ipsum vsque maris fundum vitam, incrementum, multimoda naturæ & generis discrimina submini strare dicuntur, idq; in terra, vndis, & aëre, quibus ab initio DEVS mũdum exornauit ad honorem suum, nostramq; necessitudinem. Est autem necessitudo nostra, vt cognoscamus nosipsos, & DEVM colamus ac amemus. Omẽs sanè ex carne prognati, & natura mortales sumus, & hactenùs filij planetarum sumus, vitæ ac naturæ nostræ mortali influentium ac aliquo modo dominantium. Sed si supra naturam euehamur, atque ex DEI spiritu nascamur denuò, filij DEI ex gratia sumus, & ipse suo spiritu in nostro spiritu dominatur & regnat, largiturq; nobis septem dona sua, in cunctis virtutibus nos moderantia, componentia, ac ordinantia, ita vt perspicuè ac dilucidè cognoscamus, in amore eleuati, & ipsi DEO in æterna vita coniuncti ac vniti. Inter hanc naturæ & gratiæ vitam, DEVS omẽipotens rationalem condidit animam, quæ infra sese sensitiua, in se rationalis, supra sese spiritalis est: & hæc tria, non nisi vna in homine secũdum naturam vita sunt. Dedit autem animæ rationali DEVS libram in manus eius, seipsum & res creatas omẽs eius lancibus imponẽs, exigitq; & præcipit rationi ac volũtati nostræ, vt cuncta æqua lance, ita vt oportet, ponderemus, atque ita quod optimũ est, hoc est, ipsummet eligamus. Et id iure facere nos debere, etiã ratio naturalis dictat ac testatur. Ex ipsa em̃ natura semper ad optima, quatenùs ea intelligere licet, propensi sumus.

Planetę qui quã naturã influant.

An potestas vlla planetis insit.

Quõ ex planetarũ filijs Dei filij fiãt.

Aĩa q̃ secundũ qd q̃lis.

¶ Quam ob causam à Deo creati sumus, & de imagine ac similitudine Dei, ad quam conditi sumus: de bona quoque ac mala siue propria voluntate, atque de canone præceptorum & consiliorum Dei. Caput LXIX.

VElim hic lector attẽtum se præbeat. Dicam em̃, quæ ad nos omẽs magnoperè ptineant. DEVS ex omi æternitate in sua nos sapiẽtia est intuitus, prẽuidit & cognouit, estq; hęc eius voluntas, vt apertis interioribus oculis nostris, ipsum syncera ac omis simulationis experte simplicitate respiciamus. Vocauit etiã nos ab æternò, & vult vt patefactis internis auribus nostris, gratiæ suæ instinctus ac inspiratiões audiamus. Ab omi itidèm æternitate nos elegit, rursumq; id exigit à nobis, vt ipsum præ creaturis omibus eligamus. Denique summo nos amore prosequitur, & ab æterno prosequutus est, iubetque vt se vicissìm æternò diligamus. Et id omninò iustum & æquum est. Vbi autem dilectus cum dilecto cõiungitur ac vnitur, iam fit libræ æquamẽtum. Amor æternus est, incipitq; in DEO & tãgit spiritum nostrum, mutuumq; à nobis poscit amorem. Atque hoc pacto inter nos & DEVM amor ceu circulus aureus, cuius nec initium, nec finis est, exercetur. Charitas nostra in DEO incipit, & in DEO perficitur ac cõsummatur. DEVS em̃ seipsum præbet ac largitur in spiritu nostro, & nos vicissim in ipsius spiritu nos damus ac prębemus, atque hic charitatis libra sistitur, & nos DEI imaginẽ in nostro gestamus spiritu, viuimusq; ex DEO, ad DEVM, in DEO, & sumus vnũ cũ DEO. Hic iam planè sapientes negociatores sumus, quandoquidẽ nos totos siue nostrũ totũ pro illi⁹ toto dedimus, & nostrũ totũ in eius toto omninò possedimus ac obtinuimus, sumusq; filij DEI, & in nostro spiritu imaginẽ illi⁹, ad quã sumus cõditi, circũferimus. Hæc aũt vita rationẽ, ordinem, sensus

Quid Deus à nobis vẽlit.

Quõ sapientes negociatores sumus.

sensus excedit, atq; inibì cũ DEO vnũ sumus. Sciendum est aũt, non ad imaginem dũtaxat DEI, vt cum illo vnũ simus, sed etiã ad illi⁹ similitudinem factos nos esse, vt illi assimiles & cõformes simus, id est, vt in amore & charitate cæterisq; virtutib⁹ omibus simus ordinati. Charitas seipsam aut priuatũ aliquid nõ quęrit, sed iuxta gratissimã DEI voluntatẽ viuere, summũ illi⁹ gaudiũ est. Eãobrem dãda nobis opera est, vt nobisipsis ac proprię volũtati in agẽdo, omittẽdo, patiẽdo absq; calcitratione, vel detrectatiõe & alteri⁹ electione renũcie mus. Creauit em̃ DEVS voluntatẽ nostrã, nõ vt propriè nostra sit, sed sua, qui eã creauit. Vndè quisquis voluntatẽ seruat suam, possidetq; vt propriã, is reuerà fur est & latro, quandoquidẽ DEO subripit quod iure illi⁹ soli⁹ est: seruitq; ac obsequitur proprietati suę in vitijs, atq; hoc ipso peccati seruũ se facit. Qui autem peccati seruus est, idem etiã diaboli mancipiũ est. Qui verò diabolo seruit, seipsum vtiq; perimit, amittitq; liberam ad DEVM per amorẽ conuersionẽ: atq; eã ob rem prẽmiũ consequetur à spiritu Tartareo, quale is reddere solet seruis suis, id est, pœnas inferorũ, si tamen in eius seruitio ad mortẽ vsq; perseueraueritPorrò quotquot in gratia & gloria degunt, eis non nisi vna voluntas est, quæ est gratissima voluntas DEI. Siquidem intantùm diuinæ sunt vniti voluntati, vt nihil aliud possint velle, nisi quod velit DEVS. Sunt em̃ omẽs vna cum DEO vita, & vnum in illi⁹ voluntate, & ipse in eis omibus cum sua viuit gratia & donis multifarijs: atq; hoc pacto similes ei sunt, quanquàm discriminatìm, multigenis virtutum modis ac rationib⁹. Propria autem volũtas primas sibi vendicare molitur, & ipsa quidem præire, DEVM autem subsequi vult, optatq; non pro DEI, sed pro suo viuere arbitratu. Hæc propria volũtas superba ac immorigera, auersio à DEO, & toti⁹ malitiæ fundum est. Ipsa nedum cũctis mortalib⁹, sed etiam ipsi DEO, modò id ei posset contingere, dominari appetit, estq; ptinax & contentiosa atq; inordinata in omnib⁹, nec cũ aliquo diu pacem & concordiam seruare potest. In cęlũ quidem ptingere non potest: in terris autem pacem non habet, sed in inferno sepelit: eiusq; sepulchrum, inuida calcitratio & contradictio est. Propria volũtas nobis ex natura inest, quę nihil potest ex seipsa tanquàm ex seipsa, siquidem omẽ posse nostrum ex DEO est. Præcipit igit DEVS, vt nobisipsis & omi ꝓprietate abdicata, suę nos liberrimę dedamus ac ꝓmittamus volũtati: sicq; omia ꝑ ipsum poterimus, quandoquidem vna cum eo libertas sumus. Præcipit etiam nobis, vt absq; vlla mercedis contemplatione ipsum supra nosipsos & omia intentiõe ac amore ꝓsequamur. Charitas em̃ prẽmium est & vita ęterna. Itaq; sine aliquo respectu vel reflexiõe amare debemus. Amare enim ea de causa, vt vicissìm amemur, naturę est & amoris inordinati. DEI autem libere voluntati vniti esse debemus, sicq; absq; cura & solicitudine vitam agimus: & cum DEO dare & accipere, agere ac omittere, odire & amare debemus, atq; ita vnius cum eo libertatis ac voluntatis sumus: multoq; grati⁹ nobis esse debet credere, sperare atq; confidere illi, quàm de æterna vita esse certos atq; securos. Liberè etiã eligemus perenniter seruire illi, ei grates ac laudes agere, quemadmodùm angeli & beati hominum spirit⁹ faciunt. Hæc est enim vita æterna. Atque vsq; adeò à nobisipsis & ꝓpria voluntate nudi, absoluti & expediti, & in eius gratissimam volũtatem mortui erimus, vt quicquid ille nobiscum in tempore vel æternitate agere velit, prẽcipuum nostrum gaudium sit. Prẽcipit quidẽ nobis, vt se ęternò diligamus: non autem prẽcipit, vt mercedem eligamus. Itaq; qui illic esse nolunt, vbi vult DEVS, sed illic potiùs, vbi ipsi volunt, in eis natura & propria voluntas etiãnum viuit, nec sunt in amore perfecti. Apud inferos si quis propriæ esset mortuus voluntati in liberrimã voluntatem DEI, is vtique non arderet. Et in cęlis si quis ꝓprię esset voluntatis contra voluntatem DEI, is planè non beat⁹, sed miser ac infelix foret. Nimirùm iustitia DEI malos condemnare, & DEI misericordia ac benignitas bonos seruare constituit: & tamen audent scelesti quidam dicere se damnari nolle, etiamsi velit DEVS: & beatos se esse velle, nolit velítve DEVS: qui reuerà dæmonum ac hominum damnatorum similimi sunt: quos DEO in omnibus constat esse contrarios, ita vt damnati esse nolint, etiãsi velit DEVS, vellentq; obtinere beatitudinem inuito DEO. Quæ sunt peccata mortifera ac æterna in cunctis dãnatis spiritib⁹, atq; hominib⁹ maleuolis ac sceleratis, DEO contrariã agentib⁹ vitã, atq; ita morientib⁹. Omnia potest DEVS, quæ quidem ordinata sint: non potest autem velle, vt vel dãnentur qui ipsum diligunt, vt D. Petrus & reliqui

1.Cor.13.

Diabolo seruientiũ mẽrces quæ.

Volũtatis ꝓpriæ temeritas & inquietudo.

2.Cor.3.

Qui oĩa per Deum possimus.

Mortui quõ nobis esse debeamus.

Volũtati ꝓpriæ mori, quãti sit momenti.

Scelesta quorundã blasphemia.

Quæ Deus queat aut nequeat.

ſancti omes: vel beati ſint qui ipſum non amant, vt Iudas, Pilatus, & cęteri homines impij. Qui boni ſunt, ijs charior eſt voluntas DEI, quàm ſua ipſorum: mallentq; eſſe apud inferos cum voluntate DEI, quàm in cælis nolente DEO. Impij autem & pctores diuinæ repugnãt voluntati. Cùm enim DEVM amare nolint, tamen beati eſſe volunt, quod eſt impoſſibile ac inordinatum: & qui tales ſunt, ij peccatis mortiferis obnoxiã ducunt vitã. Qui enim DEVM amore non proſequitur, is etiãſi in cęlis eſſet, miſer tamen ac dãnatus foret: ſicut ediuerſò qui DEVM amat, etiãſi in inferno eſſet, beatus tamen foret & benedict' à DEO. Boni homines illic eſſe volunt, vbi velit DEVS: & quia vnius ſunt cum DEO voluntatis, perpetua pace gaudent. Ergo quiſquis ſeruari ac ſaluus eſſe appetit, is propriam contemnat ac proculcet voluntatem, quatenùs DEO aduerſa eſt, eligatq; potiùs & viuat gratiſſimæ DEI voluntati, ſicq; in illi' gloria, & æterna ac beata vita illi coniungi ac vniri poterit. Qui DEO viuere, & DEI ſimilitudinem obtinere cupit, cum DEO amet ac odio habeat neceſſe eſt abſque proprietate. Oderit oportet quæ DEVS odit, nempe peccata & peccãdi occaſiones, & inordinatas erga corporis voluptates ac oblectamenta ppenſiones & amorem, atq; etiam inordinatas ſenſuum delectationes. Ferat quoq; oportet crucem ſuam, & CHRISTVM Dominũ ſuũ ſequat, propriãq; voluntatẽ ac ppriũ iudiciũ & exiſtimationẽ, qua ſe cæteris ſapientiorẽ ac meliorẽ arbitret, ſpernat & peſſùm premat. Aduerſum hæc enim bellum ei gerendum eſt, & cõnitendum, vt ea vincat ac ſuperet: ita fiet, vt bonam habeat voluntatem, cum diuina voluntate conſentientem: quandoquidem odio habet, quæ DEVS odit. Hæc eſt autem voluntas DEI, vt vſqueadeò proprietati noſtræ in ipſius mortui ſimus voluntatem, vt quam ipſe morti propinquus fecit precem, eam & nos dicere poſſimus ex ſententia, videlicet: Pater, non mea, ſed tua voluntas fiat. Deindè etiam amanda nobis ſunt ex volũtate DEI, quæcunque ipſe amat. Creauit ille cælum, terram, & quicquid eſt vſpiàm in creaturis, & hæc in mortalis vitæ noſtræ vſum ac miniſterium contulit, exigitque à nobis, vt cum anima & corpore & creaturis omnibus, quibus pro noſtra neceſſitate vtimur, ipſi grates ac laudes agamus, ipſi ſeruiamus, idque ad ipſius æternum honorem: quod quidem iuſtum & æquum eſt. Ad hæc tantoperè nos amauit, vt etiam vnigenitum filium ſuum nobis dederit, quo nobiſcùm mortalis foret, eumque ad mortem vſque humiliauerit, & nos ad ęternam euexerit ac exaltârit vitam. Et hæc cæleſtis patris eius voluntas fuit, nec ratio eius aliud velle potuit, quàm quod vellet DEVS. Et quotquot vnius cum eo ſunt voluntatis in omnibus, ij omnes ex DEO nati, & CHRISTI diſcipuli ſunt. Nec dubium eſt, quin DEVS benigniſſimus omnes velit homines ſaluos fieri: ſed qui inſtitutiones ac pręcepta eius contemnunt, & vitam ipſi aduerſam in vitijs tranſigunt, ij planè ex tetri ſpiritûs conſilio nati ſunt. Bona voluntas, virtutum omnium fundum ſiue fundamentum eſt. Vnius autem eſſe cum DEO voluntatis, id virtutes omnes excellit. Quiſquis ita bona pręditus eſt voluntate, vt ſeſe abneget, ac proprię renunciet voluntati, ſeſeque liberrimę reſignet ac dedat voluntati DEI, eius bona voluntas perfecta eſt, idemque abſque formidine & anxia ſui cura vitam tranſigit, mortalemque vitam ſuam & caduca ac labentia cuncta proculcauit, & de vita ęterna obtinenda quandam ſe ſentit habere certitudinem. Eiuſdem in omnibus cum DEO voluntatis eſt, & pacem habet cum DEO & in DEO imperturbabilem: mitis enim & humilis corde, ex DEO prognatus eſt, & CHRISTVS in ipſo viuit cum omnibus donis ſuis, ſicut & in omnibus nobis, ſi tamen nobis renunciemus, & ipſi ſoli viuamus. CHRISTVS etiam docet nos tum communes vias, tum internas occultas ſemitas ſuas, id eſt, pręcepta & cęleſtia conſilia ſua. Oſtendit explicatque nobis, deſcendiſſe ſe ex amore puriſſimo ad nos, nosque docuiſſe, & nobis vixiſſe, ac ex amore itidèm noſtra cauſa mortem ſubijſſe, itemque ſuam nobis indicat glorioſam reſurrectionem in nobis viuentem, & aſſcenſionem admirabilem, qua in cęleſtibus glorię locum nobis pręparauit, charitatis etiam & ſanctiſpiritûs ſui in nos promanationem, reditum denique ſuum in extremo die, quando (vt ipſe pollicitus eſt) nos cum illo, & ipſe nobiſcùm mundum iudicabimus. In quibus ſanè meritò gaudere nos debemus & bona ſemper ſpe eſſe præditi: ita enim & ipſe viuit nobis, & nos in illo. Et hęc fides noſtra eſt, & communis ſanctę Eccleſię catholicę canon ſiue regula, ab omni ęternitate pręuiſa ac pręordinata, ſcriptaque in libro vitę, qui eſt DEI ſapientia:

Amor Dei quantum habeat momenti.

Quid volẽtibus Deo viuere neceſſarium.

Quid deus à nobis velit.

Mat. 26.

Quantus erga nos Dei pris amor.

Voluntatis bonæ momẽtũ quantum.

Quis ſuæ ſalutis quodãmodo certus fiat.

Matt. 19.
1. Cor. 6.

Hunc

Hunc canonem CHRISTVS aduexit, & nedum verbis docuit, ſed etiam vita ſectatus eſt, eumque Apoſtoli & homines ſancti elucidârunt ac expliçuerunt. Et idem ipſe à mundi exordio patriarchis & prophetis in naturę & ſcripturę lege propoſitus ac demonſtratus fuit, multisque modis in parabolis ac ſimilitudinibus cultus & exercitatus eſt. CHRISTVS autem legem Euangelicam in ſanctę Eccleſię canonem in terras adduxit, eamque viuendo tenuit, & verbis docuit diſcipulos ſuos, quo nomine illi omes cenſendi ſunt, qui ipſum imitantur. Qui verò ipſum ſpernunt, eiusque canonem floccipendunt, ſi quidem tales improbantur, damnationis ęternę luunt pœnas horrendas. CHRISTI enim vita & regula ſiue canon, cunctorum ordinum atque inſtitutorum monaſticorum, omnigenę ſanctę vitę, cunctarum ſanctæ Eccleſiæ exercitationum, ſacrificiorum, ſacramentorum, & eorum omium, quæ quis piè viuendo poſſit ſectari, fundamentum eſt. Ipſa Chriſtiana fides in CHRISTO & eius vita fundata eſt: vita autem eius, canon illius eſt, ſine cuius obſeruatione non poteſt quiſquam effici beatus. Idem autem Domini Saluatoris canon id omnibus nobis præſcribit ac præcipit, vt cuncta DEI præcepta ex vera ſeruemus obedientia, & vt gratiſſimam DEI voluntatem in omnibus, ipſo permittente nobis euenientibus, humili cum patientia perferamus. Hæc, inquam, præceptorum & Euangelij lex eſt, quam Dominus IESVS ipſe coluit ac obſeruauit, & omnibus beatam vitam adipiſci volentibus ſeruandam tradidit ac edocuit. Præter quam id etiam ab eodem ſaluatore docemur, vt ſi quidem ipſum imitari, eique nos conformare, & eius ſequi conſilia velimus, quemadmodùm ipſe vixit & docuit, mundũ contemnamus, noſipſos & propriam voluntatem & quicquid cum amore poſſidere queamus, eius liberrimæ voluntati reſignemus, ijsque renunciemus, atque hoc pacto citra impedimentum in puro ſpiritu ad cæleſtem vſque Patrem ipſum ſequamur. Quę autem huc pertinet exercitatio, ea ſyncera eſt & minimè ſimulata coram æterna veritate. Eſt autẽ hæc, nempe DEVM intentione ac amore proſequi, benedicere, grates ac laudes agere, honorem exhibere, ac adorare in ſpiritu & veritate. Iſte canon omnibus præſcriptus eſt, qui quidem in DEI conſilijs & CHRISTI vita imitanda perfecti eſſe velint. Iubet igitur canon Domini IESV, vt ſimus morigeri ac obedientes, & vt aduerſum propriam voluntatem ac naturæ propenſiones dimicemus, CHRISTVMque imitemur obſeruando præcepta, quæ ipſe nedũ verbo docuit, ſed etiã vita ſeruauit. Ita agendo & placere DEO, & æternã cum illo vitam poſſidere valebimus. Vltra præcepta verò CHRISTVS Dominus & eius Canon conſulit nobis, ſi quidem in eodẽ canone perfecti eſſe velimus, vt mundũ habeamus contemptui, noſipſos & omnem proprietatem in DEI liberrimã voluntatẽ reſignemus ac abnegemus, atque ita CHRISTVM ſequamur in amore ſimplici, & ſpiritûs puritate. Hæc ſi egerimus, vnà cũ CHRISTO & ſanctis omnibus pacẽ tranquillãq; beatitudinẽ in DEO inuenire, obtinere, ac poſſidere licebit. Ibi tũ præcepta cõſiliaq; impleta ac perfecta ſunt, & amoris vnitas modo excellentiſſimo poſſidetur.

Diſcipulorũ Chri noſe digni qui.

Chri canon qs, & quid nobis præſcribat.

Quis canon quibus cur pręſcriptus.

¶ De tribus ſpecialibus vitæ præſentis ſolennitatibus: & quarta, quæ in extremo die celebrabitur.

Caput LXX.

Canonis noſtri Ordinatius, vt vocant, tria quædam præcipua continet anni feſta vel ſolennitates, quæ congruis ſemper renouantur tẽporibus, idque nouis cum gaudijs, quæ multiplici ſanctæ Eccleſiæ cultu ac exercitijs declarantur. Prima ſolennitas hyeme, altera vere, tertia ferè æſtate agitur. Prima, quę in hybernum incidit tempus, vitæ æternæ ac totius beatitudinis initium eſt, qua Pater omnipotens vnigenitum filium ſuum noſtram voluit ſumere naturam, concipi ac naſci ex intemerata virgine MARIA, & nobiſcùm degere DEVM ac hominem. Altera, quæ Verno occurrit tempore, docet nos, quemadmodùm ſempiternus DEI filius Dominus noſter IESVS CHRISTVS ſeipſum nobis ſumendum prębuerit in præſtantiſſimo ſacramento, vtque ſeſe paternę voluntati, & manibus crudeliũ pmiſerit Iudæorũ, moriturus pro omibus qui in ipſum credituri, & ad eius honorẽ vitijs eſſent morituri. Ij em omes cũ ipſo reſurgent in gloriã Patris. Hęc ſolennitas Paſchatis nomen obtinuit, qua fideles omes ſingularibus vitę ęternę gau-

Triũ ſolennitatum myſtũ catio.

I. chri Natalis.

II. Paſcha.

III. dijs exhilarantur. Tertia celebritas æstiuo fermè tempore euenit, qua Pater & Filius San-
Pentecoste. ctum misère spiritum suum in Apostolos die sancta Pẽtecoste, qui cęlum pariter ac terram
repleuit, in quem quotquot credunt, sperant & amant, ij omẽs ęternis gaudijs & beatitu-
Iudicium vltimum. dine pleni sunt. Prętеr has autẽ solennitates quarta superest, quam futuram expectamus,
appetimus, suspiramus & credimus, quæ in extremum incidet diem, quando CHRISTVS
immensa cum maiestate & potestate, cum angelis & sanctis suis è cęlis ad nos descendet iu-
dicare bonos ac malos. Qua die, festa & solennitates omẽs temporarię in vnã eamque cele-
berrimam semperque mansuram festiuitatem perficientur ac consummabuntur: & CHRI-
Mat. 25. STVS IESVS omẽs suos, qui ipsi ac Patri cęlesti seruierint, benedicet, & in gloriã ab ori-
gine mundi eis prępаratam secùm abducet: itemque maledicet omnibus, ipsum eiusque prę-
cepta modò contemnentibus, & ex iustitia sua cum Tartareis spiritibus in ignem inferni in-
extinguibilem impios illos relegabit semper arsuros. Ita se habet sanctæ Ecclesiæ & Chri-
stianæ fidei ordinarius: quæ quisquis non credit, damnatione plectetur. Occurrunt præ-
tereà toto anno cõplures alij festi dies tum ipsius Domini, tum sanctorum, qui partìm com-
muniter vbique terrarum in sancta Ecclesia coluntur ac venerationi habentur: partìm illis
Festa q̃ qui tandem consummanda. duntaxat locis speciatìm, in quibus sancti homines cõmorati sunt, vitamq; duxere, & mor-
tui sunt ad honorẽ DEI. Atque hæ solennitates & festi dies omẽs in vltimo die in vnã DEI
gloriã cõsummabuntur, omnibus quidẽ sanctis cõmuniter, & speciatìm singulis, pro cuius-
que dignitate. Et hoc DEI omnipotentis & familiæ eius regnum est.

¶Vt Dominus IESVS sit liber noster orarius: & in quem finem cuncti Monastici ordines instituti sint. Caput LXXI.

Canon, ordinarius seu breuiariũ nostrũ quod. CHRISTVS IESVS DEVS & dominus noster, ipse noster canon est, & eius vita noster (vt sic dicam) ordinarius & commune breuiarium, seu communis liber
horarius est, toto vbique orbe terrarũ, quem, vbicunq; simus, nobiscùm perpe-
tuò circunferre debemus, eius videlicet passionẽ & mortẽ acerbissimã nostra in
memoria absq; vlla obliuione, amorẽq; & fidelitatẽ illius nostris in cordibus cum delecta-
tione & amore retinendo, vitãq; eius sanctissimam in amantibus animabus nostris cõmo-
rantem atq; manentem. Hæc em̃ cibus noster sunt, quibus perpetuò vesci possimus. Et hic
liber horarius, laicis iuxtà ac doctis cõmunis est, cui quotquot vitam suam accõmodant &
conformant, suasq; iuxta eum preces horarias persoluunt, ij in DEI iudicio fidenter ad do
minũ dicent: Domine, tibi placere, tibi perenniter viuere ac famulari concupiuimus. Huius
rei gratia perplures sancti homines diuersa monasticæ vitæ instituta & ordines instituerũt,
habitu quidem, ordine, modo, instituto, exercitijs & precibus, quibus DEVM laudarent
& colerent, DEOq; seruirent, disparibus ac dissimilibus, sed eorum tamen singuli quique
in eo, quod susceperant ac statuerant, viuendi genere ac instituto, pro gratissima DEI vo-
Ordinis oĩs monastici fundamentũ quod. luntate viuere ac mori optârunt ac decreuerunt. Quapropter omẽs religiosi ordines ac ap-
probata instituta monastica, adunata & fundata sunt in vno eodemque fundamento, id
est, CHRISTO IESV, qui omnis boni principium & finis est. Per ipsum atq; eius nomen
cuncta perfecta sunt & benè ordinata in cælis & in terris, & in quibuslibet hominibus bo-
nis ipsi famulantibus. Atque eam ob rem sancta Ecclesia catholica in eius nomine atque ad
Patris eius honorem per Spiritum sanctum multiplices ac varios diuini cultûs & famulatûs
modos ac rationes instituit, putà sacrificiorum, oblationum, exercitationum internarum,
bonarum actionum externarum, Missarum, pœnitentiæ agendæ, abstinentiæ ferendæ pro
peccatis, cum cultu & exercitatione septem sacramentorum, & septem horarum: quæ qui-
dem mortales omnes vnà cum fide catholica, in quouis vitæ instituto vel modo, quem ipsi
sibi elegerint, in quo DEO pro illius beneplacito viuere cupiant, obseruare debe-
bunt.

PASSIO CHRISTI IN SEPTEM DISTINCTA HORAS, CVM ALIIS NOTATV DIGNIS.

¶Tempus Matutinum siue Nocturnum: & quid eo tempore fecerit Deus ac perpessus sit, quid itèm fideles quique tunc agere debeant. cap. LXXII.

PRIMVM obsecrandi tempus in sancta Ecclesia, in nocte agitur, & dicitur vsitato vocabulo Matutinum. Hoc tempore Christifideles bona præditi
voluntate, suum (vt vocant) Breuiarium seu librum horarium explicare
debent, ac lectitare historiam Domini IESV & sanctorum, & meminisse Quid cuiq; hora matutina faciẽdũ.
Dei ac Domini sui cum Amore intimo & spiritu subleuato, ac dicere sin- Psal. 50. & 69.
guli pro deuotione sua: Domine, cor & labia mea aperies, & os meum an-
nunciabit laudem & honorem tuum. Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiu-
uandum me festina, quo tuam laudem, tuumq; famulatum & cultum perficere queam. Ab
omni æternitate Domine me intuitus es, & vocasti ac elegisti, & intentione ac Amore prose-
quutus es, modò ipse in te credere, & ad mortem vsque liberè tibi seruire velim. Creasti
em̃ nos tum ad imaginem tuã, id est, vt in Amore tecùm vnum simus: tum ad similitudinem
tuam, quo tua freti gratia, in omnigenis virtutibus tibi conemur esse assimiles. Et teipsum
quidem abiecisti ac humiliasti infra omnia, nos verò supra omnia abs te condita exaltasti:
atque intantùm nos amasti Domine, vt non sis dedignatus in hoc exilio nos inuisere: As- Luc. 2.
sumpsisti enim & induisti humanam naturam nostram, & nasci voluisti in nocte ex pudicis-
sima semperque virgine MARIA, collocarique in præsepio pusillus & humilis inter duo
bruta animãtia. Ita noctẽ decorasti ac illustrasti natiuitate tua, canentibus angelis gloriam ti
bi, & hominibus bonæ volũtatis, tibi viuentibus, tuamq; vitã possidẽtibus, pacem in te sem
piternam. Sed iam horæ Matutinæ primum nocturnum in Dominicæ Passionis memoriam
aggrediamur. Posteaquàm Dominus IESVS discipulis preciosum corpus & sanguinem su-
um in sacramento tradiderat, eorum pedes humilima cum submissione abluerat, eisq; reue Ioan. 13. 14.
renter admodùm & ingenti cũ dignatione ministrârat, deindè prolixum ad eos sermonem 15.16.17.18.
habuit, quem S. Ioannes in suo Euangelio describit, assumptisq; illis, egressus est cũ eis trans
torrentem Cedron in hortũ quendam, quò sæpiùs ire solebat, dixitq; ad eos: Sedete hîc, vi- Mat. 26.
gilate & orate, vt non intretis in tentationẽ. Et assumpto speciatìm Petro & duobus filijs Marc. 14.
Zebedæi Iacobo & Ioãne, egressus pusillũ, cœpit contristari & mœstus esse, dixitq; ad eos: Luc. 22.
Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. Sustinete hîc & vigilate mecũ. Et ipse auulsus est ab eis,
quantũ iactus est lapidis: & flexis genibus, procidit in faciem suã super terram, & mœstissi-
mo ac humilimo corde orabat, dicens: Abba pater, omnia possibilia sunt tibi, si fieri potest,
transeat à me hora ista, & transfer à me calicem hunc. Veruntamen non sicut ego volo, sed
sicut tu. Et surgens ab oratione, venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes. Et di-
xit Petro sic: Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecũ? Vigilate & orate, vt non
intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Docemur hîc à
Christo, vt cum ipso vigilemus & oremus, & spiritu nostro ac diuina gratia carnem & na-
turam nostram superemus, Deoq; in omni afflictione ad mortem vsque obtemperemus. Et Hora I.
hæc prima nocturni temporis hora est, qua Christum sequimur, eique nos conformamus.

Altera hora nocturna iterũ Dominus IESVS à discipulis suis paululùm secedens, leuatis in II.
cælum oculis, dixit ad Patrem: Pater mi, si non potest à me transire calix iste, nisi bibã illum, Mat. 26.
fiat volũtas tua. quibus verbis corpus & animã & totã creatã hũanitatẽ suã potẽtissimis ęter-
ni patris manibus obedientissimè ac humilimè permisit ac resignauit, summoperè desiderãs
in se perfici ac impleri omnia, quæ in æterna Dei sapientia definita ac præordinata erant: de-
dititq; sese liberrimè ac resignauit gratissimæ Dei voluntati, atq; inibì pacem & quietẽ re-
perit in spiritu. Rursus autem ad corporis & naturæ suæ teneritudinem, passionis & crucia-
tuũ, quos & debebat & volebat perpeti, immanitatẽ oculos aduertẽs, magnas cordis pressu
ras, ingẽtemq; mœrorẽ ac horrorẽ in tota vita sensitiua in corpore & aĩa ac sensibus ptulit.

Siquidem valenti ac incolumi erat corpore, totus viuidus & ætate iuuenis, omnium quos vnquàm terrarũ orbis habuerit, vir multò pulcherrim⁹ ac amabilissimus. Itaq; in terrã collapsus, magno cœpit angore & concertatione fatigari. Secũdum spiritum enim mori omnino volebat, sed caro viuere maluisset, mortemq; perhorrescebat. Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum in hac spiritûs & carnis colluctatione. Spiritus q̃dem eius supra omnia erectus, liber, expeditus & beatus, ac DEO Amore vnitus erat: Anima eius rationalis plena erat gratia, itẽq; sapiẽs, illustris, interna, deuota, desiderijs & precibus intẽta, ꝓ illis, quorum causa mortem oppetiturus erat. Atquì tota portio sensitiua horrore, anxietate ac formidine correpta, & acerbissimæ Passionis & mortis imaginatiDne plena fuit. Quamobrem prolixiùs orans, charitate carnem vicit & sanguinem, sese Patris permittens ac offerens voluntati. In ipsa autem victoria tanto contendit labore, vt ex omnibus eius membris sanguineus erumperet sudor, manans largiter in terram. Deindè surgens ab oratione, veniensq; ad discipulos suos, inuenit eos iterùm dormientes. Erant enim oculi eorum grauati somno, & ignorabant quid responderent ei. Tertia noctis hora relictis discipulis, grates ac laudes egit cælesti Patri, quòd eius gratia fretus, propriam vicisset voluntatem, orauitq; pro omnibus, qui ipsum in Amore, & suijpsorum abnegatione essent imitaturi, vt vnà cum ipso in sancto baptizarentur Spiritu, & eorum interna vita DEI gratia compleret. Iamq; tertiò surgens ab oratione, veniensq; ad discipulos prę tristitia dormientes, ait ad eos: Dormite iam & requiescite. Sufficit. Prima trium horarum noctis vigilia transijt: quarta iam appropinquat noctis hora, & filius hominis tradet in manus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce qui me tradet, propè est. Adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus ex duodecim, & cum eo turba multa cum laternis, gladijs, fustibus & armis, missi à principibus sacerdotum & scribis & senioribus. Dederat aũt traditor eis signum, dicens: Quẽcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eũ, & ducite cautè. Et antecedebat eos, & statim accessit ad IESVM, & ait, Aue Rabbi. & osculatus est eum. Dixit ei IESVS: Iuda, osculo filium hominis tradis? Amice, ad quid venisti? Processit aũt IESVS, & dixit ad eos qui venerant cum Iuda: Quem quæritis? Responderunt ei: IESVM NAZARENVM. Dixit eis IESVS: Ego sum. Quo dicto, illi omnes viribus destituti, abierunt retrorsùm, & ceciderunt in terram. Iterùm ergo eos interrogauit: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: IESVM NAZARENVM. Respondit IESVS: Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in IESVM, & tenuerunt eum. Videntes aũt ij qui cum ipso erant, quod futurũ erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? Petrus ergo habẽs gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & amputauit auriculam eius dexteram. Dixit autem IESVS Petro: Mitte gladium tuũ in vaginã. Calicem quẽ dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? An putas quia non possum rogare Patrem meũ, & exhibebit mihi modò plùs quàm duodecim legiones Angelorum? Quomodò ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? Et cùm tetigisset auriculam serui, sanauit eum. Sequitur hinc quinta noctis hora, qua Dominus IESVS dixit ad eos qui eum capere venerant: Tanquàm ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprahendere me: quotidiè apud vos eram in templo docens, & non me tenuistis: sed hæc est hora vestra & potestas tenebrarum. Hoc autem autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. Sexta porrò noctis hora cohors & tribunus & ministri Iudæorũ comprahenderũt IESVM, & in terram eum prosternentes, sacratissimas manus eius ligauerunt, & vinctũ adduxerunt eum ad Annam primũ, qui erat socer Caiphæ Pontificis anni illius. Sequebat autem IESVM Simon Petrus & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit in atrium Principis cũ IESV. Petrus autem stabat ad ostiũ foris. Exiuit ergo alius discipulus, qui erat notus Põtifici, & dixit ostiarię, & introduxit Petrũ. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunqd & tu ex discipulis es hominis istius? At ille negauit illũ coram omnibus, dicens: Mulier, non sum, neq; noui illũ, neq; scio quid dicas. Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se, vt videret exitum rei. Exeunte aũt eo ianuam, cùm vidisset illũ alia Ancilla, cœpit dicere circũstantibus: Quia hic ex illis est, & hic cũ IESV Nazareno erat. Et post pusillum rursus qui

Luc.22.
III.
Mat.26.
Marc.14.
IIII.
Marc.14.
Mat.26.
Luc.22.
Ioan.18.
Ioan.18.
Mat.26.
Luc.22.
V.
Mat.26
VI.
Ioan.18.

qui adstabant, dicebãt Petro: Verè ex illis es, nam & Galilæus es, & loquela tua manifestum te facit. Et iterùm negauit cũ iuramento, quia non noui hominem. Deindè dixit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculã: ¡Nónne ego te vidi in horto cũ illo? Ille autem cœpit anathematizare, detestari & iurare, quia nescio hominem istum. Et continuò adhuc eo loquente, iterùm gallus cantauit. Et conuersus Dñs, respexit Petrũ, & recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, quòd priusquã gallus cantet bis, ter me negabis. Et egressus foràs, fleuit amarè. Septima noctis hora ꝑsentauerũt milites IESVM corã Anna Pontifice, q̃ interrogauit eũ de discipulis & de doctrina eius. Rndit ei IESVS: Ego palã loqutus sum mũdo: Ego semper docui in synagoga & in tẽplo, quò omes Iudæi conueniũt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos q audierũt quæ locutus sum ipsis. Eccè hi sciunt quid dixerim ego. Hæc cùm dixisset, vnus assistens ministrorũ, dedit alapã IESV, dicẽs: Sic rndes Pontifici? Respondit ei Iesus: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: Si autẽ benè, quid me cędis? Octaua noctis hora misit Annas IESVM ligatum ad Caiphã Põtificẽ, vbi scribæ, seniores & Pharisæi cõuenerãt. Principes aũt sacerdotũ & omne conciliũ quærebant falsum testimoniũ contra IESVM, vt eũ morti traderẽt, & non inueniebant cũ multi falsi testes accessissent, & conueniẽtia testimonia nõ erãt. Nona noctis hora venerũt duo falsi testes, & falsum testimoniũ ferebãt aduersus eũ, dicentes: Qm̃ nos audiuim⁹ eũ dicentẽ, Ego dissoluã templũ hoc manufactũ, & post triduũ aliud nõ manufactũ ędificabo. Et exurgẽs summus sacerdos in medio, cũ taceret IESVS, interrogauit eũ, dicens: Nõ respondes quicq̃ ad ea q̃ tibi obijciunt ab his? Ille aũt tacebat, & nihil respõdit. Rursus summus sacerdos interrogauit eum, & dixit ei: Adiuro te per DEVM viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei benedicti. Dixit illi IESVS: Tu dixisti, quia ego sum. Si vobis dixero, non credetis mihi: si autẽ & interrogauero, non respõdebitis mihi, neq; dimittetis. Veruntamen dico vobis, amodò videbitis filiũ hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & veniẽtem in nubibus cæli. Tunc Princeps sacerdotum scidit vestimẽta sua, dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Audistis blasphemiã. Quis vobis videt? Qui omes condemnauerunt eum reum esse mortis. Tunc expuerunt in faciẽ eius, & q̃ tenebãt eum, illudebant ei, & velauerunt eũ, cędẽtes eũ colaphis, & ministri eũ alapis cędebãt, & interrogauerunt eum, dicẽtes: Prophetiza nobis Christe, qs est q̃ te percussit? Et multa alia blasphemãtes dicebãt in eum. Atq; hæc tribus durabãt horis donec illucesceret. Eo q̃dem tẽpore, quo Dñs ꝓpter nos pati voluit, nox duodecim constabat horis, quę efficiunt vigilias quatuor, singulis vigilijs in tres horas distributis. Prima noctis vigilia Dñs IESVS seipso & ꝓpria voluntate abnegata, Patris volũtati humiliter ac obediẽter sese permisit ac resignauit, paratus ad mortẽ vsq; ignominiosam absq; electiõe perpessionẽ ferre. Altera noctis vigilia idẽ Dñs IESVS ministris Iudæorum se capiendi, ligãdi, & vinctũ ad Annæ ædes perducendi fecit potestatem.

Tertia vigilia absque contradictione tacitus humiliter pertulit falsos testes & proditores, accusantes eum apud Caipham Pontificem. Et cùm veritatem eidem Pontifici & concilio edixisset, ab eis contemptui habitus est, nec secùs in eum incurrebant ac debacchabantur omnes, quàm hominem impium, q̃ in DEVM blasphemias vomuisset, & mortem iure esset meritus. Quarta vigilia totum sese humilem, innocentem, ac patientem liberè suis permisit ac submisit hostibus, vt quantùm DEVS vellet permittere, ipsum contemptu, ludibrijs, sputis & tormentis pro omi sua volũtate possent afficere & affligere. Ita nimirũ Dñs noster IESVS Christus etiam à nobis exigit, vt nosipsos nihilipendamus & habeamus contemptui, atque in omni perpessione & afflictione humiles, obtemperantes, & diuinæ nos permittentes ac resignantes voluntati, atque etiam vitiorum ministris, & sanctæ Ecclesiæ tum secularibus, tum Ecclesiasticis ꝑfectis & ꝓlatis, atque adeò cunctis hominibus odio nos habentibus & contẽnentibus, diuexãtibus, & ad mortẽ vsq; persequẽtibus nos submittentes, ipsum sequamur ac imitemur. Et hæ nostræ preces nocturnæ sunt, quas Matutinas dicimus:

Luc.22.
Mat.26.
Marc.14.
Ioan.18.
VII.
Ioan.18.
VIII.
Ioan.18.
Marc.14.
IX.
Mat.26.
Luc.22.
Vigiliæ noctis quot.
I.
II.
III.
IIII.

HORA PRIMA.

¶ Quid hac hora Dominus pertulerit, quid egerit &c.

Caput LXXIII.

Porrò

Prima diei hora.

PORRÒ primum diei tempus, Primam vocamus, quod duabus constat horis. Prima hora ministri Iudæorum duxerunt IESVM vinctum à Caipha in prætorium, tradentes eum Pontio Pilato præsidi. Ipsi autem non introierunt in prætoriũ, vt non
Mat.27. contaminarent, sed vt manducarent Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foràs, & dixit: Quã accusationẽ adfertis aduersus hoïem hunc? Responderũt & dixerũt ei: Si non esset
Luc.23. hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Inuenimus eũ subuertentem gentem nostrã, &
Ioan.18. prohibentẽ tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestrã iudicate. Dixerunt Iudæi: Nobis non licet in-
Matt.27. terficere quenquam. Iudas autem proditor videns quòd damnatus esset, pœnitẽtia ductus, retulit triginta argẽteos principibus sacerdotũ & senioribus populi, dicens: Peccaui, tradẽs sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis in templo argenteis, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Verũ tametsi pœnituit Iudã sceleris admissi, non
Qualis Iude pœnitentia. tamen expetijt veniam & gratiã, nec sperauit veniã sibi daturum DEVM, atq; ea re nihil ei sua contulit pœnitentia, sed damnatus semper erit, & æternùm apud inferos cruciabit. Intrauit
Ioan. 18. autem Pilatus iterũ in prætorium, & vocauit IESVM, & dixit: Tu es rex Iudæorũ? Respondit IESVS: A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus: Nunquid Iudæus ego sum? Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respõdit IESVS: Regnum meũ non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnũ meũ, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meũ non est hinc. Dixit itaq; Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit IESVS: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundũ, vt testimoniũ perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dixit ei Pilatus: quid est veritas? Et cùm hoc dixisset, ad Iudęos iterum exiuit,
Luc.23. & dixit eis: Ego nullam causam inuenio in eo. At illi inualescebãt, dicẽtes: Commouit populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit, quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes aũt viso IESV, gauisus est valdè. Erat em̃ ex multo tẽpore cupiens videre eũ, eo q; audierat multa de illo, & sperabat signũ aliquod ab eo videre fieri. Interrogabat ergo illũ multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat. Stabant etiam Principes sacerdotũ & scribæ constãter accusantes eum. Spreuit aũt illum Herodes cũ exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. Nam anteà inimici erant adin-
Hora diei 2. uicèm. Altera diei hora cùm DOMINUS IESVS redijsset ad Pilatum, Pilatus conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hominem hunc, quasi auertentem populum. Et eccè ego coram vobis interrogans, nullam causam in-
Lucæ 23. uenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Sed nec Herodes. Nam remisi vos ad
Ioan.19. illum, & eccè nihil dignum morte actum est ei. Corripiam ergo illum & dimittam. At illi succlamabant, Tolle tolle, crucifige eum. Respondit Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & secundũ legem debet mori, quia filiũ Dei se fecit. Cùm ergo audisset Pilatus hũc sermonem, magis timuit: & ingressus est iterũ in prętoriũ, & dicit ad IESVM: Vndè es tu? IESVS autem responsum non dedit ei. Dicit ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te, & potestatẽ habeo dimittere te? Respondit IESVS: Non haberes potestatem aduersus me vllã, nisi tibi datũ esset desupèr. Propterea qui me tradidit tibi, maius pec-
Gene.2. catum habet. Exindè quærebat Pilatus dimittere eum. Hæc ad Primam pertinent horam, quam DEVS multis ornauit modis. Hac enim hora collocauit primũ hominem in Paradiso,
Gene.3. collata ei gratia sua & innocentia, p̃cepitq; ei vt operaret & custodiret Paradisum, vetuitq; ne cuiusdam arboris fructu vesceret. Sed ille maligni spiritũs & fœminæ inter sese consentientium consilio euersus, diuino non obtemperauit mandato. Eamobrem eiectus è Para-
Paradisus. diso, & in hoc exilium relegatus est cum omni posteritate sua. Noster Paradisus bona conscientia est, diuinæ gratiæ plena. Quãdiu aũt virtutũ actibus damus operã, & à peccatis absti-
Matth.20. nemus, tãdiu placemus DEO, & in bona conscientię nostrę Paradiso viuimus. Sapiens ille Paterfamiliãs prima exiuit hora, denario diurno cõducere operarios in vineã suã. Dei vinea, sanc-

cta Ecclesia est: denarius diurnus, diuina gratia est, quã Christus vineæ procurator largitur. Operarij qui absq; mercedis contemplatiõe operant, primi accipiunt laboris sui præmium: quippe qui & in gratia primas obtinent, proximiq; sunt vesperæ ac quieti & gloriæ sempiternæ, quę gratię nummo comparat. In qua gratia qui perseuerat, eius propriũ est regnum Dei. Prima etiam hora Dñs IESVS ingressus in templum, eiecit indè ementes & vendẽtes Ioan.2.
omnes, dicens ad eos: Domus mea, domus orationis vocabit. Ex quo colligi licet, tenaces & Matt.21.
auaros omnes, & quotquot huic mundo seruiunt ac obsequunt, DEO placere non posse. Non enim aut orare aut adorare nôrunt, quippe qui non nisi terrena omnia sitiunt & concupiscunt. Hac eadem hora prima Dominus IESVS tertio à sua morte die rediuiuus prodijt è sepulchro, quod nobis omnibus magnã ingerit lætitiã, quę fuit hora iucundissima, cui similis alia nulla extiterat, quãdo se amicis suis manifestò visendum exhibuit. Et nos si repudiatis vitijs, in cunctis ei virtutibus vixerimus, eius præmiũ consequemur. Prima hora, vt Horę primę diuisio.
antè dixi, duas cõtinet horas: qbus q in virtutibus perseuerãt, absq; terrore & formidine vitam transigunt. Prima hora est, secundum Dei præcepta viuere, Deoq; per Amorem cohę- I.
rere: quod qui faciunt, nihil ab eo diuersum appetunt. Altera hora est, omnem Dei perfer- II.
re ac perpeti voluntatem. Id qui faciunt, semper in virtutibus sublimiùs progredi, & vitam omnis tædij ac molestiæ expertem degere nôrunt.

HORA TERTIA.

¶ Quænam hac hora Dominus perpessus sit, & quid nos agere debeamus. Caput LXXIIII.

SEQVITVR indè Hora Tertia, quę sic dicit, quòd tertia sit hora diei. Hæc hora tres in se Hora diei tertia.
horas complectit, à Tertia videlicet vsq; ad sextam. Prima Tertiæ hora Pilatus quę-
rebat dimittere IESVM. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es Ioan. 19.
amicus Cæsaris. Omnis em̃ qui se regẽ facit, contradicit Cæsari. Pilatus ergo cùm audisset hos sermones, adduxit foràs IESVM, & sedit p̃ tribunali in loco qui dicit Lithostratos, Hebraicè aũt Gabbata. Erat autem parasceue Paschæ hora quasi sexta. Et dicit Iudæis: Eccè Rex vester. Illi aũt clamabãt: Tolle tolle, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum
crucifigam? Responderũt Pontifices: Nõ habemus regẽ nisi Cæsarẽ. Et accusabãt eum sum- Mat.27.
mi sacerdotes in multis & seniores populi, & nihil respõdit, ita vt miraret præses vehemen- Marc.14.
ter. Per diem aũt solennẽ solebat eis dimittere ex vinctis vnũ quencũq; petissent. Erat autẽ Luc.23.
qui dicebat Barrabas, q̃ cum seditiosis vinctus erat, q̃ in seditiõe fecerat homicidiũ. Et cùm asscendisset turba, cœpit rogare sicut semper faciebat illis. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quẽ vultis vobis de duobus dimitti? Barrabam, an IESVM qui dicitur Christus? At illi dixerunt: Barrabam. Dicit illis Pilatus: Quid ergo faciam de IESV qui dicit Christus? Dicũt
omnes: Crucifigat. Quarta diei hora dixit Pilatus rabidis ac furẽtibus Iudæis: Quid em̃ mali IIII.
fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigat. Videns autem Pilatus quòd nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lauit manus corã populo, dicens: Innocẽs ego
sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis Matth.27.
eius super nos & super filios nostros. Tunc Pilatus dimisit illis Barrabam, IESVM autẽ flagellatum tradidit eis vt crucifigeret. Milites aũt suscipientes IESVM, duxerunt in prætorium, & innumeras sacratissimo corpori eius imposuẽre plagas, detractis priùs vestibus eius. Deindè milites prędis suscipientes IESVM in prętorio, cõgregauerunt ad eũ vniuersam cohortẽ, & exuentes eũ, chlamydẽ coccineã circũdederunt ei: & plectẽtes coronã de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinẽ in dextera eius, & genu flexo ante eum, illudebãt ei, dicentes: Aue rex Iudæorũ. Et expuentes in eũ, acceperũt arundinẽ, & percutiebãt caput eius, ita vt sanguis largiter manaret in terrã. Quinta aũt diei hora p̃duxit eũ Pilatus foràs ad po- V.
pulum, & dixit eis: Eccè homo. Cùm ergo vidissent eum Pontifices & ministri, clamabant, Mat.27.
dicentes: Crucifige crucifige eum. Tunc Pilatus volẽs populo satisfacere, IESVM tradidit Marc.15.
voluntati eorum. Hinc exuerũt eum chlamydem, & induerunt eum vestimẽtis eius, & duxe- Ioan.19.
runt eum, vt crucifigeret, imposita cruce humeris eius. Hac tertia hora vult Dñs IESVS vt Quid hora tertia meditandum.
se sequamur in prætoriũ conscientiæ nostræ, consideremusque & agnoscamus, corriga-

mus, & contemptui ac odio habeamus, quicquid in nobis vitij residet, fugiamusq; ac deuitemus simulatã sanctitatis specie absq; virtutũ exercitatiõe, & ęternę veritati syncera ac neu tiquã ficta simplicitate nos manifestos exhibeamus ac demõstremus, atq; nosipsos & omnia peccata & culpas nostras corã Dño IESV Põtifice & iudice nostro, cęlestiq; patre ei', & sacerdote confessore nostro Dei vices ac locum obtinẽte, iudicemus, accusemus & confiteamur; Et si quidem nos peccasse pœnitet, in Dei benignitate ac misericordia speremus, credamus ac firmiter confidamus: & in agenda pœnitentia liberè ac fidenter nos submittamus, nedum sub iustitiam Dei, sed etiam sub peccatores omẽs, odio nos ac mendacijs infectantes, itemq; iudicantes, persequentes, flagellantes & tum honore, tum bonis nostris nos spoliantes: atq; adeò etiã sub ipsos nos submittamus damnatos spũs, & homines fictos ac hypocritas, ꝓpri um captãtes & aucupãtes honorẽ, nosq; cõtemnentes: & deniq; sub creaturas oẽs nos diuexantes: ita vt aduersa & incõmoda omnia nobis ab eis illata taciti perferamus ob honorẽ Dei, & pœnitẽtiam pro peccatis nostris: nec quenquã hoĩem habeamus odio aut despectui, quicquid etiã nobis mali irrogẽt, sed causa Dei cuncta æquanimiter toleremus. Id em magnum Amoris ꝓstat profectũ. Hac videlicet ratiõe Dnm IESVM sequi, & in perpessione & afflictiõe nostra ei nos cõformare debemus: sicq; & ipse in nobis, & nos in illo viuemus, mittetq; nobis Spiritum suum, quem hac tertia hora in Pentecoste dedit discipulis suis.

Qua Spũsanct' hora datus.

HORA SEXTA.

¶Quæ Dominus IESVS hîc pertulerit: quæ beneficia nobis contulerit, & de Testamento eius. Caput LXXV.

Hora VI.q

Ioan.19.

ACCEDIT hinc hora sexta Dnicæ Passionis, quę apud nos meridies dicitur. Hac hora milites Prẽsidis susceperunt IESVM, & eduxerunt eũ. Et baiulans sibi crucẽ, exiuit in eum, qui dicũ Caluariæ, locum, vbi solebant rei morte affici. Et quia Dns IESVS primus Christianæ religionis Pontifex erat, altare sibi parari volebat, in quo celsissimum ac præclarissimũ, quod vnquã peractũ sit, aut possit fieri, sacrificiũ sacerer. Quod quidẽ sacrificiũ totius salutis nostræ & initiũ, & finis, & causa est. Milites ergo tribus priùs foraminibus factis in cruce, totidẽ obtusis clauis digito humano paulo minoribus, Dnm IESVM vestibus omnino spoliatũ, & in crucem proiectũ, confixerunt: & ambos qdem pedes vno fixêre clauo in infimo crucis foramine, ac manibus & brachijs crudelissimè distentis, singulos clauos singulis infixêre manibus ex vtroq; crucis latere: atq; deindè eũ simul cum cruce eleuârunt in aera, inter latrones mediũ ei tribuentes locũ. Precioso aũt sanguine suo ex manibus ac pedib' tum largiter profluente, crucis arã, qua ministrabat DEO & sese morti offerebat, dedicauit atq; sacrauit. Porrò milites eius partiti sunt vestimenta in quatuor partes, vnicuiq; militi partẽ. Tunicã aũt eius, eũ esset inconsutilis, desupèr contexta per totum, scindere noluerunt, sed miserunt sortem super eam, cuiusnam esset. Pilatus verò inuitis Iudæis titulum scripsit, eumq; super crucẽ super caput Iesu posuit, in verba hæc: IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM. Principes aũt sacerdotũ illudentes ad alterutrum cũ scribis & senioribus dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluũ facere. Si filius Dei est, descẽdat nunc de cruce, & credim' ei. Confidit in DEO, liberet eũ si vult: Dixit em, qa filius Dei sum. Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud &c. Inter hæc Sol retraxit splendorem suum, & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Multis insupèr alijs ludibrijs, contumelijs & iniurijs eum affecerũt, sed ipse siluit, & ne verbum quidem protulit, stans fixus cruci manibus & pedibus, desideransq; seruare eos omnes, qui eius misericordiam & gratiam implorarent. Circa septimã aũt diei horã cõditurus Testamentũ suũ, vt q iam morti esset proximus, leuatis in cælum oculis, Patri creatam' substantiã & vitam suam & quicqd ab eo acceperat, humili cum obedictia & grata laude obtulit, declarauitq; Angelis suis, verum se esse Dei filiũ, verũ DEVM & hoĩem, exaltatũ supra creaturas oẽs, secũdum humanitatẽ aũt ipsorũ conseruum, DEO cũctisq; mortalibus ad honorẽ Dei seruire paratũ. Quod tum angelicis spiritibus nouum, nec priùs expertũ attulit gaudiũ, nouũq; ac semp ipsis mansurũ fuit Testamẽtum.

Mat.27 Marc.15. Luc.23.

VII. Testamentũ q suũ Christus condiderit.

Deniq;

Denique nos quoq; etiã antè quàm essemus, dilexit: ideoq; nos fecit ad imaginem & similitudinem suam, quo nos ipsum vicissim æternò amemus: idq; etiã nobis nouum & ęternũ est testamentum, sanctos ac beatos nos efficiens. Ipsis aũt factis suis nos docet, mortales oẽs rebus necessarijs ex æquo se velle gaudere. Creauit em cælũ & terrã & res oẽs in cõmunẽ mortaliũ omniũ vsum, quo singuli quiq; ipsum solum supra omnia diligant, & seruiant ipsi soli, seipsis aũt & creaturis omnibus vtant, easq; referãt ad ipsius laudem. Atq; hoc ipso vitã cõsequent ęternã. Nec his contentis, maiorem cunctis hominibus seipso declarauit amorem, qñ è summa cælorum descendit arce, atq; in hoc exilium demigrãs, humanã suscepit naturam, nobisq; vixit, nos instituit, nobis sudauit & laborauit ad mortem vsq; propter abolẽda peccata nostra, vtì etiã nos ad mortem vsq; peccata vitemus, ipsum amemus, ac ei' ꝓcepta seruemus. Idemipse Dns IESVS DEVS & homo, totius mundi diligit optatq; salutem: siquidem omnes vult saluos fieri, perire neminem. Eius voluntati q consentiunt, salui fiunt. Vndè etiam cunctis hominibus liberam præstitit voluntatem, seu arbitrij libertatem, naturamq; intellectilem, & naturalem quandã in suã originem DEVM propensionẽ. Atq; hoc est ęternum Dei testamentum, iam indè à mundi exordio ab Angelis & hominibus cultum & exercitatum. Idq; Dominus IESVS in diebus renouauit suis, missis Apostolis, Doctoribus, ac Prophetis suis in orbem vniuersum, qui ipsum redemptorem ac seruatorẽ omnium venisse docerent ac testarẽtur. Et quicunq; liberè in eum credunt, & in eius morte baptizati sunt, eiq; confidunt & seruiunt, ac ipsum Amore prosequũtur, illi vtique omnes salui fiunt. Est enim Dei filius: gratia & benignitas eius parata est omnibus ad ipsum venientibus. Qui verò increduli sunt, ipsumq; & eius Patrem, legemq; Christianam & Dei præcepta contemnunt, & huic mundo, vitijsq; & Tartareis spiritibus & suæ carni seruiũt, atq; hoc in statu perseuerãt, & ex hac luce emigrant, illi omnes æterna damnatione plectuntur. Quotquot Christum ex Amore eligunt, ij electi sunt: qui verò Christũ spernũt, reprobi ac perditi sunt. Atq; hoc dñi IESV testamentũ est, toti ab eo mundo communiter derelictum. Qua autem die testamentum suum perfecit, ordinauit, confirmauit, atque consignauit morte sua, multi illic aderãt Notarij siue Librarij ex diuersis mundi Regionibus collecti, atq; omnium idiomatum. Agebatur enim tum præcipua totius anni solennitas, ijque oculis perspexere suis & literis mandârunt Dominicam Passionem, & mira quæ tum fieri cernebant. Sed non eorum omnium scripta ab Ecclesia recepta sunt, nisi quatuor Euangelistarum, quorum Euangelia toto sunt annunciata, prędicata ac publicata orbe, & fides eis ab vniuersa Ecclesia adhibetur.

Testamenti Chñi notarij qui.

¶De sex hominum generibus, in Dominum IESVM peccantibus. Caput LXXVI.

AGè iam animum aduertant, & capiant quæ dicturi sumus, qbuscunq; animus est viuere DEO, & Domini IESV seruare testamentum. Ea die, qua Dominus IESVS mortem obijt propter peccata nostra, sex illic erãt peccatorum genera, in DEVM & ipsum Dnm IESVM peccãtium: quorum aliqui per Christi mortem suorũ peccatorum veniã & gratiam sunt consecuti: reliqui verò, quãdoquidem Dnm IESVM & eius mortẽ contẽnebãt, atq; ita ad vltimũ vsq; spiritũ perseuerârũt, in Tartara sunt relegati. Animaduertant iam singuli, & eligant ac maturè satis secùm deliberẽt, cum vtra parte viuere ac mori mâlint. Ea em sex peccantiũ genera cum totidem vitiorum generibus hodieq; in mundo, quãdiu Dominus permittere volet, dominant. Primi peccantiũ generis fuêre discipuli Saluatoris, qui ab eo profugerunt, quando à ministris Iudæorũ captus & vinctus est, quanquã Amoris erga Christi humanitatem spiritus mansit in eis, ita vt omnia relinquere & contemnere possent, quo cum illo forent. Sed timor & anxietas intantũ in eis inualuit & excreuit, vt præ mortis formidine cor & sensus eorum imaginibus seu phãtasijs & medijs & frigore quodam opplerent. Sicq; factum est, vt laberent qdem: at tamen amor erga Christum secundum totam animam non perijt in eis, sed mansit semper. Casus em ille, DEO permittẽte accidit ob fructum ex eis posteà nasciturum. Deerat adhuc eis spiritus fortitudinis, qui vincit ac superat omnia: deerat etiã illis spũs sapientiæ, illuminãs omnia: quandoqdem in fide hæsitabant. Deniq; & perfectæ charitatis eis deerat spiritus, timorem omnem vanũ expellens

Quotuplices peccatores mortĩ Chñi interfuerint.

I.

atq; consumens: eoq; timore & curis manebant anxij ad sacrã vsq; pentecosten, qñ sanctum percepêre Spiritum. Porrò licèt ipsi reliquissent Christum, non tñ sunt relicti à Christo, sed mansit is cũ eis, misitq; eis Angelos & nũcios, & multis argumẽtis ipse eis apparuit, semperq; spe & pace quadã fruebant, expectantes spiritum Paraclitum, Spiritum salutis æternę, quem eis Dñs erat pollicitus. Huius ergo primi generis peccatores, quorum causa Dñs ex Amore mortuus est, homines sunt bona præditi voluntate, Dñm IESVM syncera intentione & Amore sequentes, simplices, innocentes, mansueti, & humiles corde: qui cũ in peccata labuntur vel ob Amoris imbecillitatẽ, aut magnã tentationẽ, aut mortis formidinem, vel prauam societatẽ, non tñ possunt diu hęrere aut perseuerare in vitijs. Sacræ em̃ literæ foris eos arguunt & castigãt: & sanctus Dei Spũs intùs eos in eorũ cordibus vocat & excitat, ita vt nõ secùs affecti sint, quàm quispiã hausto veneno, q durare aut quiescere nõ potest, donec virus
II. sumptũ reijciat. Alterũ peccantiũ genus, eorum q in Dñm IESVM passionis eius die peccârunt, milites præsidis & Iudæorũ ministri fuêre, q Dñm ceperunt, vinculis strinxerunt, flagellârunt, crucifixerunt, ac neci dederunt, compulsi ad id à Dominis suis, quãuis inuiti id facerent, & cum cõmiseratione quadã, hæsitãtes interìm ac formidãtes, ne fortè ipse Dei esset filius. Pro talib' rogauit Dñs Patrẽ, vtpotè nesciẽtibus q̃d facerẽt, & exaudit' est pro illis: siquidẽ verisimile est, eos post eius obitũ veniam & gratiã consecutos. Qui verò nihil ambigebant mali se agere, & ex improbitate & inuidẽtia, absq; timore & misericordia Dñm IESVM inhumaniter flagellis & verberib' affecerũt, & cruci affixerũt ac peremerũt, pro illis nõ rogauit Dñs vt veniã consequerẽt. Quorũ sectatores vsq; hodiè apud nos perseuerãt, ij videlicet, q pios quosq; persequunt, cædunt, capiunt, eorũ bona & quæcunq; obtinere possunt, sine vllo mortis vel Tartari metu diripiunt ac deprædant. Qui planè malus sunt mũdus, DEVM eiusq; membra contemnẽs, pro quo Dñs precari noluit, siq̃dem ad diuinã suscipiendam gratiã non est habilis aut idoneus: eumq; post hanc vitã cruciamenta manẽt inferorũ & sem
III. piterna miseria. Tertiũ peccantiũ genus hoĩes cõplectitur simplices & plebeios, q tũ à Pontificib' & Pharisęis, tũ à dęmonib' in malã de IESV opinionẽ seducti, & ad amarũ & iniquum zelũ cõcitati erãt & psuasi, vt suis obtrectatiõibus & mẽdacijs Dñm insectãtes, gladio linguę persequerẽt, qui cũ clamantib' clamabant, crucifige crucifige eũ. Horũ aliqui post missum Spm̃sanctum cõuersi, pœnitẽtiam egerunt, quẽadmodũ Dñs illis p̃dixerat, ita inquiẽs: Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis q̃a ego sum: Reliquis Iudæis excęcatis, & in perfidia cũ suis principib' permanẽtibus. Sed & horũ imitatores permulti hodiè nobis non desunt, q falsis persuasiõibus seducti, bonos persequunt, aut tẽtatiõibus victi, Christũ peccatis suis rursus crucifigunt. Verùm q̃a horũ aliq ex infirmitate vel ignorãtia, magìs q̃ ex malitia, in errores siue in vitia lapsi sunt, ideo miserãte DEO, ad pœnitẽtiã, saniori cõsilio acqescẽtes, faciliùs redeũt. Porrò data opera errantib', & volũtariè peccãtib', & in peccatis manẽtibus, iam nõ relinquit pro peccatis hostia, nec dat̃ venia, q̃diu persistũt in malitia. Ad quartum peccãtiũ gen' latrones pertinẽt cum Dño crucifixi. Voluit em̃ Dñs mori inter latrones duos. Nõ em̃ peccatorẽ vllum aspernat: nec venit iudicare, sed saluare peccatores omẽs, vocatq; eos omẽs ad pœnitẽtiam & suam gratiã, eiusq; mors peccata omnia p̃ponderat, & vitam cõfert ęternam cũctis ob malè acta sua dolentibus ac pœnitẽtiam agẽtibus, & in ipsum credentibus. Latro tñ ille qui pependit à sinistris, nequam & crudelis fuit, spreuitq; Dñm. & si licuisset, libenter plura perpetrasset mala: nõ enim verè doluit, nec veram habuit nunquàm peccandi voluntatem. Neque credidit IESVM esse DEI filium, respexitq; eum improbis oculis & quadam animi dedignatione, dixitq; ad eum: Si tu es Christus, saluum fac teipsum & nos. At IESVS tacuit, nec vllum ei dedit responsum. Nam eius petitio nec bona, nec religiosa, nec cum ratione coniuncta fuit. Alter verò Latro pendens à dextris, de suis doluit peccatis, & socium suum increpabat, dicens: Neque tu times DEVM, quòd in eadem damnatione es? Et nos quidem iustè: nam digna factis recipimus: Hic verò nihil mali gessit. Et conuersus ad Dominum, humili corde ac lugubri voce dixit ad eum: Domine, memento meî cùm véneris in regnum tuum. Et Dominus IESVS tanquàm sempiternus, fidelissim' ac vérus amicus, eum intuitus, ait: Amen dico tibi, hodiè mecùm eris in Paradiso: Ita alter Latro receptus est in gratiã, alter diuinæ relictus est iustitiæ. Huius farinę im

Crucifixoribus qd euenisse credat.

Ioan.8.

Qui peccatores facili' veniam assequantur.

IIII.

Inter latrones mori cur Iesus voluerit.

Latro sinister.

Luc.23.

Dexter.

Luc.23.

pro-

probi peccatores nec hisce nostris desunt temporibus. Ad eorum enim ordinem pertinent homines infideles, qui DEVM non metuunt, infernũ non perhorrescunt, nec cælestis patriæ sperant beatitudinem: qui CHRISTO DEI filio eius passionem & mortem & cruciamenta sceleratis ac impijs suis iuramentis opprobrant, & foris ac intùs impudicitiam exercent nedum verbis lasciuis, sed etiam prauis ac obscœnis actibus. In hisce malis quicunque sine contritione & agnitione decesserint, nunquàm veniam obtinebunt. Quinti generis peccatores Pontifices & sacerdotes Iudæorum, scribæque ac seniores populi fuêre, qui V. omnes, quod ad exteriora attinet, homines erant religiosi & discipuli Mosis, qui eos diuina virtute ex Aegypto eduxerat. Sed erant reuerà superbi, immorigeri, versipelles, inuidi, auari, tenaces. Nam Patres eorum adorabant vitulum aureum, quem fabricauerant, & idôla gentium, & vitulos quos Ieroboam rex Israel fecerat. Spernebant autem Mosen & Aaron & legem DEI, potiusq; leges gentium colebant. Contemnebant itidèm prophetas, qui eis aduẽtum Domini saluatoris, & quæcũq; ab eis passurus esset, annunciabant. Nolebant planè institui, nec de suis maleficijs reprehendi. Deniq; odio & inuidentia perciti, eò tandem pruperunt, vt Dominum IESVM precio emerent, quo eum possent neci dare, sicut & re ipsa fecêre, non aliam ob causam, nisi quòd vita illius & doctrina eis aduersa esset atq; contraria. Erant tamen etiam ea tempestate boni quidam Prælati & sacerdotes, & complures homines pij, qui ad Mosaicæ legis præscriptum viuerẽt. Ita sanè & nostro ęuo sese res habet. Etiam hodieq; plures certè boni Prælati, sacerdotes ac homines pij inueniuntur, qui CHRISTI discipulos & Apostolorum sectatores sese præstent vita, verbis & actionibus. Sed & perplures alios reperias licet Prælatos, sacerdotes, & homines religiosos, quibus sanctæ Ecclesiæ administrandæ & gubernandę cura sit demandata, quiq; ex CHRISTI viuant patrimonio, quod is sua morte mercatus est, & tamen CHRISTVM eiusq; vitam & institutiones floccipendant, & spontè ac scientes diabolo, mundo & suæ carni seruiant, & qui scripturas quidem probè calleant, sed DEI spiritum non habeant, eoq; ipsi Iudæ similes sint. Enimuerò increduli sunt, & DEO contrarij ac infideles. Argentum enim & aurum & mundi huius dominia DEO chariora habent, eaq; eorum idôla sunt, quæ noctes colunt atque dies: & quicquid possunt, imò verò etiam plùs quàm possint, diuitib' nummos apportantibus præstant. Sed longè aliter sese res habebat in primis nostræ fidei initijs, quando CHRISTVS ipse, eiusq; discipuli & perplures sancti Pontifices summi, & Episcopi ac sacerdotes, sanctiq; homines mundum contemnebant, CHRISTVMq; imitabantur, & nedum verbis, sed etiam vita & reipsa toto vbiq; terrarum orbe veritatẽ & fidem CHRISTI annunciabant atq; docebant: erantq; humiles, pleni charitate, & in omni afflictione patientes. Totus eos mundus odio & contemptui habebat, sed ipsi erga mortales omẽs benignos, clementes ac fidos se præbebant: orabant pro amicis & inimicis, & pro illis, qui ipsos persequebantur, & morte eos afficiebant. Ingens erat illa persecutio, & multos durauit annos, & DEVS per eos tot tantaq; signa ac prodigia efficiebat, vt hostes eorum eis credere cogerentur. Aperiebat enim Imperatorum ac Regum & principum mundi oculos, ita vt veritatem intelligerent, & fide suscepta vndis vitalibus se tingi facerent. Tum verò magnam Ecclesiæ libertatem præstiterunt, sacerdotesq; & sacerdotium præ omni mundi statu præcipuę venerationi habuerunt. Fundabant sacras ædes & cœnobia, grandesq; reditus & dignitates cõferebant Deo famulantibus, excrescebatq; religio & magnis honoribus cumulabatur, & sancta Ecclesia virebat ac florebat, & ingentes sanctitatis ac virtutum proferebat fructus. Atque quandiu sanctę Ecclesiæ prælati & præfecti & sacerdotes humiles erant, & paupertatem amabant, etiamsi non essent rebus pauperes, Christumq; amore prosequebantur, eiq; viuebant & famulabantur intùs & foris, tandiu Christum habebant rectorem ac dominatorem suî, ac sancta Ecclesia honoribus pollebat, & ipsi cum mortalibus cunctis pace fruebantur. Atquì posteaquàm prelati & sacerdotes animis sublati sese extulêre, sibique placere cœpunt ob diuitias & honores ipsis collatos, DEVMque & eius cultum habuêre neglectui, tum planè malignus eis dominabatur spiritus. Tumescebant enim superbia, auaritia, tenacitate, inclementia in subditos, quemadmodùm superiùs cõmemorauimus, Christiq; hęreditatem mercari ac vendere non dubitârunt: quę vitia ne nostris quidem tempori

Pctores qui vtri latroni conferendi.

Prælatorum hodiernorũ differẽtia seu diuisio.

Quales ferè prælati Ecclesiæ primitiuæ.

Vndenã Ecclesiæ tãta p principes cõcessa libertas.

Qui tandem degenerârit prælati.

bus grassari desinunt. Plùs satis prohdolor etiam hodiè Simoniæ pestis vbiq; sęuit: Episcopatus, Abbatiæ & dignitates locupletes auro coëmuntur: & est magna hoc æuo auri & argenti vis & efficacia. Nummus etiam plùs DEO potest, eiq; & iustitia & æquitas, & gratia ac præcepta DEI cedere compelluntur. Attamen qui boni sunt sacerdotes, ij sancta sunt vasa, cælestibus repleta donis vltra modum. Sunt enim casti ac mundi anima & corpore, itéq; sobrij ac moderati in omnibus vitæ sustentandæ necessarijs: Instituti sunt atq; ordinati ad diuinum cultum & Christi famulatum, ipsumq; DOMINUM IESUM suis impressum ac inscul ptum cordibus gerunt, eius passionem, mortem, fidelitatem, amorem sua in memoria exercent: medij intercedunt inter DEVM ac miseros peccatores, benigni, humani, mites sunt erga omnes opis ipsorum indigos, & IESVM excruciatum ac ex amore mortuum cælesti eius Patri pro cunctis viuis & defunctis offerunt, precãtur & poscunt omnipotentem DEVM, & quidem intima cum deuotione pro omni sanctæ Ecclesiæ vtilitate ac necessitudine: nulli placere speciatìm appetunt alicuius rei temporariæ aut solatij obtinẽdi causa, sed in commune DEI honorem & mortalium omnium salutem desiderant. Et DOMINUS IESVS sanctæ Ecclesię thesaurum ac reditus eis commendauit, videlicet septem sacramenta, vtì ea pro cuiusque necessitate iuxta sanctæ Ecclesiæ morem ac constitutionem absque vlla vel venditione vel mercedis exactione dispensent. Hæc enim larga DEI munera sunt, quę Christus plebi suæ in sancta Ecclesia dereliquit ac præstitit, idq; ob sanctæ vitæ & honestorum morum in omni vitæ ordine siue statu legem ac constitutionem. Ad hæc boni sacerdotes speculum quoddam sanctæ Ecclesiæ sunt & cunctis hominibus, qui quidem rationabiliter ac sapienter vitam cupiunt transigere: Præbent nanque bonum exemplum hominum oculis, bona verba auribus, & sanctæ vitæ famam laudabilem olfactui. Ipsum quoque, quod cęteris præbent, venerabile sacramentum præclarum adfert gustum cunctorum rectè valentium palato. Itemque animabus æternum præstant cibum ac potionem, id est, Christi corpus & sanguinem, quæ esurientium ac sitientiũ, auidè appetentium ac inhiantium, ac amoris vulnere laborantiũ perennis cibus & potus sunt, quo amantis spiritûs sanitas & incolumitas conseruatur. Certè quicunque DEVM feruẽter amãt, semper animo hilares ac mites sunt, ideoq; eis omnia cedunt in bonum. Agè igitur cum angelicis spiritibus & sanctis omnibus Christum eiusq; cælestem Patrem honoremus & adoremus, & hoc ipso semper ab æternis damnis tuti ac immunes erimus. Hæc nimirùm piorum ac DEVM amantium sacerdotem regula est: cui quotquot contrariam degunt vitam, supflui prsus ac miseri sunt. Sextum peccãtium genus eos complectit, qui DOMINUM IESVM morti tradiderunt, vel etiã neci dare conati sunt, cuiusmodi fuêre duo reges Ethnici, & Iudex iniquus, itidèm Paganus. Primus quidem rex Herodes ille fuit, qui nascente DOMINO, Augusti Cæsaris nomine partem quandam Iudaici regni obtinuit. Qui cùm audisset natum regem Iudæorum, successorem suspicatus, multo correptus mœrore fuit, & cum eo pariter plurimi ex Iudæis. Verebat enim eo quòd esset alienigena, nec regnum illud ad ipsum ptineret, regni sede se deturbatum iri. Comptoq; quòd Christus in Bethleem ciuitate Dauid ex tribu Iuda nasciturus esset, post aliquãtum temporis interuallum, missis satellitibus suis, in Bethleem & omnibus finibus eius cunctos trucidauit paruulos à bimatu & infra. Ita ergo primus iste DOMINO IESV recens nato necem molitus est. Post quem Herodes filius eius REX Galilææ fuit eo tempore, quo DOMINUS IESVS mortẽ ppessus est nostræ salutis causa. Hic sanctissimũ Christi Baptistã Ioannẽ, ob illius virtutes & iustitiã morte mulctauit, & post DOMINI obitum etiam Diuum Iacobum sancti Ioannis Euangelistæ fratrem neci dedit. Et Pilatus DOMINUM IESVM vinctum ad hunc eundem misit Herodem, vt quid is ei acturus esset, expiretur. Et Herodes Pilato DOMINUM remisit vinctum, & ludibrijs vexatum, ac alba veste notatum, vt scilicet à Pilato necaret. Hic igit alter Herodes est Tetrarcha Galilææ, qui Christum occidendum Pilato remisit. Hoc genus improborum hominum multis annis post Christi mortem in Imperatoribus, Regibus, Ethnicis & Iudæis pseuerauit, qui Christum, & omnes in eum credentes, ad mortem vsq; psecuti sunt. Christus nimirùm cùm sit æterna DEI sapientia, in cælis & in terris cuncta sapientissimè ordinauit: & regnum quidem suum bonis ac malis partitus est. Malis, id est, hostibus suis, terram & omnes mundi opes reliquit. Sunt enim nothi ac illegitimi

Reditus Ecclesię à Christo relicti, q.

VI.

Mat. 2.

Mat. 14. Mar. 6.

Luc. 23.

1. Cor. 1. Regnũ q suũ Chrus ꝗbus partitus.

timi fratres eius secundum humanam, quam & ipse suscipe dignatus est, naturam: re autem vera Antichristi pręcursores ac satellites sunt, quippe qui in Christum fratrẽ suum eiusq; famulos, immites, crudeles ac infidos sese exhibent. Bonis autẽ & in se credentibus sibiq; seruientibus Dominus IESVS regnum cælorum, quod seipso & omni sua decorauit gloria, dedit ac daturum se pollicitus est: eosdemque etiam in hac vita temporaria spiritalibus donis multipliciter exornauit atq; repleuit.

¶ De tribus donis, quæ merito Passionis suæ Deus suis confert electis, & de tribus modis amoris perfecti.

Caput LXXVII.

PRimum autem donum, quod CHRISTVS suis confert electis, vera atq; catholica fides est: de qua dubium non est, quin totius sanctitatis & virtutum omnium sit fundamentum. Quisquis amat DEVM & credit in DEVM, immotam ac inconcussam quandam in suo spiritu sentit beatitudinem, quam nullus ei possit eripere. Alterum donum spiritale, quod DEVS in se credentibus tribuit, cælestis seu cælitùs infusa sapientia est, quæ omnem docet veritatem, & mundum hunc & quicquid introuersioni impedimentum, aut obicem, aut imagines parere queat, quo minùs in ea DEVS vniformi quadam simplicitate ametur, cognoscatur, ac possideatur, facit habere despectui. Tertium donum interna fortitudo est, quæ omnem vincit ac profligat amorem inordinatum, & tres amoris confert modos hominem ad DEVM euehentes. Atque omni virtutum & sanctitatis genere seu ratione pro DEI gratissima voluntate eundem & exornantes & pficientes. Primus amoris modus est, erga DEVM amor sensibilis, qui delectationem & gustum & quicquid in exercitijs pro diuino obtinendo amore susceptis inordinatum est, contemnit, collocatq; hominem in humili quadam in imum demissione seu demissa humilitate, & suijpsius displicentia, facitq; eum intimis clamare desiderijs & affectu ad DEVM: Domine, adiuua me, vt te diligam. Quantoq; magis clamat & desiderat, tanto plùs amat: & quanto ei magis amare libet, tantò maiorem pcipit gustum. Appetentia & gustus cor, sensus, animam & corpus penetrãt. Præcipit quidem & exigit omnipotens DEVS & vult se ab omnibus amari: Et qui eius vocem audiunt, eiq; morem gerunt, illi sic respondent: Domine, præsta nobis gratiam tuam, & sis nobis auxilio, vt te possimus amore psequi. Qui amat, non est mercenarius: non enim aut mercedem, aut lucrum captat vel aucupatur: sed ideò amat, quia amat: & quanto pluribus DEI donis afficitur, tanto est pauperior, quandoquidem dona omnia, vt retribuamus exigunt. Quo plùs vescitur esca cælesti, eo maiorem experitur esuriem: quo plùs bibit, hoc sitit acriùs: quo plùs gustat, eo magis appetit. Enimuerò cor amans, vacuum, impacatum, insedatum permanet. Accipere autem istud & retribuere, initium quoddam est amoris, foris sese prodentis. Donorum enim profluuium tam ingens est, vt vitam sensitiuam prorsus inundet: atque has animæ delicias sensus ferre non valent, sed cor amans ob amorem DEI & sanctæ Ecclesiæ vtilitatem emori appetit. Vita sensitiua, ebria est & ratione seu discretione caret: sed quanto hæc ebrietas maior est, tãto intellectualis ratio lucidior, illustriot ac sapientior est, contemptaq; omi propria voluntate, dicit ad DOMINUM: Domine, fac mecùm pro omi tuo arbitratu & voluntate: & nec vitã, nec mortem, nec quicquã proprium eligit. Hic iã sensus in delicijs ac experimento & delectatione casta deficiunt, ac viribus planè destituuntur. Non enim diuinæ gratiæ profluuium capere vel comprehendere possunt. Anima quoque rationalis oblita suî & virtutum omnium, quòd ad earum distinctionem attinet, corã diuina maiestate ac dignitate procidit, nec quicquã iam nisi sensibilem amorem & reuerentiã erga DEVM nouit. Hic videlicet primus est exercitãdi amoris in vita spiritali modus, qui paruipendit aut non curat ea omnia, quę DEVS pręter seipsum dare possit: Seipsum enim reliquit & omnia, & vnum elegit, quod tamen ipsi elabitur. Atque hic alter in exercitatione amoris modus incipit. Loquit enim spiritus DOMINI animę amanti: Da mihi, & dabo tibi. Tum verò anima sese infra res creatas omnes humilimè deijciens, dicit ad DOMINUM: Non meus honor DOMINE, sed tuus fiat. Et hęc humilis suî in ima deiectio, DEI cum omnibus donis eius habitatio est: atque is animæ

Donum I.

II.

III.

Modus amoris primus.

II.

sic

ſic amãti eternã ſuã celſitudinem ſupra dona & creata omnia oſtendit. Sanè quiſquis vltra DEI præcepta ſecundum eius conſilia vitã agere cupit, is ſeſe abneget oportet, atq; ſub creaturas omes in humilem illam ſubmittat deiectionem, ſeu profundam humilitatem, in qua CHRISTVS vixit, & nos cũ illo. Enimuerò CHRISTI vita & fuit & eſt humilis demiſſio, ſeu demiſſa humilitas: & qui CHRISTO ſic vitiit, is ſpiritum habet fortitudinis, vincitque omnia, & in fundo ſuo nullis neq; triſtibus, neque lætis, non lucro, nec iactura permouet. Neminem contemnit, & libenter ipſe contemnitur, fert ac tolerat omnia immoto ac inconcuſſo animo. Et quia CHRISTVS in ipſo manet & habitat, magnos virtutum profert fructus: monſtratq; ei Chriſtus infinitam ſuam excellentiam & ſublimitatẽ, vbi ipſe cum Chriſto ſupra dona omnia, cunctasq; virtutes & res creatas omnes in DEO commoratur. Exercitium autem huc pertinens, laudis eſt & gratiarumactionis, reuerentiæ ac venerationis erga DEVM exhibitio. Sed hæc perficere non valet. Siquidem ſpiritus eius præ amore deficit, moriturq; in DEO, nec tamen redigitur in nihilum, ſed in eadem exercitatione ſine intermiſſione ſemper renouatur ac inſtauratur. Et hic ſupremus amoris & exercitationis erga DEVM modus eſt. In hac humili ſui in ima deiectione, homo iſtiuſmodi vincit mũdum & peccata omia. Siquidem Chriſtus in ipſo viuit cum ſpiritu fortitudinis ſuæ; atq; in infinita celſitudine viuit ipſe cum CHRISTO in DEO, & immotã quandã in ſe ſentit beatitudinem. Hic igit alter pfectæ charitatis ſecundum gratiſſimã DEI voluntatem modus eſt, qui etiam III. ſemp pmanebit, & nec in temporaria, nec eterna vita eſſe deſinet. Tertius hinc ſequitur amoris modus, occultus ille quidẽ & ignotus omibus illis, qui in amoris exercitatione nedum renouati ſunt. Hic ſpiritus ſapientię DEI docet ac oſtendit, & ſentire ac experiri facit, quid ſit in amore vnitas cum Chriſto in DEO, quid item diuerſitas cum Chriſto, æterna cum reuerentia ac veneratione aſſiſtens corã DEO. Et amoris quidẽ ſeu in amore vnitas nõ poteſt effici diuerſitas, nec diuerſitas in vnitatẽ tranſire poteſt: ſicq; vtraq; in eodem ſpiritu diſcreta ac diſtincta eſt. Diuerſitas beata eſt, dũ aſſiſtendo DEVM cum æterna reuerentia ac veneratione contueſ. Vnitas autẽ in amore cum DEO, beatitudo eſt & quies ac fruitio ſempiterna. Atque hic præcipuus & celſiſſimus modus eſt, quem quidẽ in hac vita per DEI gratiã ſentire liceat: idéq; ipſe cum DEO in DEI gloria pfectus ac æternus eſt. Quicunq; ex DEO nati ſunt, ijdem hæredes ſunt & legitimi filij DEI, baptizati in ſpirituſancto, in vitali Chriſti IESV ſanguine, ſicq; denuò nati ſunt, viuuntq; vnà cum Chriſto in DEO. Qui verò ex carne & ſanguine nati ſunt, ij ſpurij ac nothi ſunt DEI: qui tãetſi ad capeſſendum ac obtinendum DEI regnum nati ſunt, DEVM tamen & cælorum contẽnunt regnum, Mundumq; & caduca quæque ac labentia amplectunt. Non em denuò nati ſunt ex ſpiritu ſancto, ideoq; DEI regnum nec videre nec in illud introire queunt. Contemptui nanq; ac odio habent filios legitimos ex DEO progniatos. Quod quidem ita ſe ſemper habuiſſe, ex illis quę ab ipſo Mundi exordio facta ſunt, colligi licet. Adam duos habuit filios, ex quibus improbus Cain pium Abel ob eius virtutes odio proſequebat. Abraham itidèm duos genuerat filios, quorum alter filius ancillę, Iſmael nomine, Iſaac iuſta vxore natũ odio habuit. Iſaac quoque duo erant liberi, Eſau & Iacob, quorum Eſau ſpreuit ac odiuit Iacob ob virtutes illius. Iacob multos habuit filios, qui omes vnũ Ioſeph ,ppter virtutes eius odio pſequebantur. Neq; legitimos tantùm perſequunt filios ij qui nothi ac ſpurij ſunt, ſed etiam inter ſeſe de mundi regno concertãt. Rex contra regem, ciuitas contra ciuitatẽ, familia aduerſus familiã, vicinus in vicinũ, atq; alij contra alios dimicãt atq; confligunt. Qui potentes ac rebus locupletes ſunt, ſpurios ac famulos ſuos habent, & ſępiùs innocentem abſque ratione contemnunt, dicuntq; ſpurijs aut miniſtris ſuis: Ite, truncate illi manus vel pedes, effodite oculũ, vitã aut ſubſtantiã ei eripite. Hęc nothorũ vita eſt & conſuetudo, qui cęteris potentia & opibus antecellunt: qui vtplurimùm crudeles & inclementes ſunt inſtar dęmonum, & vix gratiã & veniam expetent ac obtinebunt. Porrò legitimi filij nati ex DEO, neminẽ afficiunt iniuria, ſed ſunt innocentes, feruntq; ac tolerant quicquid in ipſos peccat, orant & obſecrãt ,p inimicis ſuis & cunctorum ſalute mortalium: atq; ita in pace & quiete viuunt cum DEO in tempore & ęternitate. Et quotquot ſibijpſis & ,pprię voluntati ac omi ,pprietati in DEO & gratiſſima DEI volũtate mortui ſunt, ij vitã ęternã & interminatam

Vnitas aut diuerſitas amoris qualis.

Gene.4.

Gen.21.
Gen.27.

Gen.37.

Nothi.

Legitimi.

tam in ſeipſis beatitudinẽ inuenerunt: ſuntq; eleuati ſupra auerſionẽ & cõuerſionẽ, ſupra virtutes oes & amoris exercitationẽ in quoddã imaginum expers ocium, vbi inexhauſtas accepêre diuitias & minimè coactã libertatem, ita vt ſeſe foràs poſſint vertere ad quaſuis bonas actiones & opera, & intrò ſe recipere ad virtutes omnes & amoris exercitationem, atq; intùs cõmorando permanere immoti ac ſtabiles, cum DEO in amoris vnitate, quam nemo eis poſſit eripe. Manent em & habitãt in DEO, & DEVS in eis: atq; ea re de vita ęterna certi & ſecuri ſunt: ſiquidem à ſeipſis in amore in æternam quandã, quam nemo aſſequi poſſit, diffluxêre amiſſionem, atq; ibi de vita æterna certi facti ſunt, quod nemo eis poteſt eripere. Nec crediderim eos in mortale prolapſuros vitium ob DEI intra ipſos permanſionem ac inhabitationem, quam intra ſe repererunt, quamq; & poſſident & ſentiunt nocte ac die. Peccata autem eorum venialia & quotidiana, in amoroſa ad DEVM conflagrant introuerſione, vbi amicabilem cum DEO citra impedimentum poſſident vnitatem, qua nemo eos priuare poteſt. Hunc ſublimem viuendi modum nemo aliũ docere poteſt: occultus em eſt & incognitus: ſed ęui is præſtat à DEO, quiq; ad eum percipiendũ habilis ac idoneus eſt, is eum percipere poteſt, nempe qui per DEI gratiã ſibijpſi renunciat, ſeſe abnegat, atque in DEO & imaginum experte & eſſentiali amore moritur. Qui eiuſmodi ſunt, regnum DEI intra ſe reperiunt: quandoquidem in eorum ſpiritu viuit DEI manifeſtatio, & in ipſorum eleuata & imaginibus vacua mente ſeſe manifeſtat DEVS. Quæ nimirùm vita appellatur contemplatiua: vbi immenſæ exuberãt opes, & charitatis illuceſcit dies, quem ſolus præbet DEVS, nec poteſt hic vllis exprimi verbis. Charitas perfecta duos habet modos: & hic ſummus eſt charitatis modus, qui quidem in hac vita poſſit teneri, quẽadmodùm iam antè explicuimus. Siquidem hic charitas perfecta eſt, & in DEO infinitè diligitur. Huc verò alter pertinet vitæ & charitatis modus, quem DEVS exigit ac præcipit cunctis omino mortalibus, vt ſcilicet ipſe ſupra res creatas omnes diligat. Hunc amoris modum ipſe Dominus IESVS ſecundum aſſumptã humanitatem coluit ac ſeruauit, eumq; nos & verbis & factis docuit, in eoq; ſpiritum exhalauit, atque eum in cælos ſecùm adduxit. Eundem modum & angeli & ſancti, & pij omes colunt & obſeruãt, atq; in omem durabit æternitatẽ. Perfecta charitas radices ſuas fixas habet in DEO, in eoque fundata eſt, & eius fundamentum eſt ipſe Spirituſſanctus. Verumenimuerò anima rõnalis vel ex ipſa intelligit natura, docetq; & dictat ratio, docet itidèm mera natura, & ſcripta diuina, & creaturæ omes DEVM eſſe diligendum ſuper omia. Et quæcunq; anima rõnalis CHRISTVM eligit ac ſtatuit amare ſuper omia, in ea CHRISTVS viuit cum omibus donis ſuis, docetq; eã veritatem & virtutes omes. Charitas erga DEVM tãti ponderis eſt, vt res omes præponderet, atque vſqueadeò placet DEO, vt etiãſi illi donaret cuncta quæ condidit, non ſibi videret digno eã affeciſſe præmio, nec illi poſſet eſſe ſatis, niſi eum quem diligit ſuper omia, adipiſcerẽt. Anima rõnalis ſimilis eſt homini negociatori quærenti bonas margaritas, inuentaq; vna precioſa margarita, abeunti & vendenti omia quæ habet, & ementi eã. Qui DEVM amat ſuper omia, is reuerà precioſam inuẽnit margaritã, facileque contemnit quicquid poſſet amore proſequi, & quæcunque ei poſſent eſſe impedimẽto aut nocumento, quo minùs DEVM amaret ſuper omia. DEVM ſuper omia diligere, theſaurus eſt angelorum & ſanctorum, & hominum perfectorum, qui abſconditus eſt in agro diuinæ ſapientiæ. Donum ſapientię theſaurum hunc amãti oſtendit animę, quem mundi ſapientia inuenire non poteſt. Siquidem mundi huius ſapientia ſtultitia eſt apud DEVM, & paulatìm cum ipſo tempore trãſit, abitq; in mœrorem ſempiternum. Atqui DEI ſapientia ęternum docet amorem, pręſtatque gloriã & perennem beatitudinem. Anima rõnalis tres habet modos, quibus DEO viuit. Quorum pręcipuus ac excellentiſſimus modus eſt nuda charitas, qua ſpiritus purus DEO vnitus eſt, qui ex DEO natus eſt, ac reflectit in DEVM, inuenitque ęternã beatitudinem, nec indè poteſt excidere in vitium aliquod mortiferum. Alter modus ſurſùm tendit ad DEVM cum laude, gratiarumactione & reuerentia. Atque in hac itidèm exercitatione Anima ſic manens, peccare non poteſt, eſtque conſimilis arbori bonæ, quæ non poteſt malos fructus facere. DEO nãq; cohærere Amore, & reuerentiæ ac honoris exhibitione, vita eſt æterna, quę DEVM ſuſcipit, nec poteſt emori. Quilibet homo rõnalis DEVM intentione proſequens & Amore, atque ſecundum DEI gratiſſi-

Aeterna de vita ſecuri q.

Quotidiana pctã quę qui tollantur.

Charitatis pfectæ modus I.
II.

Aiæ q cui negociatori ſimilis.

Aiæ rõnalis deo viuendi modus I.
II.

tissimam voluntatem cunctis in virtutibus rõnabiliter ac discretè viuere concupiscens, in DEO vtique plantatus est, & ex DEO natus est, multosq; ac vberes profert virtutum charitatis & piarum exercitationum fructus: quandoquidem CHRISTVS in ipso viuit cum gratia sua, efficitq; ac operat in eo tum præcepta, tum consilia sua. Initium autem eius, est humilis sui in ima demissio, voluntaria obedientia, mitis benignitas, innocentia, iustitia, & magna auiditas gratissimã exequendi DEI voluntatem: nulliq; callidum, aut versutum, aut asperum se præbet: facileq; sese cum Amore in DEVM intrò recipere potest. Quisquis hoc pacto in charitate viuit, ei quicquid fiat ab alijs, neminem tamen odire potest, sed sine murmure ferre nouit aduersa omnia, nec quicquam est quod non possit perpeti, semperque in virtutibus & charitate progredi ac sublimiùs ascendere cogit: pctórem hominem diligit, sed eius vitia odio habet: id enim iustitię est: cunctisque mortalibus pium, benignum, beneficum sese præbet: siquidem in ipso spiritus misericordiæ viuit. Internus ac vnicus est, & in DEO velut perenniter confirmatus, vbi pacem inuenit ac beatitudinem, nec perire, nec mori, nec in mortiferũ crimen corruere potest: quãdoquidem in DEO viuit & DEVS in ipso incommutabiliter. Veniales autẽ & quotidianæ culpæ eius facilè ei remittunt, siquidẽ eius exercitatio vitæ est æternæ.

quis quõ nemĩ odisse queat.

¶Vt vitæ æternæ exẽrcitatio tres habeat modos: vbi simul perplures optimæ inseruntur institutiones, vt crucifixo DOMINO nostro perfectè conformemur.

Caput LXXVIII.

VITAE autem æternæ exercitatio tres habet modos, duos spiritales, vnum sensibilem, seu sensitiuum. Hos tres modos DOMINUS IESVS suis temporibus vita expressit, & verbo docuit discipulos suos, atque etiãnum eos omes qui seipsis abnegatis ipsum sequuntur, docet. Discipulos quidem suos secùm ducit in cęlum ad cælestem PATREM suum, docetque eos vt eligant cum ipso & in ipso, sicut ipse electus est, & ipsi omnes cum eo & in eo in vita ęterna. Docet etiam eos, vt secùm laudes & grates agant, amentque & famulentur cęlesti patri suo cum perenni reuerentia, vtque secùm & cum cælesti patre suo Sanctispiritũs vnitatem in æterna possideant beatitudine, quæ est arx & clausula Amoris, mens videlicet imaginibus absoluta, & nudus Amor in perenni ocio. Hic primus spiritalis modus est, quem CHRISTVS nos docet, quo celsissimã diuinitatis naturã possidemus. In altero spiritali modo CHRISTVS nos secùm deorsùm ducit, docetque nos humili cum deiectione ac demissa humilitate mori nobisipsis ac propriæ voluntati nostræ in liberrimã DEI voluntatẽ, ita vt nemo nos vnquàm versipelles, aut nequam, aut asperos queat deprehendere. Dominus noster IESVS CHRISTVS spiritum suum, vitam suam, & virtuosum sentire suum confert seruientibus ipsi in virtutibus absque tepefactione. Spiritus eius communem sese prębet ijs omnib', qui à vitijs se seruant immunes ac immaculatos, quiq; ei seruiunt reuerenter, ijsq; vita ęterna parata est. Eius vita est viuere DEO, & aduersa omnia perpeti ęquanimiter sine murmure & querimonia. Hanc prestat illis, qui eam ferre nõrunt. Denique virtuosum eius sentire, est infra mortales omnes humilis demissio, cunctorum hominum petere ac optare salutem, mori ac viuere ob exequendam DEI iustitiam. Et quotquot in his eum imitant, ei assimiles sunt. Vult sanè & exigit à nobis, vt simus obedientes, morigeri, flexibiles, & patientes ad mortem vsque: & quicunq; ei hoc pacto viuunt, eorum cibus est manna cęli seu panis cęlestis. Vult etiam, vt simus honesti moribus & bonis actionibus intenti, atq; ita cum illo semp pacem habemus. Vult itidèm, vt simus rõnabiles ac discreti, sicq; fiet, vt vitia omnia nobis fastidio sint. Vult nihilo seciùs, vt doćiles simus, & DEI verba intùs & foris libenter auscultemus: sicq; illis muniti, contra vitia certare & virtutes omnes adipisci poterimus. Vult deniq; vt cum cunctis hominibus bonis simus sociabiles, vnius voluntatis & concordes in amore, atque hoc pacto cum eis veritatem omnem cunctasque virtutes experiri valebimus. Cauendum est enim, ne simus torui & asperi, sed mites animo, spũ hilares, corde pij, virtutibus & bonis actionibus parati omnibus qui nostrę sint opis indigi. Ita nimirùm dabit nobis DEVS pietatis

Exercitationũ vitę æternæ modi quot.

I.

II.

Quid qbus cauendum.

etatis spũm, multis exundantem riuis, ex quibus quicunq; potant, pij sunt ac benigni, nec quenquam irrationabiliter vel contemnere, vel premere, vel onerare, vel iniuria afficere, vel cõtristare queunt, sed omnia in meliorem partem interpretantur & inflectunt. Ij planè sunt discipuli saluatoris, qui idonei sunt alios instituere, informare, castigare, consolari, regere, reprehendere, & ad virtutes omnes incitare ac inducere: siquidem diuina gratia pleni sunt. Peccatores autem & impios in suis sceleribus interìm CHRISTVS tolerat ac sustinet: sed qui bona sunt præditi voluntate, in amore ei connexi ac deuincti sunt. Et peccator si gratiam & veniam quærat ac expetat, etiam ipse charus fit DEO. Qui verò CHRISTVM & eius gratiam floccipendit, atq; ita perseuerat vsq; ad obitum; huic nullus apud DEVM gratię locus relinquit. Sunt alij quidam, qui religionis quandam præ se ferant speciem, & CHRISTI se putent esse discipulos, cùm tamen amari, væcordes, & impatientes sint, multaq; eos nunc gaudio, nunc mœrore afficiãt, sintq; versuti, torui, ac asperi, idq; nonnulli speciatìm: sæpiùs etiam affligũtur ac molestia & tædio afficiuntur: qui si simplices animo forent, nihil eiusmodi paterent. DEVS PATER noster omnipotens, humanæ naturæ cunctisq; mortalibus arbitrij indidit libertatem & facultatem, qua libere possint eligere vel auersionem, vel conuersionem ad DEVM, & bonum vel malum. Atque hac re nihil est in natura humana præstantius ac nobilius. Porrò DEVS ipse, eiusq; sancti & angeli hoc simul omnes volunt, vt ad DEVM cum amore, laude & gratiarum actione nos conuertamus: & vt id possimus, gratiam nobis dare paratus est. Vult, inquam, & præcipit, vt ipsi laudes gratesque agamus: qua re discipuli eius sumus, & ipse nos æterna donabit vita. Qui verò hanc eius volũtatem, iussionem & gratiam contemnunt, & diabolo, mundo ac suæ carni obsequuntur, eis suam pollicetur iustitiam, nempe cruciatus inferorum & ignem sempiternum. Hìc iam inter bonum & malum, auersionem & conuersionem, & inter DEI ac Satanę discipulos discernere licet. Ad hæc præcipit omnipotens DEVS, & quidem cunctis hominibus, vt inuicèm sese diligãt, & mutua se fide ac iustitia prosequant. Ista lex initium suum habet in DEO, & manet in æuum sempiternum. Quotquot iam indè à mũdi exordio DEVM amârunt, honorârunt ac adorârunt, ij ęternam inuenêrũt ac obtinuêre beatitudinem. Qui autem à DEO auersi, lignum, lapidem & simulacra quæ suis fabricârant manibus, coluerunt & adorârũt, æterna puniunt dãnatione. Qui mortales omes ad DEVM & eius gratiam obtinẽdam diligunt, ij discipuli sunt Domini, & quidem gratia pleni. Discipuli autem Satanæ, omnis gratiæ expites sunt, pleni iniqtate & inclementia, prædant, latrocinant, furant, pugnant & dimicãt, maleficijs abundant. Horũ nonnulli speciem quandã pietatis præ se ferunt, voluntq; se Christi discipulos haberi, cùm tñ sint improbi, versipelles, aspi, amaro animo, væcordes, & ad virtutes oẽs difficiles ac imparati: Criminantur, cõcertant, pugnant, mẽtiuntur, maledicũt, iurãt, nec suã nõrũt deserere improbitatẽ. Alios quosdã inuenias licet, q cæteros despiciant ac dedignentur, idq; verbis, modis, signis, silẽtio, & gestib' contemptũ ac vilipensionẽ p se ferentibus declarent. Qui oẽs vasa sunt diuinæ gratiæ exptia ac vacua, sed vitijs plena. Qui cũ Deũ reliquerint, satanę vtiq; discipuli sunt, reiecti ac rębati à DEO. Chrs dñs discipulis suis ipsi seruientibus ipsumq; amantibus hoc dat pcepti, vt res aduersas oẽs sine murmure & querimonia ferant ac tolerent: qua re in DEO obtinere beatitudinẽ, & cum sanctis oĩbus æternò gaudere poterunt. Quosdam inuenire discipulos est, q necdum in DEO mortui sint, qbus regnum Dei etiamnum abditum sit & occultum, quiq; adhuc timore & curis laborent, atque ex multis rebus magna afficiantur molestia: qui si perfecti essent discipuli, ab his vtiq; vacui & liberi forent. Nemini qdem machinari malum, nemini nocere, neminem ignominia vel damno afficere, neminẽ pdere, nemini qcquam obtrectando detrahere, aut esse impedimento, neminẽ deniq; contẽnere volunt, sed infirmi sunt, & facilè prægrauant. CHRISTVS IESVS discipulis suis gratiam præstat suam, vultq; vt contẽptis rebus terrenis, suis cõsilijs morẽ gerant, seipsos diligẽter & studiosè obseruẽt, vitia sua deserant & castigẽt: ita nanq; spũs eius in ipsis pficere poterit: vtq; sibijpsis displiceant, & nedum coram DEO sua accusent peccata, sed ea etiam sacerdoti nihil celando, non palpando, explicent ac manifestent: & sine dubitatione ipsi DEO cõfidant: quæ sunt veræ cõtritionis signa, atq; etiam vt minimè ficta cũ charitate ipsum ament, laudent, gratias agant, & virtutum studia aggrediantur: qui sic se gerunt

Arbitrij libẽri præstãtia.

Lex sempiterna quæ.

Discipuli satanę quales.

Discipuli q quales.

Cõsilijs quĩ suis morẽ gestũ Christus velit.

Peccata quĩ confitenda.

runt, vitam obtinebunt sempiternam. Ostendit etiam eis inexhaustam bonitatem, & effluentissimam pietatem ac benignitatem suam, & suã in eis in omem æternitatẽ inhabitationẽ: Vndè in eis vera cõtritio, spes & fidutia augescit, exercentq; in cõspectu eius ardentẽ charitatẽ cũ reuerentia coniunctã, & oẽm pspiciunt ac cognoscunt veritatem, & mortales omes cum ipso ad æternã diligunt beatitudinem capessendã: nec possunt aduersus quenq̃ concertare neq; contendere, sed silentio ferunt omnia. Quod q faciunt, reuerà sapiẽtes & prudentes sunt, & cunctis in virtutibus facilè pficiunt. Qui aũt excelso & elato sunt animo, & indomito sanguine, ij facilè mouentur: & qui ita assuescunt, eorum omnis vita misera & calamitosa est. Qui DEVM nec amore, nec intentione prosequunt, ij in sua cognitiõe cæci admodùm sunt, nec possunt vincere seipsos, omisq; eorum vita stolida & prudẽtię expers est. Qui sibijpsis non displicent, & libenter alienas in se recipiunt curas, ij sæpè lætis ac tristib' afficiunt, & ad virtutes oẽs inepti ac inhabiles sunt: sæpiùs etiam afflictione & molestia vexãtur, sed si sibijpsis essent emortui, his vtiq; carerent. Esto, conqueranẽ de alijs: sed si seipsos benè attenderent, tacerent potiùs & sufferrent, viuerentq; sibijpsis & DEO, & cũcta sine tædio ac molestia perpeterenẽ. Qui sibijpsis displicent, & sua pctã accusant ac inspiciũt, eis DEVS bñdicet. Dñs IESVS suã nobis mortẽ, qua vitam æternam nobis mercatus est, dono dedit: & hãc nos cælesti offerimus Patri nostro, atq; ita oẽs ex gratia erimus filij DEI. Pe plurqs sunt, q seipsos exaltent, nec quẽq̃ sibi præferri possint ppeti: ij, ppria eaq; supba pleni sunt voluntate, & suũ iudicium aliorũ iudicio aũponunt & chariùs amplectunt. Itaq; nõ sunt nati ex Deo, & vix vnq̃ tædio, molestia, & ira vacant. Alijs em dñari appetunt, alios regere, instituere, informare moliunt, voluntq; suo iudicio ab alijs morẽ geri: quod si secùs fiat, stomachantur. Vbi verò iungunt alijs, eodẽ certãdi & rixãdi vitio laborãtibus, fieri non potest, qn inter eos iurgia & altercationes existant, qñ alij alijs cedere nolunt. Horum omnis vita est libenter conqueri, nihil perpeti, mentiri, fallere, gestibus aliorum contemptum & dedignationem præ se ferentibus vti, iurare, maledicere. Enimuerò vasa vacua sunt. Infideliter & absq; contritione & pœnitentia viuere, vitam charitati cõtrariam agere est. Cæterùm CHRISTI filia humilitas sibijpsi mortua, sapiens & prudens est, mundumque pculcauit, & aduersa omnia nouit ppeti: quo fit, vt semp in virtutibus magis ac magis pficiat. Tulit crucem suam & seqtur Christum bñ agẽdo: cuncta q; ferre potest, & sequi Christum etiam ad mortẽ vsq;. Hac humilitate præditi, sustinere interìm debent, fesq; ad finẽ præparare: inuenientq; cũ Christo vitã æternam, ijdẽq; nulla re pmouentur, fixiq; ac immoti cũ DEO in qete & tranquillitate pseuerant, nec quisq̃ id eis potest eripe. Erga mortalium oĩm necessitudines quadã pmouent misericordia: qua re fit, vt chari sint oĩbus tam diuitibus q̃ egenis: Christus q; eis vitam pollicetur æternã, quã, cùm mentiri nõ possit, certò eis donabit. Illi nimirùm apud Christũ pij, liberales ac locupletes sunt, q paupibus seipsis & omi sua facultate inseruiũt. Deus pater noster cælestis inexhaustus gratiæ fons est, creauitq; cęlũ & terrã & res oẽs, atq; vnigenitũ filium suum nostrã voluit naturã suscipe, vt nos à pctis expiatos, in suam secùm gloriam abducat. Et ipse dñs IESVS sempiternus ac firmissimus amicus noster sua nobis morte seruiuit, & merita sua nobis daturus est, si quidem cum ipso clementes ac benigni simus. Eius vita, verba, institutiones nobis descriptæ sunt, quæ nos absque animi inconstantia ac mobilitate vult sequi & imitari. Vita eius sensitiua, innocentia, fames, sitis, æstus, frigora, labor & dolor fuit: vita autem eius interna, sapientia fuit, veritatem omnem distinctè perspiciens, itemq; fidelitas, amor, effluens pietas. Vita eius contemplatiua eleuata erat sup omnia, Patri eius grates ac laudes agens, eumq; amãs & honorãs perenni cum reuerentia. Patiens vita eius, subdita fuit nedum Patris voluntati, sed etiam hostium manibus, idq; ingenti cum patientia, parata viuere & mori ac perferre omnia vera cum resignatione. Vita eius perfecta, libera quædã fuit suũ in Patris manus ad mortem vsque resignatio. Dedit etiam nobis cruciatus suos, effusiones sanguinis sui, cibum & potum suum acetum felle mixtum, quæ omnia patientissimè pertulit, & in humili obedientia mortem subiuit. Post ascensionem suam ex vera charitate reliquit nobis vitalẽ carnẽ & sacrosanctum sanguinẽ suũ: itaq; edere & bibere nobis licet, atq; ipsius cum gustu quodã penetrabili meminisse. Dat præterea nobis gloriosam animam suam, gratia & gloria plenã, quę nos gratia & bñficijs replere possit.

Sibi placentes, alienaq; curãtes, quales.

Sibi displicẽtes.

Iactabundi.

Humilitas.

Humiles cur oĩbus chari.

Vita Chri q; qualis.

Sensitiua.

Contemplatiua.

Patiens.

Perfecta.

Tribuit

Tribuit etiam nobis tum creatum spiritum suum, qui vitam æternam nobis meruit, tum spiritum suum increatum, qui vnus cum ipso & cælesti Patre eius Deus est, quique omnia interiora nostra cælesti suauitate permanat ac inundat: ei qui seruiunt, ęternam sentiunt beatitudinem. Ad hæc, totũ id quod ipse est & potest, nobis dedit. Quòd autem ipse sub vna persona Deus & homo est, id vtique nemini dare potest: siquidem prestantia hæc & maiestas ac dignitas ipsi soli manet: nec nisi vnus est Christus, qui in duabus naturis Deus & homo est, quem nos æternò amare, eique grates & laudes perennes agere decet. Deniq; supra omnem creatam essentiam diuinitatem suam superessentialem nobis donauit, quam quidem nos in nobisipsis supra nosipsos in æterna possidemus beatitudine. Quod qui experiri cupit, rationem omnem excedat: ibi nanque vita est laboris expers. Hæc videlicet Christi Regula siue Canon, vita & institutio est: eum si sequi velimus, omnem nos docebit veritatem, & in regno Paterno suam nobis ostendet essentiam gloriosam. Vult quidem, vt secùm iugum suum tollamus, & bonos ac malos ad DEI cultum & famulatum, Deique gratiam obtinendam amemus. Iugum Amoris lene & suaue est, & à peccatis omnibus absoluit. CHRISTI onus pondere leue est, & quicquid nobis imponit, id nobiscùm portat. Discipulos suos mittit in mundum, vt Agnos inter lupos: nec cuiquam dominari appetunt, seipsos omnium minimos sentiunt: vita superba in eis locum habere non potest, etiamsi totum possent lucrari mundum. Siquidem cum CHRISTO sese humiliârunt, ac totius mundi se fecêre seruos, qui quidem iure & secundum Rationem status excellentissimus est. Non sunt auari, res terrenas omnes abiecerunt, nec sunt tenaces, & quanuis rebus inopes sint, tamen cum DEO in cælis & Terris dona omnia largiuntur. Non sunt inuidi, nec vlcisci nouerunt: quicquid in eos delinquitur, mox obliuiscuntur. Nec eos ira vel odium occupare potest, quippe qui ex DEO nati sunt. Hæc planè sublimis & præclara natio est, virtutibus locuples, eximiæ potestatis: & tamen in infimo ipsi sese loco constituunt, quod bonis omnibus prodest. Sibijpsis cum CHRISTO mortui sunt in humili suũ resignatione, & cum cunctis amantibus spiritibus in interminatam ac inexhaustam immersi sunt ac diffluxêre beatitudinem. Hic iam tertius vitæ æternæ modus in sensitiua æternæ veritatis exercitatione sumit initium. Enimuerò ratio diuinitùs illuminata, hominibus istiusmodi præcipit, vt vitam suam sensitiuam sub freno contineant, regant, ordinent ac moderentur ad honorem DEI. Eamobrem inordinatas omnes naturæ propensiones, commoda, appetitiones, solatia & oblectamenta, quæ in quibuslibet captare possint mortalibus creaturis, odio habent & contemptui. Corpori suo, id est, portioni sensitiuæ seu bestiali tanquàm seruo suo necessaria præbent: casti & sobrij sunt, soli DEO seruiunt, in Actionibus bonis benè ordinati ad mortem vsque. Visu, Gustu, Auditu, Tactu, odoratu DEO, absque tepefactione seruiunt: Sensus suos in bonis occupant Actionibus, quibus tum DEO, tum sibijpsis ad mortem vsque famulantur: quod est reuerà haud vulgaris sapientiæ. Inordinatas autem, vt dixi, naturæ propensiones odio prosequuntur atque proculcant: quod quidem eis cum primis necessarium est. Qui enim contempto DEO, sensibus obsequuntur in captandis commodis, gustu & oblectamentis, ij peiùs habent, quàm si sint mortui. Homines à DEO illuminati, virtutes & bona diligunt opera, quibus DEO & sibijpsis & proximis multis modis inseruiunt. Omnes eorum culpæ veniales facilè abolentur ac remittuntur, quandoquidem cum DEO in Amore colligati & deuincti sunt. Aequè facile est illis vel intrò se ad DEVM amandum seu in Amorem recipere, vel foràs se vertere ad bonas Actiones: Siquidem supra læta & tristia cum DEO vniti sunt. Quicquid in hac valle miseriæ delinquunt, id totum Amor & introuersio consumit & exurit: virtutes nanque & bona facta ipsorum, innumera sunt. Denique supra certamen palmam & victoriam sunt adepti: quod qui eis inuident, in bonorum numero non sunt habendi.

Quid pstare Deus nulli possit.

Mat. 11.

Mat. 10.

¶De triplici sanctæ ac Christiformis vitæ modo. Caput LXXIX.

Vitæ pfectæ colēdæ modi quot.

DEI Sapientia, vita & passio Domini nostri IESV Christi, scriptaque diuina, tres quosdam nos docent modos, quibus omnis sancta & perfecta vita colat̃ ac exercitet̃. Primus modus sensitiuus est, q̃ ratione exercet̃ ac cohibet̃. Alter spiritalis est, qui in ratione & sapientia exercitat̃. Tertius est supra rationem, & omni ratione excelsior. Horum triũ modorum vnum est fundamentũ, idq; inferno profundius, cælo sublimius, toto mundo latius, & æternitate longius. Hoc fundamentum docet nos, vt DEVM supra omnia ab illo condita amemus, & nosipsos ad DEVM, propter DEVM, & in DEO, cunctosq; homines vt nosipsos diligamus. Primus modus, quo DEO viuimus, nobis cũ brutis animãtibus cõmunis est, nẽpe portio sensitiua: quæ per se nihil meret̃, sed est sensitiuus naturæ rationalis ornatus. Propensiones sensuum & naturæ ad commoda & oblectamenta, veniales culpæ sunt: Inordinatæ autem ac infrenatę propensiones contra naturam, rationem & legem Dei, peccata mortifera sunt. Cum consensu auertere se à DEO, & ad creaturas cum delectatione conuertere, peccatũ mortiferum est. Tædium erga DEVM, & affectus, appetentia & voluntarius ac inordinatus rerum terrenarum Amor & studium, DEVM contemnit, reddit q; hominem ineptum ac inhabilem ad seruiendum DEO. Et hoc Acedia dicitur. Primum sensitiuæ vitæ vitium est, in cibo, potu, vestibus, solatijs, commodis & hominum complacentia gustum & oblectationem quærere: idque Gula & intemperantia est, quæ ventri militant, & earum deus venter est. Quotquot libidinosis carnis propensionibus, fœdas admittendo imagines, aut obscœnos exercendo actus, cum consensu obsequuntur, ij DEVM contemnunt, Diabolo & vitijs seruiunt, & in spurcissima iacent vita sepulti. Istiusmodi omnes ex carne nati sunt, nec possunt gustare virtutes, veritatem & vitam eam quę ad DEVM pertinet. Sed qui ex DEO denuò nati sunt, sempiterno quodam nituntur fundamento, vitia cuncta & quicquid DEO aduersum est, superante. Ijque DEO seruiunt vita sua sensitiua: odio habent quicqd in ipsis DEVS odio prosequit̃: auersionem à DEO horrent̃ & contemnunt, amantq; conuersionem ad DEVM: inordinatas omẽs sensuum propensiones repudiant, & sensibus suis omnigena bona opera secundum Dei voluntatem, & totius sanctæ Ecclesiæ constitutiones colunt & exercent. Quicquid eis DEO permittente accidit, putà ignominiam, abiectionem, sui vilipensionem, contemptum, aduersam valetudinẽ, & quæuis alia quæ possint in hac vita accidere, absque calcitratione & detrectatione humili cum resignatione ferre nouerunt, nec aliud nisi quod velit DEVS, velle possunt: quippe qui DEO in Amore tam firmiter deuincti & cõnexi sunt, vt eũ deserere aut contẽnere, & diabolo in mortiferis seruire vitijs non possint. Per fidem enim ex DEO nati sunt, liberi filij ex gratia, non ex natura: mundumque, id est, mundi vitia deuicerunt: & CHRISTVS ipse viuit in eis, & ipsi in CHRISTO, cum eoque mortui sunt in DEO, & vita eorum toti mundo abscondita est. Itemque cum Christo surrexerunt, & ambulant ac conuersant̃ cum eo in cælis coram illius Patre cælesti, gustant & quærunt ea quæ æterna sunt, atque cuncta hæc infima deserunt ac nihili pendunt. Libertatem quandam, quam nemo possit cogere, & perfectam charitatem, quæ errare nesciat, sentiunt ac experiuntur in DEO. Charitas in incoacta viuit libertate, & libertas in charitate perenni. Charitas in puro viuit spiritu, nec cuiquam seruit nisi DEO, & à vitijs omnibus pura est. Habet autem filiam quandam, nempe charitatem ordinatam, quæ toti mundo communem se exhibet, viuitque in Animæ viribus, eaque cùm sit gratiæ DEI plena, non potest non in virtutibus & Amore toti seruire Mundo. Atque hic est status Apostolorum, posteaquàm sanctum susceperant Spiritum, quos deindè nullus cogere potuit: Non enim vel mortem, vel curas, vel cruciatus, vel quanlibet necessitudinem aut molestiã verebantur. Itidèm & sancti Martyres, Confessores & Virgines multo libentiùs mortem oppetebant in charitate & voluntate DEI, quàm vel totum hunc mundum in delicijs & voluptate contra voluntatem & præcepta Dei possedissent. Enimuerò spiritu liberi erant, nec vllis vinculis obligati, ita vt nec læta, nec tristia, nec vllæ res creatæ eos possent in mortiferum pertrahere peccatum. Perfectam enim in se inuenerant ac possidebant charitatem: quam quisquis itidèm in se reperire ac experiri cupit, is quicquid ei aduersum est vitiorum, odio & contemptui habeat oportet.

I.
II.
III.

Propēsiōes veniales aut mortiferę.

I.

Renati ex DEO, quales.

Col. 3.

Charitas ordinata quæ.

Apostoli.

Roma. 8.

Martyres.

¶De

¶De decem vitiorum generibus, charitati Christi ingratis & contrarijs. Caput LXXX.

SVNT autem decem vitiorum genera, aduersus charitatem militãtia, eiq; contraria. Decẽ vitiorum gnã

Primum genus est mala voluntas, quæ ad nulla non vitia procliuis & parata est, atq; adeò omnis malitię ac improbitatis radix & initium est, nec potest in cælum pertingere: & in ea quisqs diem claudit extremum, in omne æuum cum dæmonibus apud inferos degere compellitur. Alterum genus est ficta sanctitas, qua quidam volunt videri boni, sed esse minimè, quod est oleum & operam perdere: studentque placere hominibus, nec verẽtur æternę displicere veritati. Tales Pharisæorum ac Hypocritarum & Iudę proditoris Domini in omi improbitate similimi sunt. Qui sic moriunt̃, talesq; perseuerãt, eos Dominus IESVS secundum suam iustitiam condemnabit. Tertium genus est desperatio, & contemptus diuinę pietatis ac clementiæ, quod est peccatum in Spiritum sanctum, eiusque misericordiam: in quo quicunque vltimum exhalant spiritum, à DEO & sanctis omnibus in omnem æternitatem spernuntur ac odio habentur. Quartum genus spiritalis superbia est, quę cunctis pręferri & antecellere appetit honore, Reuerentia, dignitate. Hac peste infecti, innocentes despiciunt, eosque Actibus & verbis dedignantur: & cùm sint elato Animo, quicquid volũt, rectum & ęquum arbitrantur: voluntq; alios suo subscribere iudicio: quod si non fiat, ira permouentur. Alios docere, corripere, castigare, corrigere, & omibus ab ipsorum sententia & iudicio discrepantibus, dominari volunt: facilesq; ac proni sunt ad iram, facilè mouent̃, & citò indignant̃. Suoipsorum iudicio cęteris sapientiores ac prudentiores sunt, quod cunctis virtutibus maximũ prestat impedimentum. Superbissimus dęmon cùm esset in cælis, nemini volebat cedere, sed ad Dei æqualitatem adspirabat, cum eoque parem nitebat̃ sibi vsurpare dominãdi authoritatem: sed proiectus ac deturbatus ex arce polorum, missus & detrusus est in profunda inferorum cum vniuersis assęclis suis. Contrà Dominus IESVS filius omipotentis Dei & intemeratę virginis MARIAE, quẽ nos iure merito q; laudibus vehere ac benedicere debemus, è summo cælo ad nos demigrans, humanam assumpsit naturam, factus seruus & perpetuus ac fidissimus amicus noster, suaq; nobis morte inseruiuit, quam sanè acerbissimam pertulit, vt nos ex omi miseria & necessitate liberaret. Et hic ęternus eius honor est, eius q; gloria prorsus immensa est: quòd si ei famulati erimus, secùm nos in Patris sinũ perducet. Quintum genus est ira, odium ac inuidentia, fallax ac perniciosa trinitas, quã ęternò DEVS odit & execrat̃. Deest em̃ ei mutuus Amor, & fides erga mortales oẽs in æternũ retinenda. Ira partìm ex natura & vitiosa habitudine seu mala cõplexione proficiscitur. Ira subitanea sensibile vitium est sensuum indomitorũ. Odiũ spiritale peccatum est, ac inueteratum & improba voluntate diu retentũ. Inuidentia aũt, si non reprimatur, diabolicum planè vitium est, spiritui tenaciter inhęrens, totius iniquitatis & vitiorum oim radix & causa. Qui facilè irascitur, ac citò mouetur & indignat̃, idemipse iurgijs & rixis deditus est, & vafer, improbus ac crudelis est, & ad virtutes omes inhabilis, alios curiosè obseruat, iudicat, reprehendit. Huius farinę homines perplura molestè ferunt: qui si mites essent & DEVM amarent, nihil tale paterentur. Si quid in eos peccetur, alta manet mente repositum, nec facilè obliuiscuntur, sed vltionem in alios meditantur, & ęgrè sanè dant veniam, quod quidem ad virtutes omnes haud mediocre prestat impedimẽtum: & cùm Dominicam legunt orationem, aduersum sese vltionem & iudicium precant̃. Ira si diu seruetur absque dolore & displicentia, transit in odium, quod DEVS omipotens damnat & delectat̃. Est nãq; spiritale vitium, & contemnitur à DEO, eo quòd gratię & charitati repugnet. Et quicunque in eo moritur, reijcit̃ ac reprobat̃ à DEO. Ira & Odium Inuidentię filię sunt, quę quidem totius malitię parens est, nec est compos sui, nec sibi dominari nouit, non potest non inuidere semper ac odire, & vltionem appetere. Semper enim quadam vlciscendi detinetur libidine, nec vult vllius iniurię obliuisci, non metuit infernum, nec vitam sperat ęternam: sicque in medijs versatur tenebris, nec potest Dei gratiam & misericordiam quęrere vel desiderare: obstricta est enim & absorpta in iniquitatis abyssum seu in inexhaustam improbitatem, obsideturque à diabolo, & diuinæ pietatis ac misericordiæ oblita est.

I.
II.
III.
IIII.
Esa. 14.
V.

Ira. Odium.
Inuidentia.
Iracundus.

Ira & Odiũ cuius filiæ.

At

Mat.19. At tamen quod homini impossibile est, possibile est DEO & diuinæ misericordiæ: CHRISTVS IESVS charitas nostra est, docetq; nos amare sine modo, in suaq; gratia & misericordia viuere ac mori. Gratia ac benignitas eius prorsus immensa est, quæ nos ab æterna redemit

VI. morte, æternamque suam nobis conferet beatitudinem. Sextum vitiorum genus multos tenet irretitos, & insipientia ac stoliditate occæcatos, & ipsum est auaritia ac tenacitas, quæ sunt sorores duæ. Auaritia semper habere & accipere concupiscit, tenacitas egrè quicquam largitur: atque eamobrem vtræque vitijs implicantur. Auaritia diuino est aduersa honori.

Tenacium descriptio. Irridet enim DEVM, argentumque & aurum & res terrenas pro DEO colit. Tenacitas diuinæ est aduersa pietati ac largitati, totum mundum suis opibus inundanti. Quicquid Dominus IESVS laudet & commendet, quicquid minetur aut promittat, quicquid concionatores prædicent, aut quicquid agatur, vel auribus & oculis percipiatur, tenax suam clausam tenet crumenam, nec quicquam horum curat. Ad viscera sua misericordiæ omnem præclusit aditum, & miseris ac egenis suum clausit marsupium. Auari & tenaces regnum

Matth.22. DEI ingredi non possunt. Non enim sumpserunt vestem nuptialem: detestaturq; & execratur ac reprobat eos DEVS, quandoquidem charitatis expertes viuunt. Atqui pijssimus & liberalissimus Dominus IESVS discipulos suos ipsum quærentes, ipsique confidentes ad se vocat, lateque extendit brachia sua, eos amplecti & suscipere cupiens. Latus item & cor ac viscera sua maximè patefacit, hospitio eos recipere parat, vt inibi sine terrore in pace cõmorentur. Caput suum in cruce reclinauit, osculari nos sibique vnire volens in æternitate, vbi dolor omnis conquiescit, & obliuioni traditur in æterna beatitudine. Ad hæc seipsum nobis dedit in venerabili Sacramento, putà carnem, sanguinem, animam, vitam, spiritum & diuinitatem suam, in qua supra omnem laborem vita est æterna. Et ipsi à Patre suo data est potestas omnis in cælo & in terra supra creaturas omẽs, quæ in omnem durabit æternitatem: quæritque & amatac appetit laudem & honorem Patris sui & nostrũm omnium salutem. Iure igitur illum nos amare & laudare, gratias ei agere & æternò seruire debemus.

VII. Septimum vitiorum genus impuri ac scelesti excogitârunt, qui DEVM Deique filium contemnunt, nec vllius virtutis habent vsum aut consuetudinem, iurant, execrant, maledicunt, mẽtiunt, & blasphemant dñm IESVM, eiusq; patrẽ cælestem, viuuntq; sine timore & gratia ac benignitate, suasu & hortatu damnatorum spirituum impijs iuramẽtis, obscœnis verbis & actibus, magnisq; & execrandis flagitijs dediti sunt. Opprobrãt Dño IESV passionẽ, mortẽ, & sacrosancta vulnera eius, q̃ ob nostra suscepit peccata: nec dubiũ est qn dęmo

Dæmonib⁹ qui peiores nibus peiores sint, vtpotè quorũ effrenis improbitas est: cõminiscũturq; & imaginant turpissima quæq;, quantùm maximè possunt, de Domino IESV: eorumq; omnis vita impura & spurca est, DEO & ipsorum æternæ saluti maximè aduersa: vndè non immeritò diuina eos

VIII. iustitia execratur ac maledicit. Octauum vitiorum genus, mercenarios complectitur, qui DEO mercedis tantùm & priuati lucri causa seruiunt, homines diuinæ gratiæ expertes. Aiunt enim se neutiquàm seruituros Deo, nisi ab eo præmium sperarent. Itaque veræ charitatis contemnũt præmium & coronam: nec eam, quæ amantibus à Deo præparata est, dulcedinem experiuntur, nec quid sit interna ac deuota ad Deum introuersio ad ipsum eiusq; præcepta diligenda, nouerunt. Amant seipsos viliter, quæ est auersio à Deo ad vitia. Quotquot hoc in statu moriũtur, maledicti sunt, quippe qui veræ charitatis vestesunt destituti.

IX. Nonum vitiorum genus eos continet, qui ab improbo spiritu & propria carne superati, naturæ & sanguini multigenis in vitijs militãt ac obsequuntur. Porrò Acediæ, Luxuriæ, Gulæ esse deditum, id planè à DEO abstrahit, & ad beluinam adducit vitam. Somno & quieti corporis præter ordinem, & supra necessitatem, atque sine ratione indulgere, etiam si qua sit in homine charitas, eam facilè extinguit & arefacit. Gulæ appetitiones in cibo ac potu sequi, vita mollis & delicata est: atq; id genus homines in omnibus sensibus suis odio & contemptui habent sobrietatem & temperantiam. Spurcas imagines & simulacra intùs admittere, in sensibus turpiter affici ac moueri, obscœna verba cum voluptate proferre, cum suspectis & leuibus personis incautè & incustoditè conuersari, castitatis iacturam adfert, facitq; maligno dæmoni & propriæ carni luxuriam sectando obsequi. Tales autem & Deum eiusq; potentiam & cultum ac famulatum floccipendunt, & in cæca quadam

dam ignorantia ac miserabili cæcitate DEO contrariam agunt vitam: & quicunque ita viuunt & moriuntur, eos planè odit & execratur DEVS, atque cum tetris spiritibus in inferni tenebras merguntur. Verùm qui apud DEVM veniam & gratiam quærunt & expetunt, inordinataque sensuum & corporis voluptate contempta ac posthabita, DEO ad mortem vsque seruiunt, illius freti gratia & confisi benignitate, erratorum suorum veniam impetrant. Non enim serò veniunt. Decimum genus non quidem malos complecti- X.

tur, sed homines bona præditos voluntate, & in DEI gratia viuentes, qui licèt relictis & spretis omnibus CHRISTVM sequantur, amentque DEVM & præcepta eius, omnigenisq; Actibus bonis in sancta ECCLESIA vsitatis dent operam, attamen in grauia possunt labi vitia, eo quòd sibijpsis necdum in DEO mortui sint, nec propriam voluntatem suam sub liberrima DEI voluntate contempserint ac resignârint, nec etiam naturæ libertatem à DEO ipsis inditam, libertati illi quæ DEVS ipse est, subdiderint atque dediderint: quo fit, vt sæpiùs tristibus ac lætis afficiantur, curaque & anxietate, & quadam diffidentia, horroreque ac timore inferni & damnationis, ac Purgatorij & in mortifera labendi peccata detineantur. Volunt enim viuere DEO pariter & sibi, multaque eos premunt & habent solicitos. Consolationem quidem & multam sensibilem gratiam libenter à DEO præstari sibi vellent: sed si non accipiant, fieri potest vt frigescant: atque etiam magnis tetri spiritûs, mundi & carnis tentationibus effici potest, vt in peccata ruant mortifera. Potest id haud obscurè in ipsis CHRISTI Apostolis animaduerti, qui tametsi à Domino IESV ad sub- Mat.26. Marc 14. Luc.22.

limem essent euecti dignitatem, tamen maluissent cum eo in hoc degere exilio, quàm mori cum ipso, & in eius gloria sempiterna perenniter cum eo morte contempta viuere: & cùm mortis sibi periculum imminere putarent, omnes à Domino aufugerunt: & ipse diuus Petrus cæteris fidentior mortis horrore & formidine refrixit & cecidit. Dixerat quidem paulò antè Domino IESV: Paratus sum tecùm & in carcerem & in mortem ire. Sed vnius mulierculæ voce intantùm perterritus & fractus est, vt multùm formidolosus & anxius, etiã iureiurando asseueraret tribus vicibus, se non nosse Dñm IESVM. Sic & cæteri Apostoli diligebant qdem saluatorem, sed tamen timore & anxietate detinebantur ad sacram vs- Acto.2.

que diem Pentecosten, qua Dominus IESVS perfectæ charitatis spiritum suum illis insudit. Quo percepto, à nemine deindè compelli aut cogi poterant: sed omni superata & calcata formidine, etiam mori parati erant, quandocunque aut vellet DEVS, aut permitteret: viuebatque in eis CHRISTVS, & ipsi in CHRISTO: & nec ipsi discedere à CHRISTO, nec ab eis CHRISTVS volebat discedere: sed ipsi in CHRISTO, & in eis CHRISTVS manere voluit. Sicque non poterant non DEO manere coniuncti & vniti. Atque ita se fermè habet cum sanctis perfectisque hominibus, sibijpsis in DEO per Amorem mortuis, qui DEVM vix possent relinquere. Siqdem in seipsis perfectam inuenêre charitatem, quæ DEVS ipse est, nec quicquam hæc charitas veretur aut timet, sed timorem foràs misit: viuuntque in spiritu absque timore, anxietate, curis & tædio: Deique spiritus testimonium reddit ipsorum spi- Roma.8.

ritui, quòd sint electi filij DEI, quod quidem testimonium nemo eis potest eripere: quandoquidem in suo spiritu vitam sentiunt æternam. Quod etiam aliâs aliquotiès scripsisse memini: sed tamen mihijpsi renuncio, atque æternæ veritati, & sanctæ catholicæ ECCLE-

SIAE fidei & Doctoribus, qui sacras scripturas per Spiritumsanctum explanârũt, me meaq; Submissa autoris de se protestatio.

scripta libens submitto. At tamen id quod intùs sentio & experior, mihi manet, nec possum id ex meo spiritu depellere: Immo si vel totum possem lucrari mundum, equidem diffidere non possem, nec desperare de Domino IESV, quòd me damnare velit. Quòd si diuersum audiero, libens conticescam. Et de virtutibus quidem & vitijs deinceps pauca scribere statui.

¶De quatuor ornamentis, quæ DEVS merito Passionis suæ præstitit in perfecta charitate viuentibus.

Caput LXXXI.

Quib.ꝰ q̃ quatuor ornamenta Deus contulerit.

PORRÒ qui in perfecta viuunt charitate, ijs DEVS quatuor præstitit ornamenta siue modos cælestes, qui bonis omnibus passìm cõmunes non sunt. Sed quos eò DEVS elegit, ijs cælestes hosce modos cernere & audire licet. Primus modus, idemq; DEO super omnia gratissimus, qui & sanctitatis omnis initium est, paucis admodùm funditùs perspectus & cognitus est. Omnipotens cęlestis Pater noster cũ vnigenito filio suo dat electis suis humilem & tamen minimè compressam sui demissionem, seu demissam humilitatẽ, quæ omnia in spiritu perferre potest, atq; sub omnibus semper libera manet & neutiquã onusta, cunctaque sine murmure & querimonia ferre nouit, nec potest non semper crescere & progredi in virtutibus & rectè factis: siquidem DEVS in ea manet & habitat cum omnibus donis suis. Alter modus iure eximiè prædicatur: Nimirùm Pater & Filius occultis spiritibus charitatis immensam conferunt latitudinem, cuncta præclara vasa complentem. Dicitur autem charitas, & sine mensura semper redundat, estque virtutum omnium causa & origo. Qui inhiare nouit, is eam gustare potest: Intra omnia est, sed minimè inclusa: extra omnia, sed non comprehenditur. Docet autem amare perpetìm ac sine obliuione: siquidem cohærentes sibi seipsa possidet & occcupat. Tertius modus est, cum Patre & Filio & cunctis amantibus vnitas in Spiritusancto: quæ est in cælis & in terra præcipua solennitas vel celebritas, videlicet DEO frui sine fine, quo omnem suam familiam DEVS cibat & potat. DEO frui, spiritalis quædam diffluxio est DEI in nos, & nostri in DEVM. Mensa autem in qua edimus, DEI præsentia est: ad eam vnusquilibet suas, quas parauit, apportat escas & fercula, q̃ nihil sunt aliud, quàm virtutes, charitas & omnigena bona opera, quæ DEO obtulit, & ante se præmisit, quæ tum ibi coram DEO & sanctis omnibus præsentia adsunt. Christus IESVS medium in mensa locum obtinet, cum eis omnibus manducare gestiens: eiusque Amor, Passio, fidelitas, vita, mors ex Amore nostra causa suscepta, nec minima quidẽ ex parte illic obliuioni dantur. Gaudia quæ ibi sentiũtur, in mensa sunt, & vita sempiterna mortem omninò non metuens. Illic vnusquilibet speciatìm percipit, quæ hìc meritus est. Gaudia autem accidentalia communia sunt omnibus: & quotquot ad eam sedent mensam, ij omnes mundi sunt. Quartus modus, est omnis modi excessus, cunctis amantibus spiritibus paratus, quo omnis creata exceditur essentia vsque in supersubstãtialem diuinitatis essentiam: vbi quiescemus, obdormiemus atque commorabimur cum DEO & sanctis omnibus supra discretionem omnem in æterna beatitudine. Hac nimirùm Ratione CHRISTI testamẽtum, de quo superiùs dixi, perfectum & consummatum est, idemque in omnem permanebit æternitatem. CHRISTVS IESVS Dominus noster misericors & iustus est, & singulis quibusque pro meritis restituet. Improbis & iniquis suam relinquet iustitiam: bonis autem & pijs suam donabit misericordiam & benignitatem: idque singulis & omnibus durabit in æuum. Denique Testamentum hoc Dominus IESVS suo scripsit & obsignauit sanguine precioso, & morte confirmauit sua: quicunque ei credunt, eumque amant, eos omnes in Patris sui sinum secùm abducet.

I.

II.

III.

IIII.

HORA NONA.

¶Quid hac hora Dominus pertulerit, & vt eius sanctissima mater affecta fuerit.

Caput LXXXII.

SEquitur iam octaua diei hora, qua Dominus IESVS in maxima angustia & necessitudine pependit in cruce, eius corpore planè rigido, arefacto, & sanguinolento. Stabat aũt iuxta crucem IESV mater eius: quã cùm vidisset vnà cũ discipulo, quẽ diligebat, dixit Matri: Mulier, Eccè filius tuus. & Discipulo dilecto, Eccè Mater tua. Et ex illa hora accepit præclarissimam illam virginem in curam suam, haud secùs quàm si propria ipsius fuisset Genitrix, tam ex gratia quàm natura. Simul autem ingens mœror pijssimam matrem obtinuit, & gladius doloris & condolentiæ nedum Animam, sed etiam corpus, cor & sensus

Ioan.19.

sensus eius penetrauit, haud aliter quàm si statìm esset redditura spiritum. Quod cùm Dominus IESVS tristissimæ Matris amantissimus filius cerneret, misit spiritum suum, qui ei in mentem reduxit verba Gabrielis Angeli, quòd filius eius esset, & vocaret filius Altissimi, sederetq; in sede Dauid Patris eius, & cũ DEO regnaret in domo Iacob in æternũ, & regni eius non esset finis: itemque meminisse eam fecit miraculorũ & verborũ quæ ab initio dixisset, atq; etiam propheticorum oraculorũ, & scripturæ diuinæ, quòd videlicet filium eius Dominum IESVM pati oporteret, & emori pro cunctorum peccatis & salute mortalium: tantamque idem DEI spiritus ei infudit erga omnes homines charitatem, quòd si fuisset possibile, libens ipsa mortem illam acerbissimam pro cunctorum necessariam salute oppetijsset: adeoque, vt piè credo, si clauiex manibus & pedibus filij eius refilijssent, ipsa eos ob abolenda hominum peccata, si DEO placuisset, cuius voluntati suam in omnibus conformabat, denuò infixisset. Incumbebat interìm, præ defectu viriũ, in vlnas sancti Ioannis: intùs autem in spiritu pace & gaudio ingenti perfruebatur, certa filium suum in æterna beatitudine perenniter victurum. Cumque hæc cerneret & audiret latro à dextris Domini IESV pendens, alta dixit voce ad Dominũ: Memento meî Domine, cùm véneris in regnum tuum. Ad quem Dominus: Amen, inquit, dico tibi, hodiè mecùm eris in Paradiso. Quibus Domini verbis Latro ille absq; hęsitatione fidẽ adhibuit: siqdem sensibus prudẽs & sapiens erat. IESVS aũt humilima clamabat voce: Sitio. Quidam aũt accipiẽtes spongiam aceto felle mixto plenam, in arundine obtulerunt ori eius. Cùm ergo gustasset IESVS acetum, noluit bibere: clamauit autem voce magna, dicens: DEVS meus, DEVS meus, vt quid dereliquisti me? Viditque tum in spiritu suo, quicquid DEVS ab omni æternitate de ipso decreuerat ac præordinârat fieri, aitque ad hæc hilari spiritu: Consummatum est. & inclinato ad pectus capite, dixit: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, atque sub ijs verbis crepabant oculi eius, cor rumpebatur, & spiritum suum misit in Patris gloriam. Et hæc fuit Nona diei hora, quam nos Nonam dicimus. Inter hæc terra tremuit, Petræ scissæ sunt, velũ templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsùm, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, resurrexerunt, & apparuerunt multis in sancta ciuitate. Centurio autem, qui centum præerat militibus, visis his quæ fiebant, dixit: Verè filius DEI erat iste. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur.

Luc.1.

Luc.23.

Ioan.19.

Ioan.19.

Mat.27.

Mar.15.

Luc.23.

Mat.27.

HORA VESPERTINA SEV VESPERARVM.

¶De perforatione lateris Christi, eiusque depositione de cruce.

Caput LXXXIII.

DECIMA diei hora, quam nos Vesperas dicimus, rogauerunt Iudæi Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur, possentq; citiùs mori, nec remanerent in cruce corpora eorum die illo magno Sabbathi. Et consentiente Pilato, venerunt milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum IESV. Ad IESVM autem cùm venissent, vt viderunt eum mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius dextrum aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit, & scimus quia verum est testimonium eius, quæ sunt verba sancti Ioannis Euangelistę. Cùm autem serò factũ esset hora diei vndecima, quæ Vesperis annumeratur, venit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, nobilis decurio, & erat discipulus IESV occultus: & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus IESV. Pilatus autem accersito Centurione, interrogauit si iam mortuus esset. Et cùm cognouisset à Centurione, iussit reddi corpus IESV. Ioseph autẽ adiunxit sibi Nicodemum, qui ambo potentes & magni erant, & amici IESV, quanuis occulti ob metum Iudæorum. Non enim ferre voluit Dominus IESVS, vt improbus quispiam siue Iudæus siue Ethnicus ipsius corpus exanime attrectaret. Atquì duo isti, qui ambo fideles erant, & expectabant regnum DEI, corpus de cruce depositum linteaminibus, & caput sacratissimum sudario obuoluerunt.

Ioan.19.

Mat.27.
Marc.15.
Luc.23.

HORA COMPLETORII.

¶De Sepultura DOMINI IESV. cap. LXXXIIII.

ET quia hæc extrema erat diei hora, quam nos Completorium dicimus, vltra eam horam operari non licebat. Itaque prope locum vbi crucifixus est IESVS, erat hortus, & in horto monumentum nouum excisum in petra. Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum posuerunt IESVM, mixturamque myrrhæ & Aloes libras quasi centum fuderunt in corpus & vulnera eius iacentis in monumento, in quo necdum quisquam positus fuerat: aduolueruntque saxum magnum ad ostium monumenti, & abierunt, bono animo & multa cum pace, quam DOMINUS IESVS discipulis ꝓparauit suis, ipsius seruantibus canonem siue REGULAM, quam ipse viuendo tenuit, & verbis docuit, in qua & obijt, & resurrexit in gloriam Patris sui, Amen.

Ioan.19. Mat.27. Luc.23. Mar.15.

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS, Epistolæ septem vtilissimæ.

¶Epistola prima scripta sorori Margaretæ de Meerbeka Moniali apud D. Claram in oppido Bruxellensi.

QVIDEM SALVERE TE IVBEO, SI TAMEN ID IPSA petis. Quisquis amat DEVM, omni honore dignus est. Quòd si ipsa verę charitati vacare ac operam dare velis, omni dolori seu afflictioni te offeras, & delectationi inordinatæ renuncies oportet: & sic Amor omnem te docebit veritatem, & virtute Domini quicquid sibi contrarium est, depellet ac profligabit. Amor enim, virtutum omnium radix & fructus est. Amoris autem exercitatio abnegare, deserere, contẽptui ac odio habere facit, quicquid temporarium & caducum est, quatenùs virtutibus & Amoris exercitationi medũ aliquod vel impedimentũ adfert. Et hoc vitæ tuæ institutũ, hic canon est, q̃ ad mortẽ vsq; te seruaturã pollicita es, atq; ob id seruare adstricta es & obligata. Hortor igitur vt teipsam ex amore abneges, & liberè tete Dñi manib' tradas, colasq; & exerceas reuerẽter Deũ quẽ amas, corpore & ania cũctisq; viribꝰ & omni facultate tua, sicq; & ipsa eũ in amore possidebis ea quã erga ipsum habes reuerẽtia, & ipse te vicissim sua, qua te ꝓsequet, dignatione in amore possidebit. Tum verò te nullꝰ ab eo separare vel disiũgere, aut medũ aliquod inter te & ipsum obijcere poterit: In cũctis exercitijs tuis, & in omnibus quę ex amore siue facis, siue omittis, nõ cõsolationẽ, nõ mercedẽ, nec quicq̃ nisi ipsum solũ petas vel exigas. Sis illi tota, prorsusq; ei te resignes, & verã in spũ tuo reperies libertatẽ, quę est, supra cuncta virtutũ exercitia per amorẽ illi esse vnitũ: eiusq; spũs testimoniũ reddet spiritui tuo, ab æterno electã te esse filiã & hęredẽ DEI: & ipsa qdem senties subleuatã te esse à DEO supra teipsam & supra oia, & ipsum velle esse ꝓpriè tuũ. Ad quod ipsa ei respõdebis, te vicissim ꝓpriè suã esse velle, atq; in infimo te loco infra creaturas oẽs collocato: prorsusq; tete abneges in liberrimam illius voluntatem, ad agendum, omittendũ; perferẽdum quicqd ipsi visum erit, ita vt vita tua supra teipsam subleuata sit in æternã libertatẽ, nullius dominio subiacentẽ: itemq; in teipsam submissa ac depressa in humilem resignationem omni fundo carẽtem: atq; etiam in incomprehensibilem dilatata charitatem, implentem omnia, & demùm in longũ extensa in æter-

Deus quõ colendus.

Roma.8.

in æterna DEI laude, nullum vnquàm finem habitura. Nulla te tui cura occupet, nec scire aut perscrutari velis, quid de te DEVS acturus sit, sed illi totam te resigna. Quando extolleris aut erigeris à DEO, ipsa te abijcias & humilies. Sic nimirùm allato ꝑ Gabrielem Archangelum nuncio beatissimæ semperque virgini MARIAE, quòd mater DEI futura esset, ipsa respondit: Eccè ancilla Domini. Itidemq; anima CHRISTI cùm verbo æternò vnita foret, essetq; CHRISTVS DEVS & homo, ipse se totius orbis seruum fecit, cunctisq; voluit esse subiectus, nec est cuiquam singularis, sed communis omnibus & singulis ipsum appetentibus. Tu quoq; si illius, non tua, esse vis, vtì pollicita es, esto communis singulis quibusque in ipsorum necessitudine, nõ autem speciatim cuipiam: ita fiet, vt nullo te immoderato mœrore conturbet, si moriatur amicus, aut te cõtempta vel posthabita alium eligat. Aestate præterita cùm in vestro essem cœnobio, videbaris mihi in mœstitia esse: itaq; cogitabam vel à DEO, vel singulari aliquo amico, cui plurimùm fideres, derelictam te esse, aut tentationibus te vexari, quæ foris & intùs quoquo modo te premerent. Quam ob rem isthæc tibi scribere volui. Si quidem spiritûs libertatem, & veram inter te & DEVM amoris exercitationem seruare cupis, ac tui manere potens, libero corde totam te DEO dedas, nec illi te obstringas aut deuincias, qui te ab illo possit retrahere, aut cui ipsa cum amore & delectatione seu affectu adhæreas, vel qui tibi adhærescat, siue ille confessor tuus sit, siue quiuis alius extra vel intra cœnobij tui septa constitutus. Equidem nullam hodiè perniciosiorem pestem apud omnes fermè quorumlibet monasticorum ordinum professores grassari noui, q̃ quòd cuncti ferè negociationi dant operam: singuli quique adminiculum in quo acquiescant, habere appetunt. Alius alium ad se allicit, sibiq; adiungit, atq; inter sese his verbis fœdus quoddam ineunt, Fidum te mihi præsta, & me vicissìm talem experieris. Tuis me affice beneficijs: ipse itidèm faciam. Omnia mea tua sint, & tua mea. Nemo nos separet, sed mutuò nobis constanter adhæreamus, & ita nemo nobis officere poterit. Alter alteri in omni necessitate tam in morte quàm vita assistat. Sed hoc fœdus istaq; negociatio firma non est, vtpotè quæ radices in DEO non fixerit. Et quanuis possit forsitan absq; mortifero exercerì pctõ, non tamen sine multis ijsq; grauibus pctis venialibus agitur. Tales nanque quotiès libet, manè ac serò simul congredi, ac vicissìm miscere colloquia cupiunt, nec se obiurgari ferunt. Si quis eos præhendat, eum hostis loco habent: Etiamsi alijs offendiculo sint, id floc cipendunt, neq; enim ab his animum reuocare volunt. Quapropter tum in bonis moribus, tum cũctis virtutibus intùs & foris iugiter eos minui ac deficere necesse est. Quisquis enim alium quemcunq; sibi allicit ac malè deuincit, quem ad DEVM potiùs mittere ac adducere deberet, is corruptus & fallax ac DEO contrarius est. Et q̃ vel in hoibus, vel vllis caducis ac fluxis rebus commodum, lucrum vel delectationem captat & aucupatur, is in omni virtutum genere vel modo sanctis aduersus & dissimilis est. Hac de causa Domini Baptista Ioannes, patre, matre, patris sacerdotio, quod iure ad ipsum deuoluendum erat, honoribus & diuitijs mundi posthabitis ac derelictis, in eremum secessit, ne à creaturis illiceretur, tametsi intra materna viscera sanctificatus esset. Sed nec ipse vllum sibi attraxit, sed tum discipulos suos, tum creaturas omnes mittebat ac reducebat ad DEVM: ad quem tamen ipse non accessit, veritus affectum & appetitionem suam, ne secundum partem sensitiuam plùs nimio CHRISTI humanitati afficeret & adhæresceret, sicq; in puro ac libero spũs sui in DEVM ascensu aliquod vel impedimentum vel imaginis adhæsionem pateretur. Ipse etiam humani generis saluator, viuentis DEI filius, neminem sibi allexit vel attraxit: sed suo ipsius exemplo discipulos suos & creaturas omnes ad cælestem Patrem suum dirigebat. Interìm tamen cunctis eum amantibus tam erat adspectu elegans, gratus, & amabilis, vt sibi temperare non possent, qn ad illius conspectum affectu & amore colliquescerent: sicq; fiebat, vt ex præclarissima illius humanitate intantùm animo crassescerẽt, totq; imaginibus replerẽtur, vt in spũ neutiquàm possent erigi ad celsissimam illius contemplandam diuinitatẽ. Quamobrem suis ipse discipulis ait: Expedit vobis vt ego vadam ad patrem. Si enim non abiero, Paracletus nõ veniet ad vos. Vbi animaduertas obsecro, vt sancti illi Apostoli, quos Dñs ex vniuerso hominum genere vocãrat & elegerat, quandiu CHRISTVS in mortali apud eos degeret corpore, inidonei ac inhabiles fuerint ad suscipiendum spũm sanctum, eo quòd ex sensu-

Luc.1.

Pestis monasteriorũ pnciosissima q̃.

Paucorũ inter se in cœnobijs cõsodalitas aut consusurratio, quale quid.

Luc.1.

Ioan.16.

ſenſuali illo quo erga digniſſimam illius humanitatẽ afficiebant amore, imagines ac media ſeu impedimenta contraherent. Poſtea verò quàm morte perpeſſa rediuiuus ſurrexit in gloriam ſuam, & vltra cælos omnes glorificatus aſcendit, omnia traxit ad ſe. Dedit nanq; ſpm̃ ſuum omnibus ſuis, q ſeipſos ex amore abnegant, ipſiq; viuunt, qui vitijs moriuntur, & viuunt virtutibus, qui mundum contemnunt, eiq; valefaciunt, & omni amori terreno nuncium remittẽtes, ipſum DEVM ac Dominum ſuum in illius regnum cum amore ſubſequuntur. Qui ſanè vitam agunt cæleſtem: quandoquidem CHRISTVS in eis viuit DEVS & homo: ſicq; fit vt & imaginibus præditi ſint, & etiam imaginum expertes ſint. Præditi nanque ſunt ſiue depicti imaginibus vitæ ac paſſionis Domini IESV, virtutumq; omnium. In ſpũ autem ſuo à rebus omnibus cunctarumque ſimulacris rerum prorſus liberi, nudi, ac vacui ſunt: atq; ob hoc ipſum in diuinam ſunt transformati claritatem: ſicq; & egredi & ingredi poſſunt, & vitalia ſemp inuenire paſcua, ſiue eſcam vitalem. Exeunt quidem humanitatis CHRISTI imaginibus depicti, ad bonos mores, ad exercitia ſancta, ad colendas virtutes omnes. Intrant autem cum eiuſdem Domini IESV ſpiritu abſq; imaginibus in Diuinitatem, atq; inibi æternam reperiunt ac poſſident veritatem, opes infinitas ac inexhauſtas, guſtumq; & conſolationem longè maiorem, quàm vel comprahendere vel capere ſufficiant. Itaque ſupernè copioſè illuſtrantur, ac infernè probè communiuntur ac ſeruantur, verãq; amoris naturam inuenerunt. Amant eũ tum ſeipſos, tum creaturas omnes in DEO, ad DEVM, & propter DEVM. Amant, inquam, ſeſe in DEO, vbi in CHRISTO cum ſanctis omnibus per amorem vnum ſunt cum DEO, æterna circumplexi beatitudine. Id quod
Ioan.17. CHRISTVS ſpectabat, cùm diceret Patri ſuo: Volo vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus, videlicet amoris vnitate. Amant etiam ſeſe & creaturas omnes ad DEVM, nempe, vbi CHRISTO & ſanctis omnibus vniti adſtant ante DEI conſpectum, æterno illum honore ac laude perenni tota virium ſuarum facultate afficientes. Amant denique tum ſeipſos, tum res creatas omnes propter DEVM: quando & ſibijpſis mortui ſunt, & omnem voluntatem propriam in DEI gratiſſimam transfudêre voluntatem: ita vt & in agendo, & patiendo, & omittendo vnius ſint cum DEO voluntatis: atque ob hocipſum tam à ſeipſis quàm aliis qbuſcunq;, quæ eis vel in tempore, vel æternitate queant accidere, prorſus liberi ſint & expediti: ſicq; veram tum erga DEVM, tum erga ſeipſos, tum erga mortales omnes pacem inuenerint. Amant eũ (vt dixi) ſeipſos & creaturas omnes propter DEVM, hoc eſt, vt in vera charitate, in bonis moribus, & in cunctis virtutibus DEO obtempent ac ſubditæ ſint. Iſti nimirùm homines pfecti ſunt, ſimiles Apoſtolis & ſanctis omnib'. Perplures alios in cœnobijs, in incluſorijs, atq; in omni vitæ religioſæ ſtatu inueniri licet, q ad hanc ſanctitatem minimè ptingant. Huius autem generis ſunt, q ſeipſos non in DEO, neq; ad DEVM, neq; ppter DEVM amant, ſed tum in ſeipſis, tum rebus terrenis ſolatia, commoda, honores, priuilegia expetunt, captant & aucupantur, & alijs præferri ac præeſſe appetunt. Placent enim ſibijpſis, & omni honore ſe dignos arbitrãtur. Quæcunq; ſiue agunt vel omittunt, ſiue excogitant aut decernunt ac ordinant, ea vt ipſi putant, non poſſint ab vllo alio rectiùs fieri. Perſuaſum nanq; habent ſe cunctis illis, apud quos commorantur, multo eſſe ſapientiores prudentioresq;. Quæ cauſa eſt, vt cum aliqua illorum emendatione nemo eos docere, dirigere ſeu informare aut reprahendere queat: qppe q natura ſtupidi, ſtolidi ac ſupbi ſint. Alios verò diligenter ac ſtrictè obſeruant, animaduertunt, iudicant, & obiurgãt. Non enim ſeipſos nôrunt: Propriæ voluntati & moroſitati admodùm dediti ſunt. Quicquid agunt vel omittunt, ratione tueri ac defendere moliuntur, tãquàm q omni ex parte rectè ſentiãt. Quo fit, vt nemo illorum poſſit reſiſtere iudicio vel opinioni, & vt ſibi acqeſcant vel obtemperent eos pmouere. Adeò nanq; ſuam voluntatem, ſuumq; iudicium amãt, vt nulli ex animo morem gerant, qui aliud atque ipſi, velit. Natura quoque ſuperbi ſunt, & necdum vicêre ſeipſos. Nemo apud eos viuere familiariter, aut cum eis conuerſari poteſt, niſi qui ſimulare, eisq; adulari & obſeq ac obtempare nôrit. quicunq; eis aduerſant aut cõtrarij ſunt, erga eos aĩo ſunt amaro, & tũ verbis, tũ moribac geſtibus eos dedignant ac aſpnant. In cibo, potu, habitu vel cultu corporis, atque in omnib' ad ipſos ptinentibus delicati, molles, & curioſi ſunt. De amicis, de cognatis, de rebus temporarijs non aliter, quàm homines ſeculares

culares, modò dolent, modò lætantur. Multùm eos diuexat & occupat cura, timor, anxietas & ſolicitudo eorum omnium quæ eis poſſint vel in tempore, vel æternitate accidere. Se quidem fideles erga alios arbitrant: neminem verò alium ſibi fauere aut fidum eſſe putant. In omnibus rebus aduerſis intùs impatientes ac pacis expertes ſunt. Et quia ſibijpſis nihil mortui, ſed penitùs modis omnibus irreſignati ſunt, DEVS eis prorſus extraneus ac incognitus eſt. Vbi verò huius farinæ duo quidam propenſiori amicitia ſibi mutuò deuinciuntur ac copulantur, eos nemo ſeparare poteſt. Alios potiùs mortales omnes offenderent ac exaſperarent, quàm alter alterum vllo vel verbo, vel facto læderent: adeoq; ſibi cohærent ac velut conſpirârunt, vt ſi quid alteri ſiue gratum, ſiue moleſtum illatum ſit, id vtriq; inferat. Cumq; aliquid ſecùm conſtituunt ac proponunt, quod tamen pficere non valent, forinſecùs ita ſe componunt, ac tale quiddam præ ſe ferunt, vndè amici eſſe videant: atq; hac ratione alios ſibi adſciſcunt, alliciunt & adiungunt, ſicq; aliquammulti in commune conſpirant, quo ſint ad id quod volunt, obtinendum ſiue efficiendum valentiores. Vbi verò ad aliorum notitiam iſta perferunt, etiam illi inter ſe ex parte altera conſpirant: atq; hoc pacto mutua cœnobiorum charitas dirimit ac profligat. Quæ enim parti alteri probant, ea improbant ab altera: vndè porrò ex vtraq; parte odium, inuidentia, verborum factorumq; diſſonantia, reprahenſiones, concertationes, altercationes, criminationes, obtrectationes, diſplicentiæ, nequitiæ, pturbationes ac diſſenſiones oriunt: quibus rebus dubium non eſt, ex cœnobio dæmonum regnum effici. Cùm enim neutra pars alteram tolerare aut ſuſtinere velit, conſequens eſt, vtraque ex parte malos regnare ſpũs. Iam ſi quis huius vel illius partis vnum aliquem vel leuiter pulſet, ſimul omnes eiuſdem factionis commouentur: ſiquidem more veſpertilionum clara luce malè cernentium, ſibi mutuò cohærent. Et quia ſuas partes cuncti æquas arbitrantur, alij alijs neq; cedere, neq; inuicèm ſe tolerare, ſed alios alij premere, alij alijs ſe opponere volũt. Quiq; inter eos viribus præſtãt, illi optimos ſe haberi volunt. Cœnobia q̃ qui mũdo ſimilia.
Quæ quidem omnia nihil à mundi ſtudijs diſcrepant, mundi inquam huius, cunctis mortalibus virus peſtiferum offerentis ac ppinantis. Agè iam animum aduerte, quàm aptè improbum atq; puerſum hoc hominum genus zizanijs illis comparetur, quæ Dominus in Euangelio ait inimicum ſupſeminaſſe DEI tritico, hoc eſt, hominib' bonis toto terrarum orbe diffuſis. Mat.13. Vult nanq; Dominus, vt mali ſimul cum bonis ſuccreſcant, quo boni à malis p afflictiones, vexationes, contemptum exerceantur: ita enim charitas radices agit, confirmaturq; ac ſtabilitur ad mortem vſq;. Tum verò Dominus meſſores ſuos, id eſt, dæmones mittet, qui colligant zizania, & alligent ea in faſciculos ad comburendum igne inextinguibili. Meſſores. Ipſe autem vnà cum angelis ſuis triticum ſuum, hoc eſt, homines pios colliget & abducet in horreum gloriæ ſuæ. Triticum. Quæ nimirùm cum ipſius Domini verba ſint, meritò iniquis ac improbis terrorem incutere debent. Meritò, inquam, iſtiuſmodi & pudore ſuffundi, ac terrore concuti debent coram iuſtitia DEI, & angelis ac ſanctis illius, maximeq; coram Domino noſtro IESV CHRISTO, qui in mortis hora in bonos ac malos feret ſententiam: & malis Mat.25. quidem dicet, Amen dico vobis, neſcio vos. Nam etſi pulchra fertis vaſa, ſed charitatis oleo vacua ſunt. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, q parat' eſt diabolo & angelis eius: Ibidem. Vbi erit fletus oculorum & ſtridor dentium: vbi æterna afficient ignominia: vbi dæmones rugientes ac horridos edentes ſonos audient: vbi mundi ſapientia in ſtultitiam ac furorem vertetur: vbi à dæmonib' abſorbebuntur, ac rurſùm euomientur, & cruciamenta ac pœnæ eorum ſemp renouabuntur. Mat.8.b 13.f & g 22.b. 24. d 25.c. Velut candentis æris ſcintillæ ſurſùm ac deorſùm in flammis tartareis ferentur: ſulfur & pix cib' illorum erit, nec vnquàm benè habebunt. Crede mihi, quicquid de pœnis inferni dici queat, ſi ad ipſam rei veritatẽ comparetur, minus eſt quàm gutta vna ad vniuerſum mare. Et tamen omnes pœnæ tartareæ modicę & quaſi nullæ ſunt, ſi ad æternam diuinæ viſionis priuationem & carentiam conferantur. De pœnis inferni ſatis nil dici poſſe. Hæc igitur tibi & conſodalibus tuis, immò & cunctis hominibus audire ac pdiſcere volentibus, quemadmodùm peccata vitare, DEOq; viuere debeant, ſcribere volui. Et nunc quæſo ad ea quæ dicturus ſum, diligenter attende. Si vis viuere DEO, ſerua inſtitutum monaſticum quod amplexa es, ſerua canonem & conſtitutiones ſiue ſtatuta ordinis tui, omnesq; bonas conſuetudines, & maximè legem ac præcepta DEI. Eſto mitis, humilis, patiens, & ſubdita DEO, ſuperio- Inſtituta q̃ quibus ſeruanda.

perioribus, & omnibus quibuſcũ viuis, idq; in vera charitate. Sis ſimplex, innocens, & corde libero, nudo, expedito ac imaginibus vacuo, & dabit tibi DEVS ſapientiam ſuam. Erige cor animumq; tuum vltra res terrenas omnes, & in cæleſtibus verſari poteris. Totam te tradas ac dedas DEO tuo, & ſic idonea eris quæ illius accipias ſpũm. Ama ac deſidera vnũ & ſolum Dominum DEVM tuum, nec quicquam extra illum, & illius guſtum ꝓcipies. Fidam, benignam, piam ac fauorabilem te præbeas, & prodeſſe coneris ſingulis quibuſq; tuam deſiderantibus operam: & ita eris virtutibus locuples. Nullius ſingularem expetas amicitiam, nec quicquam terrenum appetas: ſicq; fiet, vt aliqua affecta iniuria, non contriſteris. Ama ſolitudinem, & conſcientiæ ſtudeas puritati, & DEO grata atque accepta eris. Dum ſana es, non te torpor aut deſidia occupet, ſed Chorum ſedulò viſitans, cantioni, lectioni, laudi & gratiarum actioni des operam, atque hoc ipſo angelis eris ſimilis. Sed iam multa ſatis ſcripſiſſe mihi videor. Si quidem DEO viuere ſtatuiſti, benè tecùm agit. Obſecro, ſolo DEO contenta eſto, extra quem ſi nihil appetieris, nulla res mœrore te afficere poterit. Rogemus nunc Dominum DEVM noſtrum, vt adeò nos ad ſe conuertat, vt ipſi⁹ opem & auxilium obtineamus, in eoq; penniter ꝑmaneamus, ꝑ Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, eius filium, vitam & coronam noſtram, digniq; habeamur, qui in omnem æternitatem in regno ſuperno, vbi gaudia nullum habitura finem abundant, regnemus, eiusq; ciuibus ac familiæ aſſcribamur & annumeremur, Amen.

¶ Alia eiuſdem Epiſtola ad Dominam Mechtildem viduam, olim coniugem D. Ioannis de Kulenborch militis.

BEnedictus ſit DEVS, idemq; laude & honore afficiat ab omnibus creaturis ſuis in cælo & in terra. Multa in Domino te ſalute imptior Domina, cum omnib⁹ qui in noſtro cœnobio vnà mecùm CHRISTO militant, & cum gratia DEI, & quantùm in nobis eſt, precum, Miſſarum, bonorum operum omnium, quæ ex diuina pietate & gratia ꝑ nos fiunt, haud ſecùs quàm noſipſos participem te facimus. Etenim virtutes omnes, cunctiq; actus boni vicem repoſcunt ex ipſa natura, æquamq; compenſationẽ ſiue retributionem. DEVS quidem ex omni æternitate mortales omnes voluntariè dilexit, vocauitque & elegit vt ipſi ſeruiant, ipſumq; laudibus afficiant: & eſt hæc illi⁹ voluntas, vt ipſum viciſsim ſponte ac volũtariè præ creaturis omnib⁹ redamemus, eligamus, & laudemus. Vult præterea ac præcipit nobis, vt ad mortem vſque cunctis quæ iuſſit, quæq; vetuit, morem geramus ac obtempemus: vtq; ſibi credamus atque confidamus de omnibus, quæ nobis tum in tempore, tum æternitate neceſſaria ſint. Et hic canon ab ipſo mundi exordio in Lege naturæ, in Lege Moſis, quæ Lex rationis eſt, & in Lege CHRISTI, quæ Chriſtianitatis Lex eſt, ꝑdurauit. Et quicunq; ex angelis & hominib⁹ hunc ſeruârũt, hodieq; ſeruant canonem, ij omnes beati ſunt. Porrò donum primum, quod DEVS electis ſuis confert amicis, vera Chriſtiana & catholica fides eſt, qua illi benè fidimus, eumq; amamus. iſthæc autem fides duodecim conſtat articulis, ab Apoſtolis deſcriptis, qui ſunt portæ duodecim, in ciuitatem Hieruſalem, hoc eſt, vitam æternam nos introducentes. Horum articulorum ſi quis vel vnum aliquem contemnat, nec ei fidem accommodare velit, is infidelis ac damnatus eſt. Qui autem fidei Chriſtianæ veri cultores ſunt, ijdem apti ac habiles ſunt ad ſuſcipienda ſeptem dona ſpirituſſancti, quę ſeptem nobis cõferunt virtutũ genera, quib⁹ totidem peccata mortifera vincunt ac profligantur. Ipſe etiam ratet noſter cæleſtis toto vbique terrarum orbe cunctis mortalib⁹, id eſt, omnib⁹ nobis ſuum canonem, ſuum inſtitutum ſiue ordinem, ſuamque legem, nempe decalogum, ſiue decem præcepta tradidit. Quæ quicunque obſeruant, & ita viuunt ac moriunt, ij omnes ſalui fiunt. Qui verò ea ſpontè ſcientesq; violant & contemnunt, ſicq; abſque pœnitentia vel contritione diem claudũt extremum, DEO rebelles ac immorigeri ſunt, atque ea re æterna damnatione plectunt. Cęterùm qui vltra hęc DEI pręcepta etiã conſilijs illi⁹ ſeruandis voto ſe obſtrinxerunt, putà vt ſine reb⁹ proprijs in caſtitate & obedientia viuant, quando ſponte ac ſcientes ex contemptu ſecùs agunt, mortifera vtique peccata admittunt. Illi etiam qui communia ſanctæ Eccleſię inſtituta,

Fides q̃ q̃le Dei ſit donũ.

Articuli qui quantę ſint authoritatis.

tuta, ſiue exercitia, ritusq; & conſuetudines ſpernunt, in mortiferis peccatis viuunt. DEVS igitur pater noſter cæleſtis ab æterno nos dilexit, ſuumq; filium, qui æterna veritas eſt, vt noſtram ſumeret naturam, nobis miſit: id quod & fecit, factus nobiſcùm homo: docuitq; nos ac informauit, & noſtra tandem cauſa, nempe propter peccata noſtra, & vt iuxta gratiſſimam ſuam viuamus voluntatem, mortem perpeſſus eſt. Atque ex eius morte per Spiritum ſanctum ſeptem accepimus Eccleſiæ ſacramenta, quæ noſtra exercitia ſunt, in quibus viuendum moriendumque nobis eſt, ſi ſaluari volemus. Primum quidem Sacramentum Baptiſmus eſt, quo à peccatis omnib⁹ in CHRISTI precioſo ſanguine abluti ſumus. Huius ſacramẽti adminiſtratio ꝓpriè ad ſacerdotes ꝑtinet: quanquàm in neceſſitate vnuſquilibet Chriſtianus infantem, & etiam adultum hominem credentem, & peccatorum remiſſionem appetentem, baptizare poteſt. Alterum ſacramentum Confirmatio dicit, quod nemo niſi Epiſcopus conferre poteſt, quo nos aduerſum peccata omnia confirmamur corroboramurq;. Hoc ſacramentum quiſquis contemnit, & licet benè poſſit, nõ tñ vult ſuſcipe, mortalis peccati reus eſt. Tertium ſacramentum Ordo eſt & ſacerdotium, quod itèm ſolus confert Epiſcopus: & ipſum eſt Eccleſiæ honor & dignitas. Quartum ſacramentum ex Eccleſiæ conſtitutione ſoli conferunt ſacerdotes, putà abſolutionem à pctis, ſiue remiſſionem pctõrum. Hæc autem abſolutio impendit fidelib⁹ ſiue credentib⁹, ob ſua pctã dolentib⁹, eaque confitentibus coram DEO & ſacerdote tanquàm DEI vices agente, ſi tamen ſoluendi & ligandi habeat poteſtatem. Quintum ſacramentum cæteris omnibus ſacratius ac honoratiꝰ eſt, magnaq; cum reuerentia præ alijs colitur, & ipſum eſt corporis Dominici conſecratio & Euchariſtia. Cuius ſacrificium ſiue ſacrum in quo iſta debet fieri conſecratio, ſolis licet agere ſacerdotibus, ad id initiatis ſiue conſecratis ac ordinatis ab Epiſcopo. Hoc ſacramentum Chriſtus IESVS DEVS & homo, Rex Regum, & Dominus dominantium, ſummus Pontifex in cęlo & in terra, ꝑ noſtra ſalute inſtituit, ad extremum vſque ſeculi diem ꝑmanſurum ac duraturum: cuius quidem exercitium, inſtitutionem, ac ritum ſiue modum ſancti quatuor Euangeliſtæ deſcribunt. Dominus noſter IESVS Chriſtus ob noſtra abolenda pctã paſſurus ac moriturus, pridiè illius diei quo vetus Paſcha ſeruabat, magnam & eximiam inſtituit cœnam, in qua omnibus ſuis adunatis Apoſtolis, vnà cũ eis iuxta priſcũ legis antiquæ morẽ agnum edit Paſchalem. Deindè panem azymum accepit in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, & eleuatis oculis in cælum ad DEVM patrem ſuum omnipotentem, illi gratias agens, benedixit, fregit, dedit diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes. Quæ quidem tũ verba, tum actus ab Euangeliſtis deſcripta, venerabilis ſacramenti conſecrationem antecedunt: Deindè continenter Chriſtus ſubiunxit: HOC EST ENIM CORPVS MEVM. Quibus verbis panis ſubſtantiam in ſui corporis ſubſtãtiam commutauit. Itidemq; ſpũs eius ore & lingua ſacerdotũ in venerando, quod faciũt, Miſſæ ſacrificio loquit. Poſteà ait ad diſcipulos ſuos: Hoc facietis in meæ paſſionis & mortis memoriam ſiue cõmemorationem, atq; ijs verbis Apoſtolos eorũq; ſucceſſores, atq; ſacerdotes omes in finem vſq; ſeculi futuros, initiauit & conſecrauit. Et fuit ea prima Miſſa, quæ vnq̃ in Eccleſia Chriſtiana celebrata ſit. Et Apoſtoli q̃dem panis ſpeciem, id eſt, ſacramentũ ore manducabant, at corporis Chriſti ſubſtantiam anima edebant rationali, idq; fide & charitate ſenſibili, quo Dominũ proſequebantur. Similiter & calicem cũ vino accipiens in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, item DEO Patri gratias agens, benedixit, dedit diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes: Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamenti, myſteriũ fidei, q̃ ꝑ vobis & pro multis effundet in remiſſionem pctõrum. Hæc quotienſcũq; feceritis, in mei memoriam facietis, id eſt, in memoriã paſſionis, mortis, fidelitatis, ac amoris mei. Hoc ſacrificiũ cùm Dominus IESVS Dei filius ꝑageret, ad menſam diſcumbebat in medio diſcipulorum ſuorum, ſuaq; conſecratione panis viniq; ſubſtantiam in ſui corporis & ſanguinis ſubſtantiam cõuertebat, manens nihilo minùs in illorum medio, nihil mutat⁹ cũ omnib⁹ membris ſuis. Ipſa autem panis & vini figura, duo ſigna duæq; ſpecies erant; ſed non niſi vnum ſacramentũ & vna veritas corporis & ſanguinis eius. Fregitq; Dominus ſacramentum in multas partes, & dedit diſcipulis ſuis, & in qualibet particula tota ac integra cõtinebatur ſubſtantia corporis eius & totus CHRISTVS. Nam tametſi fruſta diuidebant, viua tamen ſubſtantia diſſe-

VII. Sacramenta.

Baptiſmus.

Cõfirmatio.

Ordo.

Abſolutio.

Euchariſtia.

Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 6. & 13.

Miſſa oſm prima quæ.

parari ac distrahi non potest. Ita etiam quãuùs sanguinis eius sacramentum diuidi potest, sub vnaqualibet tamẽ gutta, sanguinis eius substãtia tota, & totus integer est CHRISTVS. Et sic hodieq; in mundo habetur. Cernebãt autem Apostoli Dominum assidẽtem sibi oculis corporeis, & similiter ipsum conspiciebãt sacramentum: atqui corporis & sanguinis eius substantiam in sacramento oculis intellectualibus intuebantur. Non enim poterat mentiri veritas, quæ DEVS est. Itaq; venerabantur CHRISTVM, venerabantur & præcelsum sacramentum, corpusq; illius & sanguinem adorabant. Ore quidem, vt dixi, sacramentũ edebãt: sed fide ac sensibili amore carnem illius comedebãt & sanguinem potabãt: atq; indè spiritaliter inebriati, dixerũt Domino paratos se esse ire cum ipso & in carcerem & in mortem. Viuebat enim CHRISTVS in eis, & ipsi in Christo. Hac verò charitate nullam eis potuisset præstare aut exhibere maiorem: sicut ꝓ surrexit à mensa, & linteo se præcingens, pedibus eorum ꝓuolutus, aqua in peluim fusa, singulorum pedes eluit, maxima fuit externa humilitas, quã eis declarare aut exhibere poterat. Deindè pius Dominus eadem hora vesptina seipsum ex Amore abnegãs, manibus hostium, & Patris ac Iudæorum volũtati, atq; demùm morti acerbissimæ nostra causa se tradidit. Tanta sanè nunq̃ compta, nunq̃ audita charitas est & humilitas, quòd DEI filius ob mundi crimina mortem oppetere voluit. Atq; idẽ ipse Patri suo cęlesti in nostra necessitate semp obediens fuit, & talis vsq; hodiè ꝓseuerat: & hac ex causa vitam suam & quicquid in ipso mortale erat, totũq; illud quod ex sacratissimæ Matris suæ substantia in nostra natura suscepat, hostium suorum manibus ac improbæ voluntati ad mortem vsq; ꝓmisit: Spũm verò creatum à DEO, ac immortalẽ, in ipso vltimo vitæ articulo in manus Patris obtulit & commendauit: qua oblatione nulla vnq̃ dignior cælos penetrauit: & in ipsa virtutes omẽs, omnisq; sanctimonia, & cuncta Ecclesiæ sacramenta & sacrificia fundãtur. Tantæ autem humilitatis erat idem Dominus IESVS, vt omnium quę cogitari posset, indignissimã eligeret mortem, vt in cruce suspẽsus inter duos latrones medius spm̃ exhalaret. Eo autem mortuo, miles quidã lancea latus eius aperuit, vndè continuò exiuit sanguis & aqua: quorum altero, id est, aqua ab omnibus peccatis abluti sumus: altero verò, id est, sanguine redempti ac liberati sumus. Porrò morte sua cęlum nobis patefecit, Patrisq; amorem & vnà secùm atq; in se vitã nobis æternã obtinuit atq; conciliauit. Noluit tamen, vt post mortem suã ad corpus suum malus quisquã aut infidelis propiùs accederet, aut ipsum cõtrectaret, sed virum nobilem, eumq; occultum discipulum suum, putà Ioseph ab Arimathęa misit, qui à Pilato petijt sibi dari corpus IESV, & impetrauit: mercatusq; sindonem mundã, assumpto vnà Nicodemo, qui & ipse occultus erat discipulus Domini, corp̃ è cruce depositum, ac sindone obuolutum, in monumento nouo, quod iuxtà erat excisum in petra, collocârunt, fusis in corpore eius myrrha & aloë preciosis aromatibus pondere librarum centũ, atq; ad ostium monumenti grande saxum aduoluentes, cum gaudio & pace interna indè abscesserunt. Exanime igitur corpus Domini iacebat in sepulchro, sed spiritus eius diuinæ vnitus sapiẽtiæ, in vnitate personæ versabat in cælo, anima verò rationalis erat in terrestri paradiso plena gratiæ & veritatis, supra creaturas omẽs potens in cęlo & in terra. Et quãuis tribus esset in locis, in seipso tamen mãsit indiuisus ac indistractus, non nisi vnus CHRISTVS, verus DEVS & homo verus. Misit autem animã suã rationalem ad inferos, quę indè omnes electorum eduxit animas, quę illi à mundi exordio seruierãt. Tertia indè die sanguinem suum cum exanimi corpore in sepulchro colligens atq; coniungens, vitã suã quę in cruce plena gratię obierat, à mortuis excitauit plenã glorię, cum anima & corpore è sepulchro rediuiuus ꝓcedens. Quod idem etiã nobis omnibus in se credentibus pollicitus est, nempe resurrecturos nos in die nouissimo. Apparuit autẽ eadem die MARIAE Magdalenæ, Petro cæterisq; Apostolis: editq; cum eis & bibit, ac in multis subindè eis argumentis apparuit, remisitq; eis quicquid in ipsum peccârãt, eum negãdo, & mortis formidine fugiendo ab eo. Ad extremum die quadragesimo recumbentibus vndecim discipulis apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorũ & duritiã cordis, quia his qui viderãt eum resurrexisse, non crediderãt. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prędicate Euãgelium omni creaturę, baptizantes omnes in nomine Patris & Filij & Spiritussancti. Deindè eduxit eos in Bethaniã in montem Oliueti, & cùm eis benedixisset, nubes lucida suscepit eum,

Ioan.13.

Chri humilitas & eius erga nos charitas quanta.

Mors Chri qualis.

Ioan.19.

Chri sepulto, vbinã aia & spus eius interim fuerint.

Luc.24.
Mar.16.
Mat.28.

Ioan.20.21.

Mar.16.
Mat.28.
Luc.24.

eum, viderunt q; eum corporeis oculis ascendere in cęlum ad cęlestem patrem suum, & adorantes, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno. Post hæc die quinquagesimo sedente Domino IESV in medio angelorum & animarum sanctarum, quæ cum ipso ascenderant, ad Patris dexteram, factus est repentè de cælo sonus tanquàm aduenientis spiritûs vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes, in qua paulò antè cum Domino IESV pascha mãducârant: & repleti sunt omnes spũsancto, sedente supra singulos in specie ignearum dispertitarumq; linguarum, loquenteq; per eos linguis omnium gentium. Erant autem in Hierusalem habitantes viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. (Siquidem ea dies, quæ Pentecostes dicebat, vna ex præcipuis apud Iudæos totius anni solennitatibus habebatur) & audiebant eos singuli loquentes linguis suis, magnalia DEI, & mira quæ DEVS operaretur, fueratque operatus in cælo & in terra, cùm tamen Apostoli omnes Galilæi essent. Deindè prædicabãt, docebantq; fidẽ Christianã, & eos qui credebant, in Patris & Filij & sanctispiritûs nomine baptizabãt. Ligabant soluebantq; peccata, quemadmodùm eis collata erat potestas à CHRISTO Domino ac magistro suo. Reduxit autem eis in memoriam spiritussanctus sacrificium, quod CHRISTVS paulò ante mortem suam fecerat, quãdo cum eis recumbens, in sacramento præbuit eis carnem & sanguinem suum, panis ac vini specie velata: elegeruntque qui cum eis erãt discipulos, vt vnà cum ipsis Episcopatu ac sacerdotio fungerentur: sicq; cœperunt actitare sacrificium, quod CHRISTVS eis demãdârat, atq; post eos deinceps cunctis sacerdotibus vsq; ad extremum diem, quo venturus est ad viuos mortuosq; iudicãdos. Iste nimirùm Domini spiritus cælum terramq; seipso, sua gratia & gloria, donisq; multimodis repleuit: adduxitq; ad nos DEI filium, in natura nostra natum ex intemeratæ virginis MARIAE substantia, DEVM ac hominem: qui nobis sua reliquit sacramenta, suum Euangelium, suam legem, sua præcepta, seipsum & carnem ac sanguinem suum. Et ipsum quidem sacrosanctum altaris sacramentum, toto terrarum orbe vnum est ac indiuisum, idemque nos leuamus ac reponimus, tenemus ac gestamus, sentimus & gustamus, & magna cum reuerentia colimus ac honoramus, idque ob substantiam Dominici corporis in eo latentis. Porrigitur autem sacramentum in communi bonis ac malis, & ipsum est commune vitæ nostræ alimentum: sed in eo latentem carnem & sanguinẽ suum Dñs IESVS in se credentibus, seque supra omnia amantibus præbet cum gustu quodam corpus & animam penetrante, quem percipere vel sentire nemo potest, præterquàm qui in syncera ac minimè ficta vita illi seruiunt. Vt autem sacramentum ipsum toto terrarum orbe vnum est ac indistractum, ita carnis & sanguinis eius substantia in toto inest sacramento. Sedet quidem nunc in cęlo cum vniuersis gloriosis membris suis, quemadmodùm suis assidebat Apostolis, quando sacramentum hoc conficiebat, eisque sumendum porrigebat. Non enim possemus corporis eius externam molem edere: sed substantiam corporis & sanguinis eius anima & vita nostra rationali, quę & credit & amat, edimus ac potamus. Porrò cibum hunc cum bonis omnibus in ipsum credentibus communiter manducamus ac bibimus. Vndè etiam communio appellatur, vbi omnes in CHRISTO, atque in vna fide eademque charitate congregamur. Prębet etiam nobis panem cęli qui est ipse DEI & virginis matris filius, & hunc cum angelis omnibus comedimus: sicque & ipse in nostro viuit spiritu, & noster spiritus in ipso. Viuit, inquam, ipse in nobis, & nos in ipso: atque supra hoc simplicem cum illo & angelis & sanctis omnibus sentimus beatitudinem, quam, modò velimus ipsi, nunquàm perdere poterimus. Idem autem ipse Dominus ac summus sacerdos noster CHRISTVS IESVS triplicem nos modum instituit, in quo omnis spiritalis exercitatio perficitur & consummatur. Primus est sensualis erga ipsum altaris sacramentum: Alter spiritalis erga gloriosum Domini corpus, qui ad rationalem animam nostram pertinet. Tertius Diuinus, qui ad subleuatum pertinet spiritum nostrum, vbi supra sensus & rationem exaltati, in spiritûs nostri puritate DEI sapientiam suscipimus. Agè iam seriò animum aduertas. Credere nimirùm ac sentire debemus hoc eximium sacramentum toto terrarum orbe vnum esse ac indiuisum: quemadmodùm etiam panis illius, qui coram cunctis sacerdotibus iacet in altari, ante consecrationem non nisi vna natura vel substantia est: post consecrationem autem, in Dominici corporis & sanguinis

Actu.2.

Cõmunio.

Triplex spiritalis exercitationis modus.

Modus I.

ſubſtantiam transfertur. Quæ autem illic manent vini panisque ſpecies, & quicquid ibi tangitur ac attrectatur ſiue ſentitur, habetur & ponitur, editur ac potatur & guſtatur ſenſibiliter, ſiue ſecundum ſenſus externos, id omne ſacramentum eſt, ſub quo Dominicũ corpus latet. Et ex ipſo tria nobis fercula reperire licet, quibus vita noſtra ſenſitiua cibatur ac paſcitur. Cùm enim corporeis obtutibus noſtris cernimus ſummos Pontifices, Imperatores, Reges, & totius mundi tam malos quàm bonos homines, coram hoc venerabili ſacramento pro ipſius honore ac reuerentia genua ſua flectere, id animæ noſtræ ingens præſtat gaudium. Et hoc primũ eſt huius ſacramenti ferculũ. Secũdò gaudendũ nobis eſt de cunctis exercitijs, oĩq; cultu Eccleſiæ, atq; etiã de omi officio ſiue miniſterio, quod dño Ieſu eiusq; Patri cæleſti in Miſſis, precibus horarijs, ſacrificijs, omi religionis ſtatu, bonis actiõibus, honeſtis moribꝰ, ieiunijs, vigilijs, oratiõibus, & in cũctis deniq; Deo placitis rebus impẽdit ac exhibetur. Itidemque in eo lætandum nobis eſt, q; Pater noſter cæleſtis cælum, terram, ſolem, lunam, ſtellas omnes & Planetas, elementa, beatiſſimos ſpiritus angelicos, & creaturas omnes nobis inſeruientes, cunctaque demùm nobis neceſſaria & quibus indigemus, condere dignatus eſt. Et ſic alterum habemus vitæ noſtræ ſenſitiuæ ferculum. Tertiò non vulgarem nobis lætitiam ingerere debet, quòd idem cæleſtis Pater noſter amantiſſimum Filium ſuum miſit ad nos, isque nobis vixit, nobis deſeruiuit ad ipſam vſque crucis ignominioſam mortem: & cùm iam noſtra cauſa mori vellet, ipſemet primum egit Miſſæ ſacrum, tradens diſcipulis ſuis in ſacramento corpus & ſanguinem ſuum, addito præcepto, vt & ipſi & eorum poſteri, qui in eum eſſent credituri, hoc ſacrificium ad extremum vſque diem celebrarent. Et in ipſo quidem ſacrificio quæcunque ſecundum ſenſus fiunt, non minùs improbi quàm boni ſacerdotes poſſunt exequi: Sed in eodem ipſo ſacrificio, & in donis ac beneficijs DEI exultare, non niſi bonorum eſt, DEO ex amore ſeruientium, & in actibus bonis honeſtisque moribus ſeſe exercentium. Sequitur hinc alter modus, isque planè ſpiritalis, quem ſentire non poſſunt niſi boni ſacerdotes, bonique homines, qui ſupra omnes actus illos, qui per ſenſus fiunt, atque etiam ſupra ſeipſos & ſupra creaturas omnes, abſque fictione DEVM intentione ac amore proſequuntur. Et hic primus eſt modus angelorum in cælis, idemque primum fuit CHRISTI intra materna viſcera erga cæleſtem patrem exercitium, in quo etiamnum perſeuerat. Siquidem æternum eſt: Et hæc illius voluntas eſt, vt in ſimplici intentione & ſyncera ac minimè ficta charitate ipſum ſequamur. Supra hanc autem intentionem & amorem in DEO habitamus in felici quodam ac beato experimento, quod nemo nouit, niſi qui ſentit. Porrò etiam cum CHRISTO deſcendẽdum nobis eſt intra noſipſos in humilem quandam noſtri ſubmiſſionem ac profundam humilitatem, ſeremusque benignè hoſtes noſtros, & quicunque nos contemptui habent ac premunt, ſicut & ipſe Dominus IESVS fecit: atque ita ipſe viuet in nobis, nosque eius ſpiritales diſcipuli erimus. Sequitur poſtremò tertius modus, longè alijs ſublimior, idemque ipſe ſanctus, beatus, æternus ac diuinus. Ad quem ſi pertingere velimus, DEVS nobis ſupra omnes noſtras bonas actiones, ſpectandus, amandus, colendus ſiue exercendus eſt: idque adeò, vt noſtri in ſpiritum introuerſio, tam nobis prompta ac parata ſit, quàm ſpirare, vtque DEO dignè ac reuerenter adhærere queamus. Ita nimirùm boni erimus ſpiritus, & homines electi à DEO: poterimusque abnegare noſipſos, & propriam voluntatem, atque omnem proprietatem noſtram in liberrimam DEI voluntatem, itemque omnem inordinatum erga noſipſos & quaſlibet creaturas amorem reſpuere ac renunciare propter amorem DEI. Sicque longa exercitatione in nobis bonam ſentiemus voluntatem cum humilitate coniunctam: quæ bona voluntas ſiue bonitas voluntatis ex DEO naſcitur, & diuina gratia impletur, manatque ex DEO & viuit in DEO, rurſumque in DEVM cum cunctis virtutibus reflectitur remeatque: eſtque immutabilis, longè ſuperior fluxa illa ac volatili bona voluntate, quæ cùm inſtabilis ſit, quandoque tepeſcit, refrigeſcit, ac perit. Hæc autem ſpiritûs bona voluntas, virtutum omnium firma ac ſtabilis radix eſt: quam ſanè adipiſci non poſſunt, qui libentiùs fabulantur, quàm orent, qui abſque vtilitate libentiùs loquuntur, quàm ſileant: quibus dulcius eſt foràs ſe conuertere ad creaturas, quàm intrò recipere ad DEVM: qui terrenarum rerum curis & imaginibus impliciti ſunt: q; facilè indignant, &

Ferculorum triũ primũ.

II.

III.

Mat.26. Luc.22. 1.Cor.11.

Modus II.

Quid Deus à nobis velit.

Modus III.

Virtutum radix.

& ægrè ad pacem redeunt, q; toruo & amaro ſunt animo, ac facilè permouent & pulſant, alios q; facilè carpunt, iudicãt, premũt & cõtemnunt intùs in aĩo ſuo: q̃quidẽ p̃ cęteris bonis hoĩbus ſanctuli ſibi eſſe vident, nec ob peccata ſua timore ſolicitant, & in charitate impfecti ſunt: ſpeciẽq; ſanctimoniæ potiùs q̃ veritatẽ amplectunt, id eſt, mãlũt videri ſancti, q̃ eſſe, & nõ tam Dei, q̃ hoĩm oculos attendũt. quę aũt ipſi in alios ſiue verbis, ſiue factis, ſiue indignis quibuſdã geſtibus, aliorũ cõtemptũ p̃ ſe ferentibus, delinquunt, ipſi ægrè admodũ ab alio quouis ſibi irrogari ferunt, eo q; ſibijpſis placeãt in omibus. Multa quoq; eos malè habent, eisq; diſplicent: ſed ſi verè humiles eſſent, nihil moleſtię indè ſentirẽt. Et qa cuncta hęc vitia & defectus neq; ſuperãt, neq; agnoſcũt, neq; à ſe depellunt, ad ſupremũ ſanctę vitæ ſtatum pertingere nõ valẽt. Porrò quotquot per fidẽ verã ex Deo renati ſunt, ij oẽs Dei filij ſunt, nõ quidẽ per naturã, ſed gratiam: Solus em Chriſtus IESVS per naturã ſimul & gratiã Dei filius eſt. Et ipſe qdem ſecundũ diuinitatẽ ſuã vnà cum Patre cælũ & Terram cõdidit: ſecundũ humanitatẽ aũt, ex gratia tantũ Dei filius eſt, collataq; ei diuinitùs poteſtas eſt ſupra omes creaturas, & vt D. ait Ioannes Euangeliſta, plenus eſt gratię & veritatis. Ergo vt dicere cœperã, quicũq; ex Deo nati ſunt, ij filij ſunt per gratiã & fidẽ, Chriſtumq; imitant, & per charitatẽ Deo cohærent. Habent aũt alas duas, qbus in cælum vſq; ad conſpectũ Dei euolant, videlicet Intentionẽ & Amorẽ, qbus DEVM, ſequunt: patetq; eis cælum q̃cunq; volunt. Et ſplendor qdam diuinus ex Deo Patre in patentẽ ac ſimplicẽ eorũ mentẽ illucens, nudũ Animę intellectũ transformat. Atqui lux iſta nõ eſt Deus, ſed cognitiõe quadã ſupra ſciẽtiã & fidẽ intelligentiã illuſtrat. Et hic ſummus vitę cõtemplatiuæ modus incipit. Perfecta nãq; vita contemplatiua tribus modis exercet, & ſinguli modi tres habent articulos. Primus modus trahit intrò ad Patrem. Alter emanat: Tertius perpetuò intùs manet. Primus ex his modus ad Patrem pertinet. Is em cuilibet creaturæ rationali loquitur in hunc modum: Adſpice me: ſiquidem ipſe eſſentia ſum & exiſtentia ante omnes à me conditas creaturas. Et hoc ipſum nobis natura, ſcriptura, & fides teſtat, ipſeq; dñs IESVS, cùm omnibus nobis dicit: Pater noſter qui es in cælis. Atq; hic omnis cõtemplatiuæ & ſanctę vitæ primus articulus eſt. Loquitur præterea Pater rationi à ſe illuminatæ: Attentè diligenterq; me conſidera, quòd cælum, Terram, & creaturas omnes meis donis ac beneficijs exornârim, & hoc emanans nomen meum, quod qdem notum eſt omnibus diuinitùs illuminatis: idemq; ſecundum dona & actiones ſiue effectiones meas in cælo & Terra, multiplex eſt. Dicor enim omnipotens, iuſtus, iuſtitia, ſapiens, ſapientia, bonus, bonitas, clemens, clementia, & eiuſcemodi appellationum ſiue nominum nullus eſt numerus. Atque iſthæc nomina mihi vni duntaxat, non alij cuiquam, propriè competunt. Et hic eſt vitæ contemplatiuę articulus ſecundus: poſſuntq; hęc intelligere quicunq; Ratione vtuntur. Loquitur tertiò Pater in nuda ac imaginibus vacua mente, Reſpice me: En meum tibi lumen prębeo. Adſpice me, quidnam ſim in meipſo ſupra cuncta ea nomina, quæ poſſint verbis exprimi. Equidem in creato gratię meę lumine lucem meam increatam, quę ipſemet ſum, tibi oſtendo: & in illuſtrata intentiõe tua, quotiès voles, conſpicere me poteris. Atq; hic tertius eſt primi modi vitę cõtemplatiuę articulus. Porrò ſecundi modi, q eſt ſapiẽtiæ Dei emanatio, primus articulus hic eſt: Ait em Pater: En meã tibi do ſapientiam, id eſt, filium meum in illuſtrato intellectu tuo, qui te omnem edocebit veritatem, isq; loquitur voluntati, ſeu vi animæ amatiuę: Equidem ex omni ęternitate te dilexi, & etiamnum diligo: tu igitur me viciſsìm ama. Alter articulus eſt: Meipſum tibi do, tu te viciſsìm mihi dato. Tertius articulus eſt, Equidem in te viuo & maneo: tu quoque in me viuito ac maneto. Volo vt vbi ſum ego, & tu ſis, vt eam, quæ mihi præſtita eſt à Patre, gloriã, honorẽ, poteſtatemq; conſpicias. Idemipſe Chriſtus Ieſus ſapientia Patris cum ſua gratia, pmanãs, cunctas animę vires eadẽ gratia ac multimodis virtutũ donis implet, exigitque à nobis, vt nos viciſsìm cum laude & gratiarũ actiõe atq; tota facultate noſtra in ipſum refluamus. Et ſub hoc illiꝰ influxu ac noſtro refluxu omes vires noſtrę deficiunt: quandoquidem vicem illi reddere aut reſpondere non ſufficimus pro illis quæ ab eo accipimus & adepti ſumus: quo fit vt in ipſius conſpectu viribus deficiamus, nihil neque ſcientes neque ſentientes niſi Amorem nudũ, nudamque ac imaginum expertem in diuino lumine contuitionem. Atque hiç Chriſtus ſuo lumine ſpiritum noſtrum attingẽs, ita intra nos loquitur: Volo vt

Qui q̃les ſint Dei filij.

Mat.28.

Ioan.1.

Filij Dei qui.

Quibꝰ alis q; quo voient.

Contẽplatiuæ vitæ modi & articuli.

Mat. 6. Artic.I

Artic. II.

Artic.3.

Modi II. Artic.I.

II.

III.

amore vnum ſimus, quemadmodùm Pater & ego & creatus ſpũs meus in increato ſpiritu meo vnum ſumus. Hic iam tertij contemplatiuę vitę modi primus articulus incipit, qui eſt amor perpetuus, inter DEVM & nos ardens, conſumensque & trahens nos ſupra noſipſos in amorem. Alter articulus eſt vnitas, quã cum DEO & omnibus ſanctis & Angelis eius in DEI per amorem complexu ſentimus, vbi oẽs vna in DEO familia, vnaq; vniuerſitas ſumus. Tertius articulus eſt, vnum eſſe cum DEO in fruitione, vbi DEI nos amor conſumpſit, atque (vt ita dicam) in nihilum redegit ſupra noſipſos. Dei nanq; ſpũs vehemens quædã abſq; ore vorago eſt, cũctos amãtes ſpiritus abſumens & exurens, in ſuamq; abſorbens ac deglutiens abyſſum. Hic articulus pro gratiſſima Dei voluntate nos in iſta futuraq; vita perficit & abſoluit. Porrò ſupra hæc omnia, tria quædã ſupereſſentialia ſunt, quæ in noſtro ſpiritu cernimus atq; ſentim⁹. Primũ eſt eſſentialis quędã tam ex natura q̃ gratia, ꝓpenſio ac inclinatio in ſupereſſentiã noſtrã, id eſt, in ipſam diuinitatẽ. Alterum eſt, ꝓmanatio ſiue diffluxio ſine reuerſióe. Tertium noſtrij ꝓſorum in ſupereſſentiali beatitudine noſtra, id eſt, in diuinitate amiſſio: vbi conſummata perfectaque ſunt omnia, quę DEVS in ſua æternitate ꝓordinauit. Sextum porrò ſacramẽtum eſt legitimũ matrimonium, à DEO & ſancta Eccleſia permiſſum. Omnis aũt incontinentia, quę extra matrimoniũ exerceẽt, ſemper mortale peccatũ eſt, quocunq; in ſtatu vel quouis modo ea perpetreẽt. Septimũ deniq; ſacramentũ eſt vnctionis extremæ, per quod ex merito & ſanguine Chriſti anima purgãt à peccatis & reatibus necdum deletis, & ad ſecuriùs ac velociùs obtinendã Dei gloriam præparatur. Amen.

Modi tertij articulus I.
II.
III.
Quæ tria in ſpũ nro cernamus.
I.
II.
III.
Sacm VI. mrimoniũ.
VII.
Vnctio extrema.

¶Tertia eiuſdem epiſtola, ſcripta tribus nobilibus viris, nempe D. Danieli de Peſs, dño de Bongarden, & D. Gobelino de Mede, Coloniæ incluſis apud D. Pantaleonem.

Mat.15. IESVS Chriſtus æterna Dei ſapientia, quodam Euangelij loco ſic ait: Omnis plantatio, quã non plantauit Pater meus cæleſtis, eradicabit. Quę aũt ipſe plantauit, eadẽ etiã cæleſti irrigabit rore gratiæ ſuæ, creſcentq; ſemper & augeſcent, & fructus proferẽt ſalutis ęternę. Quiſqs ſublimẽ ſanctę vitę turrim q̃ ſcandãt in cælũ, extruere meditãt, priùs maturè & cogitatò prudẽterq; ſtructurã ſuã, quã moliũt, hoĩmq; oblocutiões, ſannas & ſcõmata ſecùm ipſe perpendere ac prouidere debet, ne quãdoq; audire cogatur: Hic homo cœpit
Luc.14. ædificare, & nõ potuit cõſummare. Noſſe igit operę preciũ fuerit, Dei ſapientiã firmũ nobis collocaſſe fundamentũ, vt etiamſi venti ſuperbiæ exurgãt, & afflictionũ omnigenũmq; perpeſſionũ flumina in nos irruant, noſq; inundent, non poſſint tñ noſtrũ concutere fundamentũ, quippe quod petra firmiſſima eſt, ipſe videlicet Dñs noſter IESVS Chriſtus, eius Paſſio, eius mors, precioſi ſanguinis effuſio, illius gratia, & vita ſanctiſſima. Quę omnia nobis dedit, nobis contulit, quo ſtabiles reddamur, & in ſancto ſeruitio ſuo ad mortẽ vſq; conſtantes ꝑſeueremus. Et ipſe Pater cæleſtis ſuũ nobis miſit filiũ, qui nobis ſemẽ ſeminaret ſuum, hoc eſt, S. Euangeliũ, & quicqd poſſet verbis, factis, moriẽdo, viuẽdo, bñficijs, donis, & cunctis demũ ſacramẽtis in S. Eccleſia vſitatis, idq; pro omni nedũ neceſſitate ac indigẽtia, ſed etiã voto & deſiderio noſtro. Hęc oĩa ſemẽ illud ſunt, quod Chriſtus Ieſus Deꝰ & homo nobis dedit atq; cõmuniter ſeminauit in Eccleſia S. catholica, vtì ex ipſo fructũ feramus in vitam ęternã. Aduertendũ eſt aũt, ſemen oẽ cadens ſup petrã, id eſt, in cor ſuperbũ, quod
Mat.13. vllum habet diuinæ gratię humorem, citò exareſcere, nec vllos referre fructus. Quod aũt ſecus viam cadit, cõculcari ab hominibus, id eſt, à curis, ſolicitudinibus, mũdi negocijs & occupatiõibus, multigenis cogitatiõibꝰ, illabẽtibus ſimulacris ſiue imaginibꝰ, immiſſis à malo dęmõe, qbus diuinæ gratię ſemẽ cõterit & abſumit abſq; vllo fructu. Porrò aliud gratię Dei
Luc.8. ſemẽ cadere inter ſpinas, id eſt, corda auara ac tenacia, quę cælũ pariter & terram occupare, Deoq; ſimul & mundo viuere moliunt, cùm tñ hęc vnà perſiſtere nõ poſſint: ſiqdem ſpinæ fructus opprimũt & ſuffocãt. Et licèt aliqs ibi fructus eſſe videat, reuerà tñ nullus eſt. Opes nãq; cũ auaritia, gula & luxurioſa vita cõiunctæ, virtutes oẽs ꝑcul repellũt eliminãtq;. Quar tũ deniq; gratię diuinę ſemẽ in bonã cadere terrã, id eſt, cor humile Deũq; amãs, mũdo cunctisq; rebus terrenis & caducis occluſum. Ex quo fructus emergit centuplus ſiue centuplex, in hac quidẽ vita tẽporaria pax & quies animi, & cõſolatio gaudiumq; in Deo: in futuro au-

tem

tem ſeculo vita ſempiterna in regno ſuperno. Ait autem Dñs IESVS: Multi ſunt vocati, pauci Mat.20.
verò electi. qui eligit DEVM, electus eſt à DEO. Qui Dei percipit gratiam, & ſecundum eam vitam exigit ſuam, is eſt qui placet DEO. Et vos chariſſimi, ſi placere DEO vultis, eiusque eſſe diſcipuli, Chriſtumque ſectari, mundum vt deſeratis, & voſipſos & quicquid eſt in mundo, quod à DEO, & illius famulatu vos abducere & abſtrahere poſſet, vt contemnatis oportet. Ita nanque Chriſtum in vobis morientem viuentemq; reperietis. Et ipſe eſt regnum DEI, Mat.13.
ipſe margarita precioſa, ipſe theſaurus præclarus, qui mundo quidem abſconditus eſt, ſed DEVM amãtibus oſtendit. Quem vt poſſitis inuenire, fodere debetis laudando, gratias agendo, humiles fundendo preces, amando perpetìm, & deuotioni internæq; vitæ operam dando, atque continenter ſine ceſſatione in virtutibus progrediendo. Qui enim manum mittit Luc.9.
ad aratrum, & reſpicit retrò, non poteſt rectè procedere, nec eſt aptus regno DEI. Reſignetis ac offeratis vos totos DEO, ad viuendum moriendumq; pro illius honore: quemadmodùm CHRISTVS veſtrî cauſa in DEI Patris honorem viuens ac moriens, in crucis Altari ſeſe obtulit. Propter quod etiam nomen eius ſecundum humanitatem in DEI glo- Phil.2.
ria ſupra omne nomen eſt exaltatum, & omne genu cæleſtium, terreſtrium ac infernorum flectitur præclariſſimæ ac celſiſſimæ potentiæ illius. Quod vos iugi cogitatione vobiſcùm commemorantes, ſeruetis CHRISTO & cæleſti Patri eius quod eſtis polliciti. Enimuerò dediditis ac obtuliſtis vos DEO perpetuò illi ſeruituros, eumque æternò veneraturos. Si ergo à DEO quod ſuum eſt, vosq; vltrò ei dediſtis, abſtuleritis, & hoſti Tartareo ac mundo dederitis, non poterit id ſanè abſque æternæ damnationis periculo ac grandi veſtro & omnium amicorum veſtrorum cunctorumque hominum bonorum, qui vos nouerint, dedecore, confuſione, ac probro fieri. Agitè, attendatis, quæſo, electos vos eſſe à
DEO, poſitosq; ſpectaculi ac miraculi loco ſanctis Angelis eius, cunctisque hominibus in Luc.10.
exemplum perfectæ vitæ, quod imitentur. Vnum enim eſt neceſſarium, quod eſt, DEVM Vnũ neceſſarium, quid.
amare ſupra omnia, & coram omnibus hominibus ſynceram, iuſtam, ac minimè ſimulatam vitam agere. Atque hoc ꝓceptum eſt Domini, & eſt via communis ducens nos ad DEVM, qua ingredi nos neceſſe eſt, ſi ſeruari velimus. Præter hanc autem eſt alia via conſiliorũ Dei, quæ eſt occulta quædã interna vita, & interna exercitatio, quæ in hoc conſiſtit, vt nihil nos neque proſpera neque aduerſa afficiant, ſed tum ab his, tum ab alijs rebus omnibus, quibus mũdus occupat & onerat, abſoluti ac expediti ſimus & vacemus, & liberi ac vltrò cum affectu ſeu deſiderio intrò nos recipientes, Domini IESV vulnera, quæ propter nos ex Amore ſuſcepit, contemplemur. Atque hìc paſcemur ac reficiemur. Chriſtus enim frater noſter eſt, & cibus & potus, vita, corona, propugnator, præmium & victoria noſtra: & ipſe ſuo nos mercatus eſt ſanguine, & diſſoluit debitum noſtrum morte ſua: lateq; expandit brachia ſua, in quæ vos confugere debetis, & ipſe à cunctis hoſtibus muniet ac tuebitur vos. In patulo autem latere eius, vndè omnes gratiarum promanant riui, commorabimini. Porrò in amantiſſimo corde eius viuetis: ſiquidem in eo eſt Sanctiſpiritũs & æternæ charitatis plenitudo. In morte eius ſemper renouabimini, viuacioresque reddemini. In ſacroſancti ſanguinis eius feruore fortes ac audentes fidentesque eritis ad perpetuò illi ſeruiendum ex Amore. Agitè iam animaduertite, quæſo, quiſnam ſit, qui ad ipſam vſque mortis perpeſſionem vos amauit, eumque vſque in patris eius ſinum ſubſequimini. qui viriliter ac probè decertando victor euadit, is in cælis coronatur. Qui verò pœnas temporalesque moleſtias reformidat ac veretur, ignominiam reportat. Obſecro, libenter vos exercete in Paſſione Saluatoris, & ipſe omnem vos edocebit veritatem. Sitis paruuli ac humiles coram æterni Patris potentia & maieſtate, intentionemq; & voluntatem veſtram æternæ illius exponite ſiue oſtendite veritati, ac totos vos immenſæ illius bonitati deditote. In loco, cui vos incluſiſtis, perſeuerate: hoc enim DEI conſilium atque etiam præceptum eſt. Sitis hilares, patientes, manſueti, humiles, & pacifici inter vos: maneatisque pariter, & in charitate ſimul degatis. Id enim eſt honorificum DEO, & ſalutiferum vobis: cunctisque hominibus bonum præbet exemplum, quod ſectentur veracem ac ſynceram agendo vitam. Oretis DEVM pro nobis, & nos pro vobis, vt in aula cæleſtis gloriæ cum DEO & in DEO in æterna beatitudine vnà manere & perenniter commorari queamus. Amen.

¶Quarta

¶Quarta eiusdem Epistola ad Catharinam Louaniensem, Mechliniæ deuotam virginem.

Luc.2. AEterna DEI sapientia dñs noster IESVS Christus, bonã tibi tribuat voluntatẽ. Siqdem pax hominibus bonę voluntatis. Quotquot hac bona voluntate ꝑditi sunt, ijdẽ DEO & S. Ecclesię obtẽperãt, aptiq; sunt & habiles ad gratiã DEI suscipiendã. Sed hoĩes maleuoli seu improbę volũtatis, neq; DEI gratiã, neq; ex DEO manãtem sapientiã, quę virtutes oẽs oẽmq; docet veritatẽ, percipere possunt. Si ergo DEI sapientiam intra te recipere vis, à cũctis grauib⁹ peccatis ab infantia perpetratis, quoad poteris te expurges, idq; corã sapiẽti ac discreto cõfessore, q te capere possit, habeatq; iuxta Ecclesię cõstitutionẽ te absoluendi potestatẽ. Quòd si id semel egisti, satìs est & sufficit ęternę DEI veritati: sicq; pacẽ habes corã DEO, & in mũda conscientia tua. Sis simplex & minimè ficta ac fucata corã infallibili veritate, quę DEVS ipse est: Amore & intentiõe Deũ prosequere supra oẽmia, quę ab eo cõdita sunt. Ama Deũ purè ꝓpter Deũ ad æternũ illius honorẽ. Credas illi, eiusq; immẽsæ bonitati ac pietati cõfidas, nec cuiq; nisi illi soli vel viuere, vel placere appetas aut coneris. Teipsam verò & mortales oẽmes hac intentiõe ames, vt qbuscũq; potes modis, eos ad DEVM adducas. Si ꝓpensam te senseris ad placendũ hominibus, siue ob naturalẽ quam habes à DEO, pulchritudinẽ ac elegantiã, vel manuũ, vel oculorũ, vel faciei, vel quorũlibet membrorũ corporis, siue etiam ob sciẽtiam aliquã, vel in cõuersatiõe, in loquendo, in gestib⁹ siue morib⁹ alios ad tui amorẽ illicientibus, atq; demũ cultiori corporis habitu, quicqd eiusmodi in te deꝑhenderis, cõtemnas ac odio ꝓsequaris. Nam si in his ꝓpensioni tuæ sciens ac prudens cũ consensu morem geras, fundus tuus impurus est ac impudicus, & grauibus peccatis implicita es. Aut etiã si placere appetas sacerdoti cõfessionẽ tuam recipienti, aut alteri religioso homini, idq; vel spiritali quadam sanctitatis specie, vel verbis subtilibus, vel benè confitendi arte siue modo, vel humilib⁹ institutis aut moribus, aut habitu neglecto & cõtẽpto, aut qbuslibet alijs spiritalibus modis, si, inquã, in his tibijpsi placeas, & sciens ac voluntariè alijs placere cupias ampli⁹ quàm DEO, iam falsa ac decepta es: siqdem hoc spiritalis superbiæ fundũ est, & act⁹ oẽmes indè emergentes, grauia peccata sunt, & omnigenũ occasio vitiorũ. Si obtinere ac adipisci vis quicqd appetis, & vincere quæcũq; impedimento siue nocumento tibi sunt, infimũ amplectere locũ, cõtemne & partiꝑdẽ teipsum & oẽs actus tuos, oẽmq; virium tuarũ facultatem, tanq; quę reuerà nihil sint absq; gratia Dei. Verte ac recipe teipsam nudo adspectu simpliciter & sine imaginibus in spm̃ tuũ, atq; inibì veritatẽ lucemq; reperies. Fac habitationẽ tuam, atq; refugiũ in DEO, illi vacando, sicq; cogitatiões incidentes, aut peregrinę imagines nihil officere tibi poterunt: qñquidẽ habitatio tua supior est oĩbus quę spiritum cõmouere queant. Exerceas colasq; DEVM cũ amore ac reuerentia, & ipse in interna exercitatiõe tua semper tibi respõdebit, ac vicẽ reddet. Sis mitis ac humilis corde. Ita em̃ DEI spũs requiescet in anima tua. Esto fauorabilis, diligens, officiosa, ac pia erga oẽmes tuĩ tuæve operæ indigos. Sis facilè cõtenta cibo ac potu, & qbuslibet rebus necessarijs, sicq; absq; tuĩ ipsius cura & solicitudine vitam transiges. Obserua & attende teipsam, & culpas oẽmes defectusq; tuos foris & intùs accusa & iudica corã æterna veritate, quę DEVS ipse est: nec quẽquã alium tibi neutiq; cõmissum iudices, atq; ita sine cõscientiæ aculeo, absq; indignatiõe, & vlciscendi desiderio viues: & in teipsa qdem pacem, apud DEVM aũt clementiã ac misericordiam inuenies. In oẽmi afflictiõe & perpessiõe sis patiens & resignatæ voluntatis in voluntatem Dei. Et Christus intra te viuet cũ consolatiõe sua, patieturq; tecũ, & cuncta onera tua tecũ feret. Potẽs nãq; est: nec quisquã grauare aut onerare te poterit supra vires tuas. Quicqd ab quouis patiaris, feras æquanimiter, & neq; foris, neq; intùs, nec verbis, nec factis, nec voluntate te vlciscaris, & viuet in te spũs dñi IESV, & oẽm sanctorũ eius, q etiam hostes suos ad mortem vsq; amore cõplexi sunt. Si qdem bona es ꝑdita voluntate, cupisq; viuere DEO cunctis in virtutibus, iam planè Spiritum sanctũ habes in te, & interna gaudes pace, nec facilè potes in mortiferum labi peccatũ: Absq; venialibus aũt culpis viuere nõ poteris. Amplectere humilitatẽ, & omnem caue simulationẽ ac hypocrisim: nec te corporis tui cura aut solicitudo occupet: Culpas & errata tua DEO & sacerdoti paucis verbis ac humili corde explica &

& dolens confitere, & de illis teipsam accusa & reꝑhende, seruesq; pectoris pacẽ: Multa nãq; verba conscientiã perplexã reddunt, inordinatumq; pariunt tĩmorẽ, vt quo qs ampliùs confiteẽ, eo plùs confiteri velit. Neq; enim potest quisquã sese per seipsum vel omnem conatum suum, pacatum, tranquillum & contentum efficere. Itaq; ostendas & aperias teipsam æternæ veritati, & iustitiã Dei ptimescas, speresq; & confidas illius immensę pietati ac misericordiæ, permittasq; & resignes te bonitati illius: atq; in hoc ipso pacẽ serua tuã. Qñ ad venerabile sacramentũ, corpus dñi sumptura, accedere instituis, cogites tecũ, reliquisse ac dedisse dñm sacrosanctũ corpus suum illis, quòs nullæ grauiũ peccatorũ sordes occupant, ipsumq; intimo cordis Amore diligunt & concupiscunt. Dedit, inquã, & reliquit suis corpus & sanguinẽ suum in cibũ ac Potum, gustumq; penetrabilẽ, oẽm naturalẽ saporẽ & consolationẽ longè superantẽ. Et est hæc illius voluntas, vt ipsum nobis impressum nostris geramus in cordibus, id est, Passionẽ, sanguinis effusionẽ, Amorẽ, & fidelitatẽ suam, quã vsq; ad vltimũ spiritum viuẽs & moriens propter nos, erga nos gessit ac declarauit. In ipso autem sacramento amãtibus animabus nostris etiã gloriosam donat vitã suam, vtì in ipsum credant, sperent & ament, sicq; æternùm in ipso viuant. Qui enim manducat eius carnẽ, & bibit eius sanguinẽ, viuit in æternum: siquidẽ esca eius vita æterna est. Dedit prætereà amantibus viribus nostris gloriosam animã suam plenã gloriæ, quo semper in Amore & virtutibus crescamus & augmentemur. Ad hæc dedit amanti spiritui nostro, qui idem auarus & auidus est, totam personam suam, hoc est, DEVM & hominẽ, vtì amemus & amemur, manducemus ac manducemur, absorbeamus & absorbeamur, ita vt vnus spũs & vnus quodãmodo Christus cũ eo simus per Amorem. Denique supra creatam essentiam nostram, vbi vnũ cum ipso sumus per Amorem, totum quicquid est in persona & substantia diuinitatis suæ, nobis dedit: atque hĩc per spiritũs nostri eleuationem nosipsos excedimus, & ocio ac quiete perfruimur, & vna cum DEO simplex beatitudo sumus. Amen. Ioan.6.

¶Quarta eiusdem Epistola.

SPiritus dñi impleat te gratia sua, dilecta Domina, vt secundũ eius gratissimã voluntatem viuere queas. Contemne mundum, & quicquid is commodorũ ac oblectamentorum præbere tibi possit. Ama ac time dñm DEVM tuũ. Dilige legem & præcepta illius. Elige tibi Christũ in sponsum gloriosum, semperq; tibi permansurũ. Intentiõe ac Amore verã, syncerã, spiritalẽ vitã prosequere. Esto humilis, mansueta, ac benè ordinata in oẽmibus. In cibo, potu & vestibus sis moderata. Erga pauperes & alios oẽmes piam, misericordẽ, benignã & liberalẽ te exhibe. Sis fidelis DEO & tibijpsi perpetuò illi seruiẽdo, perẽnemq; illi impendẽdo honorẽ ac venerationẽ. Societatẽ oẽmnẽ, quę te à DEO abstrahere, & ad vitia atq; mundũ hunc illicere queat, itidemq; peccãdi occasiões, & quicqd in Dei seruitio impedimentum vel medium parere tibi possit, fugias ac deuites. Libẽter sola tecũ esto, & sanctæ Ecclesiæ instituta ac exercitia, ieiunãdo, orãdo, & oẽmigenos actus bonos colẽdo, sectare & serua, quantùm recta dictabit Ratio, & vires ferre poterunt. Non eligas tibi speciatìm confessorem aliquem, qui te possit à DEO abstrahere. Sæpenumerò non nisi spiritus aut spiritale esse videtur, quod postmodùm penitùs abit in carnem, dum nimiùm exercetur & colitur. Animaduerte quinam sint qui te abducant à Deo, & munera ac beneficia abs te expetunt, eosque cauere & fugere ne omittas. Qui verò à se ad DEVM te remittunt, eos noueris esse amicos tuos. Confessio tua sit breuis, nuda & aperta, & minimè ficta, sed syncera, & paucis fiat verbis. Venerabile Sacramentum humiliter, deuotè, multaque cum reuerentia in remissionem peccatorum tuorum & ad æternum Dei honorem suscipe. Famulos qui tibi seruiant, elige bonæ voluntatis, & qui probi sint, Deumque timeant & ament, & tibi fideles sint, & tum Dei, tum sanctæ Ecclesiæ præcepta custodiant. Dominus sit tecùm, & tu cum illo in æuum sempiternũ. Ora DEVM pro me & cœnobio nostro, quo simul maneamus coniuncti in Amore Dei & beatitudine sempiterna. Amen.

¶Sexta eiusdem Epistola.

SALVTAT te, charissima in Christo, Præpositus noster, itidemq; & ego, totumq; adeò cœnobium nostrum cum cunctis precibus nostris, omnique cultu & ministerio, quod fit apud nos ad honorem DEI. Vide ne gratiam Dei in vacuum receperis. Luc.9. Itaque sis deuota, studiosa ac strenua in cunctis Actibus bonis. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est Regno DEI. 1.Cor.7. Tempus breue est, labor omnis quem facere possimus, exiguus est, sed merces ingens est ac sempiterna. Qui parcè seminat, parcè & metet. 2.Cor.9. Præmium quod expectamus, DEVS ipse est, & quicquid is præstare potest. Eamobrem sis diligens, sedula, pia, alacris ad quaslibet res bonas, prudens item ac discreta & moderata in omni Actione tua. Timorem & Amorem exerce coram oculis DEI. Si consolationem & sensibilem gratiam diuinitùs percepisti, noueris idcircò eã præstitam tibi, ne à DEO excidas, & corruas in peccatum & seculi Amorem. In cunctis Actionibus tuis humilis esto. Nihil enim ex teipsa habes, nisi vitia & peccata. In omni afflictione patiens esto: Resignesque ac permittas te DEO sine electione aut calcitratu. Obedias DEO, sanctæ ECCLESIAE & Rationi tuæ: & sis sapiens ac prudens in Actionibus moderatis. Libenter conuersare, & misce colloquia cum hominibus bonis. In ædibus sacris pijs sis intenta exercitijs, ac benè morata, idque coram DEO & cunctis hominibus, ne quis ex te offendiculum patiatur. Viue pacifica intra domesticos parietes cum familia tua, nec quenquam iniuria contristes aut opprimas. Nam tametsi tibi seruiunt, at tamen homines sunt, similes tuí. In cibo & Potu sobria ac moderata sis, & modico victu contenta. Pauperibus pro ipsorum indigentia & facultatibus tuis rationabiliter misericordem, piam, ac liberalem te præbe. In vestibus & alijs omnibus ad corpus pertinentibus, modum ac mediocritatem pro statu tuo amplectere, vt nec nimiùm placeant hominibus, nec plùs satis abiecta & contempta sint. Sis interna, deuota, & in exercitijs sedula erga Dominum DEVM tuum, CHRISTVMq; excruciatum & vulneribus confectum cordi tuo impressum multa cum compassione feras: siquidem is sanguinem suum largiter effudit, & est tua causa mortem ex Amore perpessus. Despice ac nihilipende teipsum & omnes Actus tuos. Sis humilis & in imum submissa coram sublimi potentia & maiestate Patris æterni, neminem præterquàm humiles recipiente. Esto verax & omnis simulationis expers coram æterna veritate ac sapientia DEI, cælestis Patris nostri filio, neminem neque cognoscente, neq; admittẽte in regnũ suũ, nisi simplices, veraces, & ab omi fuco vel fictiõe alienos. Aperi intùs temetipsam, putà animũ cunctasque vires tuas inexhaustæ bonitati DEI, id est, Spiritui sancto, Patris Filijq; charitati, fonti viuo immensæ ac infinitæ opulentiæ, isque cum seipso & omnibus donis suis in te profluet, teque inundabit: vbi gaudium est ingens, & vita mortis nescia & ipse tecùm sine fine perenniter manebit ac commorabitur, tuque itidèm cum ipso. En habes literas, quas mittere tibi volui. Dominus DEVS vicem tibi reddat, & præmium, & in suo Regno decus & coronam tibi largiatur. Amen. Ora DEVM pro nobis, & nos pro te similiter, vt simul perueniamus ad Deum, & cum Deo & in Deo perpetuò maneamus ac habitemus. Amen.

¶Septima eiusdem ad aliam Epistola.

EQVIDEM desiderare te didici Domina, vt possis à Deo per me piam quandam obtinere institutionem, super qua vitam extruere atq; fundare sanctã & æternã consequi beatitudinẽ queas. Itaq; principio id monitã te velim, vt coram Deo humilis sis, & in omni vita displiceas tibijpsi, accusesq; & conqueraris coram DEO & omnibus sanctis eius culpas ac defectus tuos. Clama, precare, desidera, semperq; spera gratiã & miseri cordiã illius. In cibo & potu, in vestimẽtis & illis omibus quę ad corpus pertinẽt, modum, sobrietatẽ ac tẽperantiã serua. Exercitia & instituta S. Ecclesię diuinũq; cultũ libẽter sectare. In precibus deuotã, seriã, diligẽtemq; te pbe. Dñm IESVM in spõsum tibi elige: isq; te visitabit: familiaremq; se tibi exhibebit. Sperne mundũ, & quicqd est mũdi, quatenùs erga Deũ aliquod tibi impedimẽtũ aut nocumẽtum pstat: & intra te DEI regnũ reperies. Erga singulos quosq; tuí indigos pia, misericors, & corde animoq; liberalis sis, & DEI gratia te replebit. In omni afflictiõe pacifica, mitis ac patiens esto, & Deus in te iugiter manebit ac cõmorabitur: Per-

Permittas dedasq; teipsam fidenter ac liberè diuinæ voluntati: & in aduersis ac prosperis, & alijs quibuscunq; quãtumcunq; molestis ac grauibus, quę tibi possint accidere, quandã serua animi æquabilitatem: sicq; absq; ira, vindicta & erga alios displicẽtia viues, erisq; similis filio Dei. Ama teipsam ad Deũ, illiusq; famulatũ ac laudẽ, itidemq; & Angelos & sanctos, & creaturas omnes, in DEO & ad DEVM, quæ vera est charitas. Cunctis hominibus benigna sis. Da pauperibus, eosq; cibo refice, consolare ac refocilla. Ita nimirùm cælum tibi mercaris, & Christus viuit in te, & tu in illo. Semp in te pseueret ordinatus Dei timor: nec tã sis formidolosa, vt de illius misericordia desperes: neq; tã audax, vt in illius cõspectu peccatũ admittas. Inter spem & metũ qui securus eas. Institue famulos tuos, & sic viue cũ illis, vt Deũ metuãt ac amẽt, & eius pceptis morẽ gerãt. Serua proles ac familiã tuã ab hominũ malorum consortio, à mendacijs, à iuramentis, & ab omni improbitate, doceasq; eos seruare legem & præcepta Dei, quoad poteris. Dñs sit tecũ, & cum omnibus quibus ipsa petis. Ora pro nobis ac cœnobio nostro. Amen.

FINIS EPISTOLARVM.

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS CANTIONES DVAE PIISSIMAE.

¶Cantio Prima.

EST sanè quòd gaudeã supra tẽpus in Amore, tametsi mundus id ferre non potest, & rudes huius expertes sunt. Quibus si patefaciã iubilum meũ, meo me honore spoliant. Satiùs est vt interim ferã: eqdem me sempiternũ noui supra tẽpus, idq; cordi meo haud vulgarẽ ingerit lętitiã. Si quidẽ intùs nos considerare velimus, facilè animaduertimus rudia isthæc opera ob mercedem fieri. Quisqs veritatẽ cognitã perspectamq; habere cupit, intrò se recipiat, & supra sensus viuat oportet: Siqdem dilucida cognitio ab intimis pficiscitur: & felices illos, qbus ea contingit: nemo illis facilè comparari possit. Iam excessi omia. Essentia mea vsqueadeò locuples est, vt me nemo capiat. Olim cùm malè captus ac irretitus tenerer, tam me sibi subditum mundus habebat, vt nec leuiter qdem absq; molestia pulsarer: intantùm à meipso in res fluxas & caducas aberrâram. At nunc nexibus illis absolutus sum: id quod diu quæsiui, ac obtinere conatus sum: & iam liberũ me sentio: itaq; sancto vacabo ocio: rudes crassosq; homines fugiã, & suis eos opinionibus relinquã, qbus tñ fallunt ac euertunt. Vbi ab omni æternitate secundũ ideã extiti, illic æternò viuam. DEVS omipotẽs, qui seipsum totum nobis dereliquit, amor immensus est, eiq; lux præsto est. Quisqs in seipsum ingredit, is nec amorẽ, nec dolorẽ mundi sentit, nec nisi purã inuenit essentiã, cuius nulla neq; via, neq; modus est, sed est esse perpetuũ. Quicqd vel legat vel scribat, idipsum quod est, semp perseuerat, & est in seipso liberrimũ. Credite mihi filij, nullũ in eo accidens est: quod quisqs in seipso cognoscit ac experitur, iure is meritoq; gaudere potest.

¶Altera Cantio.

CVI benè perspecta veritas est, & intùs cõmorari nouit, vt neq; amore neq; dolore vllius rei permoueat, is sæpè intùs benè admodũ habet, & ab omni seruat ægritudine, dum sensus externi sursùm se recipiunt. O quãtis abundat gaudijs, frui DEO. Equidẽ secundũ sublimis amoris consiliũ, accidẽtia quęq; vsqueadeò penetraui, vt animꝰ meus prorsus liber sit, & cũctis nexibꝰ absolutus. Quãobrẽ amoris effectiões laudibus veho: quippe q ex omni necessitate nouit educere, & ab rebus alienis nudũ efficit animum, facitq; animã colliquescere ac defluere. Et quemnam obsecro viarum illius tædere queat? O essentia sempiterna, tu animæ vires omino cõmoues: sed dũ spiritũ in tuã abducis solitudinẽ, iam omis conquiescit actio, & in hac trãquilla ac silenti fruitiõe dilucidus illustrat obtutus, idq; secũdum pcelsam essentiæ naturã. Heu quòd vnquã indè foràs vertimur.

Illic nimirũ fontis modinescij perspicui manãt riui, ex quibus quisqs potat, absq; tædio vel formidine viuit. Nec est id quod ipse elegerat, vndè animus eius prorsus liber manet. Olim remota, facta sunt illi proxima: nec quicquã cernit illi simile, quod quidẽ abundãtissimũ efficit gaudium. Sæpiùs optimè intùs habet, qui hoc pacto Amoris calcat itinera. Etenim arcana audit verba, vbi omnia intelligunt in vno: quò nos DEVS faciat citiùs pertingere: siquidẽ illius præsens fruitio ingentem adfert lætitiam, ipsumq; cor Amore liquescere ac diffluere facit. O quàm salutiferum & iucundum est, illius meminisse.

D. IOANNIS RVSBROCHII

DOCTORIS DIVINI ET EXCELLENTISSIMI CONTEMPLATORIS,

Libellus eximius Samuelis titulo, qui aliâs De alta Contemplatione, aliâs De vnione dilecti cum dilecto, dicitur: & est velut Apologia & explanatio sublimiũ quorundam huius sanctissimi patris dictorum.

¶Vt superbis Deus resistat, humilibus det gratiam. Cap. I.

1.Reg.15. Matt.15. 1.Reg.15. Luc.1. Iaco.4. 1.Petr.5.

PEXIMIVS ille Propheta Samuel olim regẽ planxit Saulem, tametsi nõ ignoraret contẽptum eũ & abiectũ à DEO, ne regnaret super Israel, idq; ob superbiã illius, & quòd DEO eidemq; Prophetę loco Dei nõ obtẽperasset: Euãgelica quoq; narrat historia discipulos IESV rogasse pro fœmina Cananitide, vt eam dns dimitteret, id est, eius precibus annueret, eo quòd post ipsos clamaret. Itidẽ nimirũ & nos hodiè euersos quosdã ac deceptos homunciones meritò lugere possimus, q sibi vident esse reges Israel, dum se putant supra cæteros bonos homines in sublimẽ cõtemplatiuã vitã esse eleuatos, cũ tn superbia tumeãt, & sciẽtes ac dedita opera DEO ac legi diuinę, & S. Ecclesiæ cunctisq; virtutibus nõ obtemperẽt: & sicut Saul scidit palliũ Samuelis prophetæ, ita isti Christianæ fidei nitant scindere vnitatẽ, oẽmq; sanã & veracẽ doctrinã, & vitã virtutum studiosam. Porrò qui in his perseuerãt malis, haud dubiò ab æternæ cõtemplatiõis excludũtur ac disiunguntur regno, quẽadmodũ Saul ab Israelitici regni administratiõe reiectus est. Contrà verò humilis illa fœmina Cananitidis, tametsi gẽtilis esset & extranea, quia tamen credidit ac sperauit in DEO, suãq; agnouit & confessa est corã Christo & eis Apostolis exiguitatẽ, eãobrẽ gratiã & sanitatis beneficiũ, atq; adeò qcqd voluit, impetrauit. Humilẽ em exaltat DEVS, & cũctis eũ implet virtutibus: superbo aũt resistit, & is bonis omnibus manet vacuus.

¶Cur præsens confecerit opusculum. cap. II.

PETIERVNT à me qdam amici mei, vt paucis verbis, quoad possim, proximã atq; euidentissimã explicẽ & aperiam veritatẽ, quam equidẽ sentiam & intelligã de sublimissimis qbusdã dictis meis, vtì ne qs ex verbis meis vllum patiatur offendiculum, sed omnes indè reddant meliores. Faciam id equidem, ac lubens. Nanq; humilitatem, virtutes, veritatem, diuina fretus ope, diligam semper & docebo, ac declarabo: atque ijs verbis fallaces & superbos quosdam intùs confundam & obscurabo: quandoquidem re ipsa comperient, dicta mea ab ipsis planè dissentire, eisq; esse contraria: quod superbi ferre non possunt, quin semper indè reddantur deteriores.

¶Vt

¶Vt Deo vniamur per medium. Caput III.

ITaque scripsi quandoque hominem contemplatorem DEVM amantem, DEO vnitum esse per medium, & sine medio, atq; etiam sine distinctione. Idq; comperio ipse in natura, in gratia, & in gloria. At nihilo minùs etiam hoc dixi, nullam creaturam tam sanctam aut esse aut posse effici, vt creatam suam amittat essentiam, & DEVS fiat: immò nec ipsam quidem Domini IESV animam id posse. Veruntamen si quidem beati esse debeamus, supra nosipsos in DEVM vt subleuati, atque vnus cum DEO in amore spiritus vt simus oportet. Animaduertat igitur Lector verba mentẽq; meã, & probè me capiat, quænã ratio sit vel modus & ascensus in æterna nostra beatitudine. Principio ita aio, bonos omnes cum DEO per medium vnitos esse, quod quidem medium, est diuina gratia, & sanctæ Ecclesiæ sacramenta, & virtutes Theologicæ, nempe Fides, Spes, Charitas, & vita virtutum studiosa secundum præcepta DEI: Quibus iungenda est mors illa, qua morimur vitijs, mundo, & quibuslibet inordinatis naturæ oblectamentis. Atque per hæc coniuncti & vniti manemus sanctæ Ecclesiæ catholicæ, id est, cũctis hoĩbus bonis: DEOq; obtempamus, atq; vnius cum eo sumus voluntatis, quemadmodùm aliquod religiosum ac benè constitutum cœnobiũ cũ suo Præfecto siue Prælato concordat atq; coniungit: Et sine hac vnione nemo DEO placere, nec beatitudinem quisquam adipisci potest. Qui verò vnionem hanc simul cum his medijs ad vltimum vsque vitæ punctum seruauerit, is est de quo CHRISTVS dicit apud sanctum Ioannem: Peter, volo vt vbi sum ego, illic & minister meus sit, vt videat claritatem quam dedisti mihi. Qui etiam alibi dicit de seipso, quòd faciet ministros suos discumbere, videlicet in virtutum ipsorum quas fecerint, diuitijs ac plenitudine, & transiens ministrabit illis, id est, gloriam suam, quam meritus est, omnibus amicis suis liberalissimè præbebit ac manifestabit, atque etiam singulis quibusq; speciatim, magis tamen & minùs, alijs atque alijs, prout quisq; dignus erit, & gloriæ ac honoris ipsius, quẽ ipse solus sua vita suaq; morte promeruit, celsitudinem capere ac intelligere valebit. Atque hoc pacto sancti omnes perenniter erunt cum CHRISTO, & singuli in suo ordine, eoque quem per DEI gratiam operibus suis meriti fuerint, gloriæ statu. CHRISTVS autem secundum humanitatem suam supra omnes tum angelos, tum homines beatos erit tanquàm rex & princeps omnis gloriæ & honoris, quæ ipsius duntaxat humanitati supra creaturas omnes iure debentur. Ex his ergo id licet animaduerti, vnitos nos esse DEO per medium, idq; tam hic in gratia, quàm postmodùm in gloria. Atquì medij istius magna planè, vt antè diximus, tum vitæ, tum præmij differentia atque diuersitas est. Id quod probè satis perspectum habebat Apostolus cùm diceret: Cupio dissolui & esse cum CHRISTO: non ait, cupio esse ipse CHRISTVS vel ipse DEVS, vtì hodiè peruersi quidam hæretici affirmare non verentur, dum aiunt nullũ se habere Deum, sed vsqueadeò se sibi esse mortuos ac Deo vnitos, vt ipsimet Deus effecti sint.

Ioan.17. Luc.12. Phil.1. Hęreticorũ quorundam blasphemia.

¶Describit impios quosdam sui temporis hęreticos. Caput IIII.

HVius farinæ homines nuda quadam simplicitate & naturali propensione in essentiæ suæ nuditatem sese introrecipiunt, planeq; persuasum habent, vitam æternam nihil fore aliud, quàm beatam quandam existentiam absque vlla vel ordinum, vel vitæ, vel premiorum distinctione. Immò quidã ad id vsque amentię deuoluti sunt, vt aiant diuinitatis personas interituras, nec quicquam in illa mansurũ ęternitate, nisi essentialis substantiam diuinitatis, omnesq; beatos spiritus tam simpliciter cum DEO in ipsam essentialem beatitudinem sese recepturos, vt extra eam nec voluntas, nec actio, nec cognitio distincta vllius creaturę sit remansura. Sed miseri isti in ociosa & occęcata proprię essentię suæ simplicitate prsus aberrârunt, & tn beati esse volũt. Vsq; adeò em simplices sunt, & tam ociosè nudę essentię animę suę, cui DEVS semper inest, vniti sunt, vt nec foris nec intùs vlla erga DEVM diligentia & strenuitate ferueant, nec sese ad illum applicent & adiungant: In supremo enim illo, quò se ipsi intrò receperunt, non nisi essentię suę ex diuina dependentis essentia simplicitatem sentiunt: eamq; simplicitatem, quam possident, DEVM esse cre-

dunt, eo quòd naturalem in ea quietem reperiant: sicque putant seipsos esse DEVM in suę fundo simplicitatis. Deficit enim eis vera fides, spes & charitas: atque ob nudum illud, quod sentiunt & possident, ocium, cognitionis & amoris expertes, atque à virtutibus immunes se esse confirmant: & eam ob rem absq; vllo conscientię scrupulo & accusatione viuere nitun tur, quicquid etiam mali perpetrent: negligunt q; & floccipendunt sacramenta omnia, virtutes omnes & cuncta sanctæ Ecclesiæ instituta. Putant enim nihil se his habere opus, vt qui excesserint omnia: imperfectis autem ea dicunt esse necessaria. Quidam autem in hac simplicitate vsq; adeò obduruerunt ac inueterârunt, vt omnia Dei opera, quæ is vnquàm egerit, totamq; scripturam tam nihilipendant ac negligant, ac si nullum vnquàm iota scriptum sit. Existimant enim id se iam inuenisse & obtinuisse, cuius causa scriptura omnis confecta sit: idq; est cæca illa essentiæ suæ, quam experiũtur, requies & ocium. Et tamen DEVM ipsum, & vias omnes, quæ ducant ad ipsum, amiserunt. Nihilo enim plùs deuotionis, vitæ internæ, sanctæ exercitationis habent, quàm cadauer mortuum. Ac nihilo minùs quandoq; ad venerabile accedunt sacramentum, atq; nonnunquàm de sacris loquuntur scripturis, scilicet vt hac ratione meliùs se simulare & occultare queant: libenterq; vtuntur raris quibusdam & minùs vsitatis vocib⁹ scripturæ, quam ad suum sensum falsò interpretari & peruertere possint, quo alijs simplicibus placeant, eosq; in fallax quod ipsi sentiunt, ocium pelliciant pertrahantq;. Et reuerà sibijpsis intantùm placent, vt se putent alijs omnibus esse sapientiores, acutiores, subtiliores, cùm tamen sint mortalium omnium rudissimi atque stupidissimi. Quod enim Pagani & Iudæi atque improbi Christiani, docti pariter atque indocti, sola naturali ratione reperiunt & intelligunt, eò miseri isti neque volunt neque possunt pertingere. Signo crucis muniat se quidem vnusquilibet aduersus spiritus tartareos: sed à peruerso hoc hominum genere perquàm seriò sibi caueat: eorumq; tam verba quàm actus inspiciat. Docere nanq; volunt alios, sed ipsi à nemine doceri: alios libenter repræhendunt, sed se neu tiquàm ferunt ab aliquo repræhendi. Alios premunt: ipsi se premi non patiũtur. Quicquid libet, effutire volunt, nec tamen quicquam sibi sustinẽt à quopiam contradici. Et cùm propriæ dediti sint voluntati, nec cuiquam se submittant & obtemperent, hoc ipsum tamen spiritalem arbitrantur esse libertatem. Colunt autem re ipsa & sectantur carnis libertatem: indulgent enim corpori quicquid ei libet: & tamen id naturæ dignitatem & præstantiam credunt. In cæco quodam & obscuro propriæ essentiæ suæ ocio sese vnierunt, atque inibi se putant vnum esse cum DEO, & hanc propriam suam credunt beatitudinem, atq; in eam intrò sese receperunt, propriaq; cum voluntate & naturali propensione eam possident. Atq; hac ex causa putant se esse supra legem, & præcepta DEI, & sanctæ Ecclesiæ. Nã supra essentiæ suæ quietem, quam possident, neque DEVM neq; diuersitatem sentiunt, eo quòd lux diuina in eorum tenebris & caligine minimè sese manifestârit: idque ea de causa, quòd eam minimè quæsierint, neq; actuoso amore, neq; supernaturali libertate. Quo fit, vt ex veritate cunctisq; virtutibus exciderint, & in peruersam quãdam dissimilitudinem prolapsi sint. Supremam enim sanctitatem in eo constituunt, vt quis modis omnibus suæ obsequatur naturæ affectibus, nec vllum sibi frenum inijciat, vt propenso spiritu in ocio possit intùs degere, & ad quemlibet motum foràs se recipere, & corporis explere appetitiões ac voluptates, carniq; satisfacere, quo sic celeriter ab ea absoluatur imagine, ac sine impedimento rursus in nudum spiritûs sui ocium reuertatur. Qui nimirùm tartarei fructus sunt, ex ipsorum perfidia & hæresi nascentes, quibus eadem ipsa hæresis in mortem vsq; sempiternam alitur & confouetur. Vbi enim tempus illud aduenit, quo natura eorum acerbis cruciatibus & angoribus mortis obruitur ac pręgrauatur, tum intùs formis pinguntur ac imaginibus, perturbanturq; atque terrentur, amittuntq; ociosam sui in quietem introuersionem, adeoque desperatione absorbentur, vt nemo eos cõsolari possit: sicq; ceu canes rabidi ex hac vita demigrant: ocio autem illorum ea quam sperauerant, non redditur merces: & qui mala egẽrunt, atque in illis animam reddiderũt, vt nostra habet fides, eunt in ignem ęternum. En mala simul cum bonis proposui, vt bona rectiùs possint intelligi, & mala deuitari. Cauendum est autem atq; fugiendum hoc, quod iam commemorauimus, hominum genus, haud secùs quàm hostes animæ capitales, quantumuis etiam gestibus, verbis, habitu atq; institutis quibusdam sancti videantur. Sunt enim nuncij diaboli, & omnium qui modò viuant perniciosissimi, præsertim simplicibus, indoctis bonæ voluntatis hominibus. Sed his omissis, ad propositum reuertar argumentum.

Ioan.5.
Mat.25.

¶ Vt homines sancti cum Deo sine medio vniti sint: & quid agere debeat, qui hanc triplicem cum Deo vnionem in se experiri velit. Caput V.

IAM antè in superioribus dixi, sanctos & bonos omnes cum DEO per medium vnitos esse: videamus nunc, vt etiam cum DEO sine medio vniti sint. Quanquàm pauci sunt in hoc mundo, qui habiles ac idonei satisq; illuminati sint, id vt sentire possint ac intelligere. Itaq; qui tres has, de quibus modò agimus, vniones in se sentire ac experiri volet, is DEO totus omninò viuere debebit, ita vt gratiæ ac instinctui diuino cunctis in virtutibus atque omni interna exercitatione satisfaciat & obsequatur. Atque per amorem vt eleuet oportet ac moriatur in DEO sibijpsi & cunctis actionibus suis, ita vt cũ oĩbus viribus suis cedat, & veritatis incomprahensibilis, quæ DEVS est, patiatur transformationem. Oportet, inquam, vt viuendo egrediatur ad virtutes actitandas, & moriendo ingrediatur in DEVM. In quibus duobus vita eius perfecta consistit: suntq; in ipso simul coniuncta & adunata, quemadmodùm materia & forma, corpus & anima. Et quia in his sese exercet, eam ob rem intellectu illustris & lucidus est, & affectu vel experimento locuples ac abundans. Adiungit enim & applicat sese ad DEVM erectis viribus, recta intentione, intimo cordis desiderio, insedata appetentia, & viuida sui spiritûs ac naturæ strenuitate. Dum verò hoc pacto sese gerit, & exercet in diuinæ præsentia maiestatis, iam amor modis omnibus ipsius potens fit, ita vt quomodocunque eum moueat amor, semper ille in amore cunctisque virtutibus crescat & augmentetur.

¶ Vt charitas istiusmodi homines moueat, & de cælica sanitate, ac languore tartareo. Caput VI.

CHaritas autẽ siue amor semper pro cuiuslibet vtilitate ac habilitate & aptitudine mouet. Motus autem vtilissimus, quẽ istiusmodi homo sentire queat, & ad quem sentiendum habilis sit, cælica sanitas, & languor tartareus est: atque his duobus consimilibus, eò pertinentibus respondere actionibus. Cælica sanitas eleuat eum supra omnia in liberam quandam DEVM pro omni cordis & animæ voto ac desiderio laudandi & amandi facultatem. Sequitur indè languor tartareus, deijcitque eundem in quandam miseriam ac desolationem, & omnis gustûs & consolationis quæ vnquàm senserit, carentiam. Atque sub hac angustia & desolatione nonnunquàm sanitas sese exhibet, spemq; præbet, cui nemo possit diffidere: sed mox rursus in quandam labitur velut desperationem, quam consolari nemo queat. Nimirùm dum quis DEVM cum larga, opulẽta ac plena gratia in se sentit, eã ipse dico cælicam sanitatem. Tum enim eiuscemodi homo sapiens & intellectu luminosus ac perspicax est, cælestibus exuberat institutionibus, charitate feruidus ac pius est, gaudio abundat & ebrius est, sensu vel affectu fortis, fidens & alacer in omnibus, quæ quidem DEO placere nouerit: atque id genus alijs innumeris præditus est bonis, quæ nemo nisi expertus nouit. Atquì dum charitatis lanx deprimitur, & DEVS cum omni sua gratia se occultat, dum rursum in desperationem quandam & languorem & obscuram angustiam ac desolationem recidit, perindè ac si nunquàm sit sanitatem recuperaturus: neque tum aliter se sentit, quàm miserum quendam peccatorẽ, qui de DEO parùm aut nihil comperti habeat. Consolatio autem omnis, quam possint creaturæ impendere, tædio est illi. A DEO verò nulla neq; consolatione, neque gustu afficitur. Inter hæc ratio illius intùs ei loquitur, Vbi nunc est DEVS tuus? vbi iam est quicquid vnquàm sensisti de DEO? Fiuntq; tunc ei lachrymę suæ panes die ac nocte, quemadmodùm Propheta ait. Sed ab hoc languore si debeat conualescere, adspiciat oportet & sentiat non se suum esse, sed DEI: atque eam ob rem voluntatem suam resignet in liberrimam voluntatem DEI, sinatq; DEVM agere cum suo id, quod ipsi visum erit in tempore & ęternitate. Hoc si absq; cordis grauamine libero

Psal.41.
Ibidem.

bero ſpiritu facere poterit, mox ſanitati reſtituetur, ducetq; cęlum in infernũ, & infernum in cælum. Vtcunque enim amoris libra vel ſurſùm vel deorſùm feratur, ipſe ſemper manet æquabilis. Quicquid enim amor ſiue dare, ſiue auferre velit, in eo pacem inuenit quiſquis ſeipſum abnegat, & DEVM ſuum amore proſequitur. Qui enim in perpeſſiõe vel afflictiõe patiẽs eſt & minimè calcitrat, eius ſpũs liber & immotus manet, aptusque eſt & habilis, qui magìs immediatam cum DEO ſentiat vnionem. Enimuerò vnionem illam, quæ per medium fit, in virtutum opulentia & affluentia poſſidet. Cum igitur planè concors & vnius ſit cum DEO voluntatis, DEVM cum omnis gratiæ eius plenitudine tanquàm vitalem totius eſſentiæ ſuæ & omnium actionum ſuarum ſanitatem intra ſe ſentit.

¶Cur boni omnes hęc intra ſe non ſentiant. Caput VII.

SED quærat forſan aliquis, quid cauſæ ſit, cur boni omnes huc minimè pertingant, vt idem & ipſi ſentiant. Cuius iſta eſt ratio, quòd diuino inſtinctui ſiue motioni cum ſuũ abnegatione non reſpondeant. Atque eam ob rem viuida cum ſtrenuitate in DEI præſentia non aſſiſtunt, nec ita vt deberent, ſoliciti ſunt intùs obſeruare ſeipſos. Quo fit, vt ſemper magìs externi ac multiplices, quàm interni & ſimplices maneant: actusq; ſuos & opera potiùs ex bona quadam conſuetudine, quàm interno affectu efficiant, pluriſq; faciant ſingularia & priuata quædam inſtituta ſiue modos, & magnitudinẽ ac multiplicitatem bonarum actionum, quàm puram intentionem & amorem feruentem erga DEVM. Atq; hac ex cauſa externi & corde multiplices manent, nec vt DEVS intra ipſos cum gratiæ ſuæ plenitudine viuat, experiuntur.

¶Vt homo internus cum Deo ſine medio vnum ſit, manifeſtior explicatio. Caput VIII.

VT autem homo internus, qui in omni languore ſanitate perfruitur, cum DEO ſine medio vnum ſe ſentire debeat, iam agè explicemus. Itaque vbi talis quiſpiam viuidus homo totum ſeſe cum vniuerſis viribus ſuis ſurſùm erigit, & ad DEVM vitali & actuali cum amore adiungit & accommodat, ſentit nimirùm amorem ſuũ in ſuo fundo, vbi incipit ac deſinit, fruitiuum & fundi expertem eſſe. Quòd ſi tum actuoſo cum amore ſuo vlteriùs in amorem fruitiuum niti ac penetrare velit, ibì iam cedant neceſſe eſt omnes animæ eius vires, ferantq; & patiantur penetrantem veritatem ac bonitatem illam, quę DEVS ipſe eſt. Vt enim aërem ſolis ſplendor & calor penetrat, vtque ferrum ignis, ita vt ignis actiones efficiat: Ardet enim & lucet inſtar ignis: quod ſimiliter de aëre illuſtrato accipiendum eſt, quì ſi ratione præditus foret, diceret profectò: Equidem totum mundum illuſtro & calefacio, cùm tamen vnicuiq; ſua maneat natura vel ſubſtantia. Non enim ignis tranſit in ferrum, nec ferrum efficitur ignis, ſed horum vnio medium non habet. Siquidem ferrum eſt intra ignem, & ignis intra ferrum: atque itidèm aer eſt in ſolis lumine, & lux ſolaris in aere. Eadem videlicet ratione DEVS ſemper in animæ eſſentia ineſt: cumq; vires ſupremę actuoſo cum amore intrò ſe recipiunt, DEO ſine medio coniungũtur in ſimplici quadam omnis veritatis notione, & eſſentiali omnis boni guſtu ac experimento. Atq; hęc ſimplex notio & experimentum DEI in eſſentiali poſſidetur amore: per actuoſum autem amorem colitur, exercitatur atque conſeruatur. Itaq; viribus quidem accidens eſt per morientem in amorem introuerſionem: ſed eſſentię ſubſtantiale eſt ſemperq; intùs in eo manens. Quapropter ſi amorem per amorem reperire velimus, ſemper vt intrò nos recipiamus ac renouemus in amore oportet. Quod quidem ſanctus Ioannes illis nos docet verbis, quibus ait: Qui manet in charitate, in DEO manet, & DEVS in eo. Quanuis autem vnio, hęc inter DEVM & amantem ſpiritum ſine medio ſit, ingens tamen inter eos diſcrimẽ eſt. Creatura enim non poteſt DEVS effici, nec DEVS creatura, vtì paulò antè diximus de ferro & aëre. Quòd ſi res materiales, quas DEVS condidit, vſqueadeò ſine medio coniungi poſſunt, quidni multo meliùs ipſe ſe dilectis ſuis, dum velit, poſſit coniungere ac vnire, quando ipſi eius freti gratia, eò ſe prępparant & accommodant? Quamobrem inter internum ac

1.Ioan.4.

DEO deuotum hominem quem DEVS virtutibus ornârit, & ſupra virtutes in contemplatiuam ſuſtulerit vitam, atque inter DEVM nullum in ſuprema eius introuerſione medium eſt, niſi ratio illuminata & actuoſus amor illius: quibus duobus cohæret DEO, quod eſt, vt Diuus Bernardus ait, vnum effici cum DEO. Porrò ſupra rationem & amorem actuoſum in nudam quandam viſionem, & ſine actione in eſſentialem amorem eleuatus eſt: atq; inibì vnus ſpiritus & vnus cum DEO amor eſt, ſicut ſuprà diximus. Atque in hoc eſſentiali amore, per eam, quam cum DEO habet vnionem eſſentialem, infinitè ſuum excedit intellectum. Et hæc communis eſt hominum contemplatiuorum vita. In hac autem ſuũ eleuatione aptus & habiliſeſt, qui ſub vna viſione, modò DEVS id ei demonſtrare velit, creaturas omnes in cælo & in terra, vitamq; & præmia earum diſcriminatìm poſſit perſpicere. Sed ipſius DEI infinitati interminabili cedere, eãq; eſſentialiter & infinitè ſubſequi compellitur: quippe quam creatura nulla neque compræhendere, neq; aſſequi poteſt, immò ne ipſa quidem anima DOMINI IESV, quæ tamen ſupra creaturas omnes DEO excellentiſſimè vnita eſt. Bernardus.

¶De quibuſdam diuinæ gratię effectionibus. Caput IX.

CAeterùm æterna hæc charitas in ſpiritu, ei ſine medio vnito & viuens, lumen & gratiam ſuam in cunctas animæ vires diffundit, quæ eſt cauſa virtutum omnium. Gratia enim DEI ſupremas contingit & mouet vires, atque indè charitas, veritatis cognitio, omnis iuſtitiæ amor, conſiliorum DEI cultus & exercitatio diſcreta, libertas imaginum expers, cuncta ſine labore ſuperare & vincere, & per amorem in vnitatem ſpiritu deficere ac excedere oritur. In qua exercitatione quandiu quis perſeuerat, aptus & habilis eſt tum ad contemplandum, tum ad ſentiendum vnionem ſine medio cum DEO. Idemq; DEI intra ſe ſentit contactum, qui quædam eſt diuinæ gratiæ & omnium virtutum eius renouatio. Sciẽdum eſt enim, DEI gratiam in inferiores vſq; dimanare vires, coróq; hominis contingere: vndè tum cordialis amor & ſenſibilis appetẽtia vel deſiderium erga DEVM proficiſcitur: atque hic amor & appetentia cor, ſenſus, carnem, ſanguinem, totamq; naturam corpoream penetrant, & in membris hominis preſſuram quandam & impatientiam excitant, ita vt ſæpiùs qua ſe ratione debeat gerere, ignoret: Haud aliter enim affectus eſt, atque ebrius quiſpiam, raros quoſdam & miros præ ſe ferendo geſtus, quos quidem corde molles non facilè nôrunt comprimere: vt eſt, verbi gratia, quòd ſæpiùs caput apertis oculis leuât in cælũ præ impatienti deſiderio: modò gaudẽt, modò plorant, nunc cantant, nũc clamant, quandoq; benè, quandoq; malè habent, & ſæpiùs ſe mouentes ſaltant, quandoq; currunt, complodunt manus, genu flectunt, ſeſe inclinât, atque id genus multimodos exhibẽt geſtus. Et quãdiu in his quiſpiam perſeuerat, corde patulo ſurſùm erectus ad diuitias DEI, in ipſius ſpiritu viuentis, nouum DEI contactum nouamque amoris ſentit impatientiam: ſicque hæc omnia iam dicta renouantur. Itaque per hoc ſentire corporeum quandoque in ſpiritale quoddam ac rationale ſentire penetrare ac tranſire, & per hoc ſentire ſpiritale in quoddam ſentire diuinum, quod eſt ſupra rationem pertingere: atq; per iſtud ipſum ſentire diuinum, ſeipſum in immobile ac beatum ſentire demergere debet: quod quidem ſentire immobile, noſtra eſt ſupereſſentialis beatitudo, quæ eſt DEI atque omnium charorum eius fruitio: & ipſa caliginoſum illud ſempercq; ocioſum ſilẽtium eſt: & DEO quidem eſſentialis, creaturis autem omnibus ſupereſſentialis eſt. De ipſa accipiendum eſt, cedere perſonas diuinas & in eſſentialem immergi ac abſorberi charitatem, id eſt, eſſentialem vnitatem: & nihilo minùs ſecundum perſonales proprietates ſemper in trinitatis actionibus perſtare.

¶De complacentia diuinarum perſonarum: itemq; de complacentia mutua inter Deum & homines bonos. Caput X.

VNdè animaduerti licet, diuinam naturam ſecundum perſonas quidem perpetuò agere: ſecundum eſſentiæ autem ſuæ ſimplicitatem, perenniter ocioſam ac modi expertem permanere. Atq; eamobrem quoſcunque DEVS elegit & ſempiterno perſonali amore complexus eſt, eos omnes eſſentiali amore in vnitate eſſentialiter ac fruitiuè poſſidet. Diuinę nanq; perſonę quadam mutua complacentia & infinito ac

essentiali amore in vnitate sese inuicèm complectuntur, idq; in vitali sacrosanctæ trinitatis vita perpetìm renouatur: quippe vbi semper noua generatio, noua cognitio, noua complacentia, noua spiratio est in nouo quodam complexu & nouo æternæ charitatis profluuio. Et in hac complacentia electi omnes tum angeli, tum homines, à primo ad extremum vsque circumplectuntur: atque ex eadem complacentia cælum, terra, essentia, vita, actio, & conseruatio creaturarum omnium dependet. Qui autem sese à DEO ad vitia auertunt, id vtiq; ex suapte cæca quadam malitia faciunt. Ex DEI verò cõplacentia gratia & gloria & dona omnia in cælo & in terra, & speciatìm in singulos quosque pro cuiusque necessitate & capacitate promanant. Etenim diuina gratia cunctis parata est, & vniuscuiuslibet peccatoris conuersionem expectat. Et cùm peccator quilibet diuina motus & tactus gratia, suijpsius misertus DEVM fideliter implorat, nunquàm non gratiam & veniam obtinere potest: & quisquis per DEI gratiam amorosa cum complacentia in æternam DEI complacentiam reflectitur, is ab æterna illa, quæ DEVS ipse est, charitate suscipitur ac circumplectitur, semperque in amore & virtutibus renouatur. Inter eam enim complacentiam, qua nos placemus DEO, & eam, qua nobis placet DEVS, charitas & vita æterna colitur & exercetur. DEVS autem nos ab omni æternitate in sua complacentia dilexit & coluit. Quod quidem meritò nos attendere deberemus, atque ex eius consideratione nostra charitas & complacentia renouaretur. Enimuerò per personarum in diuinitate relationem, noua inibì semper complacentia est cum nouo amoris profluuio, ac nouus in vnitate complexus: idque sine tempore, id est, sine antè vel pòst, in quodam NVNC sempiterno. In isto nanq; in vnitate complexu cuncta perfecta sunt, & in charitatis effluxu cuncta efficiuntur: atque in vitali fœcundaq; natura cuncta possunt fieri, vtpotè in qua PATER in FILIO, & FILIUS in PATRE, & in vtroque Spiritussanctus est. Est nanque viuida fœcundaq; vnitas, quæ omnis vitæ & omnium quæ fiunt, fons & origo est. Atq; eam ob rem sunt inibì creaturæ omnes absq; seipsis tanq; in sempiterna causa sua, vna essentia vnaq; vita cum DEO. In personarum autem distincta emanatione, FILIUS ex PATRE, & Spiritussanctus ex PATRE simul & FILIO est: ibiq; DEVS fecit creaturas omnes & in propria quãq; ordinauit essentiæ per gratiam suam. Hominem verò, quantùm quidem in ipso est, sua morte reformauit ac recreauit, omnesq; electos suos charitate & virtutibus ornauit & in ipsorum vnà secùm principium reflexit. Ibì PATER cum FILIO, & cum eis electi omnes circumplectuntur vinculo charitatis, in diuina vnitate: quę quidem secundum personarum emanationem fœcunda est, in earum autem reflexione sempiternus ac insolubilis est nexus amoris: quo quicunq; se nouerunt deuinctos, ij æternò beati manebunt, suntq; virtutibus locupletes, contemplatione lucidi, & in fruitiua quiete simplices. In ipsorum nanq; introuersione DEI sese manifestat charitas cum bonis omnibus profluens, trahensq; introrsus in vnitatem, & superessentialis ac modinescia in perenni quiete. Atque hac ex causa DEO & per medium, & sine medio, atq; etiam sine differentia sunt vniti.

¶ Quibus modis homines perfecti in sua contemplatione charitatem Dei sibi propositam habeant, vtque rapiantur in Deum. Caput XI.

ET ipsam quidem DEI charitatẽ amantes hoĩes in suo intuitu siue contemplatione sibi propositam habent, ceu bonum commune in cælum terramq; promanans: & sacrosanctam trinitatem plenam cum gratia ad ipsos & in ipsos se inclinare sentiunt: atque ita fit, vt cunctis virtutibus, sanctis exercitijs, & bonis actionibus foris & intùs ornati sint. Et hoc pacto cum DEO vniti sunt per medium diuinæ gratiæ, & sanctam vitam suam. Et quia DEO sese in agendo, omittendo, patiendo dediderunt, idcircò perpetua quadam pace, & interno gaudio, consolatione & gustu perfruuntur, quæ quidem mundus percipere non potest, sed nec vlla ficta creatura, nec quisquam ex his qui sese magis quàm DEI spectant & quęrunt honorẽ. Secundò ijdem ipsi interni illustrati homines in suo intuitu, id est, dum introspiciunt vel contemplantur, quãdocunq; volunt, DEI charitatem velut intrò trahentem vel ad vnitatem inuitantem, sibi propositam habent. Cernunt enim & sentiunt, Patrem & FILIUM per Spiritumsanctum sese & electos omnes circumplecti, & sempiterno cum amore in naturę suę reflecti vnitatem. Atque hæc vnitas semper introrsùs trahit & inuitat, quicquid ex ipsa siue naturaliter siue ex gratia natum est. Quam ob rem istiusmodi homines illustrati libero animo, supra rationem in nudam quandam sunt eleuati visionem: vbi perpetua viuit vnitatis DEI ad seipsam inuitatio: & nudo ac imaginibus vacuo intellectu actiones omnes, cuncta exercitia & res omnes in supremum vsque spiritûs sui penetrant: & hic nudus eorum intellectus æterna perfunditur ac penetratur claritudine, quemadmodùm aërem solis splendor penetrat: nuda autem & eleuata voluntas infinito penetratur & transformatur amore, sicut ignis ferrum totum penetrat: ac nuda denique & erecta mens, infinita ac omnium imaginum prorsus experte diuinitate se circumplexam, fixam ac firmatam sentit. Atque hunc in modum creata imago supra rationem æternæ suæ imagini vel exemplari, quod essentiæ & vitæ ipsius origo est, tripliciter coniuncta & vnita est. Et hæc origo in simplici contemplatione in quadam imaginum nescia nuditate vel ocio cum DEO essentialiter & vnicè seruatur ac possidetur. Ita ergo supra rationem tripliciter in vnitatem, & simpliciter vel vnicè in trinitatem, homines istiusmodi rapiuntur vel eleuantur: nec tamen creatura vnquàm fit DEVS: quandoquidem vnio hęc per gratiam fit & reciprocum seu reflexum in DEVM amorem. Vndè etiã creatura in interno suo intuitu inter DEVM & sese quandam sensit discretiõem ac diuersitatem. Et licèt vnio hęc sit absq; medio, at tamen multimodę effectiones & opera DEI, quę is in cęlis ac terra perficit, eiuscemodi spiritum latent. Nam tametsi DEVS ita vt est perspicua cum discretione, in animę sese præbet essentia, vbi animæ vires supra rationem in quandam rediguntur simplicitatem, DEIq; transformationem simpliciter patiuntur, vbi plena sunt & abundant omnia: Spiritus enim tanquàm vnam cum DEO veritatem, vnam opulentiam, & vnam se sentit vnitatem: at tamen essentialis quædam inibì est in anteriora propensio, & ipsa est essentialis inter essentiam DEI & animæ essentiã distinctio: qua quidẽ nulla potest sublimior sentiri ac ꝓcipi.

¶ De vnitate ea quæ est sine differentia. Caput XII.

TErtiò iam sequitur ea quę est sine differentia, vnitas. Dei nanque charitas non solùm adspicitur vt cum bonis omnibus promanans, vel in vnitatem introrsus attrahens, sed etiam vt supra omne discrimen in essentiali fruitione secundum nudam diuinitatis essentiam existens. Itaq; homines illustrati in seipsis essentialem quandam supra rationem & sine ratione inuenêre cõtemplationem intẽtam, & fruitiuam quandam inclinationem, modos omnes omnemq; essentiam penetrantem, & sese in modinesciam interminatæ beatitudinis abyssum immergẽtem, vbi diuinarum trinitas personarum naturam suam in essentiali possidet vnitate. Vbi nimirùm beatitudo vsq; adeò simplex & modi expers est, vt in ea essentialis intenta contemplatio, inclinatio, & creaturarum distinctio amittatur siue occumbat. Cunctæ enim essentiæ eleuatæ per fruitionem colliquescunt, & velut exinaniuntur in diuinæ essentiæ essentiam, quæ est essentiarum omnium superessentialis essentia: atq; inibì excidũt sibijpsis in quãdam suũ amissionem & nescientiam omni fundo carentem: Ibì claritas omnis reflectitur in caliginem, vbi tres personæ diuinæ essentiali cedũt vnitati, & sine discretione, essentiali perfruuntur beatitudine: quæ quidem beatitudo soli DEO essentialis est, sed cũctis creatis spiritibus superessentialis. Nõ em̃ potest vlla creata essentia cum diuina essentia prorsus vnum esse, & in seipsa redigi in nihilum. Ita em̃ creatura fieret DEVS, quod est impossibile. Diuinæ nanq; essentiæ nec accedere quicq̃ nec decedere potest, & neq; maior, neq; minor potest effici. Et nihilo seciùs cuncti amãtes spiritus vna cum DEO fruitio atq; vna beatitudo sunt etiã sine differẽtia. Em̃uerò beata illa essentia, quæ Dei & electorum omnium fruitio est, tam simplex est, vt inibì nec PATER, nec FILIUS, nec spiritussanctus sit secũdum personalem distinctiõem, nec vlla creatura, sed omnes illustrati spiritus seipsos ibidèm in modinesciam excessêre fruitiõem, quæ quædam redũdantia est supra omnem illam, quam vlla vnq̃ creatura vel accepit, vel possit accipe, plenitudinem. Ibì nãq; cũcti eleuati spũs in sua superessentiali essentia vna cũ DEO fruitio, & vna beatitudo sine differẽtia sunt: atq; vsq; adeò beatitudo hæc simplex illic est, vt nulla vnq̃ in eã possit distinctio vel discretio ꝓtingere. Hoc videlicet dns IESVS petijt, quũ oraret cælestẽ patrẽ suũ, vt oẽs amici eius con-

consummarẽtur in vnum, sicut ipse cum Patre vnum est in fruitiõe per Spiritum sanctum, vt etiam ipse in nobis, & nos in ipso & in cælesti Patre eius in fruitione per Spiritum sanctum vnum efficiamur. Quæ quidem mihi omnium, quas Christus vnquàm nostræ salutis causa fecerit, precationum multò amantissima esse videtur.

¶De triplici oratione D. IESV, qua petijt, vt vnum cum Deo efficeremur. Caput XIII.

Ioan.17. I. VBi tamen animaduertendum est, orationem eius triplicem fuisse, vtì eam sanctus Ioannes in eodem describit Euangelio suo. Primò enim rogauit hoc pacto: Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi. Vndè in huius libelli exordio dixi, bonos omnes cum Deo, per medium gratiæ eius & virtuosam vitam suam, vnitos esse. Dei nanq; charitas nouis cum donis semper in nos promanat: quod qui obseruant, ij virtutibus nouis, sanctis exercitijs, & bonis omnibus, sicut iam antè dixi, replentur. Atq; hęc vnio, quæ fit plenitudine gratiæ & gloriæ in corpore & anima, in isthac vita temporaria inchoat, & in oẽm dura-
II. bit æternitatem. Secundò orauit Dñs IESVS, quemadmodùm multis Euangelij locis cernere licet, vt nos in illo simus, & ipse in nobis: quæ est vnio immediata vel sine medio. Etenim Dei charitas, vt diximus, non solùm emanat, sed etiam trahit intrò in vnitatẽ. Quod q sentiunt & obseruãt, homines interni ac illuminati efficiunt, eorũq; supremæ vires supra omẽm earum exercitationem in essentię suæ nuditatẽ subuehunt, atq; inibì supra rationẽ in quandam redigunt simplicitatem: quo fit, vt plenę sint & abundẽt: siquidẽ in hac simplicitate spi-
III. ritus sese Deo absq; medio vnitum sentit. Et hęc vnio cum ea quæ ad ipsam pertinet, exercitatione æternò permanebit, sicut iam suprà dictum est. Tertiò celsissimam Christus precem fecit, nempe vt omnes chari amici eius consummentur in vnum, sicut ipse cum Patre vnum est: non quo sint vnius cum eo substantiæ diuinæ, quod est impossibile, sed vt vnum sint in eadem vnitate, vbi ipse cum Patre in essentiali amore sine discretione vna fruitio, vnaque beatitudo est. Iam quicunque triplici hac ratione DEO vniti sunt, in eis CHRISTI oratio completa est: & ipsi cum DEO manabunt ac fluitabunt, semperque possidendo & fruendo ociosi erunt: agentque & patientur, & in superessentiali essentia sine vlla formidine vel terrore quiescent. Egredientur & ingredientur, & pascua tum hic, tum in futura semper vita inuenient. Denique amore ebrij sunt, atque in DEO in quadam caliginosa claritudine obdormierunt. Possem hinc plura dicere, sed qui hæc adepti sunt, nihil verbis pluribus opus habent: & quibus hæc manifestata sunt, quiq; amore cohærent amori, eos amor veritatem abundè docebit. Qui autem foràs sese effundunt, & ex rebus vanis ac extraneis solatia captant, ij horum nil nouerunt, nec ea possunt re ipsa experiri: & si multo vellem plura dicere, me tamen neutiquàm caperent. Nam qui se totos externis dedunt actionibus, aut sine vlla actione interno vacant ocio, hæc intelligere non possunt. Quanuìs enim ratio & omne sentire corporeum fidei & spiritûs intentę contemplationi, atque illis rebus quę rationem excedunt, cedere ac succumbere debeat, at tamen ratio & vita sensitiua sine actione in habitu persistunt, nec perire possunt, non magìs quàm ipsa hominis natura. Sic etiam licet spiritus intentam contemplationem & inclinationem in DEVM, vnitatis fruitioni cedere oporteat, at nihilo minùs contemplatio ipsa & inclinatio habitu perseuerant. Siquidem hæc intima spiritûs vita est: & in illuminata sursùm scandente homine vita sensitiua adhęret spiritui: atque ea de causa vires eius sensitiuę cordiali cum amore ad DEVM adiunctę sunt, & natura eius bonis omnibus completa est: sentitque vitam suam spiritalem sine medio cohęrere Deo. Quamobrem vires eius supremę perpetuò amore ad Deum suspensę sunt, & diuina perfusę ac penetratę veritate, & in formarum nescia fixæ ac cõstabilitę libertate: atq; p hęc spiritus iste Deo plenus est, immò & supabundat sine modo. Et in abundantia siue redundatiõe essentialiter diffluit aut immergit in superessentialẽ vnitatem, vbi est vnio indiscreta, sicut antè sępiùs dixi. In supessentiali nanq; vnitate oẽs vię nostrę desinunt. Iam si cũ Deo pręcelsa amoris itinera decurrere velimus, cũ ipso etiã ęternò ac sine fine qescemus: sicq; penniter & accedemus, & ingrediemur, & qescemus in Deo.

Qui soli ista intellecturi.

¶Epi-

¶Epilogus huius libelli, vbi simul author sese Ecclesiæ Catholicæ iudicio submittit, rursumq; monet cauendos hęreticos. Caput XIIII.

EQVIDEM hac vice mentẽ & sententiã meã planiùs explicare nequeo. Interìm tñ in omnibus quę vel capio, vel sentio, vel etiã scripsi, totũ me S. Ecclesię Catholicę & sanctorum iudicio ac sentẽtiæ submitto. Omninò em̃ Christi IESV seruus in fide catholica & viuere & mori statuo, & per Dei gratiam viuũ S. Ecclesię membrũ esse appeto. Atq; eamobrẽ, sicut iam suprà dixi, caueat sibi vnusq̃libet ab euersis illis hoĩbus, q̃ per imaginũ expers ociũ suũ vel ociosam imaginũ carẽtiam, simplici ac nudo adspectu suo naturaliter intra sese Dei in ipsis existẽtiã inuenerũt, voluntque vnũ esse cũ Deo absque Dei gratia & virtutum exercitatiõe, & nec Deo nec S. Ecclesiæ obedire: atq; cũ omni illa execrabili & peruersa, quã antè cõmemorauimus, viuẽdi ratiõe filij Dei etiã ex natura esse volũt. Atqui si Archãgelus è cælo detrusus est, quòd in superbiam erectus, ad Dei adspiraret æqualitatẽ: & primus homo ex Paradiso eiectus est, quòd DEO vellet esse similis: quãnã fieri poterit, vt peccator deterrimus, videlicet Christianus perfidus ac hæreticus, è terra scandat in cælũ, dũ ipse vult esse DEVS absq; gratiæ & virtutũ similitudine? Nemo em̃ ꝓpria virtute ascendit in cælum, nisi filius hominis Christus IESVS: cui nos vniri oportet per gratiam, virtutes, & fidem Christianã: sicq; cũ eo, quò ipse ꝓcessit, scãdere poterimus. Extremo nãq; die omẽs resurgemus, singuli cum corporibus suis: & qui bona egerunt opera, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum. Qui sunt duo admodùm diuersi fines, qui nunquàm adunari poterunt, altero ab altero semper diffugiente.

Esa.14. Gene.3. Ioan.3. Ioan.5. Mat.25.

FINIS APOLOGIAE.

DOCTORIS DIVINI D. IOANNIS RVSBROHII PRECATIO CVM PRIMIS PIA AC DEVOTA.

OBSECRO te benignissime DEVS per immẽsam misericordiã tuã, vt ꝓstes mihi te amare toto corde super omnia, & cũctos homines, atq; oẽs status tum religiosos tum seculares, amicos & inimicos perindè vt meipsum diligere. Da mihi vt oẽs homines venerer, nec quenquã vnquã iudicẽ aut contẽnam: sed vt ipse ab omnibus potiùs cõtẽni: & abijci desiderẽ, nec vnquã hominibus placere appetã, nisi tibi Dñe, nec cuiquã pręterquã tibi displicere verear aut reformidẽ: vtq; in omnibus tuũ super omnia honorem & gratissimã voluntatẽ tuam, nõ aliud, exequi cõcupiscã. Oro ꝓtereà amantissime Dñe, vt ꝓstes mihi ne de meipso aut ꝓprijs actiõibus meis præfidam aut ꝓsumam, sed vt tibi sanctissimisq; meritis tuis totus innitar, & in eis potissimũ spem & fidutiã meam collocẽ, ac nihilominùs semper quod in me est, facere nõ omittã. Ad hæc, vulnera (quæso) cor meũ amore tuo, & libera me ab omni priuato & corrupto ac falso Amore, & da mihi cognoscere ac sentire charitatẽ, misericordiã, sapiẽtiã & omnipotentiã tuã, itemq; ꝓpriũ nihilũ & infidelitatẽ meam. Rogo etiã dulcissime Dñe, ne me vnquã sinas obliuisci mortis & passiõis tuæ, sed vt in eis sit mihi ꝓcipua requies, & accessus ad Diuinitatẽ, & vt oẽs vires meas in tuis vulneribus & tua morte consumã. Tantã etiã pijssime Dñe mihi largire charitatẽ, vt omnia propter te & facere & omittere possim, & vt omnis labor tua causa facilis mihi sit, vtq; mortales omẽs, & omnis eorũ consolatio, necnõ quæuis naturæ meæ oblectamẽta, mihi tam amara & molesta reddant, quàm mihi modò iucunda sunt: & vt æquè libens eis careã, quàm eis ægrè adhuc destituor. Oro insupèr benignissime Dñe, vt me in omniũ hominũ tam religiosorum quàm secularium cordibus extinguas, & vt cũctos homines, omẽsq; extraneas imagines in meo corde occidas: nec ab vlla mihi afflictiõe vel cruce vel mœrore parcas, quæ tibi placeãt, & mihi adminiculo sint apud te, & ĩ omni ꝓpessiõe & afflictiõe, quã mihi euenire ꝓmiseris, & q̃ ab hominibus mihi possit accidere, ꝓsta vt me reum agnoscere & fateri discã, & vt cõtemnã meipsum.

Precor nihilominùs ſuauiſſimè Dñe, vt mortis & vulnerum tuorum meritis, & teipſo totò cæleſti Patri tuo pro omnibus, quæ vnquã admiſi, peccatis meis ſatisfacias, ijſdemq; omnem negligẽtiam & defectꝰ meos ſuppleas. Preſta etiã mihi, vt incertã mortis horã, & horrẽdi ac tremẽdi iudicij tui æquitatẽ, itemq; negligẽtias & breuitatẽ vitæ meæ, pœnasq; grauiſſimas & ſempiternas impijs & peccatoribus præparatas ob oculos habere ac formidare diſcã. Deniq; clementiſſime Dñe, da mihi, vt nunquàm neq; pacem, neq; delectationẽ quærã aut inueniam, niſi in te, & vt tu ſis cauſa & ratio omnium actionum mearum. Amen.

PARADIGMA ELEGANS,

QVOD IN VETVSTO QVODAM EXEMPLARI CONFLVENTINO, NVPTIIS SPIRITALIBVS RVSBROCHII ASſcriptum reperimus.

VIRGO quædam cũ à ſpiritali Patre ſuo, viro benè docto, de via Dei inſtitui cuperet, interrogata eſt ab eo, quænã ipſius ſublimiſſima eſſet exercitatio, cui in interiori hoſe inniteret. Illa paulispèr ſecũ deliberãs, reſpõdit ſe vitã & passionẽ Saluatoris meditari articulatim, & ꝓpriam vitã, itemq; vitia ſua in illã intima cũ deuotiõe transfundere. Cui Doctor, Bonũ q̃dem id eſt, ait, & cũ primis frugiferũ, ſed nõ ſatis eſt, qñ ex Affectu merè naturali, & abſq; ſpeciali diuina gratia meritò q̃s moueri poſſit ad cõmemoranda ea, quæ ipſius cauſa amicus eius vel ꝓpeſſus ſit, vel egerit, atq; ex horũ recordatiõe cõpaſſiõe affici. Tum virgo ſciſcitata eſt ex eo, forétne ea vera deuotio, ſi q̃s peccata ſua quotidiè mẽte reuoluat, & ex aĩo deploret. Ad quod Doctor tale dedit reſpõſum: Vtile q̃dem & ſalutare etiã hoc eſt, ſed tñ ſolius nihilominùs naturæ eſſe poteſt, cũ natura benè conſtituta, iure meritoq; vitium quoduis & omnẽ iniuſtitiam auerſet. Rurſùm virgo percontata eſt, forétne vera deuotio, ſi quis mente quotidiè tormẽta intueat damnatorũ, aut ſurſùm tendẽs, vitam contempleť æternã, eamq; ardentiſſimè ſuſpiret? Reſpõdit Doctor: Vtilis ſanè hæc eſt exercitatio: ſed tñ etiam ſola natura pœnas reformidat, & appetit gaudia, ſicut dum q̃s ſuã ad quam pertinet, ciuitatẽ adſpectat, in qua omni excluſo dolore, nihil non gaudiorũ, immò quicq̃d deſiderari poſſit, abundet, mirũ nõ eſt, vt eam vehemẽter exoptet. His auditis, virgo ruditatẽ & cæcitatẽ ſuam, quã ꝓximã ad Deũ viã inuenire nõ potuiſſet, ploratura diſceſſit, ſeſeq; cũ lachrymis & precibus introrſùs recepit. Cui ſplẽdidus q̃dam puerulus mox adſtitit. Quẽ cũ ipſa diſcedere iuſſiſſet, dicẽs, neminẽ ipſam cõſolari poſſe, ait ille puerulus: Ne ita loquaris quæſo. Nã ego & poſſum & volo te conſolari. Pater tuus repulit te ob tuam vitæ ſpiritalis ruditatem. Sed nunc reuertere ad eum, dicasq; illi, veriſſimam & pijſſimam deuotionẽ ſitam eſſe in maxima reſignatiõe, & veriſſima abnegatiõe ſeu nihilipenſione & annihilatione ſuijpſius, cui ruina ſua fit vera reſurrectio: qui diuina fretus ope, æquabiliter ac fideliter Deo ſemper inhæret per Amorem, idq; perindè in penuria vt abundantia, in dando æquè vt accipiendo, in mœrore vt in gaudio. Quiſq̃s em̃ tum in his, tum alijs q̃buſcũq; euẽtibus vera cum pace Deo vnitus permanet, is vnus, q̃d ſit vera ac interna vita & deuotio, perſpectum habet. Iſthæc vbi virgo ſuo retuliſſet Patri, reſpondit ille: Iam demũ veriſſimam ac proximam noſti perfectionẽ, in qua omis cõſummatiõis finis cõſiſtit: ad quẽ pertingi nõ poteſt, niſi caro cũ vitijs & cõcupiſcẽtijs crucifigat, voluntas ꝓpria, & quicq̃d priuatus ſuggerit Amor, repudiet, & ad ꝓfectam Apoſtolicã, diuinamq; charitatẽ infatigabiliter ſuſpiret. Ad hũc ſcopũ ſi meditationẽ dñicæ paſſiõis & reliqua tua exercitia retuleris, quo ſanctiſſimas Chriſti virtutes ꝓfectiùs imiteris, nõ fruſtraberis voto, nec à recto aberrabis itinere, donec ad totius boni fontẽ ꝓtingas, Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

D. BRV-

D. BRVNONIS COLONIENSIS, CARTHVSIANORVM PARRIARchæ, De Contemptu mundi, Elegia.

MOrtales Dominus cunctos in luce creauit,
Vt capiant meritis gaudia ſumma poli.
Felix ille quidem, qui mentem iugiter illuc
Dirigit, atque vigil noxia quæque cauet.
Nec tamen infelix, ſceleris quem pœnitet acti,
Quiq; ſuum facinus plangere ſæpè ſolet.
Sed viuunt homines, tanquàm mors nulla ſequatur,
Et velut infernus fabula vana foret.
Cùm doceat ſenſus, viuentes morte reſolui,
Atque erebi pœnas pagina ſacra probet.
Quas qui non metuit, infelix prorſus & amens
Viuit, & extinctus ſentiet ille rogum.
Sic igitur cuncti mortales viuere curent,
Vt nihil inferni ſit metuenda palus.

EIVSDEM EPITAPHIVM, QVI OBIIT ANNO DOMINI M. C. I.

PRimus in hac ſacri fundator ouilis eremo
Promerui fieri, qui tegor hoc lapide.
Bruno mihi nomen, genitrixq; Colonia: meq;
Deſerti requies tranſtulit ad Calabros.
Doctor eram, præco Chriſti, vir notus in orbe.
Deſuper illud erat, gratia, non meritum.
Carnis vincla dies Octobris ſexta reſoluit.
Oſſa manent tumulo, ſpiritus aſtra petit.

HVMILIS CARTHVSIANORVM AD SANCTVM Brunonem Precatio

ASpice nos oculis Bruno Patriarcha benignis,
Nocte dieq; tibi feruentia vota ferentes.
In Paradiſiacas tua per veſtigia ſedes
Tendimus: in virtutis iter nos dirige, ſecli
Quos ex innumeris reuocaſti Bruno periclis.
Propoſiti ardorem fac nos ſeruare prioris,
Et circunfuſę ſemper memor eſto coronæ,
Donec ad æthereos tecùm peruenerit axes.

AD ERVDITVM AC PIVM HVIVS ERVDITI AC PII OPERIS LECTOREM, Epigramma Bartholomæi Laurentis (cognomẽto vulgari Poin) Nouimageñ, commendatorium D. Ioannis Rusbrochij & Carthuſię Colonieñ.

Hactenùs in tenebris quaſi gemma ſepulta latebat,
Ac veluti paucis vnio notus, erat
Cęlicus hic Doctor, IEHOVAE cui Gratia nomen,
Cognomen tribuit grande Sonora Palus.
Non tulit hoc Vbicos intra Carthuſia muros,
Gnauiter vſque aliquid condere ſueta boni,
Nempe vt ſub modio celanda diutiùs eſſet
Cęlitùs edocti tanta lucerna viri.
Atque ideò in ſeſe verſoris imagine ſumpta,
Idq; DEI ſolo, non alio, intuitu,
Tranſtulit ex humili Belgarum idiomate linguam
In Latiam hoc ipſum, quod modò cernis, opus.
Eugè beata domus, ſic ſic nouitatibus horum
Nequam ſeclorum pergito ob- ire -uiàm:
Et ſimiles poſthàc itidèm ſufferto labores,
Mercedem ſtudijs dignam habitura tuis.